BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 L
20

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

28.2.30
28 28
F G
30 25

13-22-D-3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNTAGMA TRACTATVVM

DE IMPERIALI IVRISDICTIONE, AVTHORITATE ET PRÆEMINENTIA, AC POTESTATE ECCLESIASTICA:

deque Juribus Regni & Imperii;

AVTHORVM VARIORVM,

QVI ANTE NOSTRAM ÆTATEM VIXERVNT: QVORVM NOMINA ET TEMPORIS quo ſcripſerunt notationem, Catalogus, ante Dedicatoriam Epiſtolam poſitus, recenſet:

OPVS NON SOLVM JVRISPERITIS, SED ET THEOLOGIS AC HISTORICIS, ADEOQVE omnibus veritatis antiquæ ſtudioſis, hoc præſertim ſeculo, lectu ac cognitu cum primis utile & neceſſarium:

CVM INDICE RERVM MEMORANDArum evulgatum.

Coll. Rom.



ARGENTORATI,

Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliopol.

Anno M. DC. IX.

CATALOGVS AVTHORVM QVI IN HOC OPERE CONTINENTVR: SECVNdùm ſeriem temporum, quibus vixerunt.

Anno Chriſti

Sub HENRICO IIII. *Imperatore.*

1092. I. DE unitate Eccleſiæ conſervanda, & Schiſmate, quod fuit inter Henricũ IIII. Imp. Rom. & Gregorium VII. Pontif. Max. cujuſdam ejus temporis Theologi liber: quem quidam Venericum Vercellenſem eſſe exiſtimant. alii Walthramum Naumburgenſem. Pagina 1.

Sub HENRICO V. Imperatore.

1107 II. Epiſtola Leodienſium adverſus Paſchalem II. Papam. pag. 64.

1109 III. Walthrami Epiſcopi Naumburgenſis Tractatus de Inveſtitura Epiſcoporum, per Imperatores facienda. pag. 72.

Sub LUDOVICO IIII. *Imperatore.*

1299 IV. Diſputatio inter Clericum & Militem, ſuper poteſtate Prælatis Eccleſiæ atq; Principibus terrarum commiſſa: incerto authore; temporibus Bonifacii VIII. ſcripta. pag. 75. Catalogus teſtium veritatis tribuit Wilhelmo Occam, circa annum Chriſti 1324.

1326 V. Dantis Aligherii Florentini Monarchia, ſcripta tẽporibus Ludovici Bavari. pag. 80. Ipſe obiit Ravennæ in Exilio Ann. Chr. 1321.

VI. Chronica Mag. Jordanis: qualiter Romanũ Imper. translatũ fuit in Germanos. pag. 104. Ponitur ſtatim poſt Dantem, quia ſimul impreſſus.

1322 VII. Fratris Joannis de Pariſiis Doct. Theolog. Ordin. fratrum Prædicatorum Tractatus de Poteſtate Regia & Papali. pag. 113. Alibi nominatur Joannes de Poliaco, concionator & M. Pariſienſis.

1324 VIII. Marſilii Patavini Tractatus de translatione Imperii, tempore Ludovici Bavari editus. pag. 154.

1324 IX. Radulphus de Columna, Tractatus de translatione Imperii. pag. 161. Alii Pandulphum: alii Landulphum nominant.

1340 X. Lupoldi de Babenberg Tractatus de Jurib. Regni & Imperii Rom. pag. 167.

XI. Ejuſdem Lupoldi Libellus de zelo Catholicæ fidei veterum Principum Germanorum. pag. 208.

Paulo ante Concilium Conſtantienſe.

1406 XII. Franciſci de Zabarellis Cardinalis Florentini, de Schiſmatibus authoritate Imperatoris tollendis. pag. 235.

XIII. Privilegia & Jura Imperii, circa Inveſtituras Epiſcopatuum & Abbatiarum, reſtituta à Papis Imperatoribus Romanis: & ſimul variæ hiſtoriæ, ad eorum illuſtrationem utiles, per Theodoricum à Niem. pag. 248.

Tempore Concilii Baſilienſis.

1440 XIIII. Nicolai de Cuſa, Decani S. Florentini Confluentiæ, poſtea Cardinalis tituli S. Petri ad vincula, de Cõcordãtia Catholica libri tres, oblati Cõcilio Baſilienſi. pag. 285.

Sub FRIDERICO III. *Imperatore.*

1465 XV. Aeneæ Sylvii Libellus de ortu & authoritate Imperii Romani, ad Fridericum III. Imperatorem. pag. 391.

XVI. Laurentii Vallenſis, Patricii Romani, de falsò credita & ementita Conſtantini donatione Declamatio. pag. 401.

Sub MAXIMILIANO I. *Imperatore.*

1506 XVII. De Imperii à Græcis ad Germanos trãslatione, Opuſculum Michaëlis Coccinii Tubingenſis. pag. 426.

Sub MAXIMILIANO II. *Imperatore.*

1566 XVIII. De Principum, quibus Electio Imperatoris in Germania commendata eſt, origine ſeu Inſtitutione, Liber I. Simonis Schardii. pag. 432.

FINIS.

SERENISSIMO, ILLVSTRISSIMO, POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, D. MAXIMILIANO II. ROMANORVM IMPERATORI SEMPER AVGVSTO, HVNGARIÆ Bohemiæque regi, Archiduci Auſtriæ, &c. Duci Burgundiæ, ac Sileſiæ, &c. Marchioni Moraviæ. &c. Comiti in Tyrolis, &c. Domino ſuo clementiſſimo, &c.

VT ÆTERNA ET INEFFABILIS DEI SAPIENTIA, in conſtitutione huius mundi machina, ſuprema cœli regione cum luminibus, ſtellis ac elementis, fabricata, in firmamento eius duo ſtatuit luminaria magna, maius ſcilicet & minus: maius ut præeſſet diei, minus ut præeſſet nocti: ſic eadem æterna Providentia, in media mundi ſede, videlicet terra, duo regimina conſtituit, Imperium nimirũ & Sacerdotium. Imperium, ut legibus atq; juſticia, pacem ac diſciplinam divinæ voluntatis conſonam in terris conſervaret: Sacerdotium, ut divinam voluntatem, de reparatione humanæ ſalutis per filium Mediatorem, & pontificem maximum generi humano patefaceret, & id aſtutia Sathanæ in peccatum & mortem dejectum ad pœnitentiam vocaret, quo hac ratione in eo, æterno patri Eccleſia perpetuò colligeretur: Ac ipſe unigenitus Dei filius, patris orator & λόγος, ut munus redemptionis hominum, & in obſequium patris, & noſtri amore in ſeſe recepit: ita & primus extitit Evangelij cùm præco, tum interpres: qui in paradiſo primis parentibus jam propter peccatum, Dei judicio oppreſſis, clementiſſimam ejus voluntatem expoſuit, & ſimul conſtituit per quos hæc ſalutaris doctrina ad omnem poſteritatem propagaretur. Nec verò Patriarchis & ſummis viris tantũ Evangelij docendi munus injunxit: verumetiam perpetuum Evangelici miniſterij inſpectorem conſtituit ſpiritum Sanctum, qui & puritatem doctrinæ tueretur, & corda ad pœnitentiam & fidem in mediatorem flecteret.

Etſi autem humanæ ſalutis adverſarius nullum non moverit lapidem, quo miniſterii Evangelici uſum impediret, & vel falſa doctrina, vel tyrannide manifeſta oppr.meret: nunquam tamen quod voluit obtinuit, quin potius adverſus inferorum portas ſacroſanctum & ſalutare miniſterium eſt defenſum: ac ſubinde Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, & præſtantes viri divinitus excitati ſunt, & admirandis Spiritus ſancti donis inſtructi: qui magna alacritate ſua Eccleſiaſticæ functionis partes ſunt exequuti, & ardenti zelo novorum dogmatum fabricatores, & miniſterij Evangelici perturbatores confutarunt & imbibuerunt. Nam miniſterio Evangelij everſo, vel retardato, univerſam Dei notitiam inter nos intercidere, & totum hominum genus in perpetuo interitu relinqui neceſſe eſſet: ſiquidem hanc unam & ſolam rationem, & gloriæ ſuæ aſſerendæ, & ſalutis hominum reparandæ, Deus præfinivit. Quæ cum ita ſint, non eſt obſcurum, admodum ſublimem & amplam eſſe miniſterij Evangelici autoritatem. Et quænam poſſet ſublimior inter homines exiſtere functio, quàm æterni & unigeniti filij Dei Ieſu Chriſti vices in terris gerere? Ipſius loco populum de vero Dei cultu & invocatione erudire? Viam certam ad vitam æternam perveniendi monſtrare? Cœleſtia myſteria explicare? & Dei honorem cum hominum ſalute conjunctum adverſus impuros ſpiritus & homines blaſphemos aſſerere? Plena profectò majeſtatis eſt vox filii Dei, qua omnes paſtores, & Evangelii ſui præcones alloquitur: Sicut me miſit pater, ſic & ego mitto vos. Cujus dicti ſententia eſt. Quo mandato, & qua autoritate, pater æternus filium ſuum miſit in mundum, ut voluntatem ſuam patefaceret: eodem & mandato & authoritate filius Dei, omnipotens Deus, cum Apoſtolos, tum eorum ſucceſſores, omnes Evangelii miniſtros in mundum mittit, ut ipſius annuncient doctrinam, non nova dogmata comminiſcantur. Ego (inquit) vobis adero, vos defendam, meo ſpiritu vos confirmabo: ero etiam efficax per veſtrum miniſteriũ, quemadmodum & meum munus non abiit abſq; fructu.

Eſt & politici Magiſtratus eximia authoritas, Scriptura enim ſacra Deos appellat, Pſalmo octuageſimoſecundo: Ego dixi, Dij eſtis, id eſt, Divina authoritate veſtrum imperium eſt conſtitutum. Dei vicem in terris geritis: divina ſunt beneficia, quæ Deus generi humano per vos impertit. Ac totus politicus ordo divinitùs contra diaboli furores defenditur. Sed tamen miniſterii Evãgelici, quod filius Dei ipſe adminiſtravit (per quod æterna & ſpiritualia bona Eccleſiæ conferuntur) & maior neceſſitas, & ſublimior authoritas, & uberior eſt utilitas. Hoc enim filii Dei conſtituti Mediatoris ſpirituale regnum ſanguine ipſius partum, continetur, geritur, propagatur. Ac præcipuus Evangelii præco ad dextram æterni patris conſidet, ejuſdem cum patre potentiæ & majeſtatis: qui cœlitùs Prophetas, Apoſtolos & paſtores mittit, ac univerſam gubernat Eccleſiam. Deinde regnum CHRISTI *ſpirituale, quod paſtorum miniſterio colligitur, perpetuò eſt duraturum.*

Politici verò magiſtratus officium, ut ad hujus vitæ gubernationem eſt deſtinatum, ut nimirum diſciplina coherceantur homines, juſticiæ & honeſtati inter homines locus ſit, genus hominum in tranquillitate propagari & ſoboles honeſtè educari poſſit: ita peracto hoc corporali ſeculo, unà cum rebus mundi ſuum habebit finem. Intereſt igitur permultum, ut hæ duæ functiones, quæ diverſis uſibus deſtinatæ ſunt, accuratè & diligenter ex præſcripta verbi divini norma diſcernantur.

Sæpè cum ingenti luctu & maximis cladibus experta eſt Eccleſia CHRISTI, *quantam ei adferat perniciem, cùm civilis gubernatio cum Eccleſiaſtico miniſterio confunditur. Cum enim ſacerdotes & paſtores vocati ad propagationem Evangelii, cancellos ſuæ functionis tranſiliunt, & politicam poteſtatem affectant & uſurpant: non tantum negligitur, ſed prorſus intercidit docendi munus, univerſa ratio regni* CHRISTI *ſpiritualis obſcuratur.*

Cum verò Magiſtratus politicus ex ſuo natu & arbitrio Evangelii miniſtrium vult peragi, nec doctrina cœleſtis puritas, nec divini cultus religio, nec mandatorum authoritas, nec promiſſionum certitudo amplius conſtant. Plinius ſcribit, quercum & oleam tam pertinaci odio diſſidere, ut ſi altera in alterius ſcrobe depacta fuerit, moriatur. Olea imago eſt miniſterii Evangelici, quod pacem adfert conſcientiis: quercus verò imperia ſignificat. Hac igitur imagine, ipſa natura rectè nos admonuit, docendi munus in Eccleſia extingui, ſi in imperium convertatur, aut illi miſceatur. Et præclarè dictum eſt in hiſtoria Græca, τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν ἢ ἱερωσύνην συνάπτειν, ἐστὶν ἀσύγκλωστα συγκλώθειν. Quibus verò limitibus hæ publicæ functiones diſcernendæ ſint, Sacræ literæ, & veri earum interpretes nos perſpicuè docent.

Primò quidem genere & forma doctrinæ differunt: Magiſtratus politicus eſt cuſtos & defenſor legis divinæ. Hoc enim conſilio Deus in genere humano ordinem Politicum inſtituit, ut non ſolùm, tanquam armentarius, ſit defenſor corporis atque bonorum: ſed & miniſter Dei, & cuſtos externæ diſciplinæ, juxta utramque Tabulam. Ut itaque gladio corporali prohibet ac punit injuſtas cædes, ſtupra, inceſtus, furta, rapinas, ſimiliaque delicta pugnantia cum præceptis ſecundæ tabulæ: ſic Deus vult, ut & divinæ ſuæ gloriæ ſerviat, ac externa ſcelera contraria primæ Tabulæ (ut ſunt idolorum cultus, blaſphema dogmata, hæreſes, perjuria, incantationes, ejuſque generis alia) coherceat ac puniat. Et hæc ſummis ac piis gubernatoribus curæ fuiſſe, in veteri Teſtamento, Moyſis, Joſua, Davidis, Joſaphat, Ezechiæ: in Eccleſia verò Chriſtiana, Conſtantini, Theodoſii, Martiani, Caroli Magni, aliorumque Chriſtianorum regum exempla teſtantur. Quanta etenim pietas animique celſitudo in Conſtantino fuit, qui non ſolùm collegis ſuis, acerrimis Chriſtiani nominis hoſtibus, in pios graſſantibus ſeſe oppoſuit, eorumque ſæviciam repreſſit: ſed & devictis tyrannis, ac pace parta, templa gentilium claudi juſſit: idolis ſacrificari, ac vim Chriſtianis inferri vetuit: & ut diſſenſiones componerentur, Synodos indixit: in quibus ipſe cùm adfuit, tum de dogmatis diſputavit? Nec minus religionis ſtudium in Theodoſio fuit: qui, ut prorſus idola deleret, eorum templa ſolo æquavit: & indicta centum quinquaginta patrum Conſtantinopoli Synodo, contra Macedonium, formam dirimendi certamina Eccleſiaſtica aliis oſtendit: nimirum nemini permittendam licentiã novas interpretationes fingendi, ſed certa teſtimonia probatorum autorum eſſe proferenda. Quæ deinceps in hæreſibus tollendis cura in juniore Theodoſio, & Martiano, Imperatoribus fuit? quorum ille contra Neſtorium Epheſi, hic contra Eutychem Chalcedone Synodum convocavit: uterque novorum dogmatum inventores exilio mulctaverunt, ac hæreſes legitima cognitione convictas legibus prohibuerunt. In his functi ſunt officio boni & pii Magiſtratus: & functionis ſuæ limites nequaquam ſunt tranſgreſſi. Idololatra, hæreticus, ac novorum dogmatum diſſeminator, non minus turbat civilem ſocietatem (præcipuè inſtitutam ad hunc finem, ut in ea Deus celebretur) quàm vel adulter, vel latro, vel fur, vel homicida. Cur igitur politicus Magiſtratus, pacis ac diſciplinæ, & honeſtatis externæ à Deo conſtitutus cuſtos, nihil in eum juris haberet? Quòd dii vocantur à Spiritu ſancto, haud dubiè eo fit, ut cogitent ſe non tantum terrenarum, ſed etiam divinarum rerum deſtinatos eſſe cuſtodes, & ſe Dei in terris eſſe vicarios. Ac cum Paulus politicum Magiſtratum miniſtrum Dei appellat, ſatis inſinuat, muneris ipſius eſſe, Dei honorem & religionem in terris tueri: & primam ejus curam eſſe oportere, ut populus rectè de Deo doceatur, & divini cultus minimè impediantur. Ieſaias nequaquam appellaſſet reges Eccleſiæ nutricios, ſi judicaſſet ab ipſorum munere eſſe alienum, tangi religionis cura, & efficere ut Deus rectè inter homines colatur. Sed cum ſacra Scriptura Davidem, Joſaphat, Ezechiam & Joſiam, qui abrogatis idolorum cultibus, & repreſſis blaſphemiis, religionis puritatem reſtituerunt, tantoperè prædicet: omnis nobis dubitandi cauſa exempta eſt. Hinc ergo manifeſtum eſt, magiſtratus officio competere, ut hæreſibus pullulaſcentibus, vel diſſenſionibus in religione motis, eas legitimis Eccleſiæ judiciis collat: Synodos convocet: controverſias cognoſcat: eruditos audiat: & Gloriam Dei rebus omnibus anteferat: idololatras cohercent: adferentes perniciosos errores compeſcat: nec Magiſtratum hæc facientem ſui mandati fines excedere.

Inſcitè admodum hic obiicitur: Religionis curam ad Magiſtratum politicum non pertinere, quia judicium de doctrina ferre nequeat. Univerſæ enim Eccleſiæ, & ſingulis ejus membris, non tantùm epiſcopis vel paſtoribus, judicandi de doctrina poteſtas data eſt, in hoc dicto Chriſti: Cavete à falſis prophetis. Et Pauli ad Corinthios decimoquarto: Cæteri dijudicent. Cum igitur velit Deus, & gubernatores politicos beneficiis Chriſti frui, & membra fieri Eccleſiæ, cùm ut de ſua ſalute certi fiant, tum ut authoritate ſua religionem tueantur, & doctrinam Eccleſiæ intelligere, & de dogmatibus & Dei cultu judicium ferre debent. Norma verò judicii in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis definita eſt.

Eſt & miniſter Evangelii divinæ legis præco, doctor, & cuſtos, ut Malachias propheta capite ſecundo inquit: Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Sed uberior doctrina, & altius judicium, quàm Magiſtratui politico, illi eſt cõmiſſum: non tantum externa delicta utriuſq; Tabulæ arguit, ſed univerſam hominis immundiciem, naturæ corruptionem, ignorationem Dei, defectum juſtitiæ, inordinatos cordis motus, pravas inclinationes & cupiditates pectoris, ſecuritatem, ſuperbiam, odium, iram, & omne quod Dei judicio adverſum eſt, ex legis ſententia accuſat. In foro civili, ſi quis abſtineat ab idololatria, periurio, blaſphemia, incantationibus, & id genus ſceleribus: etiamſi plenus ſit diffidentia, Epicureo Dei contemptu, ſecuritate, clàm rideat omnes religiones, ſit quoq; deditus avaricia, & proximi odio ardeat, tamen magiſtratus ſententia inſons pronunciatur, & in Republica bonus habetur civis. At quem Magiſtratus politicus inſontem pronunciat, hunc miniſter Evangelii graviſſimè reum facit. Non enim cum homine litigat in foro civili, ſed adducit eum ad tribunal Omnipotentis Dei: apud quem in-

Digitized by Google

nocens non eſt innocens, ſed ejus lex ſpiritualis etiam concupiſcentiam damnat. Sublimius igitur eſt munus paſtoris, quàm legis. Hic tantum externam qualemcunque diſciplinam extorquet: ille verò integram, ſpiritualem, internam, omnibus numeris abſolutam poſcit obedientiam: qualis non tantum oculis & auribus hominum ſatisfacere, ſed quam in judicio Dei conſiſtere queat. Ad hæc, non tantùm legis miniſter eſt paſtor Eccleſiæ: verùm multo magis & promiſſionis de gratuita reconciliatione hominum cum Deo per Mediatorem, præco & annunciator. Cum hac doctrina parte nihil negocii habet politicus Magiſtratus, niſi ut non permittat falſa doctrina Evangelium corrumpi, vel obſcurari. Magiſtratus non ad hoc vocatus eſt, ut proponat ſubditis Mediatoris beneficia, conſoletur perterrefactas conſcientias, adminiſtret ſacramenta gratiæ ſigilla: hoc verò munus miniſtris Eccleſiæ eſt demandatum. Si enim tantum ſpirituale legis judicium denunciarent paſtores, cum nemo noſtrûm ſit, qui eam exprimere poſſit obedientiam, quæ omni nævo careat: non ſaluti noſtræ ſervirent, ſed perniciem omnium accelerarent. Poſtquam igitur judicium Dei adverſus peccatum nobis monſtrarunt, potiſſimum ipſorum munus eſt, æterni patris clementiſſimam voluntatem de gratuita remiſſione peccatorum, propter Mediatoris obedientiam & mortem, nobis patefacere: & beneficiis Chriſti oſtenſis proſtratam conſcientiam erigere, & ad fiduciam excitare. Et hoc quidem primum diſcrimen eſt.

Secundò longè alia poteſtas & authoritas eſt politici Magiſtratus in condendis legibus, & dirimendis controverſiis, quàm ſit miniſterii Evangelici. Magiſtratus jus habet ſuos ſubditos certis legibus, præter Decalogi præcepta, aſtringendi: ut de forma judiciorum, de diſcrimine pœnarum, de teſtamentis, de hæreditatibus, de legatis, de tutelis, de obligationibus, de re militari, & id genus aliis. Omnis enim hominum ſocietas ſive Reſpublica certis indiget legibus, in quibus judiciorum forma, & delictorum pœnæ, & Magiſtratus voluntas ſpeciatim ſit expreſſa. Non fuit Moſi ſatis, Decalogum divina voce promulgatum eſſe: ſed, ut populus Iſrael ex præſcripto regi poſſet, addit Moſes forenſes leges: juxta quas & legum violatores puniendi, & lites dirimendæ erant. Sic, cum politias ex legibus Moſaicis adminiſtrari neceſſe non ſit, Magiſtratus certas leges quæ pœnas definiant, & judicia conſtituant, condere poteſt: dum tamen eæ cum legibus naturæ non pugnent: ſed ex hiſce aut neceſſaria conſequentia, aut probabili ratione extruantur, ac circumſtantias determinent. Ut Decalogus ſeu lex naturæ dicit, furem puniendum eſſe: ſed magiſtratus exprimit pœnam, Furem aut redditione quadrupli, aut gladio, aut laqueo puniendum eſſe. Decalogus vetat, ne quem falſo accuſemus: ſed magiſtratus docet, quot & quales in facinoris alicujus probationem ſint adducendi in judiciũ.

Ut ergo magiſtratus hac authoritate condendi novas leges, quæ ad gubernationem civilis ſocietatis neceſſariæ ſunt, à Deo ornatus eſt: ita in dubiis & obſcuris controverſiis (de quibus non extat ſcripta legis explicata ſententia) vim & poteſtatem habet pronunciandi, & litem dirimendi. ac valet ſententia, authoritate prætoria, cui utraque pars obtemperare tenetur. In hanc ſententiam Cicero Magiſtratum appellat legem loquentem. Juſtinianus in Auth. legem animatam in terris. Ac ut ſit litium finis, & pax conſervetur, inſtruxit Deus Magiſtratum hac ſublimi authoritate. Unde illud Petri eſt: Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Dominum, ſive regi tanquam præcellenti, ſive ducibus tanquam per eum miſſis. Jubet Apoſtolus, ut regiis edictis pareamus, utq; præfectis tanquam regiis miniſtris obtemperemus: idque propter Dominum, ut noſtram erga Deum declaremus obedientiam.

Liquidò ergo conſtat, reges & principes jus habere condendi ſuas leges, & ſubditos ad obedientiam obſtringendi. Paulus quoque parêre nos vult legibus Magiſtratus, & pendere uſitata tributa: non tantùm ut iram, id eſt pœnam vitemus, verumetiam ne conſcientiam noſtram peccato involvamus. Hæc tam gravis Apoſtoli oratio, monet Magiſtratum non privata audacia, ſed divinitùs conceſſa authoritate condere leges, & obedientiam à ſubditis flagitare. Quæ enim Deum non habent authorem, non obligant conſcientiam.

Hæc ut ſunt veriſſima, ita in eam ſententiam minimè accipienda ſunt, quaſi regibus & principibus infinita licentia data ſit, ſtatuendi quidvis, & pro libitu imperandi ſubditis. Ampla hæc & ſublimis authoritas, & jus condendarum legum, certis limitibus & cancellis circumſcripta eſt, intra quos & ſummis Monarchis ſubſiſtendum eſt, niſi iram Dei ſeveram incurrere velint. Limites ſuæ poteſtatis egreditur Nabuchodonoſor, cum novum fabricat idolum, idq; ab omnium gentium populis adorari jubet. Non enim tribuit Deus politico magiſtratui hanc authoritatem, novam religionem fingendi: ſed vult eum cuſtodem & tutorem eſſe religionis, & cultus per filium Dei patefacti. Ideoq; Magiſtratus mandanti quidpiam, quod fidei, & in verbo Dei fundatæ religioni adverſum eſt, graviter & piè reſpondetur, τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐςὶν ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων, ut eſt apud Herodotum. Sive ut verbis utamur Apoſtolicis, Oportet nos Deo magis obedire quàm hominibus. Unde & Auguſtinus rectè dixit: Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid ſi illud jubeatur, quod non debeas facere? Hic ſanè contemne poteſtatem, ipſos humanarum legum gradus adverte. Si aliquid juſſerit curator, faciendum eſt: tamen ſi contrà proconſul jubeat, non utique contemnis poteſtatem, ſed eligis majori ſervire. Nec hinc debet minor iraſci, ſi major prælatus eſt. Rurſus ſi ipſe conſul aliquid jubeat, & aliud jubeat Imperator: vel ſi aliud jubeat Imperator, & aliud Deus, quid judicas? Major poteſtas Deus. c. qui reſiſtit. undecima quæſtione tertia. Piè & conſtanter fecêre milites Chriſtiani, quòd Juliano, infideli ac apoſtatæ Imperatori (quamvis legitimo magiſtratui) ut idola colerent, obedientiam denegaverunt. c. Imperatores. undecima quæſtione tertia. Ita enim ea quæ Cæſaris ſunt, Cæſari ſunt danda: ut ſimul quæ Dei ſunt, Deo dentur. Ut enim

Magiſtratui conceſſum non eſt, vel minimum in religione ſtatuere quod à præſcripta in ſacris literis forma diſſideat: (cultus enim divinus tam ſummi ordinis homines, quàm infimam plebem obſtringit) ita nec licet Magiſtratui leges condere, quæ juri naturæ animis hominum inſito adverſentur. Non lex, ſed error fuit, quòd Lycurgus Spartanis adoleſcentibus furti licentiam publica lege conceſſit. Cum Cambyſes ſororem ſuam duxiſſet conjugem, & conſuetudine inceſta ſe pollueret, Perſici Iudices ſic excuſant hoc tantum ſcelus: quòd legem Perſæ habeant, regi Perſarum licere facere quidquid velit. Hi non legum interpretes, ſed tyranni turpiſſimi adulatores nuncupandi erant. Gravius & rectius Pindarus dixit, τὸν νόμον πάντων βασιλέα εἶναι: id eſt, legem univerſis imperare, non tantùm ſubditis, ſed ipſi quoque Magiſtratui. Quis mentis compos non deteſtetur Stratoclis manifeſtum furorem, qui Athenis legem promulgavit, quidquid Demetrius tyrannus juſſiſſet, hoc coram Deo ſanctum, & apud homines juſtum fore? Sic igitur Magiſtratui norma legum ac præceptorum, jus naturæ. Juris verò naturæ regula certiſſima in Decalogo expreſſa eſt. In quo Decalogo, cum & rerum dominia ſint diſtincta, manifeſtum eſt, regibus & principibus non licere tantum ex ſubditorum bonis rapere, quãtum ipſis libuerit. Non injuſtè fecit Naboth, quòd regi Achab vineam paternam poſcenti denegavit. Vectigalia & tributa ſua voce confirmavit Deus: ſed tamen privatorum facultates non ſunt exhauriendæ. Rectè enim Alexander Macedonum rex, cognomento Magnus, admonentibus Piis vectigalium à civitatibus auferri poſſe, reſpõdit ad huoc modum: καὶ κηπουρὸν μισῶ τὸν ἐκρίζοῦν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα. Quòd ſi igitur Magiſtratus politicus leges tulerit, quæ neque religioni Chriſtianæ adverſentur, neque à jure naturæ diſſideant (pertineant verò ad politiæ adminiſtrationem, & pacis conſervationem) omnino tenemur præſtare obedientiam. Nec refert, etiamſi hæ civiles leges in regnis diverſis inter ſe diſſideant. In locis aliis alia circumſtantiæ & occaſiones, alias leges poſtulant. In regno Galliæ, Parlamenti legibus debetur obedientia: in Imperio verò judicio Cameræ.

Epiſcopis verò & paſtoribus hæc authoritas condendi leges prorſus præciſa eſt, illa voce Deuteronomii quarto: Ad verbum meum ne addetis quidquã, nec de eo detrahetis. Non licet epiſcopis, aut Evangelii miniſtris, novos condere articulos, vel etiam novis mandatis aſtringere conſcientias. Quod enim ad legis doctrinam attineat, integrè illa tradita eſt in Decalogo, & Moſaicis libris plenè expoſita. Ac ſatis gravi judicio univerſum hominum genus condemnatum eſt lege Moſis, ut neceſſe non ſit (ut nec fieri poteſt) conſcientiam aſperiore vinculo aſtringi: tum, quia miniſter tantum ea arguit, quæ conſcientiam coram Deo vinciunt, leges ipſe ferre non poteſt, quarum violatio conſcientiam peccato involvat. Evangelii quoq; promiſſio de gratuita remiſſione peccatorum propter filium Dei mediatorem, cujus præco & propagator conſtitutus eſt epiſcopus: atq; omnes fidei articuli, quibus noſtra continetur ſalus, adeò plenè in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis ſunt expoſiti, ut non ſolum hic nihil deſideretur: verùm etiam ſi quid ab homine addatur, & novum Evangelium adferatur, ex Pauli præcepto anathema haberi neceſſe ſit. Et quid poſſent Evangelii miniſtri ad hoc tantum munus de ſuo adferre cum Eccleſiæ fructu? Fides, in diſcrimine ſalutis, nullius creaturæ authoritati firmiter inniti poteſt: ſed ſimpliciter Dei ſui vocem quærit. Cumq; paſtor de iis agat rebus, quæ excedant captum humani ingenii, & tantum divinitùs per filium ſint patefacta, nihil habet juris in his rebus, vel ſtatuendi, vel mutandi, vel addendi. Atq; hic palàm conſpicitur cauſa, cur Magiſtratui politico faſ ſit condere leges, & populum aſtringere obedientia: epiſcopis verò, qui tamen ſublimius & majoris authoritatis munus gerunt, hæc authoritas non tribuatur: nimirum quia Magiſtratus præeſt illis rebus, quæ ſunt ſubjectæ rationi. Et Intellectus gubernationis, diſcriminis juſtorum & injuſtorum, utilium & inutilium, inſitus eſt homini à natura: quid ſit æquum & juſtum in legatis, teſtamentis, judiciis, pœnis, ratio naturæ inſtinctu videt. Epiſcopus verò ea ex ore Dei refert, quæ rationi adverſantur, credenda verò ſunt propter autoritatem divinam.

Hinc jam facilè æſtimari poteſt, quàm gravi ſcelere ſeſe implicarint epiſcopi Romani, qui eò audaciæ progreſſi ſunt, ut non ſolùm legibus contra munus ipſis demandatum Eccleſiam gravarint, & varios conſcientiis laqueos injecerint: verùm etiam novos fidei articulos condiderint: Sacramenta à Chriſto inſtituta mutarint, ac mutilarint: novos cultus effinxerint, nova numina ſculpſerint, atq; ita univerſam religionem ex fundamento everterint. Eccleſiam enim Politiæ ſimilem putarunt: ſe verò Regibus aſſimilarunt. Perinde igitur, ut reges aliquando Reipublicæ formam mutant, & leges emendant: ita in ſuo poſitum arbitrio exiſtimarunt, religionem & cultus huc vel illuc inflectere. Adeò prorſus ex omni conſpectu & memoria ſepoſuerunt graviſſima illa dicta: Si quis aliud Evangelion docuerit, ſit anathema. Fundamentum aliud poni non poteſt, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Jesus Christus. *2. Corinth. 3. Quod ego præcipio, hoc tantum facite. Item: Fruſtra me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum. Intra metas igitur ſuæ vocationis conſiſtat paſtor: nec ſibi legiſlatoris authoritatem arroget: ſed fidelis legati munere fungatur, qui de ſuo nihil addit.*

Porrò ut impiè pontifices Romani fecerunt, qui cõtra Chriſti mandatũ novas leges in Eccleſia condiderũt, ac novos articulos fidei fabricarũt: ſic injuſticiã impietatẽ accumularũt, qui præter id in Magiſtratus politici juriſdictionem proterviter irrumpentes, cõſtituerunt, clericos in Politicum forũ nec in civili nec in criminali cauſa vocãdos: & hos qui ab Imperatore cognitionẽ publicorũ judiciorũ peterent, honore ppr o privãdos. 11. quæſtione 1. c. placuit. Hoc ipſo ſe juriſdictioni Politici magiſtrat⁹ eximẽtes perinde ac ſi ad miniſtros Eccleſiæ nõ eſſet dictũ: Omnis anima ſubdita ſit poteſtati quæ præeſt. Romanorũ decimotertio. Sũt quidẽ diſtincta judicia Eccleſiæ & Politici magiſtrat⁹: ſicut rerũ quæ in judiciis tractãtur, ſũma eſt diverſitas. Res ſpirituales Eccl. judicio ſunt ſubjectæ: verum quæ ad huius vitæ ſuſtentationẽ pertinent, ad forum politicum rejicienda ſunt. Res ſpirituales non ſunt bona vel reditus eccleſiæ, & perſonæ miniſterio ſervientes: mos ille loquendi non caret errore. Sed res ſpirituales ſunt, doctrina di-

vinitus

Digitized by Google

vinitùs patefacta, adminiſtratio ſacramentorum, judicium Dei de peccatis, abſolutio à peccatis, communio Eccleſiæ, & vitæ æternæ hæreditas. Hæc aliena à foro fori (ut loquuntur) tractanda ſunt in foro poli: controverſiæ verò de poſſeſſionibus, reditibus, injuriis, ſuppliciis, teſtamentis, de jure perſonarum, & quicquid eſt hujus generis, nihil ad judicem Eccleſiaſticum pertinent, ſed in foro civili diſceptari & definiri debent. Injuſta ergo eſt poſtulatio Spiritualium (ut vocantur) quòd de controverſiis, quæ ipſos tangunt, coram judice politico cauſam dicere nolunt. Paulus apoſtolus perſona fuit Eccleſiaſtica: provocavit tamen ad Cæſarem, nec recuſavit coram ipſius tribunali cauſam dicere. Quæ igitur protervitas eſt clericorum, cauſas ſuas coram tribunali politico ventilari nolentium, & illaqueatis laicis, ſuæ juriſdictionis amplificationem quærentium? Vidit hanc protervitatem inſignis ille practicus Ferrarienſis ante annos centum & ſexaginta, & ob eam non uno in loco in clericos invehitur, cum deploratione Principum qui talia ferant.

Nec ſpecie furtivæ defraudationis caret, quòd papa Urbanus, opinione autoritatis legum condendarum dementatus, prædia ac bona clericorum Imperialibus exactionibus minimè ſubjicienda putat. c. tributum. 23. q. 8. Et quod Bonifacius VIII. in 6. de immunitate eccleſ. c. clericis, &c. non permittit, ut quicquam ſolvant: ut & alius quidam de immun. eccleſ. c. non minus, extrà. Si enim ipſe filius Dei, paulò poſt transfigurationem cenſum ſolvit, didrachma ex ore piſcis ſumi juſſa, Matthæi 17: quis tantus ille clericus erit, qui cenſum vel tributum non putet eſſe ſolvendum: vel qui ſe ab hiſce eximet, quæ ſunt firmamenta & nervi Reipublicæ? Magnum ſiquidem & ſpeciale documentum eſt, quo Chriſtiani viri ſublimioribus docentur debere eſſe ſubjecti, ac ne quis conſtitutionem regis terreni putet eſſe ſolvendam, juxta Ambroſium. Unde & idem non minus piè quàm rectè ad Auxentium ſcribit. Si tributum petit Imperator, non negamus, agri Eccleſiæ ſolvant tributum: ſi agros deſiderat Imperator, poteſtatem habet vendicandorum: & quæ ſequuntur alia, relata in c. ſi tributum. 11. q. 1. Quo itaque jure clerici prædia ac bona ſua à publicis muneribus immunia eſſe docebunt, ac magiſtratum politicum de rebus ipſorum temporalibus ſtatuere poſſe negabunt? Diocletianus Imperator, olim philoſopho immunitatem petenti reſpondiſſe fertur: Hæc petitio cum tua profeſſione pugnat: Profiteris, inquiens, te velle affectus vincere, oſtendis verò te ab avaritia ſuperari. Ita iſti profitentur ſe eſſe ſpirituales: in homine autem ſpirituali nihil magis quàm Chriſti imitatio, & proximi charitas requiritur, quæ non ſuadet ut immunitate fruamur, cum alii curis & oneribus excruciantur. Hic jam totum jus pontificium collabitur. Et quis hoc miretur? Veritate enim illuceſcente, tenebras cedere neceſſe eſt. Impio fundamento nititur jus Canonicum: corruat igitur, nihil hic periculi eſt Eccleſiæ: nec Reſpub. quicquam eſſe, jam olim ſenſit Cynus; exiſtimans Jureconſultos Canonicos feciſſe ſibi jura pro libitu voluntatis ſuæ, propter ambitum ſecularis jurisdictionis uſurpandæ, & non propter aliud. in l. quoties. C. de judiciis. Maneat Imperatori ſua Majeſtas, & authoritas. Maneat Politico magiſtratui ſua jurisdictio in omnes perſonas & res corporales. Sint & epiſcopi & paſtores ſubjecti poteſtati, tanquam ordinationi Dei. Agnoſcant magiſtratum politicum in controverſiis judicem, & debita tributa minimè ei denegent: niſi immunitatem promeruerint. Exerceat judex politicus ius ſuum non tantum in laicos (ut vocant) verùm etiam in perſonas Eccleſiæ ſervientes. Nemo cujuſcunque ordinis immunitatem, vel fori exceptionem alleget, à pontifice conceſſam: ea etenim non ſubſiſtit. nam quod Chriſtus ei adimit, ipſi minimè quam ſibi arrogare convenit.

Tertiò, differunt politica gubernatio & miniſterium Evangelii diverſo executionis modo. Nota eſt Aeſchinis vox: Οὐδὲν ὄφελος πόλεως, ᾗ μὴ νεῦρα ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἔχει. *Nervi igitur politicæ gubernationis ſunt vis corporalis, carcer, laqueus, gladius, carnifex, exercitus. Paulus inquit: Magiſtratus non fruſtra gerit gladium. Rom. 13. eſt enim miniſter Dei ad iram, ei qui malum operatur. Item: Qui ſanguinem humanum effuderit, effundetur eius ſanguis per hominem. Univerſa leges civiles mutis eſſent ſonitus, nec ſocietas hominum coli, nec pax ulla ratione conſervari poſſet, niſi Magiſtratus politicus gladio adverſus ſceleratos eſſet armatus. Ac vicem ipſius Dei gerit Magiſtratus politicus, cum adulterum capite plecti, homicidam trucidari, vel furem laqueo ſtrangulari jubet: ita cum adverſus hoſtes arma ſumit, & legitima bella gerit, officio divinitùs ſibi mandato fungitur.*

Miniſter verò Eccleſiæ non gerit gladium, nec ullis pœnis corporalibus, aut ulla vi externa utitur adverſus contumaces. Habet quidē Eccleſia & judicium ſua, & nervos, ſed non corporales: verbo ſolum, & ſacramentorū uſu, univerſum munus expedit. Ut igitur paſtor obtemperantibus Evangelio, & pœnitentiam in vera fide agentibus, non exhibet corporalia præmia, non partitur agros, prædia, honores, ſed tantū ſpiritualis regni Chriſti bona cœleſtia offert: ita viciſſim contumaciter reluctantibus Evangelio Chriſti, & pœnitentiam renuentibus, polluentibus verò ſeſe variis ſceleribus externis, non eripit vitam aut facultates, ſed tantū horrendam Dei iram & æternum exitium denunciat, ipſiſq; ſacramentorum uſu & communione Eccleſiæ interdicit. Nec enim ulla eſt tam ſublimis majeſtas, vel tam magna autoritas, quæ legibus miniſterii Evangelii ſit exempta. Quod ſui officii fuit, fecit Fabianus, cum Philippum Imperatorem, primum principem Chriſtianum, volentē adeſſe fidelibus in Paſchæ vigiliis, & cū illis precibus cōmunicare, ad pœnitentes rejecit, quòd eſſet flagitioſis moribus: ut ἐξομολόγησιν haberet corā Eccleſia, & peccatum ſuū agnoſceret. Eccleſ. hiſt. lib. 6. cap. 34. Nec Ambroſius injuſtas cauſas Theodoſii Imperatoris excommunicandi habuiſſe putatur, quòd hic nimis gravē tyrannidē in Theſſalonicēſes exercuiſſet. c. cū apud Theſſalonicā. 11. quæſt. 3. Innocētius itē excommunicavit Arcadiū, quum Johannē Chryſoſtomum, liberè & verè monentē, in exiliū pepuliſſet. c. duo ſunt. diſt. 96. Sūmi enim ordinis homines tā ſunt ſubjecti miniſterio Evāgelii, atq; infima plebecula. Spiritus ſanctus (inquit Chriſtus) arguet mundū de peccato. Daniel omnium potentiſſimos monarchas Nabuchodonoſorem & Baltaſarum, graviſſimè de peccato arguit. Cumque tantum unica ſit via ad ſalutem perveniendi, regibus & prin-

cipib. non alia poteſt oſtendi quàm inferioribus. Exiſtimandum autem non eſt, quaſi reprehenſio & excommunicatio eorum qui in gubernatione ſunt, abdicet eos Magiſtratu: imò miniſtro Evangelii nihil eſt negotii cum politica gubernatione. Johannes quidem reprehendit Herodem, ſicut & Nathan propheta Davidem: ſed regnum ei reliquit. Quin & Chriſtus vulpem appellavit Herodem: ſed regnum ei non abſtulit. Videbant Petrus & Paulus Neronem vaſ ira, crudeliſſimè in Chriſtianos ſævientem: nō tamen imperio eum depoſuerunt, ſed omnib. Chriſtianis ſub ira divina comminatione, ne magiſtratui reſiſterent, præceperunt, & juſſi innocentes cervices ſuas impuriſſimo tyranno humillimè ſecandas præbuēre. Theodoſius, licet meritò ab epiſcopo Ambroſio fuerit excommunicationi ſubjectus, nihilominus imperium retinuit, ac ſubditi ad obedientiam devincti erant. Pontificius igitur error & tyrannis eſt, ſub prætextu excommunicationis legitimum magiſtratum ab officio ſummovere, & ſubditos ab obediētia vinculo abſolvere. Hoc nec Prophetarum quiſquam, nec Apoſtoli, neq; Chriſtus fecerunt. Ac certè epiſcopi Romani, nec impudentia, nec ſcelerum ullum in hac re ſtatuerunt modumve, finemve. In præſtantes enim Imperatores, ſine cauſa excommunicationis fulmen ediderunt, ac excommunicationis titulo ex Imperio illos excutere conati ſunt. Alexander III. papa ſine cauſa magnanimum & ſapientem Imperatorem Fridericum Barbaroſſam excommunicationis fulmine ferit. Simili audacia & petulantia uſi ſunt Honorius III. & Gregorius IX. erga optimum principem Fridericum Secundum. Gregorius verò Septimus non tantum excommunicavit Heinricum IIII. verùm etiam author fuit principibus novum regem creandi, & Rodulpho coronam miſit cum hac ſuperba & falſa inſcriptione:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho.

Verùm Rodulphus perfidia ſua pœnas graves dedit. Hunc ſceleratum miniſterii abuſum omnes pii meritò deteſtantur. Et fatendum eſt, nulli epiſcopo jus datum eſſe abrogandi magiſtratum, vel transferendi imperia. Cum homines impii anathemate digni ſunt, ab uſu Sacramentorum arceantur, & a ſocietate Eccleſiæ excludantur: nihil præterea poteſtatis Eccleſiæ miniſter ſibi autoritate Scriptura arrogare poteſt.

Hæc differentia inter Magiſtratum politicum & Eccleſiæ paſtorem valde conſpicua eſt, & graviſſimas cauſas habet. Cum enim politicus ordo in defenſionem humanæ ſocietatis, & ut publicæ pacis munimentum ſit, à Deo ſit inſtitutus: multi vero homines tam ſint projecta audacia, & deſperata malitia, ut nec legum reverentia, nec divinis comminationibus moveantur: fuit igitur omnino neceſſe, ut politicus Magiſtratus gladio armaretur adverſus contumaces. Qualis nam eſſet inter homines lanienа, ſi non liceret magiſtratui homicidam extremo ſupplicio punire? Præterea ſupplicia quæ ſontibus per Magiſtratum irrogantur, ſunt publica teſtimonia, vitam honeſtam Deo placere, ſceleribus verò & morum impuritate gravem Dei iram provocari. Sunt & imago & commonefactio de pœnis æternis, quas Deus impœnitentibus poſt hanc vitam eſt inflicturus. Ut ergo vi externa & armata manu, innocentia defendi, contumacia improborum reprimi poſſit: non tantum externo honore, ſed & opibus & potentia ac jure poſcendi vectigalia & tributa à ſubditis, inſtruxit Deus politicum Magiſtratum.

Epiſcopus verò ad docendum Evangelium vocatus, ut gladium à Deo non accepit: ita ad ſuæ functionis executionem nullis eget opibus ac potentia. imò Deus idcircò abjecit miniſterium Evangelii in ſummam paupertatem, & hominibus coram mundo viliſſimis commendavit, ut diſcrimen inter politicam gubernationem, & miniſterium in eccleſia docendi, tanto conſpectius eſſet: utq; miniſterii efficacia & defenſio à ſolo Deo penderet. Non enim verendum eſt, ne propterea nullius ſit miniſterii Evangelici uſus, vel efficacia, quòd vi externa deſtituitur: ipſum Dei verbum omni gladio ancipiti penetrantius eſt. Hebr. 4. Nec tantum aures corporis, ſed ipſam etiam animam ferit: eſt malleus conterens petras, & ignis conſumens: eſt virga ferrea, qua univerſum genus humanum tanquam vas figuli confringit. Sunt ſagittæ acutæ, quibus populi & ingentes exercitus proſternuntur. Non igitur exiſtimemus miniſterium verbi nullius efficaciæ, aut inanem ſonum eſſe. per vocem enim miniſtrorum impertit Deus hominibus vitam æternam: teſte Paulo, Evangelion eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti. Impœnitentes verò, & Evangelio contumaces, æternæ damnationis vinculis arctiſſimè ac validiſſimè aſtringit. Nullus carcer politici Magiſtratus tam validè captum tenet ſceleratum, quàm vox paſtoris, impœnitenti negans peccati remiſſionem, & eccleſiæ communionem, eum aſtringit. Quidquid in terris ligaveris (inquit Chriſtus) etiam in cœlis ligatum erit. Quod verò pontifices Romani hoc dictum Chriſti ad vim externam, & uſurpationem gladii corporalis detorquent, non tantum error eſt, ex inſcitia diſcriminis (quod eſt inter miniſterium docendi in eccleſia & inter Politicam gubernationem) manans, ſed horrendus furor ex immenſa dominandi libidine natus. Quòd enim Chriſtus ad Apoſtolos, & omnes Eccleſiæ paſtores dixit: Quidquid ſolveris in terris, erit ſolutum in cœlis. Quidquid ligaveris in terris, erit ligatum in cœlis; Romanus pontifex, ita eſt interpretatus, ac ſi filius Dei epiſcopo Romano plenam tribuiſſet poteſtatem quidvis ſtatuendi in terris: nimirum pro libidine transferendi imperia, abrogandi magiſtratus, conſtituendi reges, figendi & refigendi leges: condendi articulos fidei, mutandi ſacramenta, prohibendi conjugia ſacerdotibus, reſervandi certos caſus, remittendi peccata pro pecunia vel impœnitentibus, mandandi angelis, retinendi peccata pro arbitrio, novis legibus conſcientias aſtringendi, interpretandi Scripturas, indicendi concilia, & quidvis pro libidine agendi in terris, quod Deum ipſum ratum habere oporteat in cœlis. Quomodo verò hi tam execrandi furores Romanorum pontificum Chriſto unquam in mentem venire potuiſſent? Longè alia fuit mens filii Dei, cùm Eccleſiæ paſtores authoritate ligandi & ſolvendi inſtruxit: in terrenas res, in imperia nihil ipſis juris cōceſſit, nec ipſos ꝑ libidine agere voluit: ſed tantùm volūtatis divinæ de hominum ſalute teſtes eſſe voluit, à peccatorum & legis vinculis eos ſolvi juſſit, qui ſerio pœnitenti-

Digitized by Google

nitentiam agerent, & fiduciam in promiſſum Mediatorem conſtanter collocarent, Eos verò qui ſceleribus contaminarent vitam, iram Dei parvi penderent, & Evangelio contumaciter repugnarent, ligari mandavit: hoc eſt, denunciatione æternæ damnationis aſtringi, atque etiam à ſocietate ſanctorum excludi. Hoc limite circumſcripta eſt Eccleſiaſtica iuriſdictio. Jus ligandi non extendit ſe ulteriùs, niſi ad res ſpirituales, quæ ad Dei tribunal & æternam vitam pertinent. Et cùm hæc ita ſint, meritò epiſcopi Romani reprehenduntur, qui non contenti verbi Dei authoritate, & filii Dei mandato, privata audacia & cupiditate gladium ſumpſerunt: nec verò tantùm gladium, ſed & mundi opes & regiam potentiam ad ſe attraxerunt, obliti prorſus verborum Chriſti, Reges gentiũ dominantur eis, vos autem non ſic.

Nec quæ à quibuſdam donatio Conſtantini obtenditur, & quæ tam perfricta fronte in iure pontificio aſſeritur, tanta autoritatis vel momenti eſt, ut eius prætextu epiſcopus Romanus ius utriuſque gladii ſibi arrogare queat. Quo pacto enim Conſtantinus donaſſet Sylveſtro dimidium bonorum vel Imperii pro baptiſmo, quem hiſtoria ante Sylveſtrum à Melchiade baptizatum eſſe confirmant? Verùm etiamſi ex probatiſſimis authoribus doceretur (quod fieri nequit) Conſtantinum Magnum ea fuiſſe reverentia erga miniſterium Evangelii, ut epiſcopo Romano Sylveſtro, non ſolùm opulenta ſtipendia, ſed urbem Romam, ſuum denique occidentem, alteram orbis terrarum partem, ius gladii, & Regiam tribuerit poteſtatem, tamen neque hac ratione pontifices regis excuſarentur.

Non enim licuit Conſtantino, quamvis Imperatori, vel de bonis Imperii quicquam abalienare, vel eius iura minuere, ut luculenter iuris interpretes id demonſtravère: vel miniſterio Evangelii novam inducere formam, & Chriſti mutare voluntatem, qui dixit: Vos autẽ non ſic. Nec epiſcopo Romano ad docendam Eccleſiam vocato, ne oblatum quidem dono gladii ius accipere licuit, ſed intra ſuæ functionis terminos à Chriſto circumdatos manere debuit. Sed ut Conſtantini in amplificando imperio virtus eximia fuit, ſic haud dubiè rectius intellexit paſtorum functionem, nec illos gladio armavit, etiamſi liberalitate inſigni pietatem erga Eccleſiam teſtatus eſt. Res ipſa loquitur, pontifices Romanos fraude & prædationibus potius, ad tantas perveniſſe opes, quàm donatione Imperatorum. Quocunque verò titulo poſſident jus gladii, bonæ fidei poſſeſſores eſſe nequeunt, eo quòd filius Dei omnibus miniſtris gladium ademit, & tantum verbo armavit.

Porrò ut nec ius clavium, nec donatio Conſtantini epiſcopis Romanis gladii utriuſque poteſtatem contulerunt: ſic nec dictum Lucæ vigeſimo ſecundo, cuius authoritati Malefacius octavus innixus, Alberti Auſtriaci electionem reiecit, & cum Gallorum rege Philippo Pulchro Gigantum more contendit, pontificiæ tyrannidi ad uſurpandum utrumque gladium opitulatur, & admodum ineptus ſacræ Scripturæ contortor eſt, qui ex hoc dicto, una cum Bonifacio, pontificis Romani civilem & Eccleſiaſticam poteſtatem aſtruere conatur. Cum enim Apoſtolis, CHRISTI *adhortationem de emendo gladio non intelligentibus,* CHRISTUS *diceret: Et qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium: non iubebat Apoſtolos capeſſere arma ad propagationem & defenſionem regni Meſſiæ ſpiritualis, aut ad repreſſionem cohortis Phariſaicæ: ſed diſceſſurus ab Apoſtolis, admonebat eos de variis ærumnis, difficultatibus & periculis, quæ* CHRISTO *ex oculis ipſorum ſublato, in miniſterio ipſis obventura eſſent. Quamdiu* CHRISTUM *miraculis clarentem, & ob admirandam doctrinam gratum populo, præſentem habebant, latebant Apoſtoli ſub alis ipſius: omnium rerum neceſſitatem ab ipſo habebant: tanquam à parente defendebantur ab ipſo contra calumnias Phariſæorum, & violentiam malorum: nihil ipſis deerat. Unde & dicit: Quoties vos miſi ſine ſacculo & pera, numquid defuit vobis? Nihil, aiunt. Et alibi diſcipulis Johannis reſpondet: Non poſſunt filii thalami lugere, quamdiu ſponſus cum eis eſt: veniet autem dies, cum auferetur ab eis ſponſus, tunc jejunabunt. Eadem & huius loci ſententia eſt, quaſi dicat: Ego hactenus non ſum paſſus vos in ulla incidere pericula, aut inopiam. Volui enim & meam in defenſione veſtri divinitatem, & paternum affectum demonſtrare: habui rationem veſtræ infirmitatis. Nec lætiſſimo tempori Meſſiæ conveniebat luctus: nunc alia impendent tempora. Sponſus nunc à vobis auferetur: imò cum ſceleratis reputabitur, & ſupplicio afficietur. Vos etiam in ærumnas, egeſtatem, & in pericula atrocia incidetis. Comparate igitur vobis & ſacculum & peram, & emite gladium: adhibete deinceps aliquid propria diligentia & induſtria, in comparandis & cuſtodiendis vitæ neceſſariis. nam inopia vobis in miniſterio ferenda erit: incurretis etiam odia multorum hominum, qui vitæ veſtræ propter veritatis profeſſionem inſidiabuntur. Itaq; munite vos ubi opus eſt: non ut armis vos vindicetis, aut gladio Evangelium propagetis, ſed ut ſtudioſè & prudenter hoſtium inſidias vitetis, ad iniurias etiam ferendas parati ſitis. Continet igitur dictum* CHRISTI, *vaticinium de periculis & difficultatibus miniſterii. Hæc cum nõ intelligant Apoſtoli, & exiſtiment* CHRISTUM *ſibi à Phariſæis metuere, ex errore (ut patres ferè omnes ſentiunt) offerunt duos gladios: quaſi* CHRISTUS, *qui tanquam agnus mactationi erat deſtinatus, eſſet armis defendendus. Gravius autem Apoſtolis errant (ne dicam ſceleratè delinquunt) qui hos gladios de Civili & Eccleſiaſtica poteſtate, & quidem externa dominatione pontificis Romani, cui omnes reges ac orbis terrarum principes de neceſſitate ſalutis ſubiiciantur, exponunt. Eſt quidem Politica poteſtas armata gladio: ſed hæc doctrina non ex errore Apoſtolorum, ſed ex perſpicuo Scripturæ teſtimonio petenda & confirmanda eſt. Eſt & miniſterium ſpiritus inſtructũ gladio, non ferreo, ſed ſpirituali & ancipiti, nimirum verbo ſcindente petras. Ut autem carnifices illi qui* CHRISTUM *ſpinis pro corona, arundine pro ſceptro, veſte lacera pro trabea ornarunt: virulentiſſimo ſarcaſmo cœleſte ejus regnum ludibrio habuerunt: Ita Bonifacius octavus, dum in ſua extravagante Vnam ſanctam Eccleſiam. de maior, & obedient. cum ſuis ſucceſſoribus, huius dicti ſpecie, ſibi civilem & eccleſiaſticam dominationem, & corporalis gladii uſum arrogat: filium*

Dei in ſua paupertate regnantem ſuperbè deridet, & divina Spiritus ſancti oracula pedibus conculcat. Theologi eruditi hujus ætatis ſentiunt, Apoſtolos per errorem oblatione gladiorum vaticinatos eſſe, poſtremis temporibus geminos hoſtes Eccleſiæ fore, tyrannos ſcilicet, & impios doctores: qui & gladio corporali crudeliter perſequerentur viva CHRISTI *membra, & gladio ſpirituali, videlicet falſa doctrina & erroribus, vulnerarent conſcientias. Horum utrumq; à pontificibus Romanis hactenus uſurpatū fuiſſe, nemo negabit. Cæterùm, ut de interpretatione hujus dicti diſputare nec muneris mei, nec loci hujus eſſe agnoſco: ſic Bonifacianam ab Orthodoxorum patrum ſententia alieniſſimam eſſe, ipſe Aquinas in Cathena ſua (quam auream vocant) demonſtrat: in qua variis authoribus ac orthodoxis patribus ad interpretationem hujus dicti citatis, nullius ſententia cum Bonifaciana congruere videtur: idq; non ſine cauſa. Nam quis vel loco Lucæ mediocriter conſiderato, non animadverteret, aliud* CHRISTUM *intelligi voluiſſe, quàm verba ſonent: & erraſſe Apoſtolos, qui putarint eum de gladio loqui, cum paulò pòſt Petrum ſtringentem gladium cū gravi increpatione ab ejuſmodi intempeſtivo zelo retraxerit? Verū cum hic ſacræ Scripturæ interpres eò propudii venerit, ut rejecta imperatoris Alberti Auſtriaci electione, in ſolenni Jubilei die Imperiali habitu ac infula Cæſarea inſignis in publicum proceſſerit, gladioq; nudato ante ſe ferri juſſo, inſtar ſuperbeſcentis pavonis alta voce clamarit: Ecce duo gladii hic: quid mirum, ſi doctrina* CHRISTI, *ac orthodoxorum patrum interpretationis oblitus, tam impudenter, vereq; pontificaliter dictum* CHRISTI *contorſerit? In ſumma, pontifici Romano nulla gladii poteſtas jure divino competit: & ſi ea ſeſe armat, in aliena juriſdictionis pomeria impiè ac violenter irruit, ex* CHRISTI *miniſtro propria temeritate ſeſe tyrannum conſtituens.*

Quandoquidem ergo, ea quæ pro uſurpatione gladii utriuſque à pontificibus allegantur, arenoſo fundamento nituntur, ac tanquam mandato CHRISTI *contraria minimè ſubſiſtere poſſunt: ex commemoratis utriuſque poteſtatis diſcriminibus perſpicuè tandem apparet, utramque, quamvis autore eodem ordinatæ ac inſtitutæ fuerint, certis tamen limitibus ac metis circumdatam, ita ut Civilis politicarum, Eccleſiaſtica verò rerum ſpiritualium adminiſtrationi præpoſita ſit: illa pacem ac juſtitiam civilem tueatur, honeſtatem ac diſciplinam externam juxta utriuſque Tabulæ præcepta conſervet, obedientes ac juſtos defendat, contumaces autem pœnis corporalibus coherceat atque refrenet: hæc cœleſtia bona regni ſpiritualis offerens, omnem immunditiem cum lege Dei pugnantem arguat, judicium Dei adverſus peccata demonſtret, proſtratas conſcientias clementiſſimæ voluntatis æterni patris de gratuita remiſſione peccatorum propter mediatoris mortem patefactione conſoletur ac erigat, impœnitentes æternæ damnationis denunciatione aſtringat, & à ſocietate Eccleſiæ abſq; ulla vi corporali excludat ac arceat.*

Quæ verò ſuavior harmonia, vel res pulchrior amabiliorque exiſtere poſſet, quàm ſi ordo uterque intra hos limites conſiſtens, muneris ſui officia juxta regulā à Deo præſcriptā diligenter atq; fideliter obiret, nec alter alterius functiones vel temeritate, vel ambitione, vel violentia, interturbaret? Sed diabolus ordinationis divinæ infenſiſſimus hoſtis, in exordio quidem naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ tyrannos impulit, ut tanquam Gigantes cœlo bellum illaturi, Eccleſias, cum poteſtate Eccleſiaſtica dilacerarent: ac corrupta ordinationis divinæ harmonia, injuſtis cædibus graſſarentur, rerumque naturam omni ſcelerum genere polluerent. Deinde verò, re quam moliretur, hac via non ſuccedente, pontifices Romanos cæca dominandi libidine ſuffuſos ita præcipites egit, ut non minori tyrannide, diſcrimine poteſtatis civilis ac Eccleſiaſticæ perturbato, omnē confuſionem & ἀταξίαν tam in Republica quàm in Eccleſia inducere conarentur. Nec etenim ſolum pontifices miniſterium Evangelii ſibi demandatum negligere, ſacramēta CHRISTI *mutare, ſacras literas pro libitu interpretari, novam fidei formam inducere, totamque religionem ex fundamento evertere: ſed tam beneficiorum, quæ liberalitate Imperatorum acceperāt, quàm doctrinæ* CHRISTI *ſibi commiſſæ obliti, ſe ab Imperatorum ac regum ſubjectione & obedientia eximere, falſis privilegiis uniti, Imperatoribus ſeſe præferre, eos juribus Imperialibus vi doloque privare: ſub prætextu utriuſque poteſtatis, jus Imperatores confirmandi & removendi ſumere, eorum ſubditos à fidelitatis juramento abſolvere, denique Dei ordinationem furenter pedibus conculcare cœperūt: ut nullum genus hominum extiterit, quod Imperatoriam majeſtatem ſuperbius contempſerit, gravius afflixerit, furioſius impugnarit, atq; ſcelerati pontifices Romani. Non tantum pro libidine excommunicarunt, quos voluerunt, Imperatores, abſq; juſta cauſa: verumetiam bellis plusquam parricidialibus perſecuti ſunt, interfecerunt, veneno ſuſtulerunt, ac omnibus modis declararunt ſe divinæ ordinationis juratos exiſtere hoſtes. Magna hæc impietas, magna dementia, magna tyrannis fuit. non tamen Deus diſcrimen ordinis utriuſq; penitus deleri paſſus eſt: ſed ſubinde viros pietate ac doctrina, ſimulq; Spiritus ſancti donis inſtructos excitavit, qui animo excelſo tyrannidi pontificiæ graſſanti reſiſtentes, utriuſque poteſtatis diſcrimen declararunt, & Imperatoriæ majeſtatis decus contra pontificalem arrogantiā aſſeruerunt. E quorum numero cùm alii, tum pleriq; quorum in hoc volumine ſcripta continentur, fuère. Nam (ut breviter aliquot ipſorum ſententiæ capita attingam) quàm eruditè autor ſcripti de Unitate Eccleſiæ conſervanda, & Leodienſes in ſua epiſtola, contra Paſchalem ſecundum oſtendunt, ſpirituales tam ſummos, quàm infimos, politicis Magiſtratibus obedire debere? pontifices Romanos nullum politicum gladium, multo minus aliquod dominium ſuper Imperatorem, vel ejus ſubditos habere? Quàm invictis argumentis, præter Parriſium, Babenbergium, & Dantem, Cuſanus & Valla cōmentitiam Conſtantini donationem refellerunt? Quàm ſolidis ac firmis rationibus Parriſius, & poſt eum Dantes, ordinis Politici ac Eccleſiaſtici poteſtate, & dignitate in utramque partē diſcuſſa, Thraſonicam pontificum, ſe Imperatoribus præferentium ſuperbiam redarguit, oſtendens poteſtatem politicam Eccleſiaſticæ minimè ſubjectam: nec papam aliquod jus in Imperium habere, ſed et ſpiritualia, mundana ſoli Imperatori commiſſa eſſe? Quàm breviter, ſed nervoſe, autor Dialogi inter clericum &*

militem

militem. probat Chriſti vicarium ad ſpiritualia tantum, non ad temporalia aſſumptum, mundana principibus ac regibus adeò commiſſa, ut hi curam diſpenſationis bonorum Eccleſiæ gerere, clericis iis tributa ſolvere, omnemq́ obedientiam præſtare debeant? Quàm pulchra vereq́ hiſtorica narratione VValtramus Naumburgenſis ante annos quadringentos, & poſt eum Theodoricus Nyemus, oſtenderunt, collationes epiſcopatuum & abbatiarum ad Imperatores pertinere, eaſq́ Imperatoribus pontificum violentia extortas eſſe? Quis dubitabit, jus indicendi Concilia ac Synodos convocandi Imperatoris ac Regum eſſe, qui vel Cuſani vel Zabarellæ, illius de Concordantia catholica, hujus de Schiſmatis librum legerit? Quis Imperatorem pontificia confirmatione egere dicet, qui cum ab Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte eorundem electum, integram imperii adminiſtrãdi poteſtatem ex ſola electione habere, nec Papæ vaſallũ eſſe, vel ſedis Romanæ aut alicujus alterius approbatione vel cõſenſu indigere, ex Lupoldo Babenbergio didicerit? Cũ ergo hi viri non de rebus futilibus vel nihili, ſed longe omnium maximis ac Imperio utiliſſimis, veritatis amore, ac obſervantia Majeſtatis Imperialis, temporibus difficillimis ac periculoſiſſimis, pontificiæ tyrannidi ſeſe objecerint: digniſſima ſunt eorum ſcripta quæ conſerventur, & tanquã præclara ipſorum voluntatis in Imperium teſtimonia ad poſteritatem tranſmittantur, non ſolum ut eis animi Imperii ſtudioſorum, in rectis ac veris ſententiis, de diſcrimine utriuſq́ poteſtatis, Imperialis præeminentia, Juribusq́ regni & Imperii confirmentur, ſed & autorum laudabili exemplo ad acrem propugnationem Imperialis Majeſtatis contra convulſores & labefactatores ejuſdem incitentur. Sanè cum conſervationem eorum ſcriptorum, cum aliqua ſubjectæ propẽſionis erga Imperii majeſtatem, & debiti cultus autorum ſignificatione conjunctam cenſerem, ſcripta hæc in unum collecta, ad communem utilitatem Imperii ſtudioſorum publicari curavi. Majeſtati verò tuæ, Sereniſſime Imperator, ea in ſubjectiſſima obſervantia, duplici de cauſa offerre volui: Altera, quòd autores operam ſuam, tam pro Majeſtatis Tuæ, quàm anteceſſorum ejus, juriſdictione, dignitate ac præeminentia ſuſcepiſſe, & navaſſe fideliter viderentur, ideoq́ ea nullius nomini potius quàm Cæſareæ Majeſtatis tuæ dedicanda eſſet. Altera, ut Cæſarea tua Majeſtas videret, ſpem in quam omnes pii ac boni, cum divina virtute, & eximia in Imperium voluntate majeſtatis tuæ, tum fœliciſſimis auguriis in electione & coronatione ejus ſeſe monſtrantibus, erecti ſunt, talẽ eſſe, à qua adimplenda Majeſtatis tuæ anteceſſores minimè abhorruerint: nec quæ hodie pro libertate Imperii dicũtur, odio ſedis Romanæ, ſed veritate ſuggerẽte, ac neceſſitate poſtulãte dici: eaq́ nec avita, nec ſuperiorib. temporib. incognita fuiſſe: licet agitata, minus fœliciter ob hoc ceſſerint, quòd ea tẽpora, proh dolor, fuêre, quib. plus vulgi ſuperſtitio quàm aut ullius fides, aut CHRISTI *religio potuit. Ac etſi Sereniſſimæ Majeſtatis tuæ benignitate, manſuetudine & lenitate, quæ tanta eſt ut nullius animus eam capere queat, in ſpem optimam erigor, audaciæ meæ in compellanda Majeſtate tua veniam, ac obſervantiam eam, Imperiumq́ affectioni propenſiſſimæ locum fore: tamen quà poſſum diligentiſſima ſubjectione oro, ut inter innumeram turbam Cæſarea Majeſtati tuæ in primis ejus comitiis ſtudia ſua teſtantium, conſilium meũ ſub hiſce autoribus edendis, ac eum hoc Proœmio ei dedicandis, admittere: ac ſi quid in hoc peccatum fuerit, meæ potius erga Imperium, Cæſareamq́ tuam Majeſtatem impenſiſſimæ obſervantiæ & affectioni, quàm alii cuivis rei clementer aſcribere dignetur. Id quod cũ magis ex conſueta, ac incredibili Cæſareæ Majeſtatis tuæ virtute, quàm ſedula & anxia petitione me impetraturũ ſubmiſſiſſimè ſperem:* CHRISTUM JESUM *æterni patris filium, Regem regum, ac Dominum dominantium, regna conſtituentem, conſervantem, ac de gente ad gentem transferentem, ardentibus votis oro atq́ obteſtor, ut Cæſaream M. T. in valetudine incolumi, actionum ſucceſſu ſalutari, gubernatione Imperii tranquilla, regnorum amplificatione fœlici, perpetuaq́ victoria contra nominis ſui juratos hoſtes Turcas, quàm diutiſſimè tueatur, protegat, ſervet, provehat ac ornet. Baſileæ, XX die Martii, Anno Salutis humanæ M. D. LXVI.*

Cæſareæ Tuæ Majeſtatis

obſervantiſſ.

Simon Schardius D.

TESTIMONIA ALIQUOT AUTORUM, QUÆ QUASI SUMMARIAM ISAGOGEN CONTINENT eorum quæ in hiſce libris tractantur.

OTTHO FRISINGENSIS.

SICUT ad ſpiritoalem gladiũ, ſpirituales quoq; poſſeſſiones, id eſt, primitiæ decimę, oblationes, & alia hujuſmodi pertinent: ſic materiali omnes terrenę dignitates, ducatus ac hujuſmodi ſubjacent. Hæc eoim Deus non in ona perſona, ſed ſeparatim in duabus, in Eccleſia eſſe voluit. Proinde ſicut illi perſonæ quę gladium materialem portat, non licet contingere ea quæ ſpiritualia ſuot: ſic & iſti ea uſurpare quæ hujus ſunt, non conveoit, unde & in Evangelio ſcribitur: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei ſunt Deo. Idquę Dominus ſicut prædicat verbis, ita factis declaravit, quando tributum pro ſe & Petro juſſit dari. Paulus etiam omnem poteſtatem à Deo eſſe conſiderans, in cauſa poſitus, non Petrum qui tũ Romanæ cathedræ pręfuit, ſed flagitioſiſſimè ex Dei voluntate ſuper terram regem conſtitutum Neronem appellavit.

PRACTICUS FERRARIENSIS, QUI VIXIT ANTE ANNOS 150. in forma reſponſ. rei conventi. §. præſcriptionis.

Neconquam quieſcet Italia (*rectius dixiſſet, totus Chriſtianus orbis*) donec ipſa Eccleſia poſſideat civitates vel caſtra: & donatio eidem facta per Conſtantinum, fuerit per aliquem probum & potentem Imperatorem penitùs revocata, cum non bene conveniat pſalterium cum cithara: nec datum ſit à Chriſto, nec à Beato Petro, quòd poſſidere debent talia, ſed quod Cæſaris reddatur Cæſari, & quod Dei Deo.

IDEM, DE JURE CONFERENDI EPISCOPATUS, ALIAQUE BENEFICIA Eccleſiaſtica, competente Imperatoribus. In forma libelli, quo agitur ex ſubſtit. §. ex ſuo corpore.

Scire debes tu ignare laice, qood Imperium aliquando habuit otrumq; gladium, temporalem ſcilicet & ſpiritualem: adeoq; , quòd tunc Imperatores conferebant omnia beneficia Eccleſiaſtica per univerſum orbem , & amplius eligebant papam. ut habetur in c. Adrianos. 43. diſt. & notatur per Innocentium io c. 2. ext. de major. & obed. Unde eo tempore ſtudebaot Imperatores ampliare fidem Chriſtianam, quæ tunc modica erat, & in parvo ſtatu: oportuit conferre multa privilegia Eccleſiis , & iis qui ſe ad fidem Catholicam convertebant , ut patet per tit. C. de ſacroſ. eccleſ. ioter quæ privilegia fuit iſtud , ꝙ bona ingredientiũ monaſteria applicarentur ipſis monaſteriis, propter quod privilegium multiplicata & fundata ſunt mooaſteria infinita per univerſum orbem, olim cauſa devotionis, licet hodie cauſa rapinæ, & avaricię , in tantum quod deſtruxerunt hodie mundum, & annihilaverunt ſtatum Imperii, & omnium laicorum. Poſſunt ergo dici meritò talia loca facta, vel fienda, retia contexta ad capienda Laicorum bona. Surgat ergo bonus Imperator, & dicant omnes, Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

DE CONFIRMATIONE IMPERATORIS, QUAM PAPA SIBI arrogat: Fridericus II. lib. 1. Epiſtolarum, Epiſtol. 3. ſic ſcribit:

Etſi fateamur collatam à domino Romanę ſedis antiſtiti plenariã in ſpiritualibus poteſtatẽ: ut quãtumcunq;, quod abſit, ſit ille peccator, quod in terra ligaverit, ſit ligatũ in cœlis: & quod ſolverit, ſit ſolutum: nuſquam tamen legitur, divina vel humana lege ſibi conceſſum, quòd pro libito transferre poſſit Imperium, aut de puniendis temporaliter in privatione regnorum regibus & principibus judicare. Nam licet ad eum de jure & more majorum conſecratio noſtra pertineat , non magis ad eum depoſitio ſeu remotio pertinet quàm ad quoslibet regnorum prælatos, qui reges ſuos, prout aſſoleot, conſecrant & inungunt.

DE POTESTATE IMPERATORI IN INDICENDIS CONCILIIS competente , idem eodem lib. Epiſt. 34.

Nec inter nos, & eum, dorante præſenti diſcordia, vocari concilium per eondem, velot per publicom Imperii hoſtem , permittemus: præſertim cum nobis , Imperio & terræ principibus indecentiſſimom judicemus, cauſam noſtrotum ſecolarium poteſtatum Eccleſię foro ſobjicere; vel judicio Synodali. Sed omnibus ad ipſum concilium convocatis, per terram noſtræ ditioni ſubjectam, ſecuritatem quamlibet denegamos. Et jus indicendi Concilia penitùs ad Imperatorem ſpectare, aſſerit Fridericus Barbaroſſa lib. 4. capite 58. apud Radevicum.

DE

Google

DE VNITATE ECCLESIÆ CONSERVANDA, ET SCHISMATE, QVOD fuit inter Henricum IV. Imp. Rom. & Gregorium VII. Pont. Maxim.

CHJUSDAM EJUS TEMPORIS THEOLOGI, QUEM quidam veneric Vercellenſis eſſe exiſtimant, Liber: ab Huttenoin bibliotheca Fuldenſi inventus.

A NEMO aſcendit in cœlum, niſi qui deſcédit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo. Per hæc ſancti Evangelii verba commendat Dominus unitatem Eccleſiæ, quæ per charitatem concurdans membrorum unitate, colligit ſe in cœlum in ipſo Redemptore, qui eſt caput Eccleſiæ. Sic enim ipſe orat ad patrem pro fidelibus ſuis, quos prædeſtinavit concordes fore in vinculo charitatis & pacis. Rogo, inquiens, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unū ſint. & dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit & ego in eis. Unde ſanctus Auguſtin⁹ in ipſius Evangelii expoſitione: in uno inquit. eſtote, unum eſtote, unus eſtote: & Væ illis qui oderunt unitatem Eccleſiæ, præſumentes in hominibus partes facere. Utinam voluerint hoc attendere, qui partes in hominibus fecerunt: ut faciunt ſcindentes unitatem Eccleſiæ quale flagitium ſchiſmatis conſtat gravius eſſe, quàm ſcelus idololatriæ: quoniam legitur in veteri teſtamento, idololatriam gladio punitā eſſe, ſchiſma autem hiatu terræ. Quapropter B ne[illegible]rium duximus, ſcribere aliqua de ſtatu hujus temporis Eccleſiæ: quia quiſquis ſenſerit ſe eſſe in[illegible]ra materna viſcera ipſius Eccleſiæ non poterit ei, quando doluerit, non condolore. Diu enim eſt, quòd in regno Romani imperii bella ubique & ſeditiones aguntur, quòd filii a matris Eccleſiæ gremio diſtrahuntur. & cum ſuperet in plurimis diſcordia, vix in paucis remanſit [illegible]oncordia, per quā unitur & conſiſtit Chriſti Eccleſia: quoniam inde dicitur ſchiſmata, quòd diviſa ſunt corda, cum ſ[illegible]ptum ſit, quod Multitudinis credentium fuerit cor unum, & anima una. Sed hujus diſc[illegible]rdiæ fomes & nut[illegible]imentum fuiſſe G[illegible]ego[illegible]us papa [illegible]ui & Hildebrant, videtur aliquibus [illegible]uod nos nec affirmamus, nec renuimus, ſed hujus [illegible]ei ſecretum divino judicio relinqnimus: quia nunc ibi conſtitutus eſt poſt corporis hujus depoſitionem, ubi ſub judice Deo recepit juxta meriti ſui qualitatem. Tamen dicturi ſumus pauca de ſcriptis illius, ut his ea qua oportet diligentia perſpectis, teneatur modus defenſionis partiū ipſius. quoniam, ſicut ſcribit ſanctus Cyprianus epiſcopus: Unitatem qui non tenet non tenet patris & filii fidem: vitam non tenet & ſalutem.

Igitur Romana eccleſia mater eſt omnium eccleſiarum, quę faciunt unā catholicam Eccleſiam: & dignitas Romani nominis caput A vel domina dicitur populorum, qui pertinent ad ipſam Romam: quę cum ſit libera, facit etiā ut ſint liberi, quotquot ſunt ſub civilitate ſua. Hinc ſanctus Gregorius ſcribens ad Phocam imperatorem: Reformetur, inquit, jam ſingulis ſub jugo pii imperii libertas ſua: quoniā hoc inter reges gentium & reipublicæ diſtat, quòd reges gentium domini ſervorum ſont, imperatores verò reipublicæ domini liberorum. Sed Conſtantinopolis, quæ nova Roma dicitur, tunc erat ſedes Imperatoriæ dignitatis, hoc ita odinante induſtria & religione Conſtantini imperatoris ut vetus Roma obtineret primatum Apoſtolici honoris, & nova retineret principatum regiæ majeſtatis, ut ſic mater & filia concordarent in unitatem Chriſtianæ fidei & religionis. Poſtquam autem degeneraverūt novæ illius Romæ imperatores, facti vel hæretici, vel hæreticorū defenſores, ſive etiam catholicæ Eccleſiæ perſecutores: tunc mater quaſi ſcribere cœpit filiæ libellum repudii. & alios filios nobilitate ſimul, & virtute præſtantiores adquiſivit ſibi, ut Galliæ & Germaniæ populi ſint & filii & cives ſui. atq; regès earū imperatores ſint reipublicæ & Ro- B manæ eccleſiæ patricii. Unde legitur, Stephanum papam veniſſe ad regem Pippinum. & poſtulaſſe patrocinium ejus contra Haiſtulfum regem Longobardorū ac ipſius patrocinii gratia decreviſſe quemlibet deinceps regem Francorum patricium eſſe Romanorum, ſicut verbi cauſa legitur in Chirographis de Carolo ſcriptum: Carolus gratia Dei rex Francorum & Longobardorum, ac patricius Romanorum. Hic eſt Carolus, qui primus ex Francorum regibus imperator eſt ordinatus quod ut fieret per illius temporis pontificem Romanum invitus eſt adductus. cujus etiam pater Pippinus, de quo ſuprà dictum eſt, cum eſſet major domus in regno Francorum, hoc eſt præfectus palatii. & ad eum ſpectaret ſumma regiæ poteſtatis & officii, electus eſt primus ex præfectis palatii in regem, atque ordinatus eſt per beati Bonifacii Moguntini archiepiſcopi benedictionem, prius ſup hoc experto Zachariæ papæ judicio: quia cōſenſus & authoritas Romani pontificis neceſſaria huic videbatur negocio. Miſſus eſt enim ad eū venerabilis vitę Burchardus, Wirtziburgenſis eccleſiæ epiſcopus, cū aliis ad hanc legationem idoneis nunciis, qui ex mandatis Principū interrogarēt ejus ſententiæ oraculū:

A & acciperent reſponſum, quomodo poſſent reformare regnum Francorum in priſtinæ dignitatis ſtatum, quod multo jam tempore non haberet regii honoris privilegium: illum verò qui rex diceretur, nihil amplius habere niſi quoddam vani nominis ſimulacrum, cum nec opes, nec potentia, nec aliqua diſpoſitio regni apud majorem domus quicunque palatio præeſſet, proinde juſtum & idoneum ſibi videri, ut ab Hilderico totius regiæ dignitatis, & potentiæ jam ex hæreditaria ſucceſſione privato, transferretur regium nomen ad Pippinum, tunc temporis præfectum palatii, qui pro nobilitate ſua atq; virtute dignus fuiſſet, quatenus ipſe, qui domi & militiæ regni gubernacula fortiter procuraret, cum labore pariter & officio nomen regis convenienter ſuſciperet. Quorum poſtulationem cum æquam atq; utilem Zacharias papa judicaſſet, ad ea quæ poſtulabant conſenſit, atque ejuſdē cōſenſus ſententiā poſtea Stephanus papa cōfirmavit: & Pippinus factus eſt rex communi ſuffragio principum. atq; Hildericus ex vano nomine regis promeruit tonſuratus coronam monaſticæ religionis. & habitum. Quod ſi ita eſt, immò quia ita eſt, videtur ſupra dictus papa Gregorius, qui & Hildebrant, immeritò hanc notam impoſuiſſe vel Zachariæ vel Stephano, religioſis pontificibus Romanę eccleſiæ, ut ipſi ſola authoritate ſua Hilderichū à regno deponerent, & abſolverent omnes Francigenas à juramento fidelitatis: quam illi

B feciſſent, cum fortaſſe ei qui hujuſmodi erat, juxta quod ſuprà dictum eſt. principes regni aliquod juramentum dare indignū duxiſſent. Sic enim ſcripſit inter alia plurima ad Herimaunum Metenſem epiſcopum, ut corroboraret per hoc animos partium ſuarum, quatenus tutò relinquerent regem ſuum, quaſi ipſe hoc exemplo poteſtatem haberet deponere eum. Quidam, inquit, Romanus pontifex regem Francorum non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo quod tantæ poteſtati non erat utilis, à regno depoſuit & Pippinum Caroli Magni imperatoris patrem in ejus loco ſubſtituit: omnes Francigenas à juramento fidelitatis, quam illi fecerant, abſolvit. Et longe ſuprà: Ut de multis, inquit, pauca dicamus, quis ignorat vocem Domini ac ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti in Evangelio dicentis, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. & portæ inferi nō prævalebunt adverſus eam: & tibi dabo claves regni cœlorum: & quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolveris ſuper terrā, & in cœlis erit ſolutum? Nūquid hic reges excepti ſunt? aut nō ſunt de ovibus, quas filius Dei beato Petro commiſit?

Hæc verba ſi charitas, quæ ædificat, temperaret: diſceſſio illorum, per quos regendus eſt mundus, jam facta non fuiſſet. quoniam ſicut ſcribit ſanctus Leo papa: Omnes res tutę eſſe non poſſunt, niſi quæ ad divinam confeſſionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defenderet authoritas. Unde & Gelaſius papa: Chriſtus, inquit, memor fragilitatis humanę, A quod ſuorum ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica temperaret. ſic actionibus propriis dignitatibusq; diſtinctis officia poteſtatis utriuſq; diſcrevit, ut & Chriſtiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent. & pontifices pro temporalium curſu rerum imperialibus diſpoſitionibus uterentur: ac ſic modeſtia utriuſque ordinis curaretur, ne utroq; ſuffultus extolleretur. Quæ cum Ita Deus diſpoſuerit & hæc duo, quibus principaliter hic mundus regatur, regalem ſcilicet poteſtatem. & ſacratam pontificum autoritatem ordinaverit. quis contra hæc ire tentabit, niſi qui Dei ordinationi reſiſtit? Eo enim modo beatus apoſtolus Paulus Eccleſiam Dei ordinat, ut nihil adverſus principes & poteſtates ſeculi gerens, per quietem & tranquillitatem vitæ opus juſtitiæ & pietatis exerceat; Omnis, inquit, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate; quod bonum & acceptum eſt coram ſalvatore noſtro Deo. Qui autem reſiſtit poteſtati. Dei (inquit) ordinationi reſiſtit. Non hic de illis poteſtatibus dicit quæ perſecutiones inferūt fidei: quia ibi dicendum eſt, Deo obtemperare oportet magis quàm hominibus. ſed de illis communibus dicit, quæ non ſunt timori boni operis. ſed mali: quibus utique qui reſiſtit, ipſe ſibi damnationem pro geſtorum qualitate conquirit. Vis autem, ait, non timere poteſtatem? benefac, & habebis laudem ex illa. Dei B enim miniſter eſt, tibi in bonum. ſi autem malefeceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Ex his certè Apoſtoli verbis apparet, ordinaſſe Deum non per antiſtites & Eccleſiarum principes omnia crimina vindicari: ſed ea quæ excedunt diſtrictionem eccleſiaſticæ lenitatis vindicari per judicem mundi. Sacerdotale enim judicium non habet, niſi gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei: atque ideo cum per eccleſiaſticas regulas non potuerit hæreticos coercere Eccleſia Dei, adjuvatur (ſicut ait beatus Leo papa) ſeveris conſtitutionibus Chriſtianorum principum, quando ad ſpiritale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale judicium. Sæpe autem contigit, reges aliquos vel imperatores fuiſſe hæreticorum fautores atque defenſores: ſed quanto crudelior hoſtis ad nocendum, tanto perſpicacior cura erat epiſcoporum. pro expetenda pace Eccleſiarum. quoniam juxta Anaſtaſii papæ teſtimonium, ille pro Chriſto fungitur legatione, qui pro pace precatur Eccleſiæ. Quapropter idem Anaſtaſius ſcribit ad Anaſtaſium imperatorem hæreticum, & defenſorem hæreticorum: Glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Anaſtaſio Auguſto, Anaſtaſius epiſcopus. Exordium pontificatus mei primitiis oblata populis pace pronuncio, conſequenter pro fide catholica humilis pietati tuæ precator occurro: in quorum primo divinum favorem propinquaſſe confido, quod conſonantia in me auguſtiſſimi

nomi-

Google

A nominis non dubium præſtat auxilium, ut ſicut vocabulum pietatis tuæ per univerſas gentes toto orbe præfulget, ita per miniſterium meæ humilitatis, ſicut ſemper eſt, ſedes beatiſſimi Petri univerſali Eccleſia aſſignatum à Domino Deo teneat principatum. Et Gelaſius papa ſcribens per multa ad eundem Anaſtaſium imperatorem, pro pace eccleſiaſtica ſic ait inter cætera: Fili clementiſſime, rogo te purè, ſyncerè, ut me in hac vita audias potius deprecantem, quàm (quod abſit) in divino judicio ſentias accuſantem. Sic certè ſic ſolebãt Deo digni pontifices Romani ſuppliciter deprecari pro Eccleſiaſtica pace, non quærentes, immò nunquam concipientes animo aliquos de regibus ſive imperatorib. deponere: & ideo pacem quærentibus, atq; pacem offerentibus aderat Deus, remunerans humilitatem, patientiam & manſuetudinem eorum. & vindicans ſe ſuper hoſtibus ipſorum. Nam poſtquam ille etiam Anaſtaſius imperator hæreticus præſules eccleſiarum ſupplicantes audire contempſit, divino judicio aduſtus fulmine interiit. Quęrit autem nũc aliquis pontificum deponere principem populorum, quod eſt excitere quaſi incendium ad deſtructionem eccleſiarum. Si enim ponamus, verbi gratia, credentes Chriſto poteſtatibus ſeculi ſubjectos non eſſe, non tradere tributa, nec vectigalia penſitare, nulli eorum timorem vel honorem deferre: nónne per hoc rectorum & principum meritò in ſemetipſos arma con-
B verterent: & perſecutores quidem ſuos excuſabiles, ſemetipſos verò culpabiles facerent? Non enim jam fidei, ſed contumaciæ cauſa impugnari videretur: & eſſet eis cauſa quidem mortis digna, meritum verò mortis indignum. Hoc ergo providens dicit Apoſtolus, immò per Apoſtolum ſic ordinat Chriſtus: Reddite omnibus debitum, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: nemini quicquam debeatis, niſi ut invicem diligatis. Et ipſe Rex regum, & Dominus dominantium Jeſus Chriſtus, dignatus ſecundum carnis diſpenſationem deſcribi civis Romanus regulam quam conſtituit ſuper his dicens: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo: hanc inquam ſuæ conſtitutionis regulam proprio confirmavit exemplo Dixit enim ad Petrum poſtquam oſtenderat ſe à tributo liberum, utpote regis filium, & ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum: Ut autem, inquit, non ſcandalizemus eos: id eſt, ne nos Cæſari contradicentes, tumultuandi eis occaſionem præbeamus, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore ejus, invenies ſtatherem, illum ſumens da eis pro me & te. Quæ cum ita ſint à Deo diſpoſita, & ſcriptis atque exemplis comprobata, nónne Dei ordinationi reſiſtit, qui poteſtatibus reſiſtit: quali nec obaudiendum Apoſtolus pręcipit, etiam ſi angelus de cœlo aliter quàm evangelizatum eſt, prædicaverit? Quidam, inquit, Romanus pontifex regem Francorum A non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo quòd tantæ poteſtati non erat utilis, à regno depoſuit. Superius quidem dictum eſt, & verè juxta fidem hiſtoriarum dictum eſt, Zachariam papam communi principum de regno Francorum legationi conſenſum præbuiſſe, qui decreverant pro Hilderico, apud quem nulla vel regia poteſtas, vel regia dignitas: ſed ſolum regium nomen erat, dignam in regno perſonam conſtituere, & ut omnis ex hinc occaſio tumultus abeſſet, monaſterio eum mancipare, pro eo quod videbatur fuiſſe dignior coronari tonſura monachi, quàm regio diademate. Sed noſtri temporis rex & imperator, natus & nutritus in regno, quantum ſpectat ad humanum judicium, dignus quidem videtur imperio, cùm ex propria virtute, tum ex majorum ſuorum merito & dignitate. Conferte nunc, ſi placet, illum exhæredatum totius regiæ dignitatis ac regiæ poteſtatis Hildericum, cum hoc tali viro, cui, ut ſalva dixerim fide, non invenitur in toto Francorum regno aptior perſona Romano imperio: quem per totum tempus imminentis belli, quod jam per XVII. annos geſtum eſt, Deus mirabiliter cuſtodivit: quem & in omnibus præliis, quibus ſexies cum hoſtibus conflixit, ineffabili modo protexit, & eripuit. Hoſtes quippe ejus erant, qui juxta regium morem ſacramento ei fidem aliquando promiſerant, qui pro eo ad confirmandas ſupradicti papæ Hildebrandi partes duos potius invaſores re- B gni, quàm reges, unum poſt unum, ſuper ſe conſtituerant: quorum unus in prælio cecidit, alter in expugnatione unius caſtelli miſerabiliter occubuit. Sic ille Romanus pontifex pacem confirmavit, quam Chriſtus dedit fidelibus, atq; reliquit. Pacem meam, inquit, do vobis, pacem relinquo vobis. Et: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

Ecce autem, erat inter hæc Herimanno Metenſi epiſcopo non modica cura vel de obedientiæ ſententia, vel de fidei ſuæ obſervantia. noverat enim ſe obedientiam debere Romano pontifici propter primatum ſedis Apoſtolicæ: noverat etiam ſe fidei: quam juramento promiſerat regi, debitorem fuiſſe, quorum alterutrum violare magni eſt periculi. & ideo reus eſſe videtur grandis piaculi, per quẽ facta eſt hæc diſceſſio inter rectores mundi. Sed ille Gregorius, qui & Hildebrant, ſecurum quodammodo fecit prædictum epiſcopum, & reliquos fautores partium ſuarum ſuper juratæ fidei prævaricatione, ſcribens, ut ſupradictum eſt, quendam pontificem Romanum omnes Francigenas à juramento fidelitatis, quam Hilderico inutili, ut ipſe etiam dicit, ad regni gubernacula regi promiſerant, abſolviſſe: ut intelligatur ſe quoq; tali exemplo poſſe, quos voluerit, à ſacramento debitæ fidei abſoluere. propter quod & hoc intulit, quod Domin⁹ beato Petro dicit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus

A eam: & tibi dabo claves regni cœlorum, &
quodcunq; ligaveris ſuper terram. erit ligatũ
& in cœlis: & quodcunq; ſolvetis ſuper terrã,
erit ſolutum & in cœlis. Verùm etiam certum
eſt, quod Dominus beato Petro, & in ipſo ſan-
ctæ Eccleſiæ dederit jus ligandi atq; ſolvendi,
ſed vincula peccatorum, non ut ſolveret ſa-
cramenta divinarum ſctipturarum, neq; ut li-
garet Dei verbum: quoniam ſicut ait Apoſto-
lus, verbum Dei non eſt alligatum. Ergo præ-
cipit Dominus per Moyſen filiis Iſtael, immò
filiis Eccleſiæ, ad quos magis pertinet repro-
miſſio Iſtael: Non aſſumes nomen Dei tui in
vanum: nec enim habebit inſontem Dominus
eum, qui aſſumpſerit nomen *D*omini Dei ſui
infruſtra. Quis poterit ſolvere iſtam Domini
ſententiam, ſive illam qua loquirut per Eze-
chielem prophetam: Qui ſolvit pactum nun-
quid effugiet? Vivo ego, dicit *D*ominus quo-
niam juramentum quod ſprevit, & pactum
quod prævaricatus eſt, ponam in caput eius.
Unde & in Evangelio ipſe Dominus & Salva-
tor ait, quod certè beatus Petrus ſicut prædi-
cavit, ſic à Domino accepit: Amen dico vobis,
donec tranſeat cœlum & terra, jota unum aut
unus apex non præteribit à lege, donec omnia
fiant. Qui autem unum de mandatis iſtis mi-
nimis ſolverit, & docuerit ſic homines, mini-
mus vocabitur in regno cœlorum. Hinc ſan-
ctus Auguſtinus in libto de Sermone Domini
in monte: Mandata, inquit, minima ſignificã-
B tur per unũ apicem. Qui ergo ſolverit, & do-
cuerit ſic id eſt, ſecundum hoc quod ſolvit,
non ſecundum hoc quod invenit, & legitur,
minimus vocabitur in regno cœlorum. & for-
taſſe ideo ait, non erit in regno cœlorum, ubi
niſi magni eſſe non poſſunt. Ergo cum talis ſit
qui ſolverit unum de mandatis Domini mini-
mis, qualis erit qui ſolverit unum de magnis,
ſive de maximis Domini mandatis? Cum enim
prohibuerit Dominus in Evangelio jurare ſi-
ve per terram, ſive per cœlum, aut per aliquid
hujuſmodi, nónne magnum, immò maximũ
peccatum eſt ei, ſi quis in vanum aſſumpſerit
nomen Domini Dei ſui? Audiſtis inquit, quia
dictum eſt antiquis, non peierabis. teddes au-
tem Domino juſiurandum tuum. Ego autem
dico vobis, Non jurabis omnino: neq; per cœ-
lum, quia thronus Dei eſt: neque per tettam,
quia ſcabellum eſt pedum eius, & cætera. Sit
autem (ait) ſermo: veſter, eſt, eſt, non, non,
quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.
Evangelica quidem perfectio jutamentum
non tecipit: ſed omnis ſermo Chriſtiani ita
verus ac fidelis erit, quaſi juramentum quis
dederit. & ptopterea, ſicut exponit ſanctus
Auguſtinus, intelligitur ptæcepiſſe Domi-
num, ne juretur: ne quiſquam, ſicut bonum,
appetat juſiurandum, & aſſiduitate jurandi
pet conſuetudinem delabatur ad petjurium.
Proinde etiam ſanctus Jacobus apoſtolus, cō-
firmans ſententiam Domini de ipſo ſacramē-
to, Ante omnia, inquit, fratres mei nolite ju-
rare neq; per cœlum, neq; per tetram, neq; a-
liud quodcunque jutamentum. ſit autem ſet-
mo veſtet, eſt, eſt, non, non: ut non ſub judicio A
decidatis. Cum autem aliquis juraverit, con-
ſiderandum eſt non ſolum cui, ſed pet quem
juraverit, conſtrictus perinde divini atteſta-
tione nominis. atque ideo qui juramentum
cōtempſerit, illum proculdubiò deſpicit, per
quem juravit: illiq; injuriam facit, cujus no-
mini credidit adverſarius: immò non jam ad-
verſarius, ſed amicus. Unde per ſupradictum
prophetam Ezechielem comptobans Domi-
nus juramentum, quod fecerat Sedechias te-
gi Babylonis. & irritum fecerat, ſuum magis
quàm alterius fuiſſe: Motietur, inquit, in prę-
varicatione, qua deſpexit me. Periuri quippe
regnum Dei non poſſidebunt ſicut dicit Apo-
ſtolus, immò per apoſtolum Dominus: qui
planè beato Petro, & in ipſo ſanctæ Eccleſiæ,
dedit jus ligandi atque ſolvendi: ſed vincula
peccatorum, non ut ſolveret ſacramenta divi-
narum ſcripturarum. Quod ipſe etiam con-
firmaſſe legitur ſanctus Pettus in libro de Ot-
dinatione ſancti Clementis ubi commendat
hęc diligenter obſervanda omnibus Chriſtia-
nis: Veruntamē illud. inquiens, eſt quod præ
cęteris omnib⁹ vobis cupio in cōmune ſerva-
ri, ut concordiam teneatis, per quod ſolum
poteſtis portum quietis intrare, & civitatem
regis ſummi. quæ pax nominatur. Clementē
autem hunc epiſcopum vobis otdino, & datã
mihi à Domino poteſtatem ligandi & ſolven-
di trado, ut de omnibus quæcunq; decteverit
in terris hoc dectetum ſit & in cœlis. Ligabit B
enim quod oportet ligari, & ſolvet quod ex-
pedit ſolvi, tanquam qui ad liquidum Eccle-
ſiæ regulam noverit. Ecce, qualem ſanctus Pe-
trus à Domino poteſtatem accepit ligandi atq;
ſolvendi, talem & ipſe tradidit ejus ſucceſſori,
ſcilicet in his quæ oportet ligari, & expedit
ſolvi: non ut ſolvat aliquis Scripturam Domi-
ni, quæ non poteſt ulla virtute convelli: quo-
niam firmum fundamentum Dei ſtat, ſicut A-
poſtolus affirmat. Et propterea ipſe ſanctus
Petrus de talibus inſtruens beatum Clemen-
tem, & pet eum omnes ſucceſſores ſuos, repe-
tit & dicit: Tu, inquiens, ut dixi, quæ opor-
tet ligabis & quæ expedit, ſolves. Ex his cet-
tè omnibus manifeſtum eſt, ſupradictum pa-
pam Hildebrandũ injuſtè pariter, & indignè
impoſuiſſe hanc notam vel Zachariæ. vel Ste-
phano religioſis utiq; pontificibus Romanæ
eccleſiæ, ut alicuius horum exemplo vel ul-
lius ſacrę ſcripturę teſtimonio poſſet abſolve-
re à juramento, quo fidem juraverant regi ſuo
vel principes, vel milites reipublicæ Qui e-
nim ſolvit pactum, nunquid effugiet? Vivo e-
go, dicit *D*ominus: quoniam juramentum
quod ſprevit, & pactum quod prævaricatus
eſt, ponam in caput eius.

Sequitur in ſupradicta Hildebrandi papæ
ſcriptura ejuſmodi teſtimoniũ, quod legitur
in libro de Ordinatione ſancti Clementis,
beatum Petrum dixiſſe ad populum: Ut ſi
pontifex Romanus alicui offenſus fuerit pro
delictis ſuis, cæteri nō debeāt ei eſſe amici, vel
eum

A eum alloqui: alioqui unum eſſe ex illis qui exterminare volunt eccleſiam Chriſti, quiſquis amicus fuerit ei qui eſt hujuſmodi. Certè non dixit hoc beatus Petrus de quolibet rege vel imperatore: ſed per hæc facit quemlibet de turba populi citiùs redire ad ſatisfactionem pœnitentiæ, quando viderit ſe deſtitutum eſſe amicorum ſuorum ſocietate, colloquio & amore. Nam ut quemlibet Chriſtianum regẽ prætermittamus, ecce quid pro impiiſſimo etiam Nerone ſcribit ipſe ſanctus Petrus: Deum timete, regem honorificate. ſcilicet ut in hoc timor Dei cõprobetur, ſi quilibet rex honorificetur. Chariſſimi, inquit, ſubjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive regi quaſi præcellenti: ſive ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia ſic voluntas Dei eſt, ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiã, quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem: ſed ſicut ſervi Dei, omnes honorate fraternitatem diligite, Deum timete regem honorificate. Et beatus quidem apoſtolus Paulus: Obſecro, inquit, primò omnium fieri obſecrationes; orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. hoc enim bonum & acceptum eſt coram ſalvatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſalvos

B fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Non enim poteſtas, niſi à Deo: quæ autem ſunt, ordinata ſunt à Deo, ad vindictam quidem malorum, laudem verò bonorum. Et cætera, quæ dicta ſunt ſupra. Sed alia nunc inſcripta ſunt decreta contra regem. immò contra Dei ordinationem, ut ſi pontifex Romanus regi offenſus fuerit pro delictis ſuis, cęteri non debeant ei eſſe amici, vel eum alloqui: alioqui unum eſſe ex illis qui exterminare volunt Eccleſiam Chriſti, quiſquis amicus fuerit ei qui eſt hujuſmodi. Nec eſt inſcriptio, quæ ſimilitudinem quandam videtur operata eſſe in agro Dominico, juxta quod dicit Dominus in Evangelio, quoniam in divini medio ſeminis zizania ſuperſeminavit inimicus homo. Notum eſt enim his qui experti ſunt, præcipuè autem his qui diviſionem Eccleſiæ doluerunt, qualiter multi non ſolum laicorum, ſed epiſcoporum atq; clericorum ſive monachorum, habentes quidem zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, ſicut ait Apoſtolus, ſuſpenderunt ſe, ac ſegregaverunt à communione totius orbis eccleſiarum, quotquot communicant noſtri temporis regi Francorum, & imperatori Romanorum: ipſiq; exigentes à nobis, non nos ab ipſis, verentur nobis communicare vel in colloquio, vel in pacis oſculo, vel in orationis ſtudio. Proinde cum ſuperior ſermo ſatis demonſtraverit, nimis eſſe contrariũ divinę ordinationi, pariterq; eccleſiaſticæ paci, poteſtatibus non ſubjacere ſublimioribus: de cætero quæramus, ſi juſta fuerit illa offenſio papæ adverſus regẽ, A qualis certè diviſit Eccleſiæ unitatẽ, pro cujus ſcilicet unitatis amore totũ agimus, quicquid horum locuti fuerimus, non pro defenſione partis alterius: quandoquidem partes in Eccleſia nolit eſſe Deus, quoniam totũ Eccleſiæ corpus, cujus caput eſt Chriſtus, redemit ipſe Chriſtus. ideoq; ubi non eſt totum, quod dicitur catholica, hoc eſt univerſalis Eccleſia, ibi non eſt Chriſti, ſed malignantium Eccleſia, quæ diviſa eſt in parte aliqua.

Ecce enim idem, de quo agitur, papa Hildebrant, ſuſcepit aliquando in accuſatione regis ſcripta hoſtium ſuorum, & proinde excommunicavit eum: quandoquidem ſacri Canones conſtituant, non poſſe aliquos, qui ante heſternum diem, aut nudiuſtertius inimici fuerunt: vel accuſatores vel teſtes fieri: nec debere per ſcripta ullius accuſationem ſuſcipi, nec accuſatorem abſẽte adverſario audiri. Sed rex profectus eſt in Italiam, ſatisfacturus Romano pontifici pro culpis, quibus ſe excommunicaverat. & quaſi privatum regno jam effecerat: depoſitoq; cultu regio, & habitu, ſupplicem ſe per omnia ac pœnitentẽ obtulit: nec prius omni officio humilitatis impenſo deſtitit, donec in gratiam cum Papa rediit, & ad comprobandũ eccleſiaſticæ reconciliationis teſtimoniũ ſacram communionẽ corporis & ſanguinis Domini de manu pontificis accepit: menſam cũ eo adiit, ac deinde dimiſſus eſt in pace: qualẽ ſcilicet pacẽ Judas ſimulavit, non qualem Chriſtus reliquit. B Aderat enim & legatio hoſtium ſuorum, quęrentium omnibus modis interrumpere initum hoc recõciliationis pactum. quibus Papa reſcripſit talibus verbis: Ne ſolliciti, inquiens, ſitis, quoniam culpabiliorem eum reddo vobis. Certè culpabiliorẽ facere aliquẽ, præcipuè autem regem quem præcipit Petrus apoſtolus honorificare, hoc nõ eſt oves Chriſti paſcere. Culpabiliorem, inquam, facere præcipuè eum, quem pœniteat culpabilem exſtitiſſe, hoc non eſt ſacerdotem Domini eſſe: cum ipſe in Evangelio Dominus dicat, gaudium fieri in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonagintanovem juſtis, qui nõ indigẽt pœnitentiã. Nũquid terribile, quòd & illud ſacramentum corporis Domini contẽnitur, quo rex ad altare in teſtimonium Eccleſiaſticæ reconciliationis cõmunicatur? quod certè ſacramentum pietatis, ſignũ quoque eſt unitatis, & vinculũ charitatis. Sed ne ſolliciti, inquit ſitis, quia culpabiliorem eum reddo vobis. Et ſi rex, qui per ſe ipſum culpabilis extitit, per papam culpabilior redditur, quis eorum majoris culpæ reus tenetur? Hoc quæſo cõſiderate, & tenete. Ecce autem propriè ſunt regum quædam ornamenta, ſicut corona & purpura, atq; alia regni inſignia, à quibus regem abſtinere ad arbitrii ſui tempus decrevit Papa, hujus ſcilicet intentionis gratia: ut ſic aut cõtemptibilior eſſet ipſius regis in regno perſona, donec roboraretur regnum, quod jam parabatur in electione

A alterius regis, dum fuerat ipſe legitimus rex in Italia: aut ſi non permiſſus à ſe regalia reſumeret ornamenta, certiorem perinde haberet exercendæ circa eum cauſam excommunicationis: quod videtur non eſſe officium pietatis, nec ſignum concordiæ & unitatis. Unde ſanctus papa Gregorius ſcribit ita in Homeliis, & ita docet, ut ipſa hac ligandi & ſolvendi poteſtate ſe privet, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubjectorum moribus exercet. Rex autem reverſus de Italia, invenit novum regem, & hoſtes multiplicatos ex abſentia ſua, ex quorum manu abſtulit cornu principatus ſui, divina auxiliante gratia, pariterq; annitente proniſſimo in ſe principum favore, quorum Deus tetigerat corda. Jam quidem exhibuerat Romano pontifici juxta primatum Romanæ eccleſiæ debitum honorem & obedientiam, perferendo humiliter excommunicationis ſententiam, ut deinde ſatisfaciendo conſequenter poſſet promereri reconciliationis gratiam. Sed cum ipſe hoc ageret, & totus in eo eſſet, ut ejuſdem Romani pontificis adjutorio, qui ad hoc ordinatus eſt ut ſit princeps pacis, regnum pacificaret, pariterque Eccleſiam Chriſti in unitatem redigeret, & ea quæ diſperſa ſunt in unum congregaret: ecce in quem totam ſpem poſuerat, adverſarium ſentiebat, utpote qui non ſibi vel ſuo regno, ſed hoſtibus contra ſe conſulebat, opéq; ferebat ut eum aut expellerēt, aut omnino perderent. quale officium nō
B eſt eorum de quib. à Domino dicit propheta: Quàm ſpecioſi, inquiens, pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Igitur Chriſtus pax eſt, & hæreditas Eccleſię, pax eſt: quoniam Hieruſalem, quæ ſurſum eſt, & eſt mater omnium noſtrûm, viſio pacis interpretatur: unde & nihil aliud patria noſtra, niſi pax vocatur. Qui autem contra pacem facit, adverſus Chriſtum & Eccleſiam facit. Qui enim, inquit, mecum non eſt, adverſum me eſt: & qui mecum non colligit, diſpergit: hoc eſt, unitatem Eccleſiæ ſcindit: quoniam quidem nemo niſi intra unitatem Eccleſiæ ſalvari poterit. Præterea contra Chriſtum quoque & Eccleſiam facit, quicunque terminos patrum ſuorum tranſgreſſus fuerit: hoc eſt: conſtitutiones canonum exceſſerit, qui conſtituunt, & conſtituendo deſcribunt, ut nemo rebus ſuis aut honore ſpoliatus poſſit accuſari, vocari, judicari, ſive damnari. Quæ cum ita ſint, & nec inter catholicos reputandi ſunt, qui ſanctorum patrum canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia conſecratos tranſgreſſi fuerint: quomodo poterit rex juxta minas ſupradicti papæ Hildebrant judicari, vel damnari? cum nec inferior aliquis poſſit accuſari, vel vocari, quamdiu ſpoliatus eſt rebus ſuis, vel aliqua parte honoris ſui. Proinde magnum fit ſcandalum viris ſecularibus, quando viderint deſpici ſacros Canones ab eccleſiaſticis dignitatibus: ideoque videtur hoc contigiſſe, ut congruus honor ac reverentia non exhibeatur A epiſcopis, qui Superintendentes dicuntur ex Græca locutione. Deum, inquit Apoſtolus, timete, regem honorificate. Alioqui puta etiam de ipſo principe ſacerdotum eo modo ſenſiſſe regem, quo legimus ſcitè locutum fuiſſe Domitium oratorem: Cur ego inquit, te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut ſenatorem? Et Dominus in Evangelio: Omnia quæ vultis, inquit, ut faciant vobis homines, eadem & vos facite eis. hæc enim, ait, lex & prophetæ. Sed ſæpe dictus, ac ſæpe dicendus papa Hildebrant, regem, quem beatus Petrus apoſtolus præcipit honorificare: hunc ille quærit ita inhonorare, ut velit omnes, ſi fieri poſſit, avertere ab ejus communione. Hujus rei gratia ſcripſit illud quoque capitulum, ad confirmandos animos partium ſuarum, vel ad multiplicandos homines earundem partium: ut ſi pontifex Romanus alicui offenſus fuerit pro delictis ſuis, cæteri non debeant ei eſſe amici, vel eum alloqui.

Hinc ducta eſt quæſtio, de qua hucuſque tractavimus: ſcilicet, ſi juſta fuerit hæc offenſio circa regem, vel digna Romano pontifici, vicario ſancti Petri, qui dicitur à petra, quæ eſt Chriſtus: cum id actum ſit ex inſcriptione capituli illius, ut plurimi epiſcoporum, clericorum, monachorum & laicorum ſuſpenderunt ſe ac ſegregaverunt à communione totius orbis eccleſiarum, quotquot communicant regi Francorum, & B imperatori Romanorum: ita ut exeūtes à nobis, non nos ab ipſis, vereantur nobis ſociari vel in colloquio, vel in pacis oſculo, vel in orationis ſtudio. Sed pro ejuſmodi ſcribit ſanctus papa Gregorius in libro de Paſtorali cura: Cum rector, inquiens, ſe ad loquendum præparat: ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur, attendat: ne ſi inordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur: & cum fortaſſe ſapiens videri deſiderat, unitatis compagem inſipienter abſcindat. Ecce autem noſtri temporis Gregorius papa, qui & Hildebrant, cum aliquando os ſuum aperuit, Eccleſiam diviſit, & præter ea quæ dicta ſunt ſupra, propheticam ollam ab aquilone in tantum accendit, ut per hos XVII. aut eo amplius annos, ubiq; ſint in regno Romani imperii bella & ſeditiones eccleſiarum, & monaſteriorum incendia & deſtructiones, & ut ſit epiſcopus adverſus epiſcopum, clerus adverſus clerum, populus adverſus populum, immò filius adverſus patrem: & pater adverſus filium: & frater adverſus fratrem. Hinc ſanctus Cyprianus epiſcopus & martyr, loquitur inter alia plurima de unitate Eccleſiæ: Quam ſibi, inquiens, pacem promittunt inimici fratrum? Quæ ſacrificia celebrare ſe credunt æmuli ſacerdotum? Secum eſſe Chriſtum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Eccleſiam colliguntur?

A Qui enim pacem Chriſti, & concordiam rumpit, adverſus Chriſtum facit. Qui alibi præter Eccleſiam colligit, Chriſti Eccleſiam ſpargit. Occidi talis poteſt, coronari non poteſt: quia talibus, ſi etiam animas poſuerint, non erit illa fidei corona, ſed perfidiæ pœna. Unitatem enim, inquit, qui non tenet, non tenet legem, non tenet patris & filii fidem: vitam non tenet, & ſalutem.

Inter hæc vide ſtudium & affectum iſtius boni paſtoris, & quantum explicuerit iſte ſanctus Cyprianus intimæ dilectionis circa miſeriam eorum, quos videt jacere in periculis, quos cernit lapſos eſſe in peccatis, quos intelligit decidiſſe à ſtabilitate fidei, & Chriſtianæ religionis, qui ſic loquitur in libro de Lapſis: Quid faciam, dilectiſſimi fratres, fluctuans vário mentis æſtu? Quid, aut quomodo dicam? lachrymis magis quàm verbis opus eſt, ad exprimendum dolorem, quo corporis noſtri deflenda eſt plaga, quo populi aliquando numeroſi multiplex lamentanda eſt jactura. Quis enim ſic durus ac ferreus, quis ſic fraternæ charitatis oblitus, qui inter ſuorum multiformes ruinas, & lugubres, ac multo ſqualore deformes reliquias conſtitutus, ſiccos oculos tenere prævaleat, nec erumpente ſtatim fletu prius gemitus ſuos lachrymis quã voce promat? Doleo, fratres, doleo vobiſcum, nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria, & ſanitas privata blanditur, quando plus paſtor in gregis ſui vulnere vulneratur. Cum ſingu-
B lis pectus meum copulo, mœroris & funeris pondera luctuoſa participo. Cum plangentibus plango, cum deflentibus defleo, cum jacentibus jacere me credo, jaculis illius graſſantis inimici mea ſimul membra percuſſa ſunt, ſævientes gladii per mea viſcera tranſierunt. Immunis ac liber fuiſſe à perſecutionis incurſu non poteſt animus in proſtratis fratribus, & me proſtravit affectus.

Hæc beatus Cyprianus martyr loquitur, qui nimio pietatis affectu miſeriis aliorũ compatitur, qui ſuper diverſis Eccleſiæ periculis dolet ac triſtatur, juxta quod illius mulieris commota ſunt viſcera ſuper filio ſuo, quem voluit ficta mater, ſicut legitur in libro Regũ, dividi Solomonis gladio, ne vel ſibi viveret, vel propriæ matri: quod ſcilicet exemplum verus pacificus noſter Dominus Jeſus Chriſtus voluit contingere in figuram noſtri, ut ex hoc diſcernantur filii alieni gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Sic enim ſanctus Ambroſius docuiſſe legitur, ut quando incerta ſunt judicia de falſis Eccleſiæ filiis, per ſpiritum diſcernantur: quem ſcilicet ſanctum Ambroſium inducit prædictus papa Hildebrand in ſcriptura ſua, dicens eum excommunicaſſe Theodoſium imperatorẽ pro culpa ſua quadam, ut ſic quoque ſtatuat & confirmet partiũ ſuarum ſchiſmata. Sed ipſe quoque ſanctus Ambroſius Eccleſiam non diviſit, ſed eo quæ Cæſaris ſunt, Cæſari, & quæ Dei, Deo reddenda eſſe docuit: qui Theodoſium quidem A imperatorem compulſum tumultu quorundam, qui ei cohærebant, vindicare Theſſalonicenſium ſcelus graviſſimum, Eccleſiaſtica coercuit diſciplina. quem inter alia eruditionis verba alloquitur ita, ſicut in Eccleſiaſtica loquitur hiſtoria, quæ dicitur Tripertita: Coæqualium hominum, & conſervorum princeps es, ô Imperator: unus autem omnium eſt Dominus, Rex omnium, & Creator, cuius nunc ſuſpice vinculum pro cæde populi, non præcedente judicio, perpetrata: quoniam medicina hæc eſt ſanitatis maxima. At imperator inquit: Tuum opus eſt & docere, & medicamina temperare: meum verò, oblata ſuſcipere. Tunc Ambroſius admonuit legem eum ſancire in poſterum, ut ſententiæ principum ſuper animadverſione differrentur ab executoribus in diem trigeſimum, quo locus miſericordiæ, vel ſi res tuliſſet, pœnitentiæ non periret. Paruit imperator Theodoſius, & vinculum eius ſolvit Ambroſius. Qui etiam locorum differentiam in Eccleſia tunc docuit, quando eidem imperatori poſt oblatum munus ad altare, juxta quod in Conſtantinopolitana Eccleſia ſolitus erat agere, ſuſtinenti, intra cancellos ſacrorum perceptionem myſteriorum remandavit per archidiaconum: O imperator, interiora loca tantum ſacerdotibus ſunt collata, quæ cæteri nec ingredi, nec contingere permittuntur. purpura namque imperatores facit, non ſacerdotes. Et in hoc quoque mox egreſſus B imperator paruit, ipſamque communem cum cæteris expectationem deinceps ſervavit, admodum lætus, utpote enutritus divinis eruditionibus. quod vix tandem, ſicut ipſe ait, diſcere ei contigerit, quæ differentia ſit imperatoris & ſacerdotis: & quòd vix jam invenerit magiſtrum veritatis. Ecce illa excommunicatio, quàm utilis erat Eccleſiæ pariter atque ipſi imperatori Theodoſio: quæ nunc in ea, de qua agitur, Scriptura prodendi ſchiſmatis ponitur exemplo, quo ſeparentur principes, vel milites reipublicæ, ab imperatoris ſui conſortio ſimul & obſequio. Neque enim tale aliquid tentaverit ille murus, & turris validiſſima Eccleſiæ, Ambroſius, quando etiam pulſabatur pro ſtudio hæreticorum Valentiniani imperatoris, & matris eius Juſtinæ minis atque verberibus. Unde & inter alia virtutum ſuarum inſignia loquitur de eo digna memoriæ Scriptura: Venerandus, inquiens, Ambroſius pro catholicæ fidei unitate, non cum cæteris, ſed pro cæteris mori elegit. non enim cum pereuntibus perire voluit: ſed ut ſalvarentur alii, ipſe ſe periculo ſæpiſſime dedit. Et cum mandaretur ei ab imperatore, tradi baſilicã: reſpondit, Nec mihi, inquiens, fas eſt tradere, nec tibi accipere imperator expedit: igitur noli gravari, ut putes te in mea, quæ divina ſunt, imperiale aliquod jus habere. noli te extollere: ſed ſi vis diu

A tius imperare, eſto ſubditus Deo. quoniam ſcriptum eſt: Quæ Deo, Deo, quæ Cæſari, Cæſari. Ad imperaturem, inquit, palatia pertinent: ad ſacerdotem, eccleſiæ.

Satis indicant hæc vel pauca de plurimis ſancti Ambroſii dicta, vel facta qualis & quãta in Eccleſiaſticis rebus ac diſciplinis debeat eſſe diſcretionis ubſervantia: ne per negligeutiam ipſius diſcretionis, matris omnium virtutum, aliquu oriantur ſcandala, veruntameu, Væ, inquit, humini illi, per quem ſcandalum venit. Magna quidem ſunt ſcandala, hæreſes atq; ſchiſmata: quæ oſteodit Apoſtolus aut eadem eſſe, aut æqualia. Convenientibus inquit, vobis in unum in Eccleſia, audio ſciſſuras eſſe, & ex parte credo. Nam oporter hæreſes eſſe ut & qui probati ſunt, manifeſti fiaut in vobis. Hinc & beatus Gregorius in XVIII libro Moralium: Alii, inquit prava de Deo ſentiũt, alii recta de authoritate tenent: ſed onitatem cum fratribus non tenent. illi errore fidei, iſti verò ſchiſmatis perpetratiune diviſi ſunt. Unde & in ipſa prima parte Decalogi utraruoq; partium culpæ èxprimũtur, cũ divina voce dicitur: Diliges dominum Deum tuũ ex tuto curde tuo, & ex tuta anima tua, & ex tota mẽte tua atq, mox ſubdirur: Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. qui enim de Deo perverſa ſentir, liquet profectò quia Deum oon diligit. Qui verò de Deo recta ſentiens, à ſanctæ Eccleſiæ unitate diviſus eſt, cõſtat profectò, quia proximum non amat, quẽ B habere ſocium recuſat. Er ſi quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt: ſicut ſanctus Joannes apoſtolus ait. Igitur magna ſunt ſcandala, hæreſes, & ſciſmata: de quibus & dicitur in Evangelio, quoniam mittet filius hominis angelos ſuus, & colligent de regnu ejus omnia ſcandala. Regnum Dei huc, eſt Eccleſia Dei, angeli Dei, hi ſunt anunciatores verbi Dei: quales fuerunt. Ambruſius atq; Innocentius, ſacerdotes Dei, quorum unũ introducit in ſcriptura ſua ſæpè dictus papa Hildebrant excommunicaſſe Theoduſium imperatorem, alterum verò Arcadium imperatorem. Quare hoc ſcripſerit, & quare in agro Dominico hoc ſeminaverit, bene quidem intelligunr, quibus adhuc cũ cæteris Chriſti fidelibus inregra manet Chriſtiana fraternitas: quibus circa nnitatem Eccleſiæ eſt ſyncera charitas, qua ſcilicet charitate concordat membrorum unitas. Sicut enim in unu corpore, ait Apoſtolus, multa membra habemus, omnia autem membra nun eundem actum habenr: ita multi unum corpus ſumus in Chriſtu, ſinguli autem alter alterius membra. Ergo noſtri nun eſt propoſiti, ſingulas illius papæ ſententias per tutum deſcribere: ſed tantum ea commemorare, quæ videntur præcipuè quidem poſſe ſimplices fratrum animos ad ſtudium ſchiſmatis confirmare: quæ etiam poſſunt nos ipſos inde ſcribentes, aut alios legentes, in bunum ædificare: qui dum convertimus ſtudium noſtrum ad cognitionẽ Eccleſiaſticę diſciplinæ, intelligimus ſanè per unctiunẽ ſancti Spiritus, qui docet nos de omnibus, quomodu oportear nus cunverſari in domo Dei, quæ eſt Eccleſia *Dei* viventis, columna & firmamentum veritaris. A

Scriptum eſt enim, quòd Innocentius papa Arcadium imperatorem excummunicaverit, eo quòd in depoſitione ſancti Joannis epiſcopi conſenſerit, ſed unde boc aſſumptũ ſit, nos quidem adhuc incertum tenemus: ſed hoc pro certo novimus quòd nec in geſtis Romanorum pontificum invenitur, ubi geſta pariter ejuſdem Innocentii deſcribuntur: nec in libru decreturum ejus reperitur, nec in Tripertita hiſtoria, ubi plus quàm alibi legimus de illius depuſitiunis ſententia. Veruntamen epiſcopi qui ipſum Joannem depoſueranr, catholici erant: unde Gelaſius papa in libro contra fautores Agatbi, ubi ſcribit, quòd Apoſtolica ſedes more majorum, etiam ſine ulla ſynudo præcedente, exolveodi quos ſynodus iniqua damnaverar, & damnandi, oulla exiſtẽte ſynodo, quos oportuit, haberet facultatem. Sanctæ, inquit, Romanæ memorię Joannem Conſtantinupolitanum, ſynodus etiam catholicorum prꝑſulum certè daunaverat: quẽ ſedes Apoſtolica etiá ſola, quia noo cooſenſit, abſolvit. Dicitur autem Arcadius imperator excommunicatus fuiſſe, eo quòd cõſenſerit in beati Joannis epiſcopi depoſitionem. Sed quamvis pari ſententia cunſtringat Apoſtolus eos qui faciunt & qui cunſentiunt facientibus: tamen juxra humaná rationem levjuris quodammodu culpæ eſt qui B conſenſerit, quàm qui facit. Et cum illi præſules, qui depulueruut prædictum pontificẽ, ſinr planè catholici, juxta ſententiam ſancti papæ Gelaſii: qualiter Arcadius imperatur, cõſentiens faciẽtibus ipſe meruir ſpecialirer excommunicari, vel damnari? Certè multa ſunt Arcadii imperatoris privilegia, quæ recipit Eccleſia utpute ſibi valde oeceſſaria, ſicut teſtatur liber Chriſtianorum imperatorum de fide catbolica: ideoque nun repellit eum à communtone ſua.

Conſtituit namque cum fratre ſuo Hunorio ſupplicante Eccleſia, ut quæcunque à parentibus ſuis imperatoribus Chriſtianis ſtatura ſunt diverſis remporibus, circa ſacroſanctas Eccleſias maueant inviolata atque incorrupta, nihilq; à privilegiis immutetur: ſed umnibus qui Eccleſiis deſerviunt, tuitio deputetur. Si quis autem inquit, in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut in Eccleſias catholicas irruens, ſacerdotibus & miniſtris, vel ipſi divino cultui, locoq; aliquid importer injuriæ: ſi non poterit per procuraturẽ provinciæ cõprehẽdi, dignus videlicet ralis capitali ſententia puniri, ſit cunctis noo ſolum librum, ſed & laudabile, factam atrociter ſacerdutibus aut miniſtris injuriam veluti publicum crimen perſequi.

Conſtituit quoq; Eccleſia teſte, juxta edictum priorũ Imperatorum, omnes quos clementiæ ſuæ regeret temperamentum, in tali regione verſari, quam divum Perrum apoſtolum tra-

A lum tradidiſſe Romanis religio uſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat: ut ſcilicet ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, Evangelicamque doctrinam patris & filii & ſpiritus ſancti, unam deitatem ſub pari majeſtate & ſub pia trinitate credamus, nihil diſſonum profana diviſione facientes: ſed trinitatis ordinem perſonarum aſſertione, ac divinitatis unitatem catholica religione venerantes: reliquos autem, qui ab eorum quos commemoratio ſpecialis expreſſit, fidei communione diſſentiunt, ut manifeſtos hæreticos ab Eccleſiis expelli: neq; his penitus poſt hæc obtinendarũ eccleſiarum, pontificumque facultatem permitti, ut veræ ac nitidæ fidei ſacerdotia caſta permaneant: nec poſt evidentẽ, inquit, præcepti noſtri formã malignæ locus detur aſtutiæ.

Et iterum: Qui divinæ: ait, legis ſanctionem aut neſciendo confundunt, aut negligendo violant & offendunt, ſacrilegium committunt.

Conſtituit etiam Arcadius cum fratre ſuo Honorio, Eccleſia teſte, ut ſi quis ſacerdotum contra quietem publicam aliquid moliri fuerit deprehenſus, ſecundum legem divinæ memoriæ gratam vitam agat centum millibus ab eorum cœtibus ſeparatus, à quorum eſt ſocietate diſcretus.

Et poſt plurima Eccleſiaſticę diſciplinę ſtatota: Edictum, inquit, quod de unitate per Africanas regiones clementia noſtra direxit, per diverſa etiam loca proponi volumus, ut
B omnibus innoteſcat, Dei omnipotentis unam & veram fidem catholicam, quam recta credulitas confitetur, eſſe retinendam.

Omnes autem, inquit, hæreticos atq; ſchiſmaticos, & cæteros catholicæ Eccleſiæ adverſarios exterminari præcipimus primò ab aſpectu Romanæ urbis, deinde ab omnibus eccleſiis, ut eis nihil ex moribus, nihil ex legibus ſit commune cum catholicis, quoniam quod in religione divina pravè committitur, ad injuriam omnium refertur.

Neque verò hæreticorum, inquit, dementia, ſive ſchiſmaticorum pertinacia contineatur ulterius perpetrare quæ reperit, neque eis illicita habere concilia, ſive profana uſquam docere aut diſcere præcepta licitum ſit: neq, antiſtites eorundem audeant fidem, quã non habent, monere: nec miniſtros, cum ipſi non ſint miniſtri Dei, creare.

Quoties autem, inquit, de religione agitur, epiſcopos convenit judicare: in cæteris verò cauſis quæ ad uſum publici juris pertinent, legibus oportet obtemperare.

Conſtituit etiam idem Arcadius imperator, cum fratre ſuo Honorio, æquè catholico imperatore, Eccleſia ſupplicante, ut quicquid à divis Principibus conſtitutum eſt, vel ſi quæ ſinguli quique antiſtites pro cauſis Eccleſiaſticis impetrarant, ſub pœna ſacrilegii æternaliter conſerventur. Quorum unus antiſtes Romanus, ſcilicet Bonifacius, ſcripſit inter cætera ad eundem Honoriũ verbis ſupplicibus: Ipſa, inquiens, Eccleſia devotionem tuam Chriſtianiſſime imperator meo quidem ſermone, ſed ſuo venerabili appellat affectu, quam Chriſtus Deus noſter veſtri fidus rector & gubernator imperii, uni deſponſatam ſibi, & intactam virginem ſervat, ne in eam aliquos patiamini inſidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempeſtatis ſolitæ tumore turbari, glorioſiſſime & tranquilliſſime imperator Auguſte: & cætera, quibus idem papa precatur, ut à Principe hoc quoq; conſtituatur. quatenus in urbe Roma nunquam per ambitum antiſtes ordinet. Cui inter alia reſcripſit imperator Honorius. Illud, inquiens pietati noſtræ ſatis placuiſſe cognoſce, quod ſanctimonia veſtra ſollicita eſt de Eccleſiarum aut populi perturbatione. proinde volumus id ad cunctorum clericorum noticiam pervenire ut ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum, ac ſi duo contra fas temeritate concertantium fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus ſacerdotem: ſed illum ſolum in ſede Apoſtolica permanſurũ, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum judicium, & univerſitatis conſenſus elegerit. Unde id obſervandum eſt, ut omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ admonitione cuſtodiant, nec aliquid ſeditioſis conſpirationibus tentare conentur: cum certum ſit nulli partium ſua ſtudia profutura.

Hæc pauca de plurimis conſtitutionibus Eccleſiaſticis ſive Honorii ſive Arcadii imperatorum (exempli gratia) deſcripſimus, ut B
pariter recognoſcamus, qualis, & quàm utilis fuerit Eccleſia Arcadius, qui nunc pro condendi ſchiſmatis ſtudio inducitur fuiſſe excommunicatus ſive damnatus: quandoquidem certis manifeſtum ſit indiciis, beatũ papam Innocentium, qui dicitur eum excommunicaſſe, Eccleſiaſticas juxta diſciplinam ſacerdotum noſſe pariter & obſervaſſe regulas, quarum una vel præcipua eſt de concordia regum atq; ſacerdotum: quia omnes res, inquit ſanctus Leo papa, tutæ eſſe nõ poſſunt, niſi quæ ad divinam confeſſionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defendit authoritas. Ipſe enim Innocentius ſcribit in XXIII capitulo Decretorum ſuorum, de reipublicæ etiam adminiſtratoribus: Quæſitum eſt, inquiens, ſuper his qui poſt baptiſmum adminiſtraverunt, & aut tormenta ſola exercuerunt, aut etiam capitalem ſententiam protulerunt, de his, inquit nihil legimus à majoribus definitum. meminerant enim adeò poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei miniſtrum eſſe datum in hujuſmodi vindicẽ. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod authore Deo viderent eſſe conceſſum? De his ergo ita, ot hactenus ſervatum eſt. ſic habemus, ne aut diſciplinam evertere, aut contra authoritatem Domini venire videamur. ipſis autem in rationem reddendã geſta ſua omnia ſervabuntur. Notate autẽ diligẽtius hęc beati

Inno-

A Innocentii verba quæ vel ſola videntur ſufficere contra illius papæ Hildebrandi ſcripta, quæ ipſe non prævidebat poſſe deſtrui per ipſa ſanctorum patrum exempla, quibus contendebat firmare partium ſuarum ſtudia. Dum enim docuit regi Francorum contradicendum, & non communicandum eſſe, cui poteſtas à Deo conceſſa eſt hæreditaria ſucceſſione, videtur Dei ordinationi reſtitiſſe: qui etiam ipſum Dei miniſtrum, cui gladius eſt permiſſus ad vindictam noxiorum, dum ſtuduit gladio adverſariorum dejicere, non ſolum duplicavit gladium, juxta quod in Ezechiele legitur, vel triplicavit: ſed & multiplicavit. & non ſolum diviſit populum Chriſtianum, ſed & ſacerdotia, ut multi ſint epiſcopi in parte iſta, plurimi autem in parte altera. Unde & ſupradictus papa Innocentius: Si inſtituta, inquit, Eccleſiaſtica (fratres) plena fuerint vigilantia ab omnibus Dei ſacerdotibus obſervata, ceſſabit ambitio, conquieſcet diſſenſio hæreſes, & ſchiſmata non emergent, locum non accipiet diabolus ſæviendi, manebit unanimitas, iniquitas ſuperata calcabitur, veritas ſpiritali fervore flagrabit, pax prędicata labiis cum voluntate animi concordabit. implebitur & dictum Apoſtoli: Ut unanimes unum ſentientes permaneamus in Chriſto, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes: non hominibus, ſed Deo noſtro ſalvatori placentes, cui honor eſt & gloria in

B ſæcula ſæculorum, Amen.

Atque iterum idem Innocentius papa ſic certè in exemplum ait: Solicitudo & triſticia fratrum, quam ſæpe pertulimus imperatore præſente, cum pro pace Eccleſiarum ſæpe rogaremus, cupientes eos in noſtra recipere viſcera, qui requiſiverunt ſanitatem, ne diu membra ab unitate corporis haberentur aliena. Qui etiam, ut ſupradictum eſt, loquens de miniſteriis poteſtatum: Quomodo majores, inquit, noſtri reprehenderent factū quod authore Deo videretur eſſe conceſſum? De his ergo poteſtatibus, ut hactenus ſervatum eſt, ſic habemus, ne aut diſciplinam evertere, aut contra authoritatem Domini venire videamur, quibus certè in rationem reddendam geſta ſua omnia ſervabuntur. Nullatenus enim, inqnit, condemnari poteſt humano examine, quem Deus ſuo judicio reſervavit, Ecce quomodo talis ille apoſtolicus, aliorūque ſimul Apoſtolicorum conſenſus, errorem eorum quotquot reprehendunt poteſtates à Deo ordinatas, deſtruxit: Et ſi iterum quæ deſtruxi inquit, re ædificabo, prævaricatorem me conſtituo. Proinde lectoris prudentia pariter & diligentia attendat, ſi cum ſcriptura ſancta hujus Innocentii, ſermo Hildebrandi papæ conveniat, qui eum dicit Arcadiū imperatorem quaſi judicatum excommunicaſſe vel damnaſſe, qui etiā hoc addidit. ſcribens pro regis Francorum dejectione, quòd beatus Gregorius iſta per ſcripturæ ſuæ decretum conſtituerit, ut ſi quis regum, ſacerdotum, judicum, atque ſecularum perſo- A narum conſtitutionis ſuæ paginam agnoſcens cortra eam venire tentaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat. De quibus tandem regib. vult ut hoc intelligamus, cum nihil tale in ſcriptis illius eximii doctoris Gregorii adhuc legerimus, qui deferebat honorem cui debebat honorem ſicut docet Apoſtolus: qui non reſiſtebat, nec reſiſtendum docebat poteſtatibus, cum reſiſtens aliquis reſiſtat Dei ordinarioni: qui præcipit reddere quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. De quibus, inquam, regibus vult, ut propoſitum illud capitulum intelligamus? nunquid de regibus Francorum, ſive de imperatoribus Romanorū? Certè ſanctiſſimus ille papą Gregorius appellat Romanos imperatores dominos ſuos, & ſe ſervum eorum: reges autem Francorū filios ſuos, ac ſe parrem eorū. Nam num comperiſſet Simoniacā & neophytorū hæreſes longè lateq; prorſus excreviſſe, ſcripſit inter cætera regio. Francorū. ſicut legitur in tertiò libro de Vita ipſius Gregorii papæ: Paterno vos ſalutantes affectu petimus præcellentiſſimi filii, ut deteſtabile hoc malū Simoniacæ hæreſis, ac neophytorum de regni veſtri finib. ſtudeatis prohiberi: & nulla apud vos excuſatio, nulla cōtra animā veſtram ſuggeſtio locū inveniat. quia facientis proculdubio culpam habet qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Et in quarto libro legitur ita ſcripſiſſe inter alia Sabiniano ſuo Conſtan- B tinopolitano diacono, ut hoc loquatur imperatori Mauritio: Unum eſt, inquit, quod breviter ſuggeras ſereniſſimis Dominis noſtris: quia ſi ego ſervus eorū, vellem me in alicujus mortē miſcere, Longobardorum gens nec regem, nec duces, nec comites haberet, atq; in ſumma cōfuſione diviſa eſſet. Sed quia Deum, ait, timeo, in mortem cujuſlibet hominis me miſcere formido. Igitur Longobardi tunc temporis pagani erant, & invaſores Italiæ, ac perſecutores Eccleſiæ: & tamen ille ſanctiſſimus papa Gregorius, noluit pro Dei timore quicquā horum facere, quæ ſupradicta ſunt poſſe efficere: ſcilicet ut Longobardorū gens nec regē, nec duces, nec comites haberet, atq; in ſumma confuſione diviſa eſſet: quamvis vel ipſe vel Eccleſia ſuſtinuerint talia ab eis illata incommoda, qualia ſcribit in XVIII. ſuper Ezechielem prophetam homelia Quid eſt jā, rogo, quod libeat in hoc mundo? undique luctus aſpicimus, undiq; gemitus audimus: deſtructæ urbes, everſa ſunt caſtra, depopulati ſunt agri, in ſolitudinem terra redacta eſt: nullus in agris incola, penè nullus in urbibus habitator remanſit: & ipſæ parvæ generis humani reliquiæ adhuc quotidie & ſine ceſſatione feriuntur, & finem non habent flagella cœleſtis juſticiæ, quia nec inter flagella directæ ſunt actiones culpæ. Alios in captivitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Quid eſt ergo quod in hac vita libeat, fratres mei Si & tale adhuc mundum diligimus, non jam gaudia, ſed vulnera amamus Ipſa au-

tem quæ

A tem quæ aliquando mundi domina eſſe videbatur, quali, rem inſerit Roma, conſpicitis: immenſis doloribus multipliciter attrita, deſolatione civium, impreſſione hoſtium frequentia ruinarum. Ubi jam ſenatus? Ubi populus? Omnis ſecularium dignitatum ordo extinctus eſt in ea, & jam vacua ardet Roma. Hæc paſſa eſt à Longobardis Eccleſia hæc paſſa eſt & Roma: hæc paſſus quoq; eſt ſanctus Gregorius papa, qui cum facere poſſet ut Longobardorum gens nec regem nec comites haberet, atque in ſumma confuſione diviſa eſſet, nihil horum facere voluit, quia vir rectus ac timens Deum fuit. Quia enim, inquit, Deum timeo in morte cuiuslibet hominis me m[illegible] ere formido.

Sed ut mag[illegible] ac magis convaleſcebat civilis, immò pluſquam civilis diſcordia, per quam noſtro quoque tempore fa[illegible] ſunt prope ſimilia, qualia ſuperior ſermo demonſtrat per Longobardos acta eſſe in Romana republica, ut tam miſerabilis inquam [illegible] fuſio rerum [illegible] valeſcat facta nunc per Chriſtianos in Eccleſia: deſcribit [illegible] ſæpe d[illegible] papa H[illegible] unt re[illegible] in Fran[illegible] um tunc [illegible] tiam. [illegible] rorem R[illegible] in Chriſtianæ legis c[illegible] mpt[illegible] Ec[illegible] tuum videli[illegible] [illegible] m, atq; hæreticorū [illegible] & [illegible] propter [illegible] eum [illegible] e [illegible] ncat[illegible]. Nos aut[illegible] m con[illegible] de eo, & ſp[illegible] us in De[illegible] p[illegible] ſic Chriſtianæ leg[illegible] amator Ec-

B cleſiarum & imperii defenſor, & hæreticorū atque ſch[illegible] ticorum deſtructor, ſi pro contentione ſuæ & erroris perſeveranti[illegible] eorum non putue[illegible] fieri corrector. Omne enim qu[illegible] reprel enſibile eſt, catholica defendit E[illegible] ſicut ſcribit Marcellinus papa. Ergo p[illegible] teſtas à Deo con[illegible] reprehenſione eſt planè indigna, de qua Apoſtolus immo per Apoſtolum Dominus hanc regum con[illegible]: Deum, inquiens, timete, regem honorificate: quoniam & honor regis iudicium diligit. Sed ille Hildebrant econ[illegible] inhonoravit regem Francorum, & accuſavit eum crimine peſſimo apud Hermannū Merenſem epiſcopum, intendens ipſum crimen quo teſtificatur eſſe eum Chriſtianæ legis contemptorem, & eccleſ[illegible] rum atq; imperii deſtructorem, ſimul & hære[illegible] rum authorem & conſen[illegible] tan[illegible] pervenire ad noticiam cunctarum ec[illegible] m[illegible] Cum potius audi[illegible] omni[illegible] Eccleſia [illegible] qu[illegible] ma[illegible] ministeria, Canonum ſacroſancta [illegible], de quibus ad Joannem Lar[illegible] um ep[illegible] a [illegible] beatiſſimus papa Gre[illegible] Hæc inquiens, conſona ſanctis patribus [illegible] ntione [illegible] mus, ut qui ſacris neſcit [illegible] cōtemnit obedire canonibus, nec ſacris adm[illegible] rare altaribus, nec communionem ca[illegible] fit dignus. Ecce enim ſancta Romana eccleſia fas habet judicandi de omni [illegible] ſia. Sed F[illegible] papa ſcribit omni[illegible] epiſco[illegible] Nu[illegible] inquiens, præſumat unq[illegible] orator[illegible], & iudex, & teſtis: quoniam in omni iudi[illegible]

ruor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, id A eſt iudices electos, accuſatores idoneos, defenſores congruos, atque legitimos teſtes. Judices autem agent in æquitate teſtes in veritate, accuſatores intentione ad amplificandam cauſam, defenſores extenuatione ad minuendam cauſam. Quæ cum obſervari ſoleant in ſecularibus quoq; iudiciis, nō ne multo magis debent obſervari in diſpoſitionibus Eccleſiaſticis? Unde idem qui ſuprà, Fabianus papa: Si in rebus, inquit, ſecularibus ſuum cuique ius & proprius ordo ſervandus eſt quant[illegible] magis in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet [illegible] duci confuſio? Quod hac obſ[illegible] atione ſervabi[illegible] r, ſi n[illegible] po teſtati, ſed tot[illegible] m æq[illegible] tribuitur. Hoc Fabia[illegible] pa[illegible] do[illegible] & ho Romana eccl[illegible] q[illegible] ſi d[illegible] Petri voce firmatum tenuit [illegible] papa Hildebrant omnia contu[illegible] q[illegible] am poteſtatem, quam utpotè a [illegible] eo [illegible] m defendit catholica Eccleſi[illegible] m[illegible] mnem modum inhonor[illegible] i[illegible] enim, quem honorificari Ap[illegible] lus [illegible], ipſe [illegible] p[illegible] mo crimine [illegible], quod nnn probav[illegible] Ipſe etiam h[illegible] [illegible] exti[illegible] quia ali[illegible] teſ[illegible] ipſe etiam [illegible] dex exti[illegible] quia reg[illegible] n ſe exc[illegible] n unicaſſe per hi[illegible] C[illegible] pſit eti[illegible] m ſicut [illegible] diximus quòd ip[illegible] regi fue[illegible] t oſ[illegible] nſu. Sed eiuſmodi vel accuſatores, vel teſtes, catholica Eccleſia nō recipit: quoniā An[illegible] letus papa ſic ſcripſit, & ſic docuit: Inoffen[illegible] lus, inquiens, accuſa- B torum & teſtium affectus querendus eſt, non ſuſpectus. Et Calliſtus papa: Nec accuſatores, inquit nec teſte[illegible] ſuſpecti recipiantur: n[illegible] que abſente eo, quem accuſare vo[illegible] qui cunque accuſator, [illegible] edatur. Similiter teſtes, ait, per q̄ ſ iamcunq; ſcripturam teſtimonium perſe[illegible] ſed præſ[illegible] hi[illegible] quæ videmur & no[illegible] m[illegible] ant Igit[illegible] ſicut Damaſ[illegible] quoq; papa [illegible] A[illegible] tores & iudices i[illegible] dem no[illegible] per ſe iudices per ſe acc[illegible] ſe[illegible] per[illegible] ac culati, unu[illegible] o[illegible] dinabiliter ordine. De quib. etiam inqu[illegible] Omnib[illegible] era ſemper fiat æquitas quate ius ac[illegible] uſationis & iudicii ac teſtimonii mercedem p[illegible] r veritatē geſtorum conſequ[illegible] alem. Q[illegible] is autem iudicem iudicabit, qui Deum ulter eſt, vindex in iram ei qui malum ag[illegible], quem non ſine cauſa portare g[illegible] ad num Ap[illegible] olus dicit. Chariſſimi, inquit, ſi biectie[illegible] te omni humanæ creaturæ propter De[illegible] ve regi, quaſi præcellenti: ſive ducibu[illegible] nquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quoniam ſic [illegible] oluntas Dei eſt, ut benefacientis, & obmuteſcere faciatis imprudent[illegible] um hominum ignorantiam, quaſi l[illegible] beri, & nō quaſi velamen habentes malitiæ libertatem: ſed ſicut ſervi Dei omnes honorificate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Hæc quidem poteſtas [illegible] Deo ordinata eſt, & quæ iube[illegible] us honor[illegible] ubi tandem deb[illegible] iudicari [illegible] Eccleſia anin

A an in curia? Si in Eccleſia, fortaſſe Eccleſia ſit curia, quæ à cruore dicitur, ſicut Sylveſter papa atteſtatur: Nemo, inquiens, clericus, vel diaconus, vel presbyter, propter quamlibet cauſam intret in curiam, nec ante judicem cinctum cauſam dicere præſumant: quoniam omnis, ait, curia à cruore dicitur. Et cum Eccleſiaſtica prohibeant decreta ſub anathematis etiã interpoſitione, ut inferior quilibet gradus non præ[illegible]mat ſuperiorem accuſare: quis accuſabit regem quaſi præcellenté, cui, ſicut Innocentius papa a[illegible], ſervabuntur ſua geſta omnia ad reddendam Deo rationem? Fabianus papa: Omnis, inquit, qui crimen objicit, ſcribat ſe probaturum: re vera ibi ſemper agatur, ubi crimen admittitur: & qui nõ probaverit, quod objecit, pœnam, inquit, quam intulerit, patiatur. Probet nunc ille Hildebrand, ut aliquis de parte ejus, regem, quem nos adhuc æſtimamus ut catholicum, probet inquam, eum eſſe hæreticorũ authorem, & conſentaneum, atq; hoc per idoneos faciat teſtes: quoniam in Eccleſiaſtica judicia non recipiunt perſonas quæ dicuntur infames: ſicut ſunt inceſtuoſi, perjuri homicidę, & qui auferunt injuſte facultates Eccleſiæ & qui fratres calumniantur, aut accuſant, & nõ probant, vel qui contra innocentes principũ animos ad iracundiam provocant, & qui Apoſtolorum vel patrum ſtatuta violant, & cætera de quibus plura ſcribit Stephanus papa. Contra hæc atque alia ſacroſancta canonum
B ſtatuta aliud aliquid eligere, hoc eſt certè hæreſim ſtatuere: quoniam hæreſis dicitur ab electione. Ecce autem, verbi gratia, Theodoricum regem noverat Romana eccleſia fuiſſe hæreticum, utpote Arrianum: nec tamen judicavit eum, ſed magis quæſivit interea ſibi eum ſore pacificum. Qui enim hujuſmodi eſt, jam judicatus eſt: quoniam, juxta ſancti papæ Gelaſii ſententiam, error qui ſemel cum ſuo authore damnatus eſt, in participe quolibet pravæ communionis effecto, & execrationem ſui geſtat, & pœnam. Ecce inquam, in Arriano quoque rege poteſtatem à Deo ordinatam Eccleſia honoravit, cui, ſicut legitur in decretis Symmachi papæ, ſupplicem magis quàm judicẽ ipſa ſe obtulit Sancta inquiens, Synodus apud urbẽ Romam ex præcepto glorioſiſſimi regis Theodorici ex diverſis regionibus congregata, curavit diſſidentes cum humilitate propoſiti ſui ad concordiam hortari, Deo in hoc parens & ſanctæ principis voluntati, ut nun ſub oc[illegible]one diſſenſionis contingat membra [illegible] ſed magis per manſuetudinem ſuſtine[illegible], ſicut boni nos Paulus magiſter [illegible]ſtruxerat dicens: Sanandos eſſe plurimos per patientiam atq; doctrinam. Similiter & Anaſtaſius papa non [illegible]di[illegible]avit Anaſtaſi[illegible] imperatorem hæreticum, itique & defen[illegible] h[illegible]reticorum: ſed [illegible] ſeclatores quoque fecerat ſuppli[illegible]ter pro pac[illegible] Eccleſia [illegible] alloquitur eum. Fili, inquiens, clementiſſime, nos ſ[illegible]ppl[illegible]antes [illegible] verſiam noli[illegible]lumus remanere in E[illegible]ſia, cum magis [illegible]

tanda ſit contentio: quoniam ſicut in Proverbus dicitur, Odium ſuſcitat contentio. omnis autem qui non contendit, protegit amicitiam, & cætera, quæ plurima loquitur pro pace Eccleſiaſtica: quoniam ille, inquit, pro Chriſto fungitur legatione, qui pro pace precatur Eccleſiæ. Chriſtus enim eſt pax noſtra. & ipſa eſt pax noſtra quoque patria, ad quam ſuſpiramus, & ad quam tendimus, ſi tamen pacifici ſumus: quoniã cœleſtis Hieruſalem, quæ eſt mater noſtra, viſio pacis interpretatur: cujus terminos poſuit Dominus pacem, ſicut per pſalmiſtam dicitur, Cujus participatio ejus in idipſum: ut ſcilicet Eccleſia Dei, quæ & civitas Dei, unũ corpus ſit cum Chriſto, qui id ipſum eſt quod æternaliter eſt. de quo Moyſi dictum eſt: Ego ſum qui ſum. Sed Hieruſalem, quæ ædificatur ut civitas cujus participatio ejus in idipſum, continet in fundamento lapidem ſummum angularem, electum, precioſum hoc eſt, Chriſtum: ut & ipſi tanquã lapides vivi ſuperædificemini domus ſpirituales in ſacerdotium ſanctum, ſicut dicitur per beatum Petrum: Q[illegible]m vos, inquit, genus electum [illegible]gale ſacerdoti[illegible] O quanta conditionis noſtri gratia, ut idipſu[illegible] quod ipſe eſt, in ipſa quoque ſit Eccleſia, qui cum ſit Rex & ſacerdos, immò Rex regum & ſacerdos ſacerdotum, ſtatuit Eccleſiæ domeſtic[illegible] hujus ſon[illegible] privilegium, ut ſint regale ſacerdotium. Hoc ta[illegible]n merentur pacifici, qui ſunt unanimes in Eccleſia Chriſti,
in civitate Dei, cum abſque ulla contradictione pertineant, diſco[illegible]s ad civitatem diaboli, nec reſipiſcant à laqueis diaboli, à quo tenentur captivi. De ordine autem pa[illegible] [illegible] plurim[illegible] ſcribit ſanctus Auguſtinus in xix. libro de [illegible]vitate Dei, unde [illegible] q[illegible] ſequũtur [illegible] [illegible] Opu[illegible] B

Omnis igitur uſus rerum temporalium [illegible]fertur ad fructum pacis [illegible]ternæ, in terrena civitate: in cœleſti autem civitate refertur ad fructum pacis æternæ. Qu[illegible] enim permiſtæ ſunt ambæ civitates, utimur & nos pace Babylonis: ex qua it[illegible] pe[illegible] fidem populus Dei liberatur, ut apud hanc [illegible]rim peregrinetur. Propter quod & Ap[illegible] [illegible]monuit eccleſiam, ut oraret pro [illegible] [illegible]jus, atque ſublimibus, ad[illegible] & d[illegible] quietam & [illegible] [illegible] agamus [illegible] cum omni pietate & caritate. Et propheta Hieremias, cùm populo Dei veteri prænunciaret captivitatem & divinitùs impera[illegible] ut obedienter irent in Babyloniam Deo ſuo etiam iſta patientia ſervientes: monuit & ipſe [illegible] pro illa dicẽs: Quia in ejus pace eſt pax [illegible] interim temporal[illegible], qu[illegible] [illegible] [illegible] eſt. Pax autem [illegible] patria & hic eſt cum Deo per fidem [illegible] cum illo per ſpeciem [illegible] quæ non vivit ex fide, ter[illegible] pacem [illegible], quæ defigit imperandi obendi[illegible], con[illegible] civium ut ſit eis de rebu[illegible] ad m[illegible] [illegible]entibus humanarum quædam compoſitio voluntatu.

Civi-

A Civitas autem cœleſtis, quæ in hac mortalitate peregrinatur, & vivit ex fide, etiam iſta pace neceſſe eſt utatur: donec ipſa, cui talis pax neceſſaria eſt, mortalitas tranſeat. Ac per hoc dum apud terrenam civitatem velut captiva, vitam ſuæ peregrinationis agit, jam promiſſione redemptionis, & dono ſpiritali tanquam pignore accepto, legibus terrenæ civitatis, quibus hæc adminiſtrantur, quæ ſuſtentandę mortali vitæ accommodata ſunt, obtemperare non dubitat: ut quoniam communis eſt ipſa mortalitas, ſervetur in rebus ad eam pertinentibus inter utramque civitatem concordia. Et longè ſupra in libro quarto de Civitate, idem Auguſtinus ſcribit, commemorans qualiter Deus terrenæ quoq; civitatis regnū diſponit: Deus, inquit, ille felicitatis author & dator, quia ſolus eſt verus Deus, ipſe dat regna terrena & bonis & malis: neq; hoc temerè, & quaſi fortuitò, quia Deus eſt, non fortuna: ſed pro rerum & temporum ordine occulto nobis, notiſſimo ſibi: cui tamen ordini temporum non ſubditus ſervit, ſed eum ipſe tanquam Dominus regit, moderatorque diſponit, felicitatem verò non dat niſi bonis: hác enim poſſunt & non habere, & habere ſervićtes: poſſunt & non habere, & regnare regnátes; quæ tamen plena in ea vita erit, ubi nemo jam ſerviet ulli. Et ideo regna terrena & bonis ab illo dantur, & malis, ne ejus cultores adhuc parvuli in provectu animi hæc ab eo B munera, quaſi magnum aliquid, concupiſcát. Et hoc eſt ſacramentum veteris Teſtamenti, ubi occultum erat novum, quod illic promiſſa & dona terrena ſunt intelligentibus, & tūc ſpiritalib. quamvis nondum in manifeſtatione prædicantibus, & quæ illis temporalibus rebus ſignificaretur æternitas, & quibus Dei donis eſſet vera felicitas. Quæ cum ita ſint, non tribuamus, inquit, dandi regni atq imperii poteſtatem non Deo vero, qui dat felicitatem in regno cœlorum ſolis piis: regnum verò terrenum & piis & impiis, ſicut ei placet, cui nihil injuſtè placet. Ille enim unus verus Deus, qui nec judicio nec adjutorio deſerit genus humanum, quando voluit, & quantum voluit, Romanis regnum dedit, qui etim dedit Perſis & Aſſyriis. Sic quoq; Deus regnū dedit hominibus, qui Mario ipſi: & Caio Cęſari, qui Auguſto ipſi: & Neroni, qui Veſpaſianis & patri & filio ſuaviſſimis imperatoribus, ipſi & Domitiano crudeliſſimo: & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino Chriſtiano, ipſi apoſtatæ Juliano. Et poſt aliqua: Neq; verò nos, inquit, Chriſtianos quoſdam imperatores ideo felices dicimus, quia & diutius imperarent, & imperantes filios morte placida reliquerunt, & hoſtes reipublicæ domuerunt, & inimicos cives adverſus ſe inſurgentes & cavere & oprimere potuerant: ſed felices eos dicimus, ſi juſtè imperant, ſi inter linguas ſublimiter honorantium, & obſequia nimis humiliter ſalutantium nō extollantur: ſed ſe homines eſſe meminerint, ſi ſuam poteſtatem ad Dei cultum maximè dilatandū majeſtati ejus famulum faciunt, ſi Deum timent, A ſi diligunt, colunt: ſi plus amant illud regnū ubi non timent habere conſortes: ſi tardius vindicant, facilè ignoſcunt: ſi eandem vindictam pro neceſſitate regendæ tuendæq; reipublicæ, non pro ſaturandis inimicitiarum odiis exercent: ſi eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, ſed ad ſpem correctionis indulgent: ſi quid aſperè coguntur plerūque decernere, minimè lenitate & beneficiorum largitate compenſant: ſi luxuria tanto eis eſt caſtigatior, quanto poſſit eſſe liberior: ſi malunt cupiditatibus pravis, quam quibuslibet gentibus imperare. & ſi hæc omnia faciūt non propter ardorem inanis gloriæ, ſed propter caritatem felicitatis æternæ: ſi pro ſuis peccatis ſacrificium humilitatis, miſerationis, & orationis Deo ſuo vero immolare non negligunt. Tales Chriſtianos imperatores dicimus eſſe felices interim ſpe, poſtea re ipſa futuros, cum id quod expectamus advenerit.

Hæc & alia hujuſmodi ſcribit & docet ſanctus Auguſtinus epiſcopus, ut cognoſcamus quomodo per pacem terrenam ad cœleſtem pervenire debeamus: quomodo etiam diſpoſitor ſit, moderatorq; regnorum Deus; & unde vera felicitas contingat Chriſtianis regibus, quos non rectè agentes, juxta quod ſuprà dicitur, ita Deus in libro Sapientiæ alloquitur, Audite reges, & intelligite: diſcite judices finium terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à Domino po- B teſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè judicaſtis, neq; cuſtodiſtis legem juſtitiæ, neq; ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrendè & citò apparebit vobis: quoniam judicium duriſſimum in his qui præſunt fiet. exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. nō enim ſubtrahet perſonam cujuſquam Dominus, nec reverebitur magnitudinē cujuſquā: Deus: quoniam puſillum & magnum fecit ipſe, & æqualiter cura eſt illi de omnibus, fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei, ut diſcatis ſapientiam, & non excidatis. Concupiſcite ergo ſermones meos, diligite illos, & habebitis diſciplinam. Inter hæc quæ per Salomonem dicuntur à Domino, conſiderandum eſt, quòd hic quoque dicitur regibus poteſtas data eſſe à Domino, ſicut & prædicatur ab Apoſtolo: Quoniam omnis, inquit, poteſtas à Deo, ideoq; quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit Eccleſia, ſicut ſcribit Marcellinus papa. Omne enim bonum, aut Deus, aut ex Deo eſt: poteſtas autem, quoniam ex Deo eſt, utiq; bona eſt: unde & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, ſicut Apoſtolus ait. Non hic certè agitur de talibus, de quibus per prophetam dicit Dominus: Ipſi regnaverunt & non ex me: judices extiterunt, & non cognovi. Non cognovi, inquit, quaſi diceret,

A reprobavit: Dei enim neſcire, hoc eſt reprobare. Veruntamen nō regnaverūnt ex Deo, qui regnum arripuerūt ſuperſtite adhuc rege ſuo, qui pro patribus ſuis ſucceſſit in regnum jure hæreditario: quod fieri non poſſet, niſi à Deo. Duo enim reges, unus poſt unum, ſubſtituti ſunt noſtris temporibus à parte principum, & partem regni tenuerunt, & non totum quod ſcilicet totum habet magnum pietatis myſterium in unitate fidelium. ſed quia hoc conſilium, & hoc opus ex hominibus erat, diſſolutum eſt, quod ex Deo non erat: quoniam poſt breve temporis ſpacium ipſam quoq; partem regni utriq; amiſerunt: & unus in prælio, alter in expugnatione unius caſtelli miſerabiliter perierunt, ſuperſtite eo, cui poteſtas data eſt à Deo, quam ſcilicet poteſtatem nec principes nec populus partis illius diſſolvere potuerunt ullo modo: quandoquidem ipſi quoque regi poſſint jam donante Deo filii ſuccedere in regnum, ſicut ipſe patribus ſuis ſucceſſit in regnum. Ergo omnis poteſtas, quæ à Deo eſt, utique bona eſt, quam tribuit Deus bonis & malis, ut ipſi placet, cui nihil injuſtè placet. Certè Nabuchodonoſor dicitur in libro Danielis prophetæ rex injuſtus, & ultra omnem terram impius: & tamen hic talis Nabuchodonoſor, de cujus etiam interitu multa horrenda vaticinantur per prophetas Domini: Hic, inquit, dicitur à Domino ſervus Dei, non ſicut prophetæ & omnes ſancti, qui verè ſerviunt Domino: ſed quòd in everſione Hie-
B ruſalem Domini ſervierit voluntati. de quo ſic legitur in Hieremia propheta ex ſermone Domini: Ego, inquit, dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, ſervi mei, inſuper & beſtias agri dedi ei, ut ſerviant illi: & ſervient ei omnes gentes, & filio ejus, & filio filii ejus: gens autem & regnum quod non ſervierit Nabuchodonoſor regi Babylonis, & quicunque non curvaverit collū ſuum ſub jugo regis Babylonis, in gladio, & fame, & ſiti, & peſte viſitabo ſuper gentem illam, ait *Dominus*, donec conſumam eos in manu ejus. Quòd ſi tanto *Deus* zelatus eſt zelo regiam poteſtatem in rege injuſto, & ultra omnem terram peſſimo, quid facturus eſt pro rege Chriſtiano & catholico? Ipſe etiam regi Nabuchodonoſor juraverat Sedechia rex Juda, cujus ſcilicet perjurium ita inſecuta eſt ultio divina: Vivo ego, dicit *Dominus*, quoniam juramentum quod ſprevit, & pactum quod prævaricatus eſt, ponam in caput eius: & morietur in prævaricatione, qua deſpexit me. Ergo jusjurandum hos habet comites, veritatem, judicium & juſticiam: ut ſi iſta deſierint, nequaquam ſit juramentum, ſed perjurium. Unde & Dominus loquitur in Hieremia propheta: Jurabis, inquiens, vivit Dominus, in veritate, & in judicio, & in juſtitia. Quod dicitur, Vivit Dominus, in Teſtamento veteri: jusjurandum eſt ad condemnationem mortuorum, per quos juraverunt cultores idolorum. In novo autem Teſtamento prohibet Dominus non jurare A omnino: Ne decidatis, inquit, ſub judicio, ſi non ſecutæ fuerint veritas & juſtitia, quæ pariter juxta ſententiam ipſius Domini, comites ſunt juramento.

Pro magno quidem ſalutis noſtræ myſterio jurare nos Dominus per ſeipſum pariter, & per Apoſtolum ſuum Jacobum prohibuit: quoniam videtur ſolvere Jeſum. quiſquis juramentum ſolverit. Unde & ſanctus Joannes apoſtolus & Evangeliſta: Omnis, inquit, ſpiritus, qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt: & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis, quoniam venit. & nunc jam in mundo eſt. Qui enim ſolvit pactum, nūquid effugiet? Vivo ego, dicit Dominus, quoniam juramentum quod ſprevit, & pactum quod prævaricatus eſt, ponam in caput ejus: & morietur in prævaricatione, qua deſpexit me. Ergo ſicut teſtatur Dominus per prophetam, iuſiurandum habet comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam. Veritas autem Chriſtus eſt. ſimul & iuſtitia Chriſtus eſt Ego ſum, inquit, via, veritas & vita. Sed pſalmiſta ait, quoniam iuſtitia & pax oſculatæ ſunt ſe, quando veritas de terra orta eſt, Chriſtus ſcilicet natus de Maria virgine. factus eſt enim nobis Jeſus Chriſtus ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, ſicut dictum eſt ab Apoſtolo. Igitur veritas eſt Chriſtus, iuſticia eſt Chriſtus, pax eſt Chriſtus, imò quicquid bonum eſt, aut Chriſtus. aut à Chriſto eſt: quoniam Chriſtus Deus eſt. Sed omnes virtutum ſpe- B cies uno iuſtitiæ continentur nomine, beato quoque Hieronymo atteſtante, qui exponens illud Pſalmiſtæ: Beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore: Cum Dominus, inquit, & ſalvator noſter ſit *Dei* iuſtitia, felix eſt & beatus, qui facit iuſticiam in omni tempore, id eſt Chriſtum: quoniā ſi iuſtè agimus, concipitur in nobis aut triſticia, & paritur ex nobis iuſtitia, & ſumus mater iuſtitiæ. Omnis autem ſpiritus, qui ſolvit Jeſum, ex *Deo* non eſt. & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis: quoniam venit, & nunc iam in mundo eſt, ſicut dicit ſanctus Joannes apoſtolus: ideoque probate ſpiritus, ſi ex *Deo* ſunt. Scripſit enim Hildebrand papa. ſecundum quod ſuprà dictum eſt, Hermanno Metenſe epiſcopo, quòd ipſe exemplo alicuius Romani pontificis poteſtatem habuerit ſolvere à ſacramento principes regni, immò ſolvere in eis ſacramentum, quo fidem vel pactum promiſerant regi ſuo. Miſeremini ô principes regni cæleſtis, populus Dei, ſi tamen eſtis pacifici, & ſi eſtis in unitate Eccleſiæ Dei: vos inquam miſeremini, immò indignemini. quod æſtimavit vos talis momenti, ut putaret vos poſſe in hanc ſententiam adduci, ut id quod non poteſt fieri, credatis poſſe fieri. Nam ſacramentum dicitur quoque jusjurandum, & ſacramentum dictum eſt ab eo, quod ſit ſacrum ſignum: ut dum viſibiliter jusjurandum agitur, in-

Google

A tur, inviſibilis rei factum ſignum intelligatur. Jurabis enim, inquit Dominus, in veritate, in judicio & in juſtitia. Quis enim poteſt hæc abſolvere quæ, ſicut Pſalmiſta ait ſunt opera manuum tuarum Domine? Opera manuum ejus, inquit Pſalmiſta, veritas, & judicium: fidelia omnia mandata ejus, confirmata in ſæculum ſæculi, facta in veritate & æquitate. Opera quippe virtutis Dei ſunt veritas, judicium & juſtitia: & fidelia omnia mãdata ejus ſunt, quæ non variantur neque mutantur: quoniam confirmata in ſæculum ſæculi per humana verba nullo modo ſolvuntur quæ verbo Dei confirmantur, facta in veritate & æquitate. Veritas enim eſt, qua dicta complentur: æquitas, qua juſtè proferuntur: judicium verò eſt, quo vel juſtus vel injuſtus utriq; pro meritis ſuis remunerantur. Sive judicium dicitur, juxta quod in libro beati Job legitur: Nunquid qui non amat judicium ſanari poteſt? Unde ſanctus papa Gregorius: Amat judicium, inquit, quiſquis vias ſuas ſubtiliter diſcutit, & ſecretarium cordis ingreſſus, quid Dominus ipſi tribuit quid ipſe Domino debeat, penſat. Tale judicium qui non amat, nunquid ſanari poteſt? Jurabis enim, ait Dominus, in veritate, & in judicio, & juſtitia. De quibus ſi aliquis ſolutus fuerit, & nihil horum habuerit, vel amaverit, quid tunc erit? profectò mendax & injuſtus etiam judicatus, quia mendax & injuſtus. Veritas quippe loquitur in Evange-

B lio de diabolo: Ille, inquiens, homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia veritas non eſt in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax eſt, ait & pater ejus id eſt ipſius mendacii. Mendacium ſuum ipſe genuit, à nemine audivit. Quomodo Deus pater genuit filium veritatem, ſic diabolus lapſus, genuit quaſi filium mendacium. Ergo veritas eſt *Dei* ſed mendacium eſt diaboli: & quiſquis in veritate non ſteterit ex ipſo eſt, qui mendacium primus genuit: quoniam omne mendacium ex veritate non eſt, ſicut ſanctus Joannes ait: Filioli, inquit, nemo vos ſeducat. Qui facit juſtitiam, juſtus eſt, ſicut & Deus juſtus eſt. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc autem, inquit, apparavit Filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli. Quæ opera? Peccata. Ecce quæ, & cujus opera filius Dei venit diſſolvere: Nolite, inquiens, putare, quia veni ſolvere legem aut prophetas: non veni ſolvere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, jota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines minimus vocabitur in regno cœlorũ: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Hoc verbum Dei loquitur ipſe, qui eſt verbũ *Dei*, filius *Dei*: Ego, inquiens, ex me ipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar, qui non veni legem aut prophetas ſolvere, ſed adimplere. A

Qui autem ſolverit & docuerit ſic, id eſt ſecundum quod ſolvit, non ſecundum id quod invenit, & legit, minimus vocabitur in regno cœlorum: & fortaſſe ideo: ſicut ait Auguſtinus, non erit in regno cœlorum, ubi niſi magni eſſe non poſſunt: Dominus enim Jeſus Chriſtus ipſe eſt, quod prædicat verbum Dei, ideoque Chriſti intelligitur etiam Evangelium Dei, doctrina Dei, ſcriptura Dei. Unde Hieronymus in expoſitione c XLVII. pſalmi: Licet corpus, inquit, Jeſu Chriſti in myſterio poſſit accipi, ſi quando tamen ſermonem Dei audimus, & caro Chriſti, & ſanguis ejus funditur noſtris auribus. Proinde qui Scripturam Dei ſolvit, Jeſum ſolvit: qui ſci licet filius *Dei*, verbum *Dei* apparavit, ut ſolvat opera diaboli & ut eadem opera diaboli ſolvant ſacerdotes in verbo *Dei*, in virtute *Dei* conceſſit Chriſtus filius *Dei* vivi, qui dixit beato Petro, & in [illegible] ſanctæ Eccleſiæ [illegible]: Quæcunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Verbum enim *Dei* eſt non alligatum, ſicut teſtatur Apoſtolus *Dei*, nec ſolvi poterit ullo modo ſcriptura *Dei* opus *Dei*, verbum *Dei*. Nam cœlum, inquit & terra tranſibunt verba autem mea non tranſibunt. Igitur opera diaboli [illegible] peccata hominum juxta quod dicitur per Joannem apoſtolum Qui facit peccatum, ex B diabolo eſt non carnem [illegible] ducendo ex diabolo, imitationem, [illegible] ſuggeſtionem peccandi ſumendo ab illo: quoniam ab initio, inquit, diabolus peccat de archangelo [illegible] licet verſus in diabolum, juxta quod loquitur *Dominus* [illegible] Ezechielem prophetam [illegible]: Tu [illegible], cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte ſancto *Dei* in medio lapidum ignitorum, ambulaſti perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inventa eſt iniquitas in te. Omnis autem qui facit iniquitatem, & peccatum facit: ſicut idem qui ſupra, ſanctus Joannes apoſtolus ait Et ſcitis, inquit, quoniam apparuit filius *Dei* ut diſſolvat opera diaboli: omnis autem ſpiritus, qui ſolvit Ieſum, ex *Deo* non eſt & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis quoniam do venit, & jam in mundo eſt. Ergo verbum anima & caro unus eſt Chriſtus in una perſona *Dei* & hominis. Sed ille ſolvit Ieſum qui vel divinitatem eius, vel animam vel charitatem negat. Solvit [illegible] ille Ieſum, qui mandata & verba Ieſu, vel perverſe vivendo, vel perverſius interpretando corrumpit. Sed & ille ſolvit Ieſum, qui ſcindit unitatem Eccleſiæ, unus enim homo Chriſtus, caput & corpus, nam corpus eius eſt Eccleſia eius. [illegible] tur ex *Deo* non ſunt, qui *Dei* opera, vel verba, vel ſacramenta reſcindunt, nam filius *Dei* verbum *Dei* in hoc apparuit, ut ſolvat opera diaboli. & ut ipſius diaboli [illegible] ſolvant ſacerdotes in verbo *Dei*, in v[illegible]

A conceſſit Chriſtus filius Dei. Sed Hildebrand papa ſic ſcripſit & ſic predicavit: Quidam, inquiens, Romanus pontifex regem Francorum non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo quòd tantæ poteſtati non erat utilis, à regno depoſuit, & Pippinum Caroli magni imperatoris patrem in ejus loco ſubſtituit: omnes Francigenas à juramento fidelitatis, quam illi fecerunt abſolvit.

Mira quidem videntur nobis quæ aſtruiti ut ſcilicet religioſus aliquis Romanus pontifex ſacramentum fidei in aliquo abſolvere tentaverit: quia fides Dei magis quàm alicujus æſtimatur, quæ alicui in eius nomine datur atque promittitur, quæ ad invocationem ſanctorum Dei roboratur, ut ipſi quoque ſint teſtes ſive judices pactæ fidei in nomine Domini. Quando autem à fide aliquis ſolutus fuerit, & fidem non habuerit, præcipuè eam quam juramento firmaverit, proculdubio mendax eſt, inſuper & perjurus, qualis regnum Dei non poſſidebit: ſicut Apoſtolus ait. Ergo fides ſi titubaverit, charitas etiam ipſa langueſcit, ſicut Auguſtinus in libro de Doctrina Chriſtiana ſcribit: Dum fides, inquit, titubat, divinarum ſcripturarum authoritas vacillat. Opus autem fidei, dilectio eſt, ſicut Apuſtolus teſtatur: Fides, inquiens, quæ per dilectionem optatur? Unde & ſanctus Ioannes apoſtolus: Omnis, inquit, ſpiritus, qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. confeſſionem hoc loco non ſolum catholicæ fidei, ſed B & operationis bonæ, quæ fit per charitatem, requirit: alioqui nonnulli hæretici, multi ſchiſmatici, ſed & multi falſi Chriſtiani confitentur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe: ſed confeſſionem ſuam factis negant non habendo cbaritatem. Charitas quippe Dei filium adduxit ad carnem: & ideo negat illum in carne veniſſe, quiſquis non habet charitatem. Igitur opus fidei dilectio eſt, ſed Deus dilectio eſt quam dicit Apoſtolus babitare in cordibus fidelium. fides enim tua de Chriſto, Chriſtus eſt in corde tuo. Si fides in nobis, Chriſtus in nobis. quem ſcilicet Ieſum ſolvit, quiſquis fidem abſolvit. Sed audiſtis, inquit, quia dictum eſt antiquis, Non peierabis, reddes autem Domino juſiurandum tuum: ego autem dico vobis, non jurare omnino. His atque aliis Dei mandatis credere, hoc eſt fidem tenere, hoc eſt Chriſtum in cordibus credentinm habitare, cuius verba non poſſunt aliter fieri, quàm iuxta verbũ Dei. quod eſt filius Dei. propoſuit enim ei iſtud legis mandatum. qui nondum aſcendit ad culmen Evangelicum: Reddes, inquiens, Domino juramantum tuum: vobis autem, inquit dico qui non eſtis ſub lege, ſed ſub Evangelica profectione, non iurare omnino. Juſticia autem phariſæorum eſt non occidere, non peierare. Sed verè dico vobis, inquit, niſi abundaverit juſticia veſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quodcunque autem voveris, ſicut per Solomonem dicitur, redde: A multoque melius eſt non vovere, quàm poſt votum promiſſa non reddere. Diſplicet enim Deo infidelis & ſtulta promiſſio, & ſi in vacuum aliquis juraverit, non juſtificabitur, ſicut ſapientia *Dei* loquitur in libro Eccleſiaſtico. Audiſtis, inquit, quia dictum eſt antiquis, non peierabis, reddes autem Domino juramentum tuum, qui nondum aſcendiſti ad culmen Evangelicum: ubi probibetur omnino iuramentum. *D*enique non implentibus ea quæ antiquis in lege iubentur, maledictum etiam proponitur: Maledictus, inquit, qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis ut faciat ea & cõteſtor vobis per cœlum & terram. quòd ſi non cuſtodier tis mandata *Domini Dei* veſtri, peribitis à facie terræ Quòd ſi iubentur, qui ſub mandato legis ſunt quaſi ſub pædagogo. interpoſita maledictione *Domino* iuramentũ ſuum reddere, quod ut ſuprà dictum eſt, datur ſub ſacramento veritatis, iudicii & iuſticiæ: quid fiet de his qui conſtringuntur ſub maiori ſacramento Chriſtianæ religionis? ubi quanto ſublimior inſtitutio atque doctrina, tanto graviur exactio atque vindicta, ſi quis ſolverit vel unum de minimis Domini mandatis, quæ ſcripta ſunt in lege, quæ nec filius Dei venit ſolvere, ſed adimplere: apparens certè opera diaboli ſolvere, quæ etiam conceſſit ſacerdotes in verbo Dei, in virtute Dei ſulvere? Hæc obſecro conſiderate, & ſi angelus etiam de cœlo aliter quàm Evangelizatum eſt à Deo, evangelizaverit vobis non attendite: quia talis juxta Apoſtolicam beati Pauli authoritatem, per quem loquitur Chriſtus. perpetuò maledictus eſt anathemate. B

Ecce enim (ut ſæpe dictum eſt) omne quod irreprehenſibile eſt, catholica Eccleſia defendit, ideoque vel Zachariam vel Stephanum Romanos pontifices pro merito ſuæ religionis & virtutum defendit: quorum neuter, ut certò ſcimus, Francigenas à juramento fidelitatis ſuæ, quam alicui promiſiſſent regi, abſolvit: ſicut Hildebrand papa ſcripſit & prædicavit, ut tali exemplo deciperentur principes regni, quaſi ipſe poſſet abſolvere eos à ſacramento fidei, quam juraverant regi ſuo in nomine Domini intendens eum perinde à regno privari atq; deponi. Quod cũ per hos xiiii. aut eo amplius, annos frequenter tentatũ ſit, ad effectũ tamen pervenire nõ potuit: quoniam, ut Solomon ait, Non eſt ſapientia, non eſt fortitudo, non eſt conſilium contra *Domi*num. Ergo, Hilderichus non re, ſed nomine tantum regnabat: quoniam apud majores domus tota diſpoſitio regni & tota poteſtas regni erat, quod ita fieri divina diſpenſatio longè ante ordinaverat. Nam Ludovicus, ſive Clodoveus, glorioſi regis Dagoberti filius, diſcooperiens corpus beati *Dionyſij* martyris, brachium ejus fregit, ſtatim ſtupefactus in amentiam incidit, & non poſt multũ temporis vitam cum regno finivit: cujus præſumptio,

A ſumptio, quæ in ſanctum Dei peccaverat, in poſteros quoque redundavit: quoniam, ſicut legitur in geſtis Francorum, exinde diverſis atque peſtiferis caſibus regnum Francorum concidit: Poſtquam enim duo filii eius regni ſucceſſores, Clotarius ſcilicet, atque Hildetichus in primæva ætate perierunt: unus cõmuni omnium morte defunctus, alter propter morum inſolentiam occiſus. Theodoricus tertius frater, multis adverſitatibus & ante regnum & in regno eſt afflictus, cuius maior domus, id eſt proviſor palatii, immò violator palatii extitit quidam Ebronius apoſtata, qui inter alia tyrannidis ſuæ & crudelitatis facinora ſanctum Leodegarium epiſcopum, & fratrem eius Gerinum diverſis pœnis & cruciatibus interfecit, multosque alios mactavit & oppreſſit: quo tandem occiſo Pippinus dux Auſtriæ maior domus efficitur, qui juxta nobilitatem pariter & religionem progenitorum ſuorum opus atque negocium piiſſimi rectoris & religioſiſſimi principis exequitur. Dominus enim Arnolfus ex filia regis Clotarii natus, cum eſſet primum maior domus, in regno edidit nobiles, & virtute præſtantes filios palatio. qui poſtea ex meritorum conſideratione factus Metenſis eccleſiæ epiſcopus, genuit Deo ſpiritales filios in ſacerdotio: cuius certè filius erat Anchiſus, qui de nomine Troiani Anchiſæ dicitur appellatus: cuius item filius erat iſte, de quo ſuprà dictum eſt, Pippinus, pater ſcilicet ſe-
B nioris Caroli, & avus regis Pippini, de quo ſic inter cætera legitur in geſtis Francorũ: quod unà cum conſilio & conſenſu omnium Francorum miſſa relatione ad ſedem Apoſtolicam, & authoritate percepta præcelſus Pippinus electione totius gentis ſublimatus ſit, in ſedem regni cum conſecratione epiſcoporum, & ſubiectione Principum. Et longè ſuprà ſcriptor hiſtoriæ oſtendens, quando & à quo inchoaret ille principatus, qui dicitur major domus: Tempore, inquit, Clotarii patris Dagoberti regnum Francorum regi cœptum eſt, & adminiſtrari ab his qui proviſores aulæ regiæ, vel majores domus eſſe videbantur, divina hoc diſpenſante providentia, ut ad horum progeniem Francorum transferretur regnum: fuitque eo tempore major domus in palatio Clotarii regis Arnolfus, vir ut poſtmodum claruit, Deo amabilis, qui poſt ſæculi gloriam Chriſti ſe ſervitio ſubdẽs, mirabilis in epiſcopatu extitit. Conſiderate nunc ordinem rerum geſtarum, & perſpicite ſi juxta ſcripturam Hildebrandi papæ aliquis Romanorum pontificum depoſuerit à regno regem Francorum, & Francigenas à juramento fidelitatis, quam ei feciſſent, abſolverit: quòd ſcilicet fidei ſacramentum, ſicut ſuprà probatum eſt ex teſtimonio ſacræ ſcripturæ, nemo unquam ſolvere poterit, niſi fortè quemlibet inde ſolutum facere velit mendacem ſimul atque periurum, ac ideo condemnatum: quandoquidem ille Hilderichus, de quo agitur, nihil omnino regiæ po- A teſtatis vel dignitatis habuiſſe deſcribatur: atque ideo comprobatur, quòd non fuerit Dominus aliquorum, ſive rector: quoniam rex à regendo dicitur. Ut enim quemlibet regem Chriſtianum prætermittamus, ecce quomodò in Nabuchodonoſor, rege injuſto, & ultra omnem terram peſſimo: ecce inquam, quomodo regiam poteſtatem in eo zelatus eſt Dominus Deus: gens verò, inquiens, & regnum, quod non ſervierit Nabuchodonoſor regi Babylonis, & quicunque non curvaverit collum ſuum ſub jugo regis Babylonis, in gladio, & fame, & ſiti, & peſte viſitabo ſuper gentem illam, ait Dominus, donec conſumam eos in manu eius. Ipſi etiã regi Nabuchodonoſor juraverat Sedechias rex Juda, cuius ſcilicet periurium ita inſecuta eſt ultio divina: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam juramentum quod ſprevit, & pactum quod prævaricatus eſt, ponam in caput eius, & morietur in prævaricatione, qua deſpexit me. qui enim ſolvit pactum, nunquid effugiet? dicit Dominus.

Certum eſt, quia verum eſt, quòd Hildebrant papa tentaverit ſolvere ſcripturam Domini, & mandata Domini, quæ ſunt de unitate Eccleſiæ Chriſti quæ ſunt etiam de ſacramento fidei. Sed firmum fundamentum Dei ſtat, & dilectio quæ valida eſt ſicut mors in electis Dei, integra perſeverat: quoniam caput & corpus, quod eſt Chriſtus & Eccleſia ab invicem non diſcordat. Poterit ſanè B aliquis ſolvere in his, qui foris ſunt, charitatem, quæ nunquam certè in electis cadit, de cætero velit nolit, cœlum & terra prius tranſibunt, quàm vel jota unum, vel unus apex prætereat de lege Domini, de ſcriptura Domini. Quæcunque autem ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus, ſicut docet Apoſtolus. Ecce enim poſtquam prædixerat Dominus gentem, quæ non ſervierit regi Babylonis, ſe viſitaturum eſſe in gladio, & fame, & peſte, per quod ſcilicet teſtimonium, ſicut & per Apoſtolum, docet poteſtatibus obediendum eſſe: poſtquam etiam prædixerat, Sedechiam regem pro juramento, quod ſolverat, moriturum eſſe in prævaricatione, qua deſpexerit ſe: quoniam juramentum Domini eſt, in cujus nomine juratur, ubi juſticia, judicium & veritas comites eſſe dicuntur. Poſthæc, inquam, dicit Dominus per Hieremiam prophetam, de prophetis, immò de falſis doctoribus: Nolite, inquit, audire verba prophetarum dicentium vobis. Nolite ſervire regi Babylonis, quia mendacium ipſi loquuntur vobis quia non miſi eos, ait Dominus, & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter, ut ejiciant vos, & pereatis tam vos quàm prophetæ, qui vaticinantur vobis. Certè omnes quotquot poteſtati, immò Dei ordinationi reſiſtunt, à regno Dei

A ejecti peribunt, & perjuri regnum Dei non poſſidebunt. De duabus quippe civitatibus pauca diximus ſuprà, juxta quod ſcribit ſanctus Auguſtinus in libro XIX. de Civitate Dei, de qua dicta ſunt glorioſa, ubi inter alia plurima quæ ſunt ejuſmodi, loquitur iſta: Quamdiu permiſtæ ſunt ambæ civitates, utimur & nos pace Babylonis, ex qua ita per fidem populus Dei liberatur, ut apud hanc interim peregrinemur. propter quod & Apoſtolus admonuit Eccleſiam, ut oraret pro regibus ejus, atque ſublimibus, addens & dicens: Ut quietam & tranquillam agamus vitam cum omni pietate & charitate. Et propheta Hieremias cum populo Dei veteri prænunciaret captivitatem, & divinitus imperaret, ut obedienter irent in Babyloniam, Deo ſuo etiam iſta patientia ſervientes, monuit & ipſe, ut oraretur pro illa dicens: quia in ejus pace eſt pax veſtra. Beatus autē populus cujus Domin⁹ Deus ejus: & miſer populus ab iſto Deo alienatus, qualis etiā non eſt dignus, ut vel terrenæ vel cœleſtis reipublicæ ſit populus. Reſpublica enim dicitur quòd ſit res populi, ſicut ſcribit ſanctus Auguſtinus in ipſo XIX. libro de Civitate Dei: ſed populum eſſe definit cœtum multitudinis juris conſenſu & utilitatis communione ſociatum. Quid autem dicat juris conſenſum diſputando explicat, per hoc oſtendens geri ſine juſticia non poſſe rempublicam. Ubi ergo, inquit, juſticia vera non

B eſt nec jus poteſt eſſe quod enim jure fit profectò juſtè fit: quod autem fit injuſtè, nec jure fieri poteſt. non enim jura dicenda ſunt, vel putanda quælibet iniqua hominum conſtituta: quocirca ubi non eſt vera juſticia, juris conſenſu ſociatus cœtus hominum non poteſt eſſe, & ideo nec populus: & ſi non populus nec res populi: ſed qualiſcunq; multitudinis, quæ populi nomine digna non eſt. ac per hoc ſi reſpublica res eſt populi, & populus non eſt qui conſenſu juris ſociatus non eſt: non eſt autem jus, ubi nulla juſticia eſt. proculdubio colligitur, ubi juſticia non eſt, non eſſe rempublicam. Juſticia porrò eſt ea virtus, quæ ſua cuique diſtribuit. Et longè ſuprà idem Auguſtinus in libro II. de Civitate Dei, introducens ſententiam vel Scipionis, vel Tullii de republica: Sicut in fidibus, inquit, ac tibiis, atque cantu ipſo ac vocibus concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatum atque diſcrepantem aures eruditæ ferre non poſſunt, iſque concentus ex diſſimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur & congruus: ſic & ſummis, & infimis, & mediis interjectis ordinibus, ut ſonis moderata ratione civitatem conſenſu diſſimillimorum dicunt concinere: & quæ harmonia à muſicis dicitur in cantu, eam eſſe in civitate concordiam, arctiſſimum atque optimum omni in republica vinculum incolumitatis, eamque ſine juſticia nullo pacto eſſe poſſe. Populum autem non omnem cœtum multitudinis: ſed cœtum juris conſenſu & utilitatis communione ſociatum eſſe determinant, & dicunt tunc eſſe rempublicam, id eſt rem populi, cum bene ac juſtè geritur, ſive ab uno rege, ſive à paucis optimatibus, ſive ab univerſo populo. Cum verò injuſtus eſt rex, quem tyrannum more Græco appellant, aut injuſti optimates, quorum conſenſum dicunt eſſe factionem: aut injuſtus ipſe populus, cui nomen uſitatum non reperiunt, niſi etiam ipſum tyrannum vocent: non jam dicunt vitioſam, ſicut prius fuerat diſputatum: ſed ſicut ratio ex his illis definitionibus connexa docuiſſet, omnino nullam eſſe rempublicam: quoniam non eſſet res populi, cum tyrannus eam factione [illegible]: nec ipſe populus jam populus eſſet, ſi eſſet injuſtus: quoniam non eſſet multitudo juris conſenſu & utilitatis communione ſociata, ſicut populus fuerat definitus. Igitur duæ civitates in ſacra ſcriptura commendātur: una Dei, altera diaboli. illa per Hieruſalem ſignificatur, metropolin populi Dei: hæc per Babylonem metropolin gentium populo Dei ſemper adverſariam, atque ideo, quoniam Hieruſalem viſio pacis interpretatur, pax per cives atque domeſticos Babylonis confunditur, quoniam Babylon confuſio interpretatur. Pacem, inquit Dominus, relinquo vobis, pacem meam do vobis: unde ſi quando filii Eccleſiæ coguntur belligerare, non hoc agunt ex doctrina Chriſti & traditione Eccleſiæ: ſed ex neceſſitate & con- B tagio quodam Babylonis civitatis terrenæ, apud quam tempore mortalitatis ſuæ peregrinantur filii Hieroſolymæ. Hinc iterum Auguſtinus in ſupradicto libro de Civitate Dei: Chriſtianæ inquit religionis præcepta de juſtis probiſque moribus, ſi ſimul audirent atque curarent reges terræ, & omnes populi principes, & omnes judices terræ, juvenes & virgines ſenes cum junioribus, ætas omnis capax & uterque ſexus, & quos Baptiſta Joannes alloquitur exactores ipſi atque milites: tunc & terras vitæ præſentis ornaret ſua felicitate reſpublica, & vitæ æternæ culmen beatiſſimæ regnatura conſcenderet: ſed quia iſte audit, ille contemnit, pluresque vitiis malè blandientib. quàm utili virtutum aſperitati ſunt amiciores: tolerare, inquit, Chriſtiani [illegible] jubentur, ſive ſint reges, ſive principes, ſive judices ſive milites, ſive provinciales, ſive divites, ſive pauperes, ſive liberi, ſive ſervi, utriuſquelibet ſexus, etiā peſſimā ſi ita neceſſe eſt, flagitioſiſſimamque rempublicam, & [illegible] angelorum quadam ſanctiſſima [illegible] auguſtiſſima curia cœleſtique republica, ubi Dei voluntas lex eſt, clariſſimum [illegible] etiam iſta tolerantia comparare. Quod ipſe præſtare dignetur, qui vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

NOlite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes quoniam majus judicium ſumitis, ſicut dicit Jacobus apoſtolus ex doctrina

A ctrina Domini & Salvatoris noſtri. Vos, inquit, nolite vocari rabbi: unus eſt enim magiſter veſter. Unde Auguſtinus in libro qui prætitulatur de Magiſtro, diſputans, quærens & inveniens magiſtrum non eſſe qui doceat hominem ſcientiam, niſi Deum: Magiſtros, inquit, plures tunc fieri exiſtimo, cum diverſa atque inter ſe adverſa ſentiunt, cum verum idipſum dicunt omnes, & verum dicunt, ab unius veri magiſtri magiſterio nō recedunt. Qui enim, inquit Chriſtus, major eſt veſtrum erit miniſter veſter. Qui enim ſe exaltaverit, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Sed cum ipſe unus magiſter Chriſtus, idemque Deus mutet tempora, transferat regna, tenens corda regum in dextra ſua: legimus docuiſſe Hildebrandum papā, quòd poteſtatem ipſe habuerit ſuper reges & ſuper regna: & poſſe id facere quod per Deum meritantum dicit Pſalmiſta: Hunc humiliat, & hunc exaltat. Nam reddite, inquit, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Quam certè regulam proprio confirmavit exemplo, dicens Petro apoſtolo, Ut non ſcandalizemus eos: id eſt, ne nos Cæſari contradicentes, tumultuandi eis occaſionem præbeamus, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle: & aperto ore ejus invenies ſtaterem: illum ſumens da eis pro me & te: & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Qui etiam docuit Apoſtolos Eccleſiam, non regnum diſ-
B ponere, vel ordinare: quod nec ipſe legitur aſſ..., ille, qui fugit in montem ſolus orare, cum turbæ veniſſent rapere eum & regem conſtituere: quoniam cum in forma Dei eſſet, formam ſervi accipiens, venit non miniſtrari, ſed miniſtrare. juxta quod etiam Paulus apoſtolus, cum liber eſſet ex omnibus, omnium ſe ſervum fecit, ut plures lucrifaceret. Unde & Gregorius papa, cum eſſet ſummus pontifex, & virtutum artifex, in tantum ſe infra omnes humiliavit, ut primus ipſe in epiſtolis ſuis ſervum ſervorum Dei ſe appellaverit, & hoc humilitatis nomen ad poſteros quoque tranſmiſerit. Qui in libro Paſtoralis curæ propoſuit de bonis ſubditis, & malis rectoribus, exemplum Saulis & David: qui certe dum eum poſſet eundem perſecutorem ſuum occidere, noluit occidere, eo quòd eſſet Chriſtus Domini: ... per & viros ... ne con... urg... ... gitur ... ſ confregit ... & quia ... ſuæ ipſe præcidiſſet, pœnitu.... Si quando, inquit, contra rectores vel in minimis lingua labatur, per afflictionem pœ... cor prematur: & cum præpo... teſtatæ aliquis detraxerit, ejus judicium a quo ſibi prælata eſt, perhorreſcat: Quia cum in ... poſitos, ait, delinquimus, ejus ordinationi ... qui eos nobis prætulit, obviam*. Et ut hoc exemplo probaret, quod ſcripto edidit, ne in ethnicorū quidē morte ipſe dilectus Deo Gregorius ſeſe miſcere voluit: ſed cum efficere potuiſſet, ſicut ipſe ſcribit, ꝙ gens Longobardorū, nec regē, nec duces, nec comites haberet, nihil horum A facere voluit, quia Deum timere ſe dicit.

At Hildebrant papa, miſcuit ſe plurimorum motibus Chriſtianorum, ſuccendens ubiq; incendia bellorum per totum penè Romanum imperium, ut non teneret Henricus rex regnum à Deo ſibi collatū, per ſucceſſiones patrum ſuorum. Qui etiam in uſum belli conduxit milites reipublicæ: cum militantes Deo implicare ſe non debeant negotiis ſecularibus, juxta diſciplinam Eccleſiæ, & propter ſupplementa ſtipendiariorum, ſive mercedis, pro qua mercede ejus militaverant contra regem: eundemq; patricium Romanorum ſpoliavit Romanam eccleſiam oblationibus fidelium, quibus hactenus ſolebat alere indigentiam pauperum: qui, ſicut ait Laurentius martyr ad Decium, ſunt theſauri æterni, qui nunquam minuuntur & creſcūt. qui in ſingulis aſperguntur, & montibus inveniuntur, in quibus ſcilicet Eccleſiæ theſauris verè Chriſtus eſt, in quibus Chriſti fides eſt. Segregavit etiam ſibi ab Eccleſia pleroſq; epiſcopos atq; abbates: de republica autem pleroſq; duces atq; comites, ut jam non ſit unum corpus vel Eccleſiæ vel reipublicæ, & ut nō ſit multitudinis credentium cor unū & anima una, ſecūdum diſciplinam Eccleſiæ: ſed ſint ſecundum Comicum, quot homines, tot ſententiæ. Pro his & hujuſmodi meruit talis Hildebrant dominus apoſtolicus Gregorius appellari, atq; in doctrina & converſatione catholicus inſcribi, & apud ipſum B atque epiſcopos ipſius eſſe Eccleſiam Dei, & juſtitiam Dei. Sic enim inter multa alia ſcriptum tenetur, in Epiſtola contra Clementem papam, quam reperimus ſcripſiſſe quandam infamem perſonam. Igitur, inquit quoniam ſicut Apoſtolus dicit, corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem: & nos credimus, propter quod & loquimur dominum apoſtolicum Gregorium in doctrina & converſatione catholicum. Et iterum: Sed non prætermittendum, inquit, quod Wigbertus ſe ſervum ſervorum Dei nominat mentiendo, ſanctam verò matrem Eccleſiam, id eſt filios Dei: qui ſpiritu Dei aguntur, quorum converſatio in cœlis eſt, ſatanæ ſynagogam appellat: Ecce enim epiſcopi Hildebrādi papæ cū ſint procul dubio corporum pariter & animarum homicidæ: corporū quidem quoniam ipſi utpote viri ſanguinum & doloſi, uſi ſunt manibus ſuos obſequentium ad necem plurimorum: animarum autem, quoniam occiderunt quo quot ſeparaverunt ab unitate catholicæ eccleſiæ: quoniam filii hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus, quales meritò dicuntur ſynagoga ſatanæ. Ecce, inquam, cum tales ſint epiſcopi Hildebrandi papæ, ſcribitur in ſua ſuorumque parte ſancta mater Eccleſia eſſe, cum catholica, hoc eſt univerſalis Eccleſia non ſit in aliquarum partium ſchiſmate: ſed in univerſitate fidelium per ſpiritum pa... &

A charitatis ad invicem concordantium. Deſcribunturetiam eſſe filii Dei, cum ſpecialiter in Evangelio dicantur filii Dei, qui ſunt pacifici. Deſcribuntur quoque ſpiritales eſſe, quod eſt agi ſpiritu Dei, idemque in cœlis converſari: cum profectò cœlis, qui enarrant gloriam Dei, dicat in Evangelio Dominus: Vos, inquiens, cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſervi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Sed ut decipiant incautos miniſtri ſatanæ, qui transfigurat ſe in angelum lucis, transfigurantur & ipſi, ſicut Apoſtolus ait, velut miniſtri juſtitiæ, in quibus ipſe qui dicitur rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, operatur jam myſterium illius arrogantiæ: In cœlum, inquiens, conſcendam, ſupra aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte Teſtamenti, in lateribus aquilonis, unde refrigeſcit charitas multorum: ſedebo ſuper altitudinem nubium cœleſtium, ſcilicet prædicatorum, & ero, inquit, ſimilis Altiſſimo. Unde inquit quidam nomine tantum Chriſtianæ profeſſionis inflatus, verè autem carens Chriſtianæ religionis fructibus, cum oportuerit eum humiliter ſe agere, arrogantia elatus, aſſumpſit ſibi aliquid authoritatis Apoſtolicæ: & ſcribit ad omnes eccleſias epiſtolam, in qua docere conatur eos, qui multo rectius, quàm ipſe credebant, & cohortatur omnes ad novas inſtitutionum ſectas accommodare aurem ſuam: Huic, inquit, nullam epiſtolæ ſalu-B tationem voluit præfigere, in qua illius, cui nec ave dicendum eſt, ſcriptis reſpondebo. Qui habet aures audiendi audiat, & poſt aliqua, quibus furem eſſe atque latronem deſcribit, qui aſcenderit aliunde ſecundum Evangelica Domini dicta. Caveto igitur, inquit, tu Chriſtiane, ne Wigberto corde vel ore dixeris unquam ave. Ecce magnificus ille laudator Hildebrandi papæ probatur inſtituiſſe ſcholam contentionis, qui noluit eſſe annunciator ſalutis, indicans in principio Epiſtolæ ſuæ ſalutationem, quæ à ſalute dicitur, ſe nolle nobis præſcribere, cum præcipiat Paulus apoſtolus fratres ſalutare ſe invicem in oſculo ſancto: quod ſignum, inquit, ſalutationis in omni epiſtola ita ſcribo. Unde rogamus, inquit, vos fratres per adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti & noſtræ congregationis in ipſum, ut non citò moveamini à veſtro ſenſu, neque terreamini neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam, tanquam per nos miſſam. Omnibus autem, qui invocant nomen Domini noſtri in omni loco ipſorum, & noſtro, gratia & pax à Deo patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Hoc ſignum ſalutis, quæ ab Apoſtolo nobis optatur, & à Deo promittitur, ab authore propoſitæ Epiſtolæ nobis ſubtrahitur: gratia ſcilicet, qua nobis peccata donentur: pax, qua Deo reconcilientur. Unde & ipſe venit abſque doctrina Chriſti, qui præcipit pacem primo auditoribus proponi: quoniam ſicut per Eſaiam prophetam dicitur, Opus juſtitiæ eſt pax, & fructus labiorum Dei pax, & hæreditas Eccleſiæ eſt pax. A Sed contra Chriſtum & Eccleſiam facit, quiſquis contra pacem facit: de quorum numero eſſe oſtenditur, qui (utpote fur & latro, aliunde intrans ad doctrinæ ſtudium, quàm per Chriſtum qui eſt oſtium, quo ad ſalutem intratur) negat in ipſo limine ſcripturæ ſuæ quòd velit ſuis auditoribus ſalutationem, quæ juxta teſtimonium beati Auguſtini à ſalute dicitur, annunciare: qui adhuc contentioſius agere probatur, quando ad confirmandas ſchiſmaticorum pariter atque hæreticorum partes teſtimonia ſacræ ſcripturæ hinc inde contrahendo furatur, ut in inſidiis & quaſi per latrocinia quædam incauti decipiantur. Gregorius inquit, Innocentius, & ſequaces eorum omnes fortiter improbant quodlibet ſacerdotale officium ab Eccleſia ſeparatorum.

Ecce quomodo ille miniſter diaboli, ecce quomodo inſanit quomodo nos ſecum in foveam perditionis mittere quærit, qui apud XIII tantum, aut paulo plures epiſcopus Hildebrandi papæ ſcribit ſancta Dei eſſe ſacerdotia cæterorum autem, qui ſunt per orbem terrarum, ſacerdotia ab Eccleſia Dei eſſe ſeparata: cum certè non ſolum Gregorii atque Innocentii teſtimonium, ſed omnium ſanctorum patrum judicium concordat cum ſententia beati Cypriani epiſcopi, qua teſtatur in libro de unitate Eccleſiæ, quòd alienus ſit, prophanus ſit, hoſtis ſit, quòd Deum patrem B habere non poterit, qui non tenet unitatem Eccleſiæ: quam conſequenter etiam deſcribit unum ſacerdotium habere. Nam ut unitatem, inquit manifeſtaret Dominus, unitatis ejus originem ab uno incipientem ſua authoritate diſpoſuit: & quia erant utiq; & cæteri Apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis: exordium ab unitate proficiſcitur, ut Eccleſia una monſtretur, quam ſic licet unitatem tenere firmiter & vindicare debemus maximè nos, inquit, epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, ut epiſcopatum quoq; unum atq; indiviſum probemus. Sed Hildebrant papa ſic diviſit etiam ſacerdotia, quemadmodum Eccleſiā Dei atq; rempublicam imperii: quoniam partes inde ſegregavit ſibi. Inter ipſum nanque & inter regem Henricum ingraves ortæ ſunt atque inexorabiles diſcordiæ, Papa plurimum annitente, ut rex deponeretur à regia poteſtate pariter & dignitate: rege verò contrà nitente, ut defenderet ſe ab hoſtium ſuorum circumventione, qui pro parte ejuſdem papæ certantes quærebant eum opprimere. Exinde diviſa eſt eccleſia, & diviſa ſunt eccleſiæ ſacerdotia, atque omnia ſcandalorum orta ſunt genera: exinde crevit grave & diuturnum bellum, & non ſolum civile bellum, ſed & pluſquam civile bellum & actæ ſunt abſq; divino pariter & humano reſpectu vaſtationes eccleſiarum, & exitia hominum: exinde etiam corruptæ ſunt divinæ pariter & humanæ leges.

A leges, ſine quibus oon ſubſiſtit vel Dei Eccleſia, vel imperii reſpublica. & exinde violata eſt fides & publica & catholica: exinde etiam illa crevit, injuſtitia, ut pro veritate falſa teſtimooia, & pro fide catholica abundent perjuria. ut poſtquam leges bello ſiluêre coactæ: impleatur jam iſta Domini ſeoteotia per Oſee prophetam: Non eſt, inquit veritas, & & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt. & ſanguis ſanguinem tetigit. Hæc nunc abundare & ſuprabundare, propter doctrinã Hildebrandi papæ, qua diviſit corpus vel Eccleſiæ vel reipublicæ, nunquid hoc eſt Apoſtolicum eſſe? & Gregorium id eſt, bene vigilantem eſſe? & in doctrina & in converſatione catholicum eſſe ſecundum ſententiam ſcriptoris propoſitæ epiſtolæ? atque cum tali Hildebrando partes habere. & ejuſmodi, qualia ſupradicta ſunt, flagitia nutrire, ſovere vel defendere. nunquid hoc eſt filios Dei eſſe. & ſpiritales atque cœleſtes eſſe juxta ſententiam ſcriptoris ejuſdem epiſtolæ? Abſit hoc, abſit inquã, quoniam atteſtante Apoſtolo, Chriſtus exhibuit ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam nec per duplicitatem rugam: quia & per juſticiam eſt munda, & per ſimplicem intentionem teoſa. Unde & in Cantico canticorum Spiritus Sanctus ex perſona Domini deſignat & dicit: Una eſt colũba mea, perfecta mea una eſt ma-
B tris ſuæ, electa genitricis ſuæ Sed adverſarii noſtri quãvis ipſi exierint à nobis, non nos ab ipſis: tamẽ ſic ſolent ſe commendare dictis: ac ſcriptis, Nos catholici ſumus, nos in unitate Eccleſiæ ſumus. Unde ſcriptor illius Epiſtolę appellat eos qui ſunt in parte ſui Gregorii, catholicos: nos autem qui fidem ſanctorum patrum tenemus. qui bonis omnibus conſentientes ſumus, qui pacem amamus, & fraternitatem diligimus, qui impendimus honorem, cui debemus honorem: qui juxta præceptum Petri apoſtoli, Subjecti ſumus omni creaturæ propter Deum, ſive regi tanquam præcellenti, ſive ducibus tanquam ab eo miſſis: & non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis, id eſt in diſciplinatis: qui cõfitemur juxta doctrinam Pauli apoſtoli bonum eſſe, & acceptum coram Salvatore Deo noſtro, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ut primum omnium fiant obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate: nos verò, qui optamus etiam cum Propheta dari capiti noſtro aquam, & oculis noſtris fontem lachrymarum, ut ploremus die ac nocte interfectos filiæ populi noſtri: nos inquam, præjudicat ille ſcriptor, dicens nos eſſe ſchiſmaticos, & hæreticos, & excommunicatos: quia regiæ poteſtati non reſiſtimus, & (qui Clementi papæ communicamus.

Quid inviolabile, inquit, baptiſmi ſacramentum apud ſchiſmaticos, & hæreticos, & excommunicatos valeat, Iſidorus in Allegoriarum libro ſuper Geneſin declarat. Quod præter arcam, ait, omnis caro, quam terra ſuſtentebat, diluvio conſumpta eſt: ſignificat, quia præter Eccleſiæ ſocietatem aqua baptiſmi. quàm eadem ſit vis non ſolum non valet ad ſalutem ſed valet potius ad perniciem. Sciendum autem. quòd Wigbertus arguit catholicos aſſerere illa, quæ fiunt extra Eccleſiam. ſacramenta non eſſe. nec aliud quàm damnationem cuiquam conferre, aſtruens jam extra quàm intra catholicam Eccleſiam hæc omnia rata & vera exiſtere, aſſumitque in teſtimooium aſſertionis ſuæ Auguſtini ſententiam in quodam tractatu in Evangelium Joannis contra rebaptizatos editam: Ita ergo inquit Auguſtinus, nec foris ſicut nec intus quiſquam, qui ex parte diaboli eſt, poteſt vel in ſe, vel in quenquam maculare ſacramentũ, quod Chriſti eſt Quam & nos ſententiam fideliter amplectentes reſpondemus, hoc Auguſtinum de ſolo, unde tunc angebatur, baptiſmi dixiſſe ſacramento. Et in fine ipſius Epiſtolæ: Intuendum etiam. inquit, quod qui Wigberto vel Heinricho faveant, aut tẽporalis cõmodi reſpectu. vel humanæ gloriæ faciunt hoc intuitu: nos autem qui juſtam partem Gregorii jam à Deo aſſumpti, ſicut juſtum eſt, defendimus, per hoc non homini, ſed ſoli Deo placere contendimus.

B Hinc jam apparebit qui ſint ſchiſmatici, & hæretici, atque excommunicati, cùm iſte ſcribendo teſtetur, ſe ſuosque defendere partem ſui Gregorii. Sed tunica Chriſti per totum texilis, atque cohærens reſervatur nobis integra & inconciſſa è carnificibus Pilati utpore melioribus, quàm qui dividunt unitatem Eccleſiæ, quandoquidem ipſi Interfectores Chriſti dicant in Evangelio de integritate illius tunicæ: Non ſcindamus illam, ſed ſortiamur de ea, cujus ſit. Unitatis enim ſacramẽtum & concordiæ vinculum illa Chriſti tunica prætendebat, quæ ab incipieote ac poſſidente ſcindi omnino non poterat: ſed totam ſimul & ſolidam firmitatem inſeparabiliter obtinebat. Unde ſanctus Cyprianus epiſcopus in libro de Unitate Eccleſiæ: Quis ergo. inquit, ſic ſceleratus, quis ſic diſcordiæ furore veſanus, ut aut credat ſcindi poſſe: aut audiat ſcindere unitatem Dei, veſtem Domini, Eccleſiam Chriſti? Sed quidam exeuntes à nobis dicunt & ſcribunt: ſe defendere partẽ ſui Gregorii non id quod totũ eſt Chriſti, quod eſt catholica Eccleſia Chriſti. Unde Iſidorus epiſcopus in VIII. libro Etymologiarum: Catholica, inquit, hoc eſt univerſalis Eccleſia dicitur: quoniam nõ ſecuodum conventicula hæreticorum in aliquibus regionum partibos coartatur, ſed per totom orbem dilatata diffunditur. ideoque fidem non habent catholicam, qui ſunt non in toto, quod redemit Chriſtus, & quod regnabit cũ Chriſto, ſed in parte aliqua majoris inde cõſequentes

A quentes damnationis ſententiam: quotquot confitentur in ſymbolo ſe credere ſanctam Eccleſiam catbolicam. & per aliquas partium ſectas diviſi non teoent unitatem Eccleſiæ: quæ ſcilicet unitas. juxta quod legitur multitudinis credentium eſſe cor unum & animam unam, propriè convenit catholicæ Eccleſiæ. Sed per diem, inquit, ſol non uret te, neque per noctem. Myſticè dictus ſol in Deo intelligitur, & in Eccleſia præfiguratè dicta luna intelligitur. Sed tanquam à ſole uritur, qui in Chriſto ſcandalizatur, eredens aliquid minus in filio, quàm in patre & ſpiritu ſancto: quoniam pater, & filius, & ſpiritus ſanctus unus eſt Deus, cunſubſtantialis & coæternus. Uritur autem tanquam à luua, qui ſcandalizatur in Eccleſia, credens eam eſſe in parte una juxta quod & Dominus per pſeudoprophetas & falſos doctores fieri prædixit, qui dicunt: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic: cum ille totum orbem emerit, qui tantum ſanguinis ſui precium dedit. De his duobus timenda ſunt ſcandala: quoniàm & duo ſunt præcepta, in quihus tota lex pendet & prophetæ, dilectio ſcilicet Dei, & dilectio proximi. Pax multa diligenribus legem tuam Domine, & non eſt illis ſcandalum. Sed ſcribit cótra nos noſter adverſarius: Nos, inquiẽs, juſtam partem Gregorii jam à Deo aſſumpti, ſicut juſtum eſt, defendimus. Unde Auguſtinus ſcribẽs in tractatu Pſalmi, cap. xii. de talibus: Eo plus, inquit, abundat nequitia, quo ſibi vi-
B detur abundare juſticia. & quia juſtitia eſt in corde ipſorũ, ſed falſa, ideo ait: Nõ perveniunt ad veram, quia repleti ſunt falſa: xiv. aut eo amplius annos prælia & ſeditiones agitis.

Ecce enim vos, ut ita dicam, particulares Hildebrandi, per bos, & ne adhuc quidem paci vel concordiæ acquieſcitis: ſed ſicut verè ait Jacobus apoſtolus, occiditis & zelatis, belligeratis & ligatis. Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones in cordibus veſtris: Nolite, inquit. gloriari, & mendaces eſſe adverſus veritatem, Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens à patre luminum: ſed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus pravum. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica, mudeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructus bonis, juſticans ſine ſimulatione: fructus autem juſticiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. Unde, inquit, bella & lites in vobis? non'ne hinc? ſcilicet ex zelo amaro & contentionibus, quæ ſunt in cordibus veſtris? Propterea quidam ex parte Hildebrandi, ſcribens grandem epiſtolam pro defenſione ejuſdem ſui Gregorii, teſtatur in exordio locutionis ſuæ. nolle auditores ſuos ſalutare: oſtendens per huc, fraternitatem ſe non diligere quod eſt unitatem non amare: qui certè ſcribens ubique contra ſacramenta Chriſti, & Eccleſiæ terminavit ſcripturam ſuam, eo ſcilicet condendi ſchiſmatis errore, quo cœpit: & neſciens aut cnntemnens, quòd fructus juſticiæ in pace A ſeminatur facientibus pacem, ait. Nos. ſicut juſtum eſt, defendimus juſtam partem Gregorii jam à Deo aſſumpti. ſic quippe ſacra ſcriptura Geneſis de Enoch dicit, quòd illum Deus tulerit: quoniam oon apparuit. Sed catholica Eccleſia comprobat hoc, & dicit, quòd in libro de unitate Eccleſiæ Cyprianus epiſcopus ſcribit: Unitatem, inquit, qui non tenet, non tenet patris & filii fidem, vitam non tenet, & ſalutem. Proinde quomodo ille Hildebrand catholicus extitit, qui non Eccleſiæ, ſed patri præfuit, ſicut etiam defenſor ipſius ſcribit, qui etſi Apoſtolicam ſedem ſibi uſurpaverit, nunquam tamen Romana eccleſia illius ſponſa fuit, quam pro legitima donatione ſpiritalis dotis collatis antè beneficiis ſpoliavit. proſcidit ac dilaniavit: juxta quod in ſecundo hujus libri capituló dictum eſt, & verè dictum eſt. Atque ideo ipſa quæ verè erat & eſt Romana eccleſia, cum ſit mater omnium Eccleſiarum quæ aliquo pravo dogmate nec aliquando fefellit, nec aliqua hæreſi unquam falli potuit: talis inquam ſancta mater Romana eccleſia, cum non poſſet non mereri filiis viſcerum ſuorum, qui per diſſenſionem regis Heurichi & Hildebrandi papæ trahebantur. & utinam adhuc non traherentur ad interitum: elegit ſumma neceſſitate Wigbertum Ravennatis eccleſiæ epiſcopum ad paſtoralem curam Romani pontificatus, conſentiente pariter & agente rege Henricho, eodemque patricio Romanæ B eccleſiæ. neceſſitas autem non habet legem. Unde Innocentius papa: Qnod neceſſitas, inquit pro remedio reperit, ceſſante neceſſitate debet utique ceſſare. quod urgebat: quia alius eſt ordo legitimus, alia uſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit. Igitur factum nõ eſt hæreticæ pravitatis errore, quòd conſenſit Wigbertus viventi adhuc Hildebrando ſubrogari, ſumma ſcilicet neceſſitate: quoniam conſtat, eum vixiſſe ad interitum eccleſiæ pariter & reipublicæ. Nam ſi Wigbertus, inquit. fur & hæreticus non fuiſſet, viventi adhuc Gregorio, nullatenus ſubrogari conſenſiſſet. Iſte magis fur eſt & hæreticus, qui furtim collectis undique ſanctorum patrum teſtimoniis ad confirmandas ſchiſmaticorum, pariter & hæreticorum partes introivit ad ſcribendum, & exivit aliunde quàm per oſtium, quòd eſt Chriſtus: docens etiam abſque doctrina Chriſti, & loquens abſque veritate, quæ eſt Chriſtus, qualis certè dicitur Antichriſtus: Quoniam, qui mecum, inquit, non eſt, contra me eſt. Quòd ſi Clemens papa verè pius atque pacificus videtur his qui ſunt ex contentione, vel in hoc culpabilis eſſe, quòd antea epiſcopus alterius eccleſiæ, nunc factus eſt pontifex Romanæ eccleſiæ, ſciant hoc licitum eſſe ex Canonum conſtitutione, præcipuè autem ex decretis Antheros papæ, ſi non fuerit ambitus cauſa, ſed aut neceſſitate aut utilitate: juxta quod Petrus ſanctus & princeps apoſtolo-

A poſtolorũ de Antiochia utilitatis cauſa tranſlatus eſt Romam, ut ibidem potius proficere poſſet. Quoniam alia eſt, inquit, cauſa utilitatis & neceſſitatis, & alia avaritiæ & præſumptionis, atq; propriæ voluntatis.

Utrum autem ſit paſtor, an mercenarius, cognoſci veraciter non poteſt, ſi occaſio neceſſitatis deeſt. Unde & inter cætera quæ ſunt ejuſmodi, ſcribit ſanctus Gregorius in Homeliis: Lupus, inquiens, ſuperveniens indicat, quo quiſq; animo ſuper gregis cuſtodiam ſtabat. Ecce enim Henrichus rex non ut diſpergeret oves Chriſti; ſed ut congregaret eas in unum, profectus eſt Romam, præcipuè ſtudens aut cum Hildebrando redire in gratiam. aut ſi id fieri non poſſet, ſubſtituere alium papam, qui amaret pacem & Evangelizaret pacem, cum jam per plures annos bellum undiq; vaſtaverit Romanum orbem: ſed ille noluit regem recipere immò reſpuit eum alloqui vel videre, niſi offerret ſibi regale ſceptrum, & redderet in manus ſuas regiam poteſtatem, & honorem, & regnum: quale ſcilicet myſterium iniquitatis dicitur à Domino ſuper principem Tyri, quoniam elevatum eſt cor ejus: & dixit, Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo. ideoque vel Petrus princeps apoſtolorum non uſurpavit ſibi ordinare aliquid de regno: ſed, Subjecti, inquit, eſtote omni creaturæ propter Deum; ſive regi quaſi præcellenti, ſive ducibus tanquam ab eo miſſis B ad vindictam malefactorum, ad laudem verò bonorum. Ergo rex cum obſtinatum Papæ animum non poſſet inclinare ad ſtudium pacis, alia pactionis conditione, niſi cederet regno, quod Deo ordinante obvenerat ſibi avita, pariter & paterna ſucceſſione, tunc demũ uſus eſt belli neceſſitate: cum etiam idem Hildebrand introitum Romanæ civitatis ſibi obſtruxiſſet, & Romanos ad repugnãdum animaſſet: qui deinde converſi ad ſtudium pacis, vel quòd bello undique urgerentur, vel quòd contra patricium ſuum repugnare impium fore arbitrarentur, legationem miſerunt. rogantes ea quæ pacis ſunt, perſiſtente Hildebrando papa in obſtinatæ mentis intentione, qua regem Henricbum judicaverat dignum eſſe odio omnium: utpote excommunicatum à ſe, ideoque indignum eum eſſe aliquorum, qui ritè colerent Deum. viſu, allocutione. Unde cũ vellet potius oves Chriſti diſpergi vel occidi, quàm cum rege pacificari cui certè dictum eſt à Domino cum Petro apoſtolo: Si diligis me, paſce oves meas: id eſt: Fac pro fratrib. quod pro te feci, qui omnes ſanguine meo redemi, ergo cum miſeretur Chriſtus ovibus ſuis quib. noluit Hildebrant miſereri, relictis eis, fugit in Trajanũ: quę ſcilicet munitio hactenus inexpugnabilis dicta eſt, vulgo domus Theodorici. Tũ quidem Romana eccleſia elegit Wigbertum ſucceſſorẽ illi fugitivo, cum certè principes non ſint timori boni operis, ſed mali, ſicut dicitur à Paulo apoſtolo. Tum etiam rex ordinatus eſt imperator ab eodẽ papa Clemẽte, ex qua amborũ A ordinatione præcipuè inſignis eſt annus, qui tunc erat ab incarnatione Domini M. LXXXIV. Sed poſt aliquantũ tẽporis fugiens quoq; Hildebrãt ex illa qua ſe occultaverat munitione, Salernũ petiit, ibiq; vitam finivit. Igitur utrũ ſit paſtor an mercenarius, cognoſci veraciter non poteſt, ſi occaſio neceſſitatis deeſt. Unde ſanctus Leo papa ſcribẽs per Ruſticũ Narbonenſem epiſcopũ cæteris paſtoribus Eccleſiæ Chriſti, oſtendẽs ſcriptis pariter & exemplis, non debere ſacerdotes Dei ullis tribulationibus, vel ſcandalis infirmari, quo diſcedãt à cura paſtorali Nã ipſe dignus planè vicarius Petri apoſtoli & verus imitator eſsẽtialiter boni paſtoris nõ timuit occurrere vel Gẽſerico regi Vandalorum, vel Attalæ regi Hunnorũ, infeſtiſſimis ſcilicet hoſtibus Eccleſiæ, ſimul & reipublicæ. ac proinde ſcribit idem Leo inter cætera paſtoribus Eccleſiæ: Dicente verò, inquit, Domino, beatus qui perſeveraverit uſque in finem. unde erat beata perſeverantia, niſi de virtute patientiæ? Nam ſecundum Apoſtolicam prædicationem: Omnes qui voluerint in Chriſto piè vivere, perſecutionem patientur, quæ non in eo tantum computanda eſt, quòd contra Chriſtianam pietatem aut ferro aut ignibus agitur, aut quibuſcũq; ſuppliciis, cum perſecutorum ſævitiam ſuppleant: ſed & diſſimilitudinem morum & contumacia inobedientium & malignarum telis linguarum, cum hujuſmodi conflictationib. omnia ſemper membra Eccleſiæ pulſentur, & B nulla piorum à portio cõflictatione ſit libera. Permanendum eſt ergo in opere credito & in labore ſuſcepto: conſtanter tenenda eſt juſtitia, & benignè præſtanda clementia Odio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccantibus ſeverius caſtigari neceſſe eſt, non ſævientis plectatur animo, ſed medentis: ac ſi vehementior tribulatio incubuerit, non ita expaveſcamus, quaſi illi adverſitati propriis virib. reſiſtendo, cum & conſilium noſtrũ & fortitudo ſit Chriſtus, ac ſine quo nihil poſſumus, per ipſum cuncta poſſimus: qui confirmans prædicatores Evangelii. & ſacramentorum miniſtros: Ecce ego, inquit, vobiſcum ſum omnib. diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Et iterum: Hæc inquit, locutus ſum vobis, ut in me pacem habeatis in hoc autẽ mundo tribulationem habebitis: ſed confidite, quia ego vici mundũ. Quæ pollicitationes, quia ſine dubio manifeſtæ ſunt, nullis debemus ſcandalis infirmari, ne electioni Dei videamur ingrati, cujus tàm potentia ſunt adjutoria, quàm vera ſunt promiſſa.

Hæc & ejuſmodi dicta pariter, & facta beati Leonis papæ, ſi quis diligenter attendit, conferens etiam in corde ſuo, quæ Dominus Jeſus in Evangelio fecerit & docuerit, perſpiciet planè Eccleſiam Dei nunc quoq; tentari multiplicibus hæreſium erroribus quam oportet hæreſes eſſe, ut & probati manifeſti fiant in vobis, dicit Paulus apoſtolus. Ergo Hilde-

A Hildebrant dictus papa Romanæ Eccleſiæ diſceſſit, immò fugit ab Eccleſia, ea præcipuè cauſa, ut non videret vel alloqueretur regem Henrichum: quod & fecerunt partis ejus epiſcopi, quotquot nõ potuerunt epiſcopatus ſuos per vim & per bellum obtinere contra eundem regem Henrichum, blaſphemantes in eo non ſolum hominem, creaturam Dei, ſed etiam ordinationem Dei: quoniam omiſſa ſinguli, ſive per contentionem retenta ſua paſtorali cura refugerunt videre in memorato rege hominem creaturã Dei, & noluerunt ſubjecti eſſe eidem regi quaſi præcellenti, juxta mandatum atq; doctrinam Petri Apoſtoli, reſiſtentes Dei ordinationi: quoniam reſtituerunt ei quæ à Deo eſt poteſtati. Indè divinis humanisque legibus poſthabitis, cœpit apud ejuſmodi epiſcopos eſſe palatium atq; curia, & à facie eorum egreſſa eſt tam crudelis ſententia, ut dicant malum bonum, & bonum malum prædicantes beatos eſſe, qui pro parte Hildebrandi faciant prælia, ſeditiones & homicidia. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiũt, dicit Dominus. Beati enim pacifici, quoniam vocabuntur filii Dei, reddentes nunc interim ea quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, donec veniat perfecta beatitudo, quãdo pacem meam, inquit, do vobis, quàm modò hic relinquo vobis. Ecce juxta Evangelium vel Matthæi vel Lucæ, quorum unus regiam generationem, alter ſacerdotalem Chriſti progeniem deſcribit pro magni myſterii ra-
B tione: juxta horum, inquam, Evangelium credimus Adam primum, & Adam noviſſimum eſſe ejuſdem naturæ: ideoq; poſtquam Dominus & ſalvator noſter terram noſtræ carnis aſſumpſit, ne angelica quidem celſitudo deinde infirmatem noſtram deſpexit: quoniam cum vel Loth vel Joſue adorantes prius angelos non prohiberentur adorare, angelus Joannem in Apocalypſi ſe adorare volentem compeſcuit dicens: Vide ne feceris, conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum. Proindè conſiderandum eſt, utrum perverſiores ſint iſti qui deſpiciunt in rege hominem creaturam Dei, ex talibus ſcilicet factis negantes eam bonam eſſe, an illi qui dicunt naturam diaboli malam eſſe, quod affirmant Priſcillianiſtæ hæretici, de quorum fœtidiſſima hæreſi ſic ſcribit Leo papa verè dignus ſucceſſor Petri apoſtoli: Nihil eſt, inquit, ſordium in quorumcunq; ſenſibus impiorum, quod non in hoc dogma confluxerit: quoniam de omni terrenarum opinionum luto multiplicem fæculentiam miſcuerunt, ut ſoli totum biberent, quicquid alii ex parte guſtaſſent, qui dicunt inter cætera, quòd diabolus nunquã fuerit bonus, & quòd non ſit officium Dei natura ejus. Sed Hildebrant & epiſcopi ejus factis quidem negant creaturam Dei hominem bonam eſſe, quem ſcilicet hominem in tantum deſpiciunt in rege, ut epiſcopatus ſuos relinquentes, & curam animarum ſibi creditarum negligentes fugiant eum videre: cum vera fides, quæ eſt catholica, omnium creaturarum, ſive ſpiritalium ſive corporalium bonam confiteatur A
ſubſtantiam, & mali nullam eſſe naturam: ex vitio quippe voluntatis pravæ vitiatum eſt bonum ſive in angelo, ſive in homine. Hinc ſupradictus Leo papa: Odio, inquit, habeantur peccata, non homines: & quod in peccantibus ſeverius caſtigari neceſſe eſt, non ſævientis plectatur animo, ſed medentis. ubi enim benevolentia, ibi amicitia. Sed cum diabolo amicitia non eſt habenda, cui ſemel renunciando bellum indiximus: cui ſi nunquàm conſenſiſſemus, nunquàm in iſtas miſerias incidiſſemus. Cum omnibus autem hominibus jubemur, quantum in nobis eſt, pacem habere: cujus pietatis ſtudium præcipimur uſque ad inimicos etiam diligendos transfundere. Inter hæc enim, quæ valdè bona deſcribuntur, præcipuè eſt bona creatura Dei homo: quoniam ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt homo: qui etſi malè uſus ſit libero arbitrio declinans à bono ad malum, non perdidit tamen mentis intellectum, ubi ad ſimilitudinem Dei factus eſt homo. Dicitur autem homo totius collectio multitudinis, quæ eſt ſub ſpecie hominis: qui ſcilicet homo diligendus eſt, non errores ipſius, non peccata ipſius. Nam dicens in Evangelio Dominus, Diligite inimicos veſtros, orate pro eis qui vos perſequuntur benefacite eis qui vos oderunt: hortatur nos ad ſimilitudinem Dei. ideoque adjunxit: Sitis, inquiens, filii patris veſtri qui in cœlis eſt. qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & B
injuſtos. Unde Auguſtinus in tractatu pſalmi LXX: Qui ergo, inquit, bene vult inimico ſuo, Deo ſimilis eſt: nec iſta ſuperbia ſed obedientia eſt, quoniam ad imaginem Dei facti ſumus. Faciamus, inquit hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.

Hanc utique imaginem Hildebrant & epiſcopi ejus in regem Henricho & oderunt & perſecuti ſunt, & poteſtatem quæ à Deo eſt, qua & ipſe adhuc regnat atq; imperat, & oderunt & perſecuti ſunt: ideoque aſſumptis ſibi quibuſdam ſciſſuris regni conſtituerunt contra ordinationem Dei alium regem, Rudolfum ſcilicet. ducem Suevorum, ſub quo præliaretur bellum ſuum: quo quærebant omnibus modis mortificare regem Henrichum, cupientes corpore & anima perire eũ. Igitur anno ab incarnatione Domini M. LXXVII. convenerunt menſe Martio epiſcopi & principes, qui erant ex parte Hildebrandi papæ, & elegerunt regem contra regem, circa tertiam ſcilicet hebdomadam Quadrageſimæ: quib. ſcilicet ſacroſanctis diebus jubetur Chriſtiana religio aliorum temporum negligentias diluere: & ſicut rerum ita quoq; offerre Deo decimas dierum: quando etiam præcipit Dominus per prædicatores ſuos inſonare non ſignum belli, ſed tubam prædicationis ad convocandum in eccleſia populum propter pœnitentiæ ſtudium. Canite, inquit, tuba in Sion, ſanctificate jejunium, vocate cœtum, congregate populum, ſanctificate eccleſiam, co-

aduna-

Digitized by Google

A adunate ſenes, congregate parvulos, & ſu-
gentes ubera. Et iterum: Clama, ne ceſſes,
quaſi tuba exalta vocem tuam & annũcia po-
pulo meo ſcelera eorum & domui Jacob pec-
cata eorũ, dicit Dominus Deus. Legitur quo-
que in libro Romani ordinis, quia ordo ſcru-
tiniorum quarta feria, tertiæ in quadrageſima
hebdomadæ propter novæ ſcilicet regenera-
tionis candidatum initiatur, & in ſabbato
ſanctæ Paſchæ finitur, ut ſecundum formam
VII donorũ ſpiritus ſancti, VII. ſcrutinia, &
totidem oblationes, quas patrini vel matrinæ
pro electis jubentur offerre compleantur. Sed
contra aliud nunc inſtituitur iter, quàm ad
baptiſmum: quoniam ſcrutinium intelligi-
tur iter ad baptiſmum. nam circa hanc terti-
am quadrageſimę hebdomadã canitur per ſu-
pradictos epiſcopos quaſi bellicũ quoddã ſi-
gnũ, ut congregent populum conſtituere ſibi
regẽ novum, Qui certè Rudolfus cum media
quadrageſima, die ſcilicet Dominica, p Sigifri
dũ Moguntinæ eccleſiæ archiepiſcopũ ordi-
naretur, ſanguine multorũ hominũ initiatur:
quoniã Moguntiæ plebis multitudo concla-
mans atq; concurrens ad ejuſmodi ſeditionis
portentũ repellitur. fugatur atq; occiditur: &
Eccleſia, in qua facta eſt hęc ordinatio, ſangui-
ne etiã violatur. Proinde vos, qui tremitis ad
judiciũ Domini, attendite obſecro judicium
Domini. Poſtquã verò ille Rudolfus rex quar-
to ordinationis ſuę anno in prælio occiſus eſt,
proximo dehinc anno uterque locus, qui erat
B particeps & electionis & ordinationis ejus, ex
Dei judicio per ignẽ conſumptus eſt. Nã opus
illud ſpecioſum Henrichi regis ſecundi, &
imperatoris primi, ſcilicet Babenberg, in cu-
jus epiſcopio ille electus eſt, ignis conſum-
pſit in ſabbato ſancto paſchæ, caput autẽ Gal-
liæ atq; Germaniæ Moguntiam ſimiliter ignis
conſumpſit infra Pentecoſten eodem anno,
qui tunc erat M. LXXI. incarnationis Domini-
cæ. Ubi nunc eſt Iſrael rex tuus? dicit Domi-
nus, & ubi ſunt judices tui? quę dixiſti, Da mi-
hi regem & principes. Ipſi quippe regnave-
runt, & non ex me: principes extiterunt &
non cognovi, dicit Dominus exercituum.

Peracta verò, ſicut dictum eſt, Rudolfi re-
gis electione pariter & ordinatione per epi-
ſcopos, de qualibet dicit per Prophetam Do-
minus. Manus veſtræ pollutæ ſunt ſanguine,
& digiti veſtri inquinati. Peracta, inquam, e-
lectione ſimul & ſanguinea illius ordinatio-
ne, quibus interfuerant legati quoque Hil-
debrandi papæ, non multo pòſt reverſus eſt
Henrichus rex de partibus Italiæ, quò per-
rexerat ad ſatisfactionem, vel ad ſupplican-
dum eidem Romano pontifici pro pace vel
Eccleſiæ vel reipublicæ. In cujus adventu in
Germaniam diſperſi ſunt inimici ejus, & fu-
gerunt à facie ejus: abieruntque quidam de e-
piſcopis in Saxoniam cum rege ſuo Rudolfo,
quidam autem ad montana, & civitates mu-
nitas, dicente Apoſtolo: quia principes non
ſunt timori boni operis, ſed mali. Recolite
nunc Montanorũ ſectam, immodicam fidei &
patiẽtiæ obſervantiam: quia cum tẽpore per- A
ſecutionis fugiſſent quidã in montana, & la-
tuiſſent in montibus: diviſi per hoc de corpo-
re Eccleſiæ. dicti ſunt Montani hæretici, ſicut
in VIII libro Etymologiarũ ſcribit Iſidorus e-
piſcopus, Sed Hildebrãt & ſuæ partis epiſco-
pi, quib⁹ à rege Henricho ſæpe pax oblata eſt,
& minimè recepta, diviſerunt ſe ſponte ſua ab
unitate catholicæ Eccleſiæ fugiẽtesq; in mu-
nitiones atq; montana. reliquerunt eccleſias
ſuas abſq; ſpeculatore, & oves abſq; paſtore:
eligẽtes potius fugere ad montem magnum,
quem promittit Dominus per prohetam Za-
chariam, coram Zorobabel duce Juda in
planum deduci, quàm aſcendere ad montem
Domini, de quo factum eſt ad Eſaiam verbum
Domini: Et erit, inquiens, in noviſſimis
diebus præparatus mons domus Domini in
vertice montium. quales ſuſcipiunt montes
pacem populi, & colles juſticiam. Ubi enim
pax, ibi & juſticia: quoniam juſticia & pax
oſculatæ ſunt ſe, ſicut dicit Pſalmiſta. Unde
ipſe, qui eſt pax noſtra, Chriſtus dicit poſt ſa-
lutarem doctrinam inſtitutionis Evangelicæ,
cui juſtum eſt obedire: Hæc locutus ſum vo-
bis, ut in me pacem habeatis. propter quod e-
nim, ſicut atteſtatur Auguſtinus, totum agi-
tur, quod Chriſtiani ſumus, ſcilicet ut in
Chriſto pacem habeamus & ſimus in unitate
corporis ejus Hæc enim pax non habet finem
temporis & ipſa erit omnis piæ noſtræ inten-
tionis actionisque finis: propter hanc ſacra-
mentis ejus imbuimur, propter hanc mirabi- B
libus ejus operibus & ſermonibus erudimur,
propter hanc ſpiritus ejus pignus accepimus,
propter hanc in eum credimus & ſperamus,
& ejus amore quantum donat, accẽdimur,
Hac pace in preſſuris omnibus conſolamur;
hac preſſuris omnibus liberamur, propter
hanc omnem tribulationem fortiter ſuſtine-
mus, ut in hac feliciter ſinẽ ulla tribulatione
regnemus. Patria enim noſtra pax eſt, & hæ-
reditas noſtra pax eſt. Per hanc, inquit, idem
Auguſtinus epiſcopus, vos ſalutamus, hanc
vobis annunciamus. Sed oderunt Hieruſalẽ,
qui oderunt pacem, qui conſcindunt unita-
tem, quibus falſo pacem pronunciãtibus po-
pulo reſpondetur, cum dixerint Pax vobiſ-
cum. & cum ſpiritu tuo. falſum enim, inquit,
dicunt & falſum audiunt, quibus dicunt, Pax
vobiſcum, quos ſeparant à pace orbis terra-
rum: & quibus dicuntur, Et cum ſpiritu tuo,
Si in ſpiritu eorum eſſet pax, non ne unita-
tem diligerent, & diſſenſionem dereſinque-
rent? Neque verò pax eſſe poteſt vera. ubi
non eſt vera concordia: quia disjuncta ſunt
corda. Quomodo enim, inquit, conſors dici-
tur, qui ſortem jungit: ita ille concors dicen-
dus eſt, qui corda jungit.

Sed jam facta diviſione imperii ſimul & ſa-
cerdotii ſurrexit rex adverſus regem, gens
adverſus gentem, epiſcopus contra epiſco-
pum, populus contra populum. Exinde verò
quantæ cædes factæ ſint hominum, quantæ
deſtructiones eccleſiarum, quanta etiam re-

A rum confuſio exinde facta ſit in omni Eccleſia, indigere videtur tragœdia magis quàm hiſtoria. Magno ſe judice quiſq; tuetur, dum uterque rex juſtè arma ſe induiſſe arbitratur: Henrichus ſcilicet, quòd natus & nutritus in regno ſucceſſiſſet progenitoribus ſuis in regnũ ex Dei ordinatione, ac proinde accepiſſet juxta doctrinam Apoſtoli vindicem gladiũ in impios atq; juſtos vel Eccleſiæ vel reipublicæ: Rudolfus antè, quòd obediens eſſe deberet pontifici ſedis Apoſtolicæ, qui per epiſcopos partis ſuæ prædicaſſet eum non teneri obnoxium perjurii vel perfidiæ, ſi contra eum arma tuliſſet: qui, utpote excommunicatus, rex jam eſſe non poſſet: cum hoc ſit, inquiunt, fidei atq; fidelium in Eccleſia, occidere ſcilicet ac perſequi eos, quicunque communicantes vel faventes excommunicato regi Henricho, noluerint declinare poſt partium ſuarum ſtudia. Nova & inaudita eſt prædicatio eiuſmodi, cum Eccleſia non habeat ſibi conceſſum gladium, niſi ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Juſticia quippe phariſæorum eſt, non occidere, non peierare: ſed verè dico vobis, ait in Evangelio Dominus, quia niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quàm ſcribarum & phariſeorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Cũ enim dictum ſit his qui ſunt ſub lege, *D*omino juramenta ſua reddere: ego autem inquit, vobis dico, qui eſtis ſub Evangelica perfectione, non jurare omnino, & non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexterã maxillam, præbe illi & alteram. Ergo cum gravius ſit

B gladio cogere ad ſupradictarum partium conſpirationem, quàm verberib. exigere fidem, ecce ſanctus Gregorius ſcribit de ejuſmodi ad Joannem Conſtantinopolitanum epiſcopum: Nova, inquiens, atq; inaudita eſt iſta prædicatio, quæ verberib. exigit fidem. Paſtores etenim ait, facti ſumus, & non perſecutores. Hujus autem perſecutionis rabiem, quæ jam non verberibus agitur, ſed gladiis ſimul atq; rapinis & deſtructionibus eccleſiarum ſive civitatum, & incendiis villarum multo tempore authoribus epiſcopis exercetur: hujus inquam perſecutionis rabiem comprobat ſcriptor illius Epiſtolæ, qua ſuſcepit partem ſui Gregorii defendere: & intendit eam ſanctorum patrum ſcriptis hinc inde fraudulenter collectis affirmare, ut gladius linguæ acerbius affligat Eccleſiam, quàm gladius occiſionis hactenus afflixerit eam: quoniam juxta ſententiã quoque Auguſtini, gravius illi cor feriunt, qui gladio linguę feriunt: & acerbius, inquit, ſanguinem fundunt, qui Chriſtum, quantum in ipſis eſt, in homine occidunt. Scribit enim poſt multa, & inter multa, quibus calumniatur vel Henrichus imperator, vel Clemens papa: Verùm qui hactenus, inquit, tacebat, huic reſponſurus calumniæ papa Damaſus procedat. Qui poteſt obviare & perturbare perverſos, & non facit, nihil eſt aliud quàm favere eorum impietati. nec enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Leo papa. Negligere, cum poſſis deturbare perverſos, nihil aliud eſt, quàm illis favere: ergo enim cui non reſiſtitur, approbatur & veritas, quæ minimè defenſatur, opprimitur. Gregorius in ſuis Moralibus. Plerunq; quieti atque inconcuſſi relinquimur, ſi obviare pravis pro juſticia non curamus: ſed cum ad æternæ vitæ deſiderium animus exarſerit: ſi jam lumen intrinſecus reſpicit, ſi in ſe flammam ignis ſancti fervoris accendit, inquantum locus admittit, inquantum cauſa exigit, debemus pro defenſione juſtitiæ noſmetipſus objicere, & perverſis ad injuſta erumpentibus, etiam cum ab eis non quærimur, obviare. Nam cum juſtitiam, quã nos amamus, in aliis feriunt nos nihilominus ſua percuſſione confodiunt, etiamſi venerari videantur. A

Hæc ſanctorum Patrum documenta, quæ convertit ille perverſis ad confirmanda bellorum ſtudia, nos teneamus pro defenſione pacis & veræ juſtitiæ: quoniam juſticia & pax oſculatæ ſunt ſe. neq; alia ſentiamus de ſupra dictis cæteriſq; ſanctis patribus, niſi quæcũq; ſunt vera, quęcũq; juſta, quæcũq; ſancta, quęcũq; amabilia, quæ & didiciſtis & audiſtis. Sed videte obſecro, & attẽdite ea qua oportet diligẽtia, quare intulerit ille ſupra ſcripta ſanctorũ patrũ teſtimonia: ſcilicet quoniam Clemẽs papa ſuper his malis quæ fiunt in Eccleſia, dolet & triſtatur, quæ nos patimur: quoniam ſi patitur unũ membrum, compatiuntur omnia membra: & ſi gloriatur unum membrum, cõgaudent omnia membra. Ergo cum ſit facta B diviſio in Eccleſia illis exeuntibus à nobis, nõ nobis ab illis, inſcribimur tamen, & blaſphemamur ſchiſmatici eſſe, qui ſumus in toto, nõ in aliquorum parte: & prædicantur illi ac beneficantur catholici eſſe: quorum unus audacior cæteris audet etiam ſcriptis partem ſui Gregorii defendere, & ſic inter cætera reſpõdet ad dicta Clementis papæ. Aſſerit etiam, inquit, prædictus calumniator ex occaſione prædicationis catholicorum: nõ enim poſſumus aliquid adverſus veritatem, ſed pro veritate cum Apoſtolo dicentium tam in Italico, quàm Theutonico regno fieri rapinas, incendia, deſtructiones eccleſiarum, gemitus & ſuſpiria orphanorum & viduarum. Huic quiddam ſimile conclamabant, & Judæi in Redẽptoris noſtri occiſione: Commovit populum, docens per univerſam judæam, & incipiens à Galilæa uſque huc.

Noſtis verò qui Evangelium legiſtis, quæ Dominus Jeſus fecit & docuerit, quomodo ſanitates corporum, & curationes animarum operatus ſit: ideoq; ſcribæ & phariſæi de falſa juſticia præſumentes beneficiis ejus, & virtutibus invidebant: & quæ negare nequiverant, ſiniſtra interpretatione pervertere laborabãt: & propter multa ejus bona opera uſq; ad mortem perſecuti ſunt eum acclamantes eum cõmoviſſe populum: quoniam populus in his quæ glorioſè fiebant, admirabatur, & glorificabat Deum. Phariſæi quippe interpretantur diviſi, quales dicit Apoſtolus habere zelum

Dei,

A Dei, ſed non ſecundum ſcientiam. Quoniam ignorantes, inquit, Dei juſticiam, & ſuam quærentes ſtatuere, juſticiæ Dei non ſunt ſubjecti. Quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones in cordibus veſtris, nolite gloriari, & mendaces eſſe adverſus veritatem. Ecce enim adverſarii Redemptoris noſtri calumniabantur, eum eſſe ſeductorem. juxta quod & noſtri temporis ſcribæ & phariſæi appellant Clemétem papã calumniatorem: quia quærit ſaluté omniũ, dolens fieri in Italico pariter & Theutonico regno ex prædicatione adverſantium epiſcoporum rapinas & incendia, atque deſtructiones eccleſiarum, gemitus & ſuſpiria orphanorum & viduarum. Ex hoc enim, inquit Apoſtolus Joannes, cognoſcimus ſpiritum veritatis & ſpiritum erroris: quia qui audit nos, ſpiritum habet veritatis: & qui nos nõ audit, ſpiritum habet erroris. Videamus quid moniturus eſt, in quo audire illum debeamus. Dilectiſſimi, inquit, diligamus invicem. Hoc docet præcipuè & hoc ipſum monet aſſiduè, quia dilectio ex Deo eſt. Et ideo qui novit Deum, inquit, audit nos: qui autem non eſt ex Deo, non audit nos. Sed ve[…] commoverunt populum, qui re[…]tes ab unitate dilectionis, qua jubemur nos invicem diligere, diviſer[…]nt vel Eccl[…] Reipublicæ populum, ut ſ[…] populus [p]opulum. Nã iſti, juxta Dominicum pariter & Apoſtolicum præceptum, ſubjecti ſunt legitimo regi Henricho, utpotè Dei miniſtro, quem dicit Apo-

B ſtolus non ſine cauſa portare gladium, ſcilicet ad vindictam impiorum: illi autem contra Dei ordinationem conſtituerunt ſuper ſe in regem adverſarium, qui ſub rege Henricho erat dux Suevorum. quod certè factum eſt in defenſionem m[ale]factorum: quoniam leges ſilere ſolent per tempus bellorum. Ego Petrus nondum intelligens quæ Dei ſunt, port[aba]t gladium, qui ultor Dominicæ iræ poſitus eſt in eum qui male operatur. Sed converte eum, inquit, in locum [s]uum: quoniam ſi rogavero patrem meum, exhibebit mihi modò in auxilium plus quam XII. millia angelorum. Omnis enim, ait, qui gladium acceperit, gladio peribit. vel ideo gladio, quem dicit Dominus inebriatum eſſe in cælo, quanto magis in terra: vel gladio ſpiritus, qui in Dei [...]itur armatura, quem etiam [...] Eccleſia Dei, unde & debellantur ejus in[imici] eodemque gladio ſpiritus præcipiuntur [...] Eccleſiæ per ſuprascriptos patres, Damaſum [...] Leonem, & Gregorium, totius erroris falſitatem abſcindere, & perverſos perturbare: quod, inquiunt, qui negligit facere, convincitur impietati eorum favere. Atteſtante enim eodé patre Gregorio, Eccleſia ab adverſariis ſuis perſecutionem patitur duob⁹ modis: ſcilicet aut verbis, aut gladiis. Sed cum verbis, inquit, perſecutionem ſuſtinet, exercetur ejus ſapientia: cum verò gladiis, exercetur ejus patiẽtia. Ecce impugnamur nõ ſolũ periculis bellorũ, vel pugnis verborũ, ſed etiã ſcriptis adverſariorũ: & q gravisſimũ nobis eſt, inducuntur contra nos teſtimonia ſanctarum Scripturarum, ut ea quibus coronavit Dominus Eccleſiam ſuam per ſanctos patres quaſi ſcuto quodam protectionis, nunc ex parte ſint hoſtium quaſi pro quibuſdam telis: quibus tanto gravius vulneratur Eccleſia, quanto pernicioſius ſolent familiares inimici in corde & corde loqui per labia doloſa. Unde jam imminere videtur illa magna tribulatio, qualem dicit in Evangelio Dominus non fuiſſe ab initio mundi uſque modo. Tunc ſi quis, inquit, vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. Surgent pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Ecce, inquit, prædixi vobis: ſed væ homini, ait, per quem ſcandalum venit. Gravitet quidem ſcandalizamur, quod ſanctis quoque patribus, qui apud nos vivere debent in ſuis conſtitutionibus, hæc calumnia imponitur: ut per eorum doctrinam, qua loquitur nobis Chriſtus, qui eſt pax noſtra, confirmentur nunc partium ſive bellorum ſtudia. Unde noſter adverſarius, apud quem non eſt veritas, nec pax, neque juſtitia, ſcribit poſt multiplicem teſtimoniorũ congeriem: quibus contendit nihil valere apud nos Chriſti Eccleſiæ ſacramenta, & quod ſuſpenſi ſimus ab Eccleſiaſtica communione ſecundum Canonum præcepta: Sufficiant, inquit, hæc pauca charitati veſtræ, qui catholici vultis eſſe, quatenus ſuas ſanctorum patrum ſententias in promptu habeatis, qui-

B bus & vos defendere, & veritatem impugnantes refellere valeatis. Et poſt hæc, in fine ipſius Epiſtolæ ex propriis verbis condemnãs ſe, ſuosque, oſtendit nihil ipſis cum catholica hac univerſali Eccleſia commune eſſe, & ideo catholicos non eſſe, cum ſuſcepiſſent partem ſui Gregorii defendere. Nos, inquit, qui juſtam partem Gregorii jam à Deo aſſumpti defendimus, per hoc non homini, ſed ſoli Deo placere contendimus. Fructus verò juſticiæ in pace ſeminatur facientibus pacẽ, ſicut Jacobus apoſtolus teſtatur. ſed dum hæretici Deũ defendere nituntur, offendunt: quãto magis, qui partem alicujus hominis defendunt? Intuendum etiam, inquit, quod homines qui Wigber[to] vel Henricho favent, aut temporalis commodi reſpe[ct]u, vel humanæ gloriæ faciunt hoc intuitu.

Erubeſcimus ſanè, quod facti ſumus opprobrium nimis inimicis noſtris: quod & dici non debet ſine lachrymis. quia ipſi ferventiores ſunt ad defendendam pariter & augendam partem ſui Gregorii quàm noſtri ad probandam & confirmandam unitatem catholicæ Eccleſiæ Chriſti. Nam juxta quod dicitur in Evangelio, moris eſſe ſcribarum & phariſæorum & hypocritarum, quòd circumeunt mare & aridam, ut non tantum faciant unum proſelytum, ſed ut totus mundus vadat poſt eos, non poſt Chriſtum. unde & phariſæi, quidã unde diviſi, invidebant Chriſto: ſicut legitur in Evangelio, quòd turba

A quæ præcedebat & quæ ſequebatur euntem Hieroſolymam, ad viſioné ſcilicet pacis, laudes acclamaverit ei, Oſanna, benedictus qui venit in nomine Domini. & dicebant: Videtis quia nihil profecimus, ecce mundus totus poſt eum abiit. Et ille: Cum exaltatus, inquit, fuero, omnia traham ad me. Et gratias agens Deo patri, quòd mitibus atque manſuetis revelaverit ſacramenta adventus ſui, quæ neſcierunt ſcribę & phariſæi: Confiteor inquit, tibi pater, Domine cœli & terrę, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Ita pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Ecce cū exaltatus fuerit Chriſtus, dicitur ad ſe omnia trahere, & ſibi omnia à patre ſuo tradita eſſe. Sed ille qui non eſt in hac univerſitate, hoc eſt in catholica Eccleſia, ſcribit talia: Nos, inquit, qui juſtam partem Gregorii jam à Deo aſſumpti, ſicut juſtum eſt, defendimus: per hoc non homini, ſed ſoli Deo placere contendimus. Ergo, ſicut dictum eſt ex authoritate ſanctorum patrum, hæretici dum defendere Deum nituntur, offendunt: quanto magis qui partē alicujus hominis defendunt. Unum itaque ſignum eſt electionis, ſoliditas charitatis? Unde ne vel miraculis quidem reproborum ſeducamur, quæ non fiunt ex charitate ſed per elatiunem. In hoc, inquit Dominus, cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectioné habueritis ad invicé. Igitur ubi non eſt charitas, unde unitur B Eccleſia, ibi non eſt juſticia: & ubi non eſt juſticia, ibi nec virtus aliqua: quoniam omnes virtutum ſpecies continentur uno juſticiæ nomine, cum & juſticia ſit lex divina, & vinculum ſocietatis humanæ. Intuendum etiam, loquor, quòd omnes qui Wigberto vel Henricho favent, aut temporalis commodi reſpectu, vel humanæ gloriæ faciunt hoc intuitu.

Sicut ſcribit Gelaſius papa: Duo ſunt quibus principaliter mundus hic regitur: authoritas ſacrata pontificum & regalis poteſtas. Chriſtus enim memor fragilitatis humanæ, quòd ſuorum ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica temperavit: ſic actionibus propriis, dignitatibusq́ue diſtinctis officia poteſtatis utriuſq; diſcrevit, ſuos volens medicinali humilitate ſalvari, non humana ſuperbia intercipi: ut & Chriſtiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro temporalium curſu rerum imperialibus diſpoſitionibus uterentur, quatenus ſpiritalis actio à temporalibu[s] diſtaret incurſibus, & Deo militans minim[e] [illegible] negotiis ſecularibus implicaret: & viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet negotii ſecularibus implicatus: ut [illegible] modeſtia utriuſque ordinis curaretur, ne [illegible] tolleretur utroque ſuffultu[s], & compe[ten]s qualitatibus actionum ſpecial[it]er profeſſio aptaretur. Hanc Dei diſpenſationem qui[s] quis diligenter conſiderat juxta divinam utriuſque poteſtatis ordinationem, perſpiciet

ſanè in hoc quoq; per Hildebrandum & epiſcopos ejus magnam operatam eſſe iniquitatem. qui cum pro pontificali dignitate non deberent vel negotiis ſæcularibus ſeſe implicare, uſurpaverunt ſibi ordinationem regiæ dignitatis contra Dei ordinationem. & contra uſum atq; diſciplinam Eccleſiæ: & quia ipſi noluerunt Henrichum regem regnare, idcirco noluit etiam ſcriptor propoſitæ epiſtolę regem eum appellare: ſed miro modo eum inhonoravit. quem Deus per apoſtolum ſuum Petrum honorificare præcipit: quoniam & honor regis judicium diligit. Et quia nos inſtituti doctrina apoſtoli Judæ, non præſumimus dominationem ſpernere, vel majeſtatem blaſphemare, judicamur extranei eſſe ab Eccleſiaſtica communione: cum aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Jeſum, reddamus poteſtati à Deo nobis præl[at]æ debiti honoris ſuffragium, magnam habentes impoſitam nubem teſtium, per quorum patientiam ſimul & doctrinam curramus ad propoſiti certaminis bravium. Sanctos enim Gregorius in libro de Paſtorali cura, proponit nobis exemplum Saulis atq; David quomodo boni et tam atque eminentes in Eccleſia viri debeant malis quoq; rectoribus ſubditi eſſe, juxta quod David Saulem pertulit: quem videlicet infeſtiſſimum perſecutorem ſuum cum poſſet occidere, noluit occidere: inſuper & viros ſuos, ne conſurgerent in eum, ſermo[ni]bus confregit: & quòd vel oram chlamydis ſuæ abſcidiſſet, pœnituit. Quod B verò hic ſummus pontifex & virtutum artifex legitur propoſuiſſe & docuiſſe, credas omnes ſanctos patres pariter & feciſſe & docuiſſe. Boni, i[illegible] q[illegible], ſubditi [illegible] quando pro infirmitate ſe abſti[ne]re vix poſſunt, ut extrema quædam at[illegible] te [illegible] p[illegible] poſitorum mala, ſed tamen [illegible] loquantur, quaſi oram chlamydi[s] [illegible] lente [illegible] ſunt: quia videlicet dum prælatæ di[illegible] utati, ſ[illegible] lté innoxiæ, & latéter derogant, quaſi regis [ſ]uperpoſiti veſté fœdant: ſed tamen ad ſem[et]ip[ſ]os redeunt, ſeq; vehementiſſimè reprehendunt. Unde & bene illic ſcriptum eſt: Q[ui]a poſt [illegible] David percuſſit cor ſuum, eo quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul. [illegible] quippe præpoſitorum o[illegible] [g]ladio ſ[illegible] tend[illegible] [n]on ſunt, etiam cum rectè re[p]rehendenda judi[c]antur. Si quando verò contra eos vel in mi[ni]mis lingua labitur, nece[ſſ]e eſt ut per affli[cti]onem pœnitentiæ cor pr[em]atur, [quate]nus ad ſemetipſum redeat: & cum præpoſitæ poteſtati detraxerit, ejus contra ſe judicium à quo ſibi prælata eſt perhor[re]ſcat. Nam cum in præpoſitos delinquimus, Ejus inquit, ordinationi, qui eos nobis prætulit, obviamus. Unde etiam cum longe lateq; excreviſſent [Si]moniacæ & Neophytorum hær[eſe]s, idem Gregorius ſuper hac re valde ſollicitus, non minaciter, ſed ſuppliciter inde egit apud Francorum reges. Paterno, inquit, vos ſalutantes affectu petimus præcellentiſſimi filii, ut deteſtabile hoc malum Simoniacæ hæreſis ac Neophytorum

de regni

A de regni veſtri finibus ſtudeatis prohiberi, & nulla apud vos excuſatio, nulla contra animam veſtram ſuggeſtio locum inveniat: quia facientis proculdubio culpā habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Hæc legimus ſanctum Gregorium ſcripſiſſe & docuiſſe, & ut multos lucrificaret, ſe ſervum omnium, præcipuè autem regum atque imperatorum feciſſe: ideoque videtur nobis hoc conſequens non eſſe, ut conſtituerit reges aliquos de regno ſuo deijciendos eſſe, ſicut ei aſcribit propoſitæ ſcriptor Epiſtolæ. Gregorius, inquit, hujus nominis primus: Decernimus reges à ſuis dignitatib. cadere, & participatione corporis & ſanguinis Domini carere, qui temerario auſu præſumpſerint contra ſedis Apoſtolicæ juſſa venire. Certè qui ejuſmodi eſt, jam judicatus eſt, juxta quod & Saul à Domino reprobatus eſt: & tamen poſtquam abjecerat eum Dominus, ne regnaret ſuper Iſrael, legitur multos annos vixiſſe pariter & regnaſſe, ut ſcilicet electorum Dei patientia exerceretur, aut probaretur ſub crudeliſſimo rege, quem etiam ipſe David electus à Deo in regem patientiſſimè tulit: & pro eo quòd eſſet Chriſtus Domini, timuit occidere, cum poſſet eum, utpote perſecutorem ſuum, occidere: qui in hoc etiam pœnituit, quòd vel ſummitatem chlamydis ejus abſcindere præſumpſerit. Saul verò LXXXV. ſacerdotes Domini una Dei occidit: & tamen eum qui ejuſmodi erat, patientia ſanctorum ſuſtinuit. Sed B Henrichus rex nihil horum faciens, ſed epiſcopis liberam diſponendarum eccleſiarum poteſtatem permittens, quia noluit in manus Hildebrandi papæ pro volūtate hoſtium ſuorum tradere regiam poteſtatem, & honorem, & regnum ſuum: ideo ſcribitur meritò pro inobedientia ſua damnatus eſſe, quaſi per hoc voluerit jus ſacerdotale ſibi ſubſternere. Reſpondendum eſt etiam his, inquit, qui ſpiritalibus ſecularia, divinis humana præferentes & jus ſacerdotale laicis ſubſternere volentes, conqueruntur Henrichum à Gregorio ſine exemplo damnatum. Sed ut querimoniæ, inquit, huic ſilentium imponant, inclinent aures hiſtoriis, quàm ſæpe præſules non ſolū Apoſtolici, ſed & provinciales in defenſione juris Canonici regali ſive Imperatorio nō pepercerunt nomini. Ecce cū quanto agit ſtudio pertinaciæ, ut moveat nos à ſoliditate fidei noſtræ, quatenus introducti vel teſtimoniis ſcripturarum vel hiſtoriis rerum, declinemus ad partem ſui Gregorii papæ: cum is certè utrique abutatur, vertendo falſa interpretatione, non vera ratione. Sed nulli horum credimus mediante Deo, quales Antichriſtos dixit Joannes apoſtolus multos nunc eſſe in mūdo: quia Paulus apoſtolus, per quem loquitur Chriſtus, dicit, & id ſecundò repetit: Licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. Ex hujus certè anathematis vinculo, nemo liber exiſtit, niſi quem nullus error involuit. ac proinde, ſicut ſanctus Leo papa ſcribit: Si omnes ſacerdotes & mundus aſſentiatur damnatis, damnatio conſentientes involuit, non prævaricationem conſenſus abſolvit. Sub damnationis quidē ſententia ſunt, A quotquot Evangelio nō obediunt, quotquot Dei ordinationi reſiſtunt, quotquot in unitate Eccleſiæ non ſunt: quoniam una eſt, inquit Dominus, columba mea, perfecta mea: una eſt fides Chriſtiana quæ eſt catholica. Catholica autē veraciter eſt illa, quæ ab omniū perfidorū, atq; ab eorū ſucceſſoribus cōſortibus ſincera, pura, immaculata communione eſt diviſa. Sed ille qui ſcribit & teſtificatur ſe in parte ſui Gregorii eſſe, & partem ipſius defendere, ille inquam talis cum ſit extra catholicam, hoc eſt univerſalem Eccleſiam, ſcribit apud nos, qui nolumus participes eſſe partium ſuarum, nihil valere, nihilque nobis proficere ſacramenta Chriſti & Eccleſiæ, quæ ſunt baptiſma & chriſma, atque corporis & ſanguinis Domini myſteria: & ad augendum nobis terrorem, introducit contra nos teſtimonium ſancti Auguſtini: quòd nos qui credimus & confitemur ſanctam Eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, retorquemus e diverſo in eos qui amplectuntur eſſe in parte ſui Gregorii. Auguſtinus in ſermone de Blaſphemia ſpiritus ſancti: Si quenquam, ait, extra Eccleſiam ſuorum pœniteat peccatorum, & hujus tanti peccati, quòd alienus eſt ab Eccleſia Dei, cor impœnitens habeat, quid ei prodeſt illa pœnitentia, cum iſto ſolo verbo dicat contra ſpiritum ſanctum, quòd extraneus eſt ab Eccleſia: quæ accepit hoc donum, B ut in ea in ſpiritu ſancto fiat remiſſio peccatorum? Et iterum: Cor impœnitens caveatur, nec aliter pœnitentia prodeſſe credatur, niſi ut teneatur Eccleſia, ubi remiſſio peccatorum datur, & ſocietas ſpiritus in pacis vinculo cuſtoditur. Hæc ſcribit ſanctus Auguſtinus de catholica eccleſia, ubi concordat membrorū unitas per charitatis & pacis ſtudia. Unde in uno, inquit, eſtote, unum eſtote, unus eſtote: & væ illis qui oderunt unitatē Eccleſiæ præſumentes in hominib. partes facere. Ergo ſicut idem Auguſtinus ait, Fauſtinus parti præerat, non Eccleſiæ: juxta quod & Hildebrand parti ſuæ præerat, non Eccleſiæ, qualem ſcilicet partem ſcribit quidam de participibus ſuis defendere cœpiſſe. Sed Gelaſius papa: Quæ privilegio, inquit, univerſalis eccleſiæ contraria probantur, nulla ratione ſubſiſtunt: pars autē longè diſtat à toto quod eſt univerſale: ideoque inferior poteſt quidem errori cuilibet involuere aliquem, non abſolvere. Igitur ſive ſit ille Gregorius, ſive Hildebrand, vel alius quiſquam: qui præeſt parti, non eccleſiæ, non potuit Henrichum regem damnare: qui certè hoc ſtudet, hoc optat, & maximè laborat, ut fiat unum corpus Eccleſiæ, quatenus perinde etiam poſſit fieri unū corpus reipublicæ, fuerit ſanè errans, qualem deſcribit Gelaſius papa non poſſe ſine pœna eſſe. Sit igitur, inquit, erranti dicta pœna fore perpe-

Digitized by Google

A tua ſit erranti dicta nunquam eſſe ſolvenda, quaſi errans eſſe deſtiterit, pœna quæ erranti eſt præfixa perpetua, non erranti: id eſt, aliter effecto quàm cui præfixa eſt, non ſolum non poteſt eſſe perpetua, ſed nec eſſe jam pœna. Non eſt enim ipſe cui præfixa eſt: erranti enim præfixa eſt, non erranti. Quæ enim, inquit, erranti præfixa perpetua eſt, & perpetuò conſtringit errantem, non errantem non poteſt jam tenere. Contra hæc ſanctorum patrum teſtimonia, ſi quid adverſarius noſter reſpondere habeat, dicat: qui ſe jactat poſſe nobis per introductas rerũ hiſtorias ſilentium imponere: qui tanto plus nos exercet ſua locutione, quanto plus ille videtur errare. quod etiam unum eſſe beneficium divinæ providentiæ atteſtatur ſanctus Auguſtinus, ut qui foris ſunt, plurimum proſint fidelibus, non verum quod neſciunt docendo. ſed ad verum quærendum, & ad verum aperiendum catholicos excitãdo: ne imperitiæ noſtræ tenebris delectati dormire magis velimus, quàm lucem veritatis intueri. Sed ut huic, inquit, querimoniæ ſilentium imponant, inclinent autem hiſtoriis, quàm ſæpe præſules non ſolum Apoſtolici, ſed & provinciales in defenſionem juris Canonici regali ſive imperatorio non pepercerunt nomini. Et ſubjungit, quòd Innocentius papa Arcadium imperatorem ſub anathematis vinculo à fidelium conſortio ſeparaverit. quod quàm verum ſit, ex his quæ in ſuperiori libro ſcripſimus, vel de Arcadio, vel de
B Innocentio quiſque diligens facilè pervidebit. Cum certè Innocentius papa obſervantiſſimè cuſtodierit cũ omnibus ſanctis patribus Evangelicam hanc regulam Domini, ut redderent ea quæ ſunt Cæſaris Cæſari. cum ritè non poſſent aliter reddere Deo, quæ ſunt Dei: ideoque juxta quod ſuprà dictum eſt ex verbis Gelaſii papæ, ordinata eſt à Deo, ſicut ſacrata pontificum authoritas, ita & regalis poteſtas, ut Chriſtiani imperatores pro æterna vita indigerent pontificibus, & pontifices pro temporalium curſu rerum imperialibus uterentur diſpoſitionibus. Poſt hæc ſcribit, quòd Conſtantinus papa Philippum anathematizaverit, quod nec in geſtis pontificalibus nec in hiſtoriis invenitur: ubi tantum legitur, quòd Philippus ſupradicto papæ literas pravi dogmatis direxerit, quas ille cum Apoſtolicæ ſedis concilio reſpuit. Philippus quippe præter id quod contra Juſtinianum imperatorem regnum adeptus eſt, hæreticus eſſe probatus eſt, qualis jam judicatus eſt. juxta quod etiam Gelaſius papa ſcribit: Noſtri, inquiens, majores authore cujuslibet inſaniæ, ac pariter errore damnato ſufficere judicarunt, ut quiſque aliquando hujus erroris communicator exiſteret. principali ſententia damnationis ejus eſſet obſtrictus. Poſt hæc introducit hiſtoriã de rege Hilderico, de quo ſatis dictum eſt in ſuperiori libro, apud quem nec regia poteſtas nec imperialis authoritas eſſe ꝓbatur: ideoque hujus exempli controverſia à nobis reprobatur. Sequitur autem, quòd Adriano A papa jubente Carolus Deſiderium regem cum filio ejus Adalgiſo Italiæ regno privaverit, & ſolus Italiam cum Francia obtinuerit. Certè Deus Romanorum præparavit regnum, ut ibi & Eccleſia & imperium haberet principatum. huic divinæ ordinationi qui reſiſtit, Deo reſiſtit. Ergo Deſiderius contra Romanã rempublicam ſimul, & contra Romanã eccleſiã pugnavit, ideoq; rex ipſe Longobardorum per tyrannidem contra Deum ſurrexit. Hujus rei gratia Adrianus papa vocavit Carolum in auxilium & defenſionem Eccleſiæ pariter & reipublicæ, cum pater quoque ipſius Pippinus rex jam accepiſſet patriciatum ejuſdem Romanæ reipublicæ. Sed Carolus cum magna difficultate vel itineris vel belli Deſideriũ ſubegit, & perpetuo exilio damnavit: filiumque ejus Adalgiſum. in quem ſpes paternæ tyrannidis inclinata videbatur, de Italia expulit: & Romanis atque Adriano Romanæ eccleſiæ rectori res ſuas reſtituit quas hoſtilis incurſio abſtulerat: ſicut liber de geſtis ipſius Caroli indicat. Poſt hæc etiam ſequitur, & dicit, quòd Lotharium Nicolaus papa ad obediendum Canonicæ legi coegerit, & invicta temeritate Adrianus damnaverit. Certè non damnavit Lotharium regem Adrianus, ſed poſt primam & ſecundam correptionem pro crimine adulterii, quo publicè regnum B maculaverat, perſiſtens adhuc in ſordibus, deliquit ipſe juxta ſententiam Apoſtoli, proprio judicio condemnatus: quoniam cum de manu ipſius pontificis ad comprobationẽ innocentiæ ſuæ corpus & ſanguinem Domini reus accipere non timuiſſet, judicium ſibi mãducavit & bibit: ideoque Roma egreſſus, paulo pòſt in civitate Placentia obiit. Eo etiam modo Heriberdus rex, frater Sigiberdi regis Francorum. Dei judicio percuſſus eſt. poſtquàm à ſancto Germano Parrhiſienſis eccleſiæ epiſcopo propter duas ſorores, puellas ſcilicet derelictæ reginæ, quas pro legitimo cõjugio acceperat in uxores, excommunicatus eſt. Hæ ſunt hiſtoriæ. per quas æſtimamus induci poſſe, ut credamus Henrichum jure à Gregorio damnatum eſſe, & ex hinc indignũ eum eſſe regio nomine & regia poteſtate: cum non legeremus quenquam de ſanctis patribus ſibi aliquid de regni negotiis uſurpare. Non eſt igitur, inquit, novum, vel Eccleſiaſticæ legi indebitum. reges Apoſtolico obedire, non obedientes anathemati ſubjacere. Certè obediens erat rex Henrichus Apoſtolicæ authoritati, quando promiſerat ad omnia quæ juſta eſſent. conſenſum præbere Romano pontifici: quando etiam depoſito cultu regio, & habitu, ſupplicem per omnia, ac pœnitentẽ projectis culpis ſeſe Hildebrando obtulit: nec prius omni officio humilitatis impenſo deſtitit. donec in gratiam cum Papa rediit, & ad comprobandum Eccleſiaſticæ reconciliationis teſtimonium ſacram communionem corporis

poris

A poris & ſanguinis Domini de manu ejus accepit, menſam cum ipſo papa adiit: ac deinde dimiſſus eſt in pace, qualem ſcilicet pacem Iudas ſimulavit, non qualem Chriſtus reliquit. Nam tunc aderat & legatio Saxonum, hoſtium ſcilicet regis, & Gregorianæ partis fautorum: & reſcripſit eis quærentibus interrumpere omnibus modis initum reconciliationis pactum. Ne ſoliciti, inquit, ſitis, quoniam culpabiliorem eum reddo vobis. Regalia ſiquidem ornamenta interdixerat regi, & ſi poſtea uteretur eis abſq; licentia ſui, jam eſſet juſta occaſio damnandi pariter & deponendi eum, quando transgreſſus fuiſſet impoſitæ legis ſuæ mandatum. Tum verò electus fuerat, & ordinatus in regem Rudolfus, juxta quod dictum eſt ſuprà. & cum hæc facta ſint ex ipſius Hildebrandi ſententia: proinde regi Heinricho aut reſumenda erant ea quæ propriè regum ſunt regalia ornamenta, aut certè amittenda erat regia poteſtas, quam acceperat ex ordinatione divina: Quod tibi non vis, alii ne feceris. in quo ſcilicet mandato Domini pendet lex fraternæ dilectionis. Nam Gelaſius papa ſcribit: Poſtquam, inquiens, ad verum ventum eſt eundem regem atque pontificem, ultrà ſibi nec imperator pontificis nomen impoſuit, nec pontifex regulæ regiæ faſtigium vendicavit. Sic enim ſcribit ad Anaſtaſium imperatorem hæreticũ & defenſorem hæreticorum: Qui etſi talis fuerit, tamen nec ipſe Gelaſius nec aliorum quiſquam ſancto-
B rum patrum, vel partem chlamydis ſuæ abſcindere præſumpſit: quoniam in his etiam qui ejuſmodi ſunt, ordinationem Dei, & poteſtate quæ à Deo eſt, quiſq; ſanctus honorificavit. Quantum verò, inquit, ad ordinem publicæ pertinet diſciplinæ, cognoſcentes glorioſe fili imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoq; parent religioſi antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ videantur obviare ſententiæ. Excluſa eſt quippe hæc ſententia, ut aliquis militans Deo ſecularia procuret negotia. Sic enim diſcrevit Chriſtus utriuſq; poteſtatis officia, regum ſcilicet atq; pontificum, quatenus ſpiritalis actio à temporalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minimè ſe negotiis implicaret ſecularibus: ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet implicatus negotiis ſecularibus. Fuerint hæc, inquit, ante adventum Chriſti, ut quidam figuraliter adhuc tamen in carnalibus actionibus cõſtituti pariter reges exiſterẽt: pariter ſacerdotes, quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſacra prodit hiſtoria: quod in ſuis quoque diabolus imitatus, utpote qui ſemper quę divino cultui convenirent, ſibimet tyrannico ſpiritu vendicare contendit, ut pagani imperatores idem & maximi pontifices dicerentur. ſed cum ad verum ventum eſt eundem regem atq; pontificem, ultrà ſibi nec imperator pontificis nomen impoſuit, nec pontifex regulę regię faſtigiũ vendicavit, quã vis membra ipſius: id eſt, veri regis eſt atq; põtificis ſecundũ participationẽ naturæ magnificè utrunq; A in ſacra generoſitate ſummiſſe dicantur, ut ſimul regale genus & ſacerdotale ſubſiſtãt. Hęc quidẽ ſcribit Gelaſius: ſed Hildebrant & epiſcopi ejus, vendicaverũt ſibi abſq; dubio faſtigiũ regiæ regulæ: immò uſurpaverunt ſibi officia poteſtatis utriuſq; quoniã apud illos planè eſt regnum, aut ubi ipſi volunt, perverſiores inde effecti præ nimia ambitus uſurpatione. ut ad neutrum horum ſive ad ſacerdotium ſive ad regnum poſſint idonei exiſtere, cum unum ex his pro ſui magnitudine diligenter quis non poſſit implere. Veruntamen Chriſtianus non eſt, catholicus non eſt, quiſquis Evangelio contradicit, quiſquis doctrinam Apoſtolicã ſpernit. Reddite, inquit, quę ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus. Deum timete, regem honorificate: & ſubjecti, inquit eſtote omni creaturæ propter Deum, ſive regi quaſi præcellenti, ſive ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, ad laudem verò bonorum. Igitur cum utraq; dignitas, regalis ſcilicet atque pontificalis, ſic ordinata ſit à Deo, quatenus ſpiritalis actio à temporalibus diſtet incurſibus, & Deo militans minimè ſe negotiis implicet ſæcularibus: & cum non poſſint omes res tutæ eſſe, niſi quæ ad divinam confeſſionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defendit authoritas: attendite obſecro, & videte, quomodo Hildebrant & epiſcopi ejus inter alias innumerabiles, quæ inde emerſerũt, B
hæreſes quæſierint, reſiſtentes miro modo Dei ordinationi, hæc duo principalia, quibus regitur mundus, extirpare, & ad nihilum ducere: cupientes etiam alios omnes epiſcopos tales eſſe, ſicut ſunt ipſi, qui verè non ſunt epiſcopi: & reges ejuſmodi habere, quibus ipſi regia licentia poſſint imperare. Ecce enim Herimannus rex, ſucceſſor Rudolfi regis ipſorum talis certè fuit, & talis extitit, ut de eo verè ſecundum literam interpretari poſſimus, quod in Daniele legimus: quia ſtabit in loco ejus deſpectus & non tribuetur ei honor regius. Nam ut prætermittamus, quot modis ab epiſcopis vel à principibus Saxoniæ contemptui eſt habitus, qui omnes in variis voluntatibus volebant ſemper regnare: juxta quod per prophetam dicit Dominus, ejuſmodi principes ſimul reges eſſe. Ipſi enim, inquit regnaverunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognovi. Ut hæc inquam prætereamus; Ecce nos aliquando eundem Herimannũ vidimus in caſtris Saxonũ nõ regis ſive principis loco militare, quẽ ne ad colloquia quidem principum perſpeximus venire: & cũ ſuppliciter eum interpellaremus pro imminentis periculi neceſſitate, quo jam jamque minabatur nobis vaſtitas atq; contritio Eccleſiæ noſtrę reſpondit ſe non poſſe vel ſibi vel nobis prodeſſe. Primi verò de principibus erant in eiſdem caſtris Egbertus marchio, & filii duo Ottonis, Bavariæ quondã ducis: quales dicit Dominus per Eſaiã prophetam præ-

A valere propter peccata populorum: Dabo inquiens, pueros principes eorum. Cæterorum curia ſive palatium erat apud Hartuigũ, dictum Magadaburgenſis eccleſiæ epiſcopum, ſive apud Burcardum Halberſtatenſem epiſcopum, ut dum epiſcopi transferunt ſtudium atque diſciplinam eccleſiæ ad curiam, quæ dicitur à cruore, prædicantes bonum & juſtum eſſe prælia & ſeditiones fieri pro ſua parte, non vereantur laici & ipſi crudelia agere. Nam juncto Saxunum & Turingorum atque Suevorum agmine, pugnatum eſt tunc in orientali Francia cõtra imperatorem Henrichum quinta jam vice: de qua ſcilicet pugna in ſequentibus dicere decrevimus, quando de Alberone Wirtziburgenſis eccleſiæ epiſcopo, quæ ad ipſum quoque pertinent, enarrabimus: cujus præcipuè cauſa tunc effuſus eſt ſanguis multorum iu circuitu illius civitatis, qui ſcilicet ſanguis occiſorum clamat quodammodo ad Dominum pro vindicta tanti ſceleris. Superiore etiam tempore tentaverat idem Adalbero expugnare epiſcopatum ſuum, quem ſub rege ſuo Rudolfo recipere cupiebat contra regem Henrichum. ideoque ſecundum jam prælium, atrox nimis & crudele pugnaverunt Saxones contra eundem regem Henrichum in orientali Francia, anno ſcilicet M. LXXVIII. ab incarnatione Domini, VII. Menſis Augusti, ubi Rudolfus rex fugatus eſt, & Sigefridus Moguntinæ eccleſiæ archiepiſcopus iu fuga captus, & vix B de ſuſpendio liberatus atq; dimiſſus eſt. Wezelinus quoque Parthenopolitanæ, hoc eſt Magadaburgenſis eccleſiæ archiepiſcopus in fuga occiſus eſt: & Werinherus Merſebnrgenſis eccleſiæ epiſcopus mortem vix evadens, nudus omnino dimiſſus eſt: & Adalbertus Wormacienſis eccleſiæ epiſcopus captus eſt, & regi Henricho oblatus: ſimul & Herimaunus magni ducis patruus, unus ſcilicet de principibus in quibus non eſt ſalus. Igitur pactum meum, dicit Dominus, fuit cum Levi vitæ & pacis: ſed væ prophetis, qui prophetabant de cordibus ſuis, ut interficerent animas quæ moriuntur, & vivificarent animas quæ nnn vivunt, mentientes populo meo credenti mandatis. propter quod, ait Dominus, ô ſacerdotes, & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis. Tertium deinde prælium factum eſt in Thuringia, M. LXXX. anno ab incarnatione Domini, VI. Idus Februarii, quod ſcilicet prælium alterutris regibus parum proſperè ceſſit: quoniam unus victoria alter Saxonia caruit, ſed eodem anno reverſus eſt Henrichus expugnaturus Saxonum duriciam, & quartam jam contra eos inſtituit pugnam. quæ facta eſt IV. Idus Octobris, quando & Rudolfus rex ibi occiſus eſt, quarto anno ſuæ ordinationis. Sic ille provectæ ætatis vir amiſit vitam cum regno Saxoniꝫ: cujus præcipuè opera ante aliquot annos victi ſunt Saxones, cum primũ cœpiſſent contra regẽ Henrichũ rebellare: licet majorẽ exercitus jacturã acceperint victores quàm victi. quod ſcilicet primum regis Henrichi præliũ contra Saxones geſtũ eſt in Thuringia Anno M. LXXV. ab incarnatione Domini, V. Idus Junii. Tũ quidẽ erat Rudolfus dux Suevorum cui etiã dederat Hagna imperatrix cũ regno Burgundiæ filiam ſuã in cõjugium, ut regi Henricho filio ſuo eſſet tanto fidelior, quanto affinitate ſimul & beneficiis cõjunctior. Sed qui prius fuerat defenſor imperii, atque hoſtis Saxonum, poſtea factus eſt invaſor imperii, atq; rex Saxonum, ut prævalerent prælia & ſeditiones eorum. A

Perempto ſiquidem Rudolfo rege Saxonum, paravit Henrichus rex ſecundam profectionem in Italiam, ſi quo pacto poſſet flectere ad miſericordiam Hildebrandum papam, ut pacem aliquando diligens, miſereretur vel Eccleſiæ vel Reipublicæ, quæ jamdudum fuerant in magna defectione pro imminente bellorum tempeſtate. Tunc quidem geſta ſunt, quæ ſuperius dicta ſunt vel de rebellione ac fuga Hildebrandi papæ. vel de conſecratione Wigberdi in pontificem ſedis Apoſtolicæ, vel de ordinatione Heorichi regis, quando factus eſt Imperator atque Auguſtus juxta diſpoſitionem Romanæ dignitatis. Ex illo tempore nunc eſt annus octavus: & ne adhuc quidem ceſſant participes Hildebrandi ſtudere modis omnibus, ut non habeat Romana eccleſia Clementem papam, neque Reſpublica catholicum Imperatorem, niſi Herimanno regi deſpectiſſimo ſuccedat alius rex deſpectior illo: & niſi ſuccedat etiam catholico papæ Clementi aliquis hæreticus. B ſicut fuiſſe monſtratur ille Caſſinienſis abbas Sergius, qui poſt diſceſſionem imperatoris ex Italia ſubintroductus eſt, & per ſtudia partium Hildebrandi ordinatus: cujus ſcilicet honoris rapinam non diu impunitus tenuit, quoniam in ipſo ordinationis ſuę ingreſſu dyſenterię morbo ſolutus deficere cœpit, ac paulò pòſt periculoſa morte interiit: ex quo ſcilicet divino judicio manifeſtum eſt, qualis etiam ipſe fuerit, qui adhuc proculdubio ſubintroductus eſt, ut incendia Hildebrandi jam defuncti reſuſcitaret, & hæreſes atque ſchiſmata illius ex tanti pontificatus authoritate confirmaret. Sæpe quidem Satanas expetivit Petrum, ut cribraret ſicut triticum: ſed ego, dixit Jeſus, rogavi pro te, ut non deficiat fides tua Petre. Petrus quippe miniſterio eſt Eccleſiæ ſuper petrã, qui Chriſtus eſt, fundatæ: & idcirco portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, quoniam ipſe Chriſtus ſuper ſemetipſum ædificavit eam atque ideo nemo poteſt aliud fundamentum ponere, præterquàm quod poſitum eſſe dicit ſapiens ille architectus Paulus apoſtolus, qui eſt Chriſtus Jeſus cũ Eccleſia hujus capitis ſit corpus: ex cujus unitatis ſocietate quiſquis diſceſſerit, hũc alienũ profanũ & hoſtẽ eſſe cõſonãs judiciũ ſanctorũ patrũ diffinit. Ecce quidã epiſcopi ſeceſſerunt in partem Hildebrandi, habẽtes eã pluris pretii quàm univerſitatẽ catholicę eccleſię Dei. Ex quo factũ eſt ſeminãte inimi-

A inimico homine in agro Dominico multorum ſcandalorum zizania, ut in epiſcopiis eorum fierent non jam baptiſteria, ſed homicidia: nõ ſacri chriſmatis conſecratio, ſed humani ſanguinis effuſio: non alia quælibet Chriſti & Eccleſiæ ſacramenta, quæ ſolent fieri per epiſcopos Dei, ſed execramenta. quæ ſolent fieri per miniſtros diaboli, qui, ſicut ſanctus Cyprianus epiſcopus ſcribit, videns idola derelicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitavit novam fraudem ut ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos: hæreſeſque invenit, & ſchiſmata quibus ſubverteret fidem, corrumperet veritatem ſcinderet unitatem. Unde & ſupradicti ſacerdotes Hildebrandi, æſtimantes ſuo more Eccleſiam Dei aut immitem eſſe, aut non poſſe ea quæ ligata ſunt abſolvere, diſceſſerunt ab univerſali Eccleſia, & reliquerunt proprias quoq; eccleſias abſq; paſtorali cura ne ex occaſione ſuæ in Eccleſia perſeverantiæ contingeret ſe videre vel alloqui imperatorem Henrichum, quem jam audiſſent perpetuo à ſuo papa Hildebrando eſſe damnatum quaſi tam ſacroſancti anathematis vinculum Eccleſia Dei denuo non poſſet ſolvere: cum quilibet etiam ſi juſte fuerit dãnatus, & reſipiſcens poſſit corrigere errorem ſuum, conſequenter poſſit abſolvi, talem à Deo acceptam poteſtatem Eccleſia habente. Eſt quidem peccatum ad mortem non dico ut oretur pro eo, ait Joannes apoſtolus: &

B eſt peccatum non ad mortem, dico ut oretur pro eo. eſt peccatum ad mortem in eodem peccato manentibus: eſt peccatum non ad mortem, ab eodem peccato recedentibus. ſed atteſtante Gelaſio papa nullum eſt peccatum, pro quo aut non oret Eccleſia remittendum, aut quod data ſibi divinitus poteſtate deſiſtentibus ab eodem non poſſit abſolvere, vel pœnitentibus relaxare, cui dicitur, Quæcunque dimiſeritis ſuper terram, dimiſſa erunt & in cœlis: & quæcunq; ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlis. Igitur ad remittenda peccata accipit Eccleſia ſpiritum ſanctum, quo ipſa congregatur in unum. atque ideo, ſicut ait Auguſtinus, ne ſit irremiſſibilis ſpiritus blaſphemia, cor impœnitens caveatur: ne aliter prodeſſe pœnitentia credatur, niſi ut teneatur Eccleſia, ubi peccatorum remiſſio datur, & ſocietas ſpiritus in pacis vinculo cuſtoditur. Et ſuprà idem Auguſtinus in ſermone de Blaſphemia ſpiritus ſancti: Quiſquis igitur, inquit, reus fuerit impœnitentiæ contra ſpiritum, in quo unitas & ſocietas cõmunionis congregatur Eccleſiæ, nunquam illi remittetur, quia hoc ſibi clauſit ubi remittetur: & meritò damnabitur cum ſpiritu, qui in ſeipſo diviſus eſt, divisus & ipſe contra ſpiritum ſanctum, qui in ſeipſo diviſus non eſt.

Hac de cauſa & Clemens papa, cum more Apoſtolico præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtãtia, quotidiana eſt ſollicitudo omnium eccleſiarum, decrevit deſertis eccleſiis paſtores conſtituere, ſi ipſi deſertores epiſcopi vel admoniti nollent redire ad ſocietatem unitatis A Eccleſiæ de ſeditioſorum quoq; epiſcoporum cauſa & dãnatione præcepit Germaniæ epiſcopis in generali ſynodo agere, qui proprio ut ait Apoſtolus, judicio condemnati eſſent, utpote exercentes prælia & ſeditiones & dominationem ſpernentes majeſtatem autem blaſphemantes, qui extuliſſent ſe ſuper altitudinẽ regiæ poteſtatis, & reſtitiſſent ordinationi divinæ diſpoſitionis, transferentes regna, & negligentes ſacerdotia: qui etiam peſſimo ſuo exemplo, quo eſſent perjuri, docuiſſent obedientes ſibi infideles eſſe, atq; fallaces: qui etiã, utpote tranſgreſſores divinarum humanarumq; legum, inſtituiſſent ſuos quoq; ſectatores divinis humaniſq; legibus eſſe inobedientes: qui etiam, utpote violatores Eccleſiaſticorum privilegiorum, permiſiſſent fautores partium ſuarum rapere & diripere bona & res Eccleſiarum: ut ejuſmodi homines eſſent ſibi promptiores ad omne nefas audendum, quibus ex conſuetudine jam quaſi in naturam verſa eſt dulcedo conjurationum, rapinarum atque homicidiorum: quales ſcilicet epiſcopi non eſſent paſtores Eccleſiarum, ſed ductores bellorum: non cuſtodes dominicarum ovium, ſed ut graves lupi, perſecutores earum, u. interfectores animarum pariter & corporum, cum ipſi ad tuendas partes ſuas diu multumq; uſi fuiſſent manibus impiorum ad occiſionem multorum hominum. Sed cum tales certè fuerint epiſcopi Saxoniæ, & defen- B ſores Hildebrandi, ſui ſcilicet papæ: præſumebant tamen frequentibus conciliis ſe ſuoſque ſectatores juſtificare: & Henrichum regem, quem ipſi potiſſimum de regno Saxoniæ expulerant, damnare: ejuſdemque damnationis notam imponere epiſcopis atq; principibus, & omnibus qui communicarent ei. & qui ſubjecti eſſent ei. Ideoque tandem aliquando conſtitutum eſt conſentientibus utrinq; epiſcopis, ut cauſa longæ concertationis, quæ non poſſit confici gladiis, terminaretur libris, lætantibus admodum laicis, quorum ſanguis effuſus eſt tot prælus, quod adhuc perventum ſit, ut per ipſos authores belli contra regem Henrichum decerni debeat, quòd ibi juſtitia ſit unde victoria fuerit cum tale judicium veritatis quod faciliimè ex libris agnoſcitur, non poſſit vel falli, vel fallere. Fit conventus in loco qui dicitur Gerſtungun XIII. Calend. Februarii, Anno ſcilicet M. LXXXV. ab incarnatione Domini. Tum primo Chunradus Trajectenſis eccleſiæ epiſcopus: Ecce, inquit, venimus, ut probemus ex teſtimonio ſanctorum Canonum, non damnatum eſſe vel excommunicatũ regem noſtrũ Henrichũ: cui, ſi non poterunt prodeſſe apud vos ea quæ legitimè ordinata ſunt à Deo circa honorẽ regium: ſaltẽ hoc cõcedite, ut eo utatur jure, quo ex regulis Eccleſiaſticis conceſſum eſt uti vel infimæ in Eccleſia perſonæ. Exdixit ad Wezelinũ Mogũtinæ eccleſiæ epiſcopũ, ut ſurgeret & legeret capitulũ quidẽ ex decretis Romanorũ pontificũ, at ille ſurrexit, & legit,

A & legit, quomodo reb. ſuis aliquis expoliatus, aut à ſede propria vi aut terrore pulſus non poteſt accuſari, vocari, judicari, aut damnari, antequam omnia ſibi ablata ex integro reſtituantur, & cum omni privilegio ſuo ius proprium reformetur, & ipſe pacificè diu ſuis fruatur honoribus, propriæ ſedi regulariter reſtitutus. Quod & Nicænum conſtituit concilium, ut nemo Pontificum præſumat aliquem ſuis expoliatum rebus excommunicare aut judicare. Ad hæc cum obmutuiſſet Gebehardus Saltzburgenſis eccleſiæ archiepiſcopus, qui cauſam adverſæ partis erat acturus, utpote apud ſuos maximè vel ipſe ſenectute ſua, vel ſcientia ſcripturarum, ſive eloquentia reverendus: tum quidē intulit Werinherus Merſeburgenſis eccleſiæ epiſcopus, Ubi in Canonibus ſcriptū eſſet aliquid ejuſmodi de mulieribus? & Wezelinus archiepiſcopus porrigens eis librum: Ecce inquit, ipſi legite conſequens hujus rei teſtimonium: quomodo huic quoq; ſexui oporteat juſtum judiciū fieri: & quomodo ne mulier quidem debeat objectis reſpōdere, donec permittatur ei rem familiarem liberè diutius ordinare. Tū omnes adverſæ partis epiſcopi ità ſunt confuſi & ita devicti ut non haberent quid ad hęc reſpondere poſſent, manente apud Eccleſiam Dei victoria: quoniam obſtructum eſt os loquentium iniqua. Sed hinc reſonabant laudes Deo, illinc autem erat murmur multis in turba de ſermone illo. Quidam enim dicebāt,
B Quia bonus eſt: alij autem dicebant, Non, ſed ſeducit turbas. Unde facta diſſenſione inter ipſos etiam principes adverſæ partis, occiſus eſt ibi Thiedericus comes, habens in conjugio ſororem Egberthi marchionis: quem cum alter Thiedericus, ſuus ſcilicet cognatus, cœpiſſet defendere, occiſus eſt & ipſe. Et certè niſi fuga eripuiſſet Udonem Hildinisheimenſis eccleſiæ epiſcopum, & fratrem ejus Chunradum comitem, ipſi pariter occubuiſſent per manus operantium iniquitatem: qui ambo multa poſt hæc paſſi ſunt adverſa per provinciales patriæ ſuę ſcilicet Saxoniæ quia noluerunt reverti ad partes factionis ſuæ. Ad extremum verò occiſus eſt Chunradus comes in publico prælio, dum ageret ibi ſtrenuiſſimi militis officium pro imperatore Henricho. At frater ejus Udo epiſcopus captus, & vinculatus ab Egberto marchione, ſuſtinuit multos & diuturnos cruciatus ſub tyrannica illius crudelitate, donec promiſiſſet Hildinisheim civitatē epiſcopatus ſui, quam per multos dies idem marchio oppugnaverat, ſe traditurum eſſe: quod tamen non fecit licet ille tyrannus uni de datis obſidibus caput amputari præceperit.

Celebrato, ſicut dictum eſt, conventu epiſcoporum atque principum, citius abierunt catholici à concilio malignantium, ne forte inciderent in manus inimicorum ſuorū. quibus enim parcerent, qui de ſuorum cæde quidem ſociorum ſeſe non abſtinuiſſent? ſed his ita geſtis, deinde indicta eſt ſynodus apud Moguntiam ſecunda hebdomada poſt Paſcha A ſecundū conſtitutionem ſedis Apoſtolicę, ubi convenerunt cū Imperatore legati ipſius ſacroſanctæ & ſedis Apoſtolicæ, Petrus ſcilicet epiſcopus Protuenſis eccleſiæ, & duo cardinales Romanæ eccleſiæ. Aderat etiam omniū epiſcoporū cōſenſus ſive de Italia, ſive de Gallia in quorum alternis cordibus vivit ſpiritalis amor & gratia, de qualibus ſcribit ſanctus Cyprianus epiſcopus: Unitatē, inquiens, tenere firmiter, & vindicare debemus maximè nos epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, ut epiſcopatum quoq; unum atq; indiviſum probemus. Præſidebant quoq; huic ſynodo Wezelinus Moguntinæ eccleſiæ archiepiſcopus, & Eilberdus Treverēſis archiepiſcopus, atq; Sigevinus Colonienſis archiepiſcopus. Liemarus autem Premenſis archiepiſcopus, quia non poterat adeſſe, miſerat illuc legatos ſuos ſua vice, promittens ſe ad omnia conſenſurum quæ pertineant ad fidem catholicam, & ad pacem atq; unitatē Eccleſiæ. Reliqui verò epiſcopi qui illic tum fuerunt, hi ſunt quorū nomina ſubſcripta ſunt: Thiedericus Virdunenſis eccleſiæ epiſcopus, Henrichus epiſcopus Leodiæ, Chunradus epiſcopus Trajectenſis eccleſiæ, Udalricus Einſtatenſis eccleſiæ epiſ. Meginwardus Friſingenſis eccleſiæ epiſcopus, Otto epiſcopus Ratiſponæ Ruobberdus epiſcopus Babenburgenſis eccleſiæ, Huormannus Spirenſis eccleſiæ epiſcopus, Otto Conſtantienſis eccleſiæ epiſcopus, Burcardus epiſcopus de Loſanna, Sigefridus epiſcopus ex Augusta, Gebehardus epiſcopus Behemenſis de Praga, Udo Hildinisheimenſis eccleſ. epiſcopus, Hēnrichus Poderbrunnēſis epiſcopus, Erph epiſcopus Monaſterii, Folcmar Mindenſis eccleſiæ epiſcopus, Bibo Tullenſis eccleſiæ epiſcopus, qui per ſeipſum adeſſe non potuit, per legatos ſuos, qui vice ſua intererāt huic ſynodo conſenſit & ſubſcripſit: Burcardus quoq; Baſilienſis eccleſiæ epiſcopus, & Otto Strazburgenſis eccleſiæ epiſcopus, per legatos ſuos conſenſerunt & ſubſcripſerunt, qui propter hoſtes eccleſiis ſuis crudeliter nimis imminentes domum [illegible] ſunt [illegible] multi ſimul presbyteri atq; [illegible] huic ſynodo congregatæ [illegible] ubi & omnium, ſicu[illegible] epiſcoporum aderat conſenſus, ſive de Italia ſive Gallia, immò de omni [illegible] Eccleſia, in quorum alternis cordibus vivit ſpiritalis amor & gratia, ut ſicut unitatem tenere firmiter & vindicare debēt, maximè epiſcopi qui in Eccleſia pręſident: ita epiſcopatum quoque unum atque indiviſum probent. Multæ ſiquidem E[illegible] unam catholicam Eccleſiam: & [illegible] plur[illegible] facti ſint ſacerdotes, unus tamen eſt epiſcopatus propter unam eandemque Eccleſiam catholicam. Qui [illegible] unitatem qui non tenet, alienus e[illegible]hanus eſt, hoſtis eſt: ſicut ex [illegible] tum patrū judicio di[illegible]finit [illegible] epiſcoporum exierunt ab ill[illegible]one, quorum conveſ[illegible]
[illegible] eſt,

A tus eſt, ſive conſenſus ibi fuerat pro recuperãda pace vel Eccleſiæ vel reipublicæ, qui etiã ex multo tẽpore noluerunt uſq; adhuc cõmunicare ſedi Apoſtolicæ ſine cujus authoritate nec ipſi quidẽ poſſunt alicujus epiſcopalis officii miniſterium habere, ideoq; ipſorum hæreſes & ſchiſmata ab omnibus catholicis reprobata ſunt. atque damnata, cum ipſis authorib. pariter & conſortib. externæ communionis atq; perfidiæ. Hi autẽ ſunt, qui aut fugiendo epiſcopatus ſuos dimiſerunt, aut eos per bella maxima ſibi vindicando uſurpaverunt; ne cõmunicarent eis qui communicant catholico Imperatori vel ſedi Apoſtolicæ: Gebehardus Saltzburgenſis eccleſiæ archiepiſcopus, Hartvigus Magadaburgenſis eccleſiæ archiep. Adalberto Wirtziburgenſis eccleſ. epi. Altman Pataviensis eccleſiæ epiſcopus, Adalberdus Wormacienſis eccleſiæ epiſcopus, Burcardus Halberſtatenſis eccleſiæ epiſcopus, Werinher* Merſeburgenſis eccleſiæ epiſcopus, Guntherus Citicenſis eccleſiæ epiſcopus, Benno Miſinenſis eccleſiæ epiſcopus, Hartuingus Wirdunenſis eccleſiæ epiſcopus Herimannus Metenſis eccleſiæ epi. Reginhardus alter Mindenſis eccle. epi. per ſtudia partium ſubintroductus: Wigolt alter Auguſtæ epiſcopus, per ſtudia partium ſubintroductus: Gebehardus alter Conſtantienſis eccleſiæ epiſcopus, per ſtudia partium ſubintroductus: Henrichus alter Poderbrunnenſis epiſcopus. per ſtudia partium ſubin-

B troductus, ſed ne adhuc quidem initiatus.

Iſti xv. præferentes nomen ſacerdotii ſæpe antea admoniti, nunc autem regulariter vocati, quia noluerunt ad pacem Chriſti & Eccleſiæ reverti, ex authoritate ſedis Apoſtolicæ ſunt dejecti atque damnati. quod, ſicut ſcribit Gelaſius papa, non ſolum præſuli Apoſtolico facere licet: ſed cuicunq; pontifici licet, quemlibet locum hæreſeos ſecundum regulam autẽ damnatæ à catholica communione diſcernere Magna quidẽ hæreſis eſt. Dei reſiſtere ordinationi, cujus ſolius eſt poteſtas dãdi imperii qui dat felicitatẽ in regno cœlorũ ſolis piis, regnum verò terrenũ & piis & impiis, ſicut ei placet, cui nihil injuſtè placet. Qui enim, inquit Auguſtinus, regnum dedit Mario, ipſe & Caio Cæſari: qui Auguſto: ipſe & Neroni: qui Veſpaſianis vel patri vel filio, ſuaviſſimis imperatoribus, ipſe & Domitiano crudeliſſimo: & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino Chriſtiano, ipſe apoſtatæ Juliano. Magna inquam hæreſis eſt Dei ordinationi reſiſtere: quod cõſtat ſupra ſcriptos xv. pſeudoepiſcopos feciſſe, dum deſtruere nitebantur regnum Henrichi regis à Deo ſibi collatum, reſiſtendo ei atq; repugnando uſq; ad effuſionem ſanguinis multorum hominum. Ex hac crudeliſſima hæreſi multæ hæreſes & ſchiſmata emerſerunt, ut nec divinæ nec humanæ leges quicquam nunc valeant apud illos, vel contra illos qui iniquè agunt: qui dum nuſquam non erraſſe mõſtrantur, ſacroſancti eſſe apud ſuos deſcribuntur, apud quos nihil ſancti vel ſacri inviolatum tenetur. Prę- A valuit etiam apud eos qui ejuſmodi ſunt perjurium atque perfidia, ut hæreticorum ſimul, catholicorumq; confeſſione permiſta, cuncta veræ & ſinceræ religionis ſint turbata, catholicaq; & Apoſtolica puritas confuſa. Perjuri quippe patricidis & matricidis, cæteriſq; qui non poſſidebunt regnum Dei ab Apoſtolo cõparantur: quã ſcilicet ſententiã nullus hominũ poſſe ſolvere probatur. ideoq, majori damnationis ſententia epiſcopi involvuntur, qua perjuri eſſe declarẽtur, qui præcipuè ex mandato Domini per Evangeliũ ſimul & ex cõſtituto Canonũ jurare prohibentur. Juraverant quippe Hẽricho regi omnes ſuprascripti epiſcopi, abſq; his qui ex occaſione belli Saxonici furtivè ſunt introducti: quorũ perfidiam & hæreſes atq; ſchiſmata ſi quis diligẽter attendit, & diſcutit per ſingula, perſpiciet ſanè nũquã ab initio naſcentis Eccleſiæ tot & tanta, ſicut nũc ſunt, fuiſſe ſcandalorũ genera: quorũ cum ſuprà dixerimus aliqua. plura adhuc dicemus, quæ per ſingulos illos pſeudoepiſcopos in Eccleſia ſint geſta, cum ea quæ geſſerint in republica, ſint omnibus manifeſta. Sicut enim per unum ſcribentẽ eorum omnium vulgata tranſgreſſio eſt qui in eandẽ ſchiſmatis atq; perfidiæ reciderãt actionẽ, amplectendo magis atque defendendo ſui Gregorii partem, quàm catholicæ Eccleſiæ univerſitatem: ſic in uno eodemq; qui pro omnibus ſcripſerat, vel ſcribendo omnium voluntates prodi- B derat, cuncta quæ ad noticiam rerum ſatis abunde judicamus ſufficere, ſtudemus fideliter exponere.

Primò quidem dicendum eſt, quod ſine lachrymis dici non oportet: quia mater noſtra, ſancta ſcilicet Romana eccleſia, in tantã deſpectionem apud adverſæ partis epiſcopos venit, ut ſicut in Romana repub. nõ poteſt rex aut imperator eſſe, niſi quem idẽ ipſi velint, qui ſicut Gelaſius quoque conqueritur, ſedi Apoſtolicæ poteſtatem primatus ſui conantur eripere, & ſibimet eam contra canones contendunt uſurpare. Unde etiã quidam infamis perſonæ, qui ſcribit ſe ſuoſq; partem ſui Gregorii defendere, præſumit contra ſancta ſanctorum loqui, & magnificari adverſum nomen catholicæ Eccleſiæ Dei: prædicans eã eſſe in parte ſui Gregorii, apud ſupradictos quoq; pſeudoepiſcopos eſſe ſancta ſacerdotia Dei, ipſoſq; eſſe ſpirituales atq; in cœleſtibus converſari, & eſſe filios Dei: cęteros autem excõmunicatos & hæreticos atq; ſchiſmaticos eſſe, quicunq; ſubiecti ſunt. vel cõmunicant ei qui nõ eſt in parte alicujus, ſed in toto, ſcilicet imperatori Henricho, ſive Wigberto, eidẽque pontifici Romano: apud eos deniq; nihil niſi ad condemnationem valere Chriſti & Eccleſiæ ſacramenta, quæ ſunt baptiſmatis & chriſma, & corporis ac ſanguinis Domini myſteria. Ergo quibus ex cauſis, & qua neceſſitate Wigbertus papa ſit electus, ſuprà jam diximus: qui certè per ejus quæ verè eſt Romana eccleſia, conſenſum, & per ſuffragium

Henri-

A Henrichi regis, eiuſdemq; Romani patricii, eſt ordinatus. Sed Sylverius papa, ſicur legitur in geſtis pontificalib. olim per vim levatus,& ut ſacerdotes ordinationi ejus juxta antiquum morem vel decretum ſubſcriberent, compulit tyrannus quidã Theodorus. Quod cum obtinere non poſſet, licet cauſam hanc gladiis ageret: tamen poſt ordinationem ipſius Sylverii ſubſcripſerunt ei omnes communi conſenſu, propter adunationem videlicet religionis & pacis, ne fortè ſuſtineret Eccleſia aliquod ſcandalum ſchiſmatis. Nunc autem Romana eccleſia & patricius Romanorum conſenſerunt in Wigberti electione: & tamen nec poſt ſeptimum annum, quo defunctus eſt Hildebrant papa, licet Romanam eccleſiam talem pontificem habere, qualis catholicum corpus Eccleſiæ non dividit: ſed integrare illud & unire intendit, cũ in Chalcedonenſi concilio ſtatutum ſit, ut intra tres menſes debeant epiſcoporum ordinationes fieri, niſi fortè neceſſitas excuſabilis coegerit dilationis tempus protrahi. Ecce ad quid pervenit mater omnium Eccleſiarum, ut ſubjacere videatur judicio perverſorum, quæ jus habet de omni Eccleſia judicandi, neq; cuiquam de ejus licet judicare judicio: ſicut conſtituunt decreta Canonum. Ecce Wigbertus, qui & Clemens papa, cujus doctrina certè eſt Apoſtolica, & cuius ſcripta verè ſunt catholica, ſicut didicimus ex illa quam tractare ſuſcepimus Epiſtola, quæ ſcriptor illius pervertere B molitur interpretatione falſiſſima, ſicut probabimus in ſequenti libro: ille inquam Clemens papa inſcribitur falſo furarq; hęreticus, ab homine iniquo & doloſo. Veruntamen ſupradictus papa Sylverius jam beatiſſimus, ſicut legitur, factus, poſtquam revocare noluit Antimum patriarcham, hominem hæreticum, à beato Agapeto deceſſore ſuo depoſitum pro nequitia illius, propter hoc per viſionem Auguſtæ eſt depoſitus. cui Vigilius archidiaconus eius ſucceſſit, qui præcipuè depoſitionis ipſius cauſa extitit: qui etiam eundem papam ſuum deportari in exilium fecit, ubi eum fame tribulationis, & aqua anguſtiæ, ſicut legitur, uſque ad mortem ſuſtentavit. Hæc quamvis Vigilius fecerit, nemo tamẽ in hanc præſumptionis audaciam prorupit, ut ipſum Romanæ eccleſiæ pontificem vel hæreticum vel furem deſcripſerit. de quo certè Vigilio poſtea perpeſſo multa pericula pro Eccleſia, quam ipſe magna regebat induſtria, de illo inquam ſcribit Arator ſubdiaconus, in Opere ſuo quod de actib us Apoſtolorum compoſuit heroico metro: Publica libertas Vigili ſanctiſſime papa, Advenis incluſo ſolvere vincla gregi. De gladiis rapiuntur oves paſtore miniſtro, Inq; humeris ferimur te revocante piis. Hoc tibi magne pater cùm defero munus amoris, Reſpice, quòd meritis debita ſulvo tuis.

Igitur Clemens papa cupiens gregem Domini, & oves Chriſti. ex rapina ac devoratione beſtiarum agri eripere, & quod perierat quærere, quod infirmum conſolidare, & quod A ægrotum erat ſanare: quod fractum, alligare: & quod abiectum erat, reducere: conſtituit Apoſtolica authoritate ſupradictam Synodũ fieri in regno Theutonico apud metropolim civitatem Moguntiæ, ut ageretur ibi de fide catholica & pace eccleſiarum atq; concordia. ideoq; aderat ibi omnium cõſenſus epiſcoporum de omni catholica Eccleſia, in quorum alternis cordibus vivit ſpiritalis amor & gratia: ut ſicut unitatem tenere firmiter, & vindicare debent, maximè epiſcopi, qui in Eccleſia præſident, ita epiſcopatum quoque unum atq; indiviſum probent. Aderat etiam imperator Henrichus, præcipuè author hujus ſynodi: quia nihil tutum neq; firmum poterit eſſe in his quæ ſunt eiuſmodi, niſi defendat & probet ea regalis authoritas pro maieſtate Imperii. Sed adverſæ partis epiſcopi cupientes hanc indictã ſynodum præoccupare aut prævertere, convenerunt infra hebdomadam Paſchæ in caſtello quodam Saxoniæ Quidilingeburg numine, ubi locus eſt congregationis fœminarum Deo ſervientium ſub canonica inſtitutione. Et ut conſpiratio eorum plus valeret, & deciperet columbæ ſimplicitatem, quam ſerpentis aſtutia non temeraſſet: adduxerant quendam ſub ſpecie legati ſedis Apoſtolicæ. qui dictus eſt Otto epiſcopus Oſtienſis eccleſiæ, cum jam Clemens papa præſideret Romanæ eccleſiæ. Intererat etiam huic conventui rex Saxonum Herimannus. cui ne apud ſuos quidem tribuebatur honor regius, B à quo tunc & illius ſynodi cœpit tractatus. Nã memoratus Otto epiſcopus, Audiens ego, inquit, quòd rex veſter legitimum non habeat coniugium, ſed ex conſanguinitate ſociatum, judico inter eum & uxorem ejus fieri divortium. Huius judicii ſententiam cum non approbaſſent aſſidentes epiſcopi, dicentes agendæ huius rei tempus tunc non eſſe: ſecundò intulit, ſe iudicare bonum & juſtum eſſe, ut res eccleſiarum, quas Saxones atque Thuringi uſurpaſſent, in proprios uſus reſtituerentur, ſpoliatis Eccleſiis atq; monaſteriis, quibus fuiſſent oblatæ, ac Deo conſecratæ. Hæc quoque ſententia cum non placuiſſet epiſcopis, utpote timentibus offendere præſentiam noxiorum, qui pariter convenerant ad roborandas partes coniurationis ſuæ: tunc rogabant ipſi, rogabant & alii principes Saxoniæ, ut his atq; huiuſmodi omiſſis, conſentiret cũ eis ad ea quæ cœpiſſent agere. ſe quidem convenitſſe, ut tractarent, quomodo defendere poſſent partes ac ſtudia ſui Gregorii papæ, ejusq; anathema circa regem Henrichum renovare, ac populo indicare, quòd excommunicatus ſit omnis, & ſalvus eſſe nõ poſſit, quiſquis Henrichũ regi in aliquo communicaverit. Tum ille Otto flexus eſt ad voluntatem eorum, & conſenſit: quia vento agitata arundo extitit. Damnaverunt iterum omnes qui aderant epiſcopi Henrichum regem, & juſtificaverunt multis modis ſui Gregorii partem, agentes ipſi omnia contra regulas & inſtituta

A Eccleſiæ, qui non conveniſſent ad ſynodum in loco celebri, in civitate ſcilicet epiſcopali, qui conveniſſent in feſtis diebus Paſchæ, in dieb⁹ ſcilicet gaudii & lætitiæ: ut miſerias miſerorũ augerẽt, ut ſeditiones ac præ[illegible] ia renovarẽt, ut etiam fidẽ deſtruerent. Unde audiãt ipſi juſtificatores ſui Gregorii, & damnatores imperatoris Henrichi, cũ ipſi magis ſint damnati, utpote deſtructores fidei: audiant inq; de hujuſmodi, ſententiam ſancti papæ Gelaſii: Non tã propter religionis, inquit, cauſam ſtudẽt diſpoſitionibus publicis obviare, ſed potius per occaſionem regiæ alligationis Catholicã fidem moliuntur evertere, & tali commercio ſperata præſtare cum ego & deceſſor meus non ſolum minimè in hac parte damn[illegible] nomen Imperat[illegible] tig[illegible], ſed inſuper poſt [illegible] adeptus eſt re[illegible] potestatem, honor[illegible] curavimus. Sacerdot[illegible] em, qui pravaric[illegible] toribus ſe cõmunicaſſe propria voce confeſſi ſunt à communione Apoſtolica ſubmoverunt deceſſores mei quibu[illegible] et damnatis, ſi ipſi placet. [illegible] ri, Non poteſt no[illegible], inquit, imputa[illegible] vel Imperatori [illegible] cedere tãtom[illegible] ſed [illegible] damnatus, ſed [illegible] communionis admi[illegible] non licere [illegible] lor inha[illegible] m. [illegible] od d[illegible] Pſalmo. [illegible] & commu[illegible] quagere [illegible] non intro[illegible]. Eccleſia[illegible], inquit, mors eſt, cum h[illegible] qui pollutam habent communionem, permixtam ſe cum perfidis miſcere concilium [illegible] quoniam qui voluntariè ſectantur contagia perfidorum, ſeparati ſunt certè ab Apoſtolica ſede: ideoque ait, cum talibus, & apud tales, etiamſi eſſet [illegible] nulla poſſet ſynodus provenire. D[illegible] o Pius atque Urbanus Lucius etiam atque Symmachus & Gregorius, Romani pontifices, conſ[illegible] nt ſub anathematis interpoſitione, ut prædia divinis uſibus tradita, & cœleſtibus ſecretis dicata nemo præſumat hu[illegible] us ap[illegible] re: quia ſive alienator ſive vend[illegible] or alicuius Eccleſiaſtici prædii, magni vel exigui, cum accipiente pariter judicãtur e[illegible] ſac[illegible] gi. Et cum ituri ſint certè, juxta di[illegible] nam ſenten[illegible] iam in ſupplicium æternum, qui e[illegible] p[illegible] is facultatibus non ſublevant nec[illegible] uperum: quid dignum æſtimari [illegible] c damnatione eorum qui d[illegible] unt [illegible] præcipuè autem quæ ſunt Dei eccleſi[illegible] um? [illegible] e in ſupradicto conventu aderant, qui m[illegible] m eccleſiarum poſſeſſiones & prædia [illegible] ter, & poſſe derant & hoc [illegible] per Saxoniæ ô ſenſerãt Qu[illegible] his quæ[illegible] modi nõ re[illegible] ſumptione qua[illegible] cũ ex authoritate divina dicat Apoſtolus Non ſolum qui faciunt prava reos eſſe, ſed & qui conſentiunt facientibus. Primum quidem locum tenuit in illa malignantiũ Eccleſia ſupradictus Otto Hoſ[illegible] epiſcopus, qui nunc a [illegible] ombus eorumq; [illegible] bus di[illegible] papa Urbanus ſuper qualium certè ambitu & pro- A motione ſupplicat Imperatori Gelaſius papa, immò per Gelaſium Catholica eccleſia. Deſinant, quæſo te, temporib. tuis quidam per occaſionem perturbationis Eccleſiaſticæ præcipitanter ambire: quæ non licent, ne & illa quæ malè appetunt, nullatenus apprehendãt, & modum ſuum apud Deum hominesq; non teneant. Atq; iterum ſuper eiuſmodi alloquens etiam ſenatum Romanum: Ad ſenatũ, inquit, pertinet Romanum, ut memor fidei, quam à parentibus ſuſcepiſſe ſe meminit, contagia vitet communionis externæ ne à communione ſedis Apoſtolicæ quod abſit, reddatur externus. Cùm enim in ordinatione ſucceſſoris ſui Clementis dicat Petrus Apoſtolus, Hæc meę prædicationis & doctrinæ cathedra, eum qui cupit eam & audacter expetit, non requirit: ſed ornatum moribus, & in verbis eruditum. ille autem ſæpe dictus Otto præcipitanter ambivit, & invaſit ſedem Apoſtolicam, uſus manu & auxilio peſſimorum, apud quos nec divinarum nec humanarum valet aliquid conſtitutio legum. Symmachus papa generali præſidens ſynodo dixit: Si quis papa ſuperſtite, & eo incõſulto, aut ſubſcriptionẽ pro Romano pontificatu commodare, aut pro alio promittere, aut ſacramentum præbere tẽtaverit, aut ali[illegible] od [illegible] ſuffragium polliceri, vel de hac cauſa privatis conventiculis factis deliberare al[illegible] id aut decernere præſumpſerit loci ſui dignitate vel communione privetur. [illegible] autem in privatis conventi- B culis agitur de pontificatu ſedis Apoſtolicæ, quæ ſub Hildebrando certè videtur privilegia primatus ſui amiſiſſe, cum ipſe voluerit non apud eam quæ mater eſt omniũ Eccleſiarum, ſed in parte ſuorum eſſe jus poteſtatemq; judicandi non ſolum de unaqua[illegible]; Eccleſia, ſed de ipſa quoq; Romana eccl[illegible] ſicut Leo papa ſcribit, & catholica eccleſia conſentit, privilegiũ meretur omnino amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Ecce enim idem Hildebrand Colonienſem eccleſiam ſuis quoq; privilegiis ſpoliavit qui Ha[illegible] go Magadaburgenſis eccleſiæ epiſcopo hoc conceſſit, & hoc juſſit, ut terminos patrum tranſgrediendo, invaderet parochiam alterius metropolitani epiſcopi, & ordinaret epiſcopũ quẽdam Reginhardum in Mindenſi eccleſia, ad contemptum & ad injuriam Sig[illegible] ni Colonienſis archiepiſcopi. Hoc etiã exemplo memoratus Otto epiſcopus Oſtiæ Moguntinã eccleſiam ſuis quoq; privilegiis ſp[illegible] atque ipſe tranſgrediendo ſimul terminos patrum, parochiam metropolitani epiſcopi invaſit: & ad contemptum a[illegible] ad [illegible] iam Wezelini archiepiſcopi, Gebehardum quendam in Conſtantienſi eccleſia epiſcopum ordinavit. cum adhuc etiam viveret Otto epiſcopus ipſius Conſtantienſis eccleſiæ ſed jampridem ab ea expulſus eſt injurioſè, quia noluit in parte Hildebrandi eſſe, & eſſe communionis externæ. Sic verò ſanctorum canonum regulæ cuſtodiuntur, & obſervari mandantur

D

A vel ab Hildebrando, vel ab Ottone: pro quib. vos qui habetis zelum amarum, occiditis & zelatis, litigatis & belligeratis, ne ſit alius pontifex ſedis Apoſtolicæ, niſi per quem diſciplina Eccleſiæ evertatur, & qui contra authoritatem Domini venire videatur, ut jam omnibus hæreticis aditus, januaque pandatur? Dicitur enim per beatum Job, gerentem ſcilicet typum vel Chriſti, vel Eccleſiæ: Alii terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges, & paverunt eos. Unde ſanctus pater Gregorius in x v i. Moralium: Quos, inquit, aliorum nomine niſi hæreticos deſignat, qui à ſanctæ Eccleſiæ gremio extranei exiſtunt? Ipſi enim terminos transferunt, quia conſtitutiones patrum prævaricando tranſcendunt. De quibus nimirum conſtitutionibus ſcriptū eſt: Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. Qui greges, inquit, diripiunt, & paſcunt: quia imperitos quoſq; perverſis ad ſe perſuaſionibus trahūt, & doctrinis peſtiferis ad interficiendum nutriunt. Atque idem Gregorius in epiſtola ad Eulogium patriarcham Alexandrinū: Meus, inquit, honor eſt ſolidus vigor fratrum meorum: & tunc ego honoratus ſum, cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur. Hinc etiam & Gelaſius papa: Abſit hoc, inquit abſit à moribus, hoc ſibi velit quempiam arripere unde videatur honorem fratrum ſuorum imminuere ex quantulacunque parte. Sed ſicut ſupra dictum eſt, alii ter-
B minos tranſtulerunt, & ad contemptum atq; ad injuriam metropolitanorum quoque epiſcoporum in parochiis Mogūtiæ ſimul & Coloniæ ordinationes ſibi uſurpaverunt. Unde Calliſtus urbis Romæ epiſcopus univerſis epiſcopis: Si quis metropolitanus epiſcopus, niſi quod ad ſuam ſolummodo pertinet parochiam propriam, ſine conſilio & voluntate omnium comprovincialium epiſcoporum extrà aliquid agere tentaverit gradus ſui periculo ſubjacebit: & quod egerit, irritum habeatur, & vacuum. Et iterum de eadem re Caliſtus: Nullus primas, nullus metropolitanus nullusque reliquorum epiſcoporum alterius adeat civitatem, aut ad poſſeſſionem accedat quæ ad eum non pertinet, & alterius epiſcopi etiam parochia ſuper cujuſquam diſpoſitione, niſi vocatus ab eo cujus juris eſſe dinoſcitur, ut quiddam ibi diſponat, vel ordinet, aut judicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit: ſin aliter præſumpſerit, damnabitur & non ſolum ille, ſed cooperantes, eique conſentientes. quia ſicut ordinatio ita ejus & judicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Et ut metropolitanis ſuajura [illegible], ſic etiam Leo papa inter cætera [illegible] loquitur. Secundum ſanctorum patrum [illegible] ſpiritu Dei [illegible] toſ, & totius mundi reverentia conſ[illegible]tos, metropolitanos ſingul. cum provin[illegible]um epiſcopo[illegible] s traditæ ſibi antiquit[illegible] dignitatis intemeratum habere decernim[illegible] ut à regul[illegible] nulla aut negligētia aut præſump[illegible]

dant. Quæ cum ita ſint. & alii qui dicuntur A hæretici terminos tranſtulerant. ecce apud ipſos qui ſunt ejuſmodi. ſcribuntur eſſe ſancta Dei ſacerdotia & apud eoſdem ſolūmodo [illegible] celebrari Chriſti & Eccleſiæ ſacramenta, ut ipſi imperitos quoſque, qui ſub nomine gregū per beatum Job de[illegible]antur, per ve[illegible] ad ſe perſuaſionibus trahant, & doct[illegible]s peſtiferi ad int[illegible] ritum [illegible]. Sed ni[illegible] o[illegible] eris te, o pulchra inter mulieres: [illegible]dere inquit Dominu[illegible], & abi poſt [illegible] gum. id eſt, niſi honore[illegible] tuum, quo ad ſimilitudinē Dei es condita, be[illegible]cognoveris, à conſpectu meæ contemplationis egredere, & [illegible] p[illegible]itorum vitam imitare popu[illegible]rum, & [illegible]tores perverſorum dogmatū quaſi hædos tuos paſc[illegible] in tabernac[illegible]ulis paſtorum: hoc [illegible] [illegible] veniculis hæreticorum. [illegible] cum d[illegible]ſor [illegible]rtium Hildebrandi ſ[illegible] contra ſedē Apoſtolicam [illegible] & contra univerſalem Eccleſiam, dicens eam amiſiſſe honorem ſacerdotii, ut facilius poſſit decipere eos qui credunt [illegible] perverſiſſimo errori: introducit teſtim[illegible] n[illegible] ſan[illegible]torum p[illegible] m, Innocentii, Cœleſtini, [illegible], Au[illegible]. Innocentius papa: Qui honorem, [illegible] ho[illegible] dare non poſſ[illegible] nec [illegible] quid ab eo acc[illegible] adq[illegible] [illegible] dante erat, quod [illegible] b[illegible] poſſe accip[illegible] Et verū eſt, ert[illegible] quod n[illegible] potuit. Damnationē u[illegible] quam habuit [illegible] prava manus impoſitionem de[illegible] & [illegible] ceps factus eſt damnati, qu[illegible] B modo de[illegible] ho[illegible] accipere, invenire no[illegible] ſum. Hæc [illegible] Innocentius, contra eo[illegible] qui [illegible] ejuſmodi qualis eſt ſupra memoratus Otto, vel Hart[illegible] qui [illegible]minos ani[illegible] tr[illegible] ordinationes [illegible] ceſſos, de [illegible] ſi qu[illegible] quod [illegible] propri[illegible] & v[illegible] m[illegible]tum cōprov[illegible] a-gere tē[illegible] averit, gradus ſui periculo ſubjacebit: & quod egerit irritu habeatur & vacuum juxta [illegible] q[illegible] etiam Cœl[illegible] papæ teſtimonii. Si [illegible] ſunt, inquit, ordinationes [illegible] [illegible] quoniam ſtare non poſ[illegible] E[illegible] m ju[illegible] onam ſan[illegible]rum pa[illegible] non [illegible] al[illegible] vel comm[illegible] re, [illegible] Canonum [illegible] on[illegible] [illegible] licit [illegible] pto [illegible] q, qui nol[illegible] munione univerſalis Eccleſiæ, ſed in [illegible] ut Gregorii illud noſtri patris Gre[illegible] teſtimonii quod ſcribit ad Maximu: No[illegible] co[illegible]ſecrationē [illegible] modo poſſ[illegible] quæ ab ex[illegible] [illegible] eſt [illegible] rata: qui a ve[illegible] ex [illegible] forma v[illegible] tantam [illegible] pr[illegible] ut tu or[illegible] [illegible] q[illegible] quā [illegible] nec [illegible] ue ad [illegible] ad [illegible] um vo[illegible] al [illegible] con[illegible] h[illegible] præ-[illegible] ma vobis [illegible] a Deo, & [illegible]

Petro

A Petro apoſtolorum principe, ut contemplatione judicii veſtri, cæteris quoque catholicis Eccleſiis ulrionis veſtræ præbearur exemplum. Hæc certè ſcribir paternoſter Gregorius contra prævaricatores Eccleſiaſticæ diſciplinæ, quæ defenſor ille partium ſui Gregorii introducit ad deſtruendum ſacerdotium univerſalis Eccleſiæ, quæ communicar ſedi Apoſtolicæ. ideoq; inrerpoſitis quibuſdam ſcriptis, quibus conarur nſtendere, nihil niſi ad condemnationem apud nos valere Chriſti & eccleſiæ ſacramenra, quæ ſunt bapriſma, & chriſma atque corporis & ſanguinis Domini myſteria, poſt hæc ſubjungit adhuc de ordinatione teſtimonium beari Auguſtini, quæ ſcilicer ordinatio ſoler per manus impoſirionem fieri. Corporalia, inquir, ſacramenra, quæ portant & celebrant etiam ſegregati ab unitare corporis Chriſti, formam poſſunr exhibere pietaris, virtus verò pietatis inviſibilis & ſpiritalis ita in eis non poreſt eſſe: quéadmodum ſenſus nõ ſequitur hominis membrũ quando ampuratur à corpore. Ergo quod in omnib. membris unius corporis agit anima, hoc agit ſpiritus ſanctus in tota Eccleſia. Unum quippe corpus & unus ſpiritus ſicur dicit Apoſtolus. Prærer hoc corpus poreſt quidem aliquis habere vel ſidei, vel baptiſmatis formã: ſed nõ haber vitam. niſi enim ſpiritu intus vegereris, fruſtra foris de forma gloriaris. Sed quod mẽbrũ in humano corpore præcidirur, nunquid præciſum anima ſequirur? Sic homo Chriſtia-

B nus vivit in corpore Chriſti, quouſq; catholicus eſt: præciſus autem, hæreticus factus eſt. Sed ille adverſarius noſter ſcribir nos præciſos eſſe: ſe verò, ſuoſque participes permanſiſſe in unitate univerſalis Eccleſiæ. abſit autem à nobis, ut nos exiſſemus ab ipſis: ſed ipſi exierunt à nobis. Sicut enim ſcribit ſanctus parer Auguſtinus in libro de Vera religione, poſſet ſchiſmaticos area Dominica uſque ad rempus ultionis ventilatione velut paleas ſuſtinere niſi vero ſuperbiæ, immò levitare ceſſiſſenr, & ſeſe à nobis ultrò ſeparaſſent. Nam quòd præciſi ſint de unitare Eccleſiaſtici corporis, teſtatur ipſe, qui in fine epiſtolæ ſuæ, ad quem cuncta quę dicuntur ſolenr referri, profitetur, ſe partem ſui Gregorii defendere Unde iterum Auguſtinus in libro de Vera religione: Sed quia, inquir, in hac Dominica area pro voluntare quiſque vel palea vel frumentum eſt tam diu ſuſtinerur peccatum aur error cujuslibet, donec aur accuſarorem inveniar, aut pravam opinionem pertinaci animoſitate defendar. Tenenda eſt aurem nobis, ait, Chriſtiana religio, & ejus Eccleſiæ communicatio quæ carholica eſt, & carholica nominarur non ſolum à ſuis, verùm etiam ab omnibus inimicis. velint nolint. Nam ipſi quoque hæretici & ſchiſmatum alumni, quando non cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, catholicum nihil aliud quàm catholicam vocanr. Non enim poſſunt intelligi niſi hoc eam nomine diſcernant, quo ab univerſo orbe nuncupatur. Sed apud eos, inquit, ſolos quærenda eſt vera religio, qui Chriſtiani, carholici, vel orthodoxi nominantur: id eſt integritatis cuſtodes, & recta ſectantes. Hæc enim Eccleſia catholica per totum orbem validè lateq; diffuſa utitur ad profectus ſuos omnibus oràtibus unctione Spiritus ſancti docenre de omnibus. Præter hanc Eccleſiá quicunq; eſt, ſpiritum ſanctum utiq; non habet. ideoque per pravam manus impoſirionem damnatio ei offertur, qui abſq; dono ſpiritus ſancti ordinarur. quod in ſuprà memoratorum quoq; epiſcoporum, ut non dicam conſecrationibus, ſed execrarionibus factum eſſe probatur, qui contra ſacros canones ſpiritu Dei coodiros, in alienis parochiis ordinationes celebraverunr, qui etiam contra conſenſum ſimul, & contra diſciplinam catholicæ Eccleſiæ privata ſibi conventicula conſtituerunt, qualium certè cõventicula ſive ordinatiunes damnavit ſemper atq; damnabir omnis Eccleſia ſanctorum, ne prævaleat adverſus eam pars iniquorum. Unde etiam Gelaſius: Quod inceſſabiliter, inquit, repetendum eſt, ſicut firmum eſſe nullus ambigit Chriſtianus, omnes complices ſectatores communicarores dãnatæ ſemel praviratis pari ſorte cenſeri: ita conſors erir & pœnæ, quiſquis communicaverit alicui Eccleſiaſticarum regularum tranſgreſſori. Nullus enim primas, nullus enim metropolitanus, nulluſq; reliquorum epiſcoporũ, alrerius epiſcopi adear parochia, ut ibi diſponar, vel ordinet, aut judicet quicquam. ſi aliter præſumpſerit damnabitur: ſicut Calliſtus B papa ſcribir, & omnis Eccleſia ſanctorum cõſentit. Quod & factum eſt de Hartvigo Magadaburgenſi epiſcopo: quia Sigivvinus Coloníenſis epiſcopus damnavit eum, conſentiente in idipſum comprovincialium epiſcoporum judicio, poſtquam nullo modo potuir adduci ut ſatisfacere vellet Eccleſiæ pro injuſta ordinarione cujuſdam Reginhardi in epiſcopatu Mindenſi. Prætendebat autem ille Hartvigus poteſtatem ſui Gregorii papæ, qua talem ſibi poſſet concedere ordinationem juxta aurhoritatem ſedis Apoſtolicæ: ideoque ſibi curæ non eſſe ſuper aliquorum vel vocatione, vel damnatione. Ecce apponit peccatum ſuper peccatum, & juſtæ damnationi addir parirer Eccleſiaſticæ vocationis & regularis diſciplinæ contemptum. Igitur prærer illam damnationem damnarus eſt etiam idem Hartvigus cum cæteris ſupraſcriptis epiſcopis in Moguntiacenſi ſynodo, jubente id fieri Apoſtolica ſede, cum nollent reverti ad pacem & concordiam catholicæ Eccleſiæ.

Sed ex his omnibus epiſcopis, qui vel damnati fuerant, vel depoſiti. unus tantum, ſcilicet Benno Miſinenſis epiſcopus. venit ad ſedem Apoſtolicam. pro errore ſuo petiturus veniam, quam & promeruit accipere, juxta quod ipſa marer omnium eccleſiarum Romana Eccleſia ſolear ſeſe appellantibus quicquid pietatis eſt ſemper offerre: quia ſicut in contumacia perſiſtentibus convenit nos eſſe ſeveros, ait ſanctus papa Gregorius: ſic irerum

A humiliatis & pœnitentibus negare locũ veniæ non debemus. Ergo Clemens papa pœnitentem benignè ſuſcepit, & confeſſum pro errore ſuo honorificè tractavit, abeuntemque cum literis Apoſtolicę ſedis ad Henrichũ imperatorem miſit, quem & ipſe libenter accipiens correctũ dimiſit liberè abire in epiſcopatum ſuum. Sed illa ſatisfactio utiná fuerit pura, ſyncera atq; catholica: quoniam ſicut ſcribit Leo papa, ſaluberrimũ eſt, & ſpiritalis medicinæ utilitate plenum, ut quicunq; ſe correctos videri volunt, errorem ſuũ, & ipſos erroris authores damnari à ſe fateantur ſine ambiguitate, ut nullum Eccleſiæ membrum peremptis ſenſib. pravæ intentionis poſſit violari taliũ ſocietate. Nam certum eſt, eundem epiſcopum Bennonem nihil deinceps viriliter egiſſe cum cõprovincialibus pſeudoepiſcopis, vel cum principib. Saxoniæ pro conventione & ſtudio pacis Eccleſiaſticæ, quales dicuntur à Domino per Eſaiá prophetam ſpeculatores cæci, canes muti, non valentes latrare: quoniá ſicut Gelaſius papa ſcribit, Prævaricatoribus utique conſentit, quiſquis ſuggeſtione, qua poteſt, non reſiſtit: & qui alios ab errore non revocat, ſeipſum, inquit, errare demonſtrat. Cæterum prævaricatores Eccleſiaſticæ legis epiſcopi, qui in ſupradicta ſynodo ſunt depoſiti, & omni Eccleſiaſtica dignitate privati, ſententiam depoſitionis ſuæ à ſede Apoſtolica prolatá parvipendunt: & ſuperbiæ ſpiritu inflati, non ſolum vetitum ſibi officium auſu

B temerario uſurpant, ſed etiá ſecundũ Canones conceſſam ſedi Apoſtolicæ poteſtatem conantur eripere, & ſibimet eam cõtra Canones contendunt uſurpare: ideoq; frequentib. cõventiculis pariter & ſcriptis firmaverunt ſibi hunc ſermonem nequam, ut non poſſit Romana eccleſia alium habere papam. niſi ſit ex parte ſui Gregorii. qui velit reſiſtere Henricho regi, immò divinæ ordinationi, qui etiam velit ſedem Apoſtolicá invadere contra Wigbertum pontificem ipſius Romanæ eccleſiæ. Sed velint nolint partes adverſariorum, ecce ſacti Canones conſtituerunt totius Eccleſiæ appellationes deferri ad examen ſedis Apoſtolicæ, ab ipſa verò nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt: ac per hoc illam de tota Eccleſia judicare, ipſam verò ad nullius judicium commeare: nec de ejus judicio judicari præceperunt: neq; ſententiam illius oportere diſſolvi conſtituerunt, cujus potius ſequenda decreta mandarunt. Quòd ſi ita eſt, immò quia ita eſt, debuerũt proculdubio adverſariæ partis epiſcopi aut conſentire cum ſede Apoſtolica pro pace & unitate Eccleſiæ: aut merito condemnari, utpote tranſgreſſores judicii ſedis Apoſtolicæ. In hoc enim utriq; conſenſerunt & Wigbertus & rex Henrichus, atque totius Eccleſiæ aſſenſus, ut quiſquis reſiſtat paci vel Eccleſiæ, vel Reipublicæ, ſit eis ſicut ethnicus & publicanus. Beati, inquit, pacifici: quoniá filii Dei vocabuntur. Sed diſcordes epiſcopi, quales dicũtur filii diaboli, qui alios docẽt, quare ſemetipſos non docent dicentes juxta authoritaté patrũ debere nos A timere ligari vel injuſtè. & excõmunicatis nõ communicare? Unde ſicut Gelaſius papa ſcribit, prorſus in quãlibet ſe partem, cauſationemq; convertunt, manifeſtè veritatis ita laqueis ſuffocantur, ut ſuis ipſi verbis poſſint, actionibusq; concludi, nec niſi ſolam perniciẽ obſtinatæ perfidiæ reſiduam vẽtilate. Ecce enim quorum vulgata tranſgreſſio eſt, per unũ ſcribentem proponunt nobis ſanctorũ patrum teſtimonia, quæ ſunt circa eos qui jungunt ſe excõmunicatis communione aliqua. Quod autem, inquit, excommunicatis non ſit cõmunicandum, audiamus ſanctũ Calliſtum papam: Excommunicatos à ſacerdotibus nullus recipiat ante utriuſq; partis examinationem juſtam, nec eis in oratione aut cibo vel potu, aut oſculo communicet, nec Ave eis dicat. Urbanus papa: Valde timenda eſt ſententia Chriſti licet injuſtè aliquẽ liget, quod tamen ſummopere prævidere debet. Gregorius in Homeliis: Utrũ juſtè an injuſtè obliget paſtor, paſtoris tamẽ ſententia gregi timenda eſt, ne is qui ſubeſt, & cũ injuſtè forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiá ex alia culpa mereatur. Paſtor ergo vel abſolvere indiſcretè timeat, vel ligare. Is autẽ qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat vel injuſtè, nec paſtoris judiciũ temerè reprehẽdat: ne & ſi juſtè ligatus eſt ex ipſa tumidæ reprehẽſionis ſuperbia culpa, quæ nõ erat fiat. Idẽ Gregorius presbyteris, diaconis, nobilibus, & populo Jaderæ: Pervenit ad me quoſdá veſtrorum ignorantia B vel neceſſitate deceptos, his qui ab Apoſtolica ſede culpa, ſicut noſtis, exigente cõmunione privati ſunt, communicaſſe, quoſdá verò ſalubri diſcretione protegente Domino ſuſpẽdiſſe: & quantum de conſtantib. gaudeo, tantũ de deviantib. ingemiſco: quoniá ſacræ cõmunionis myſteria, quæ ad ſolutionem nobis divina pietate conceſſa ſunt, in detrimentũ animæ ſuę magis receperunt. Et quia ſic, ut vobis omnipotẽs Deus innoteſcat, vehemẽter charitati veſtræ & medullitùs ex toto compatior paterno affectu obteſtor atq; ſuadeo ut ab illicita ſe quiſq; cõmunione ſuſpẽdat: & quos Apoſtolica ſedes in conſortio cõmunionis ſuæ nõ recipit, omnino refugiat, nec inde reus ante conſpectum æterni judicis, unde poterat ſalvari, conſiſtat. Idem Januario epiſcopo Sardiniæ: Eis verò, qui ab Eccleſiaſtica cõmunione ſunt ſuſpenſi nullus religioſus ſecundum Canonum præcepta jungatur: ſed nec illis cõmunicandum eſt qui communicant excõmunicatis. Gelaſius contra fautores Acatii: Nihil nobis commune cum hominibus communionis externæ, nec prætendat quiſquá quòd alicui furſitan evidentiori non communicaſſet, vel communicare videatur hæretico. Quid enim juvat, ſi illi communicet: & his tamen communione jungatur, qui ab illius non ſunt communione diverſi? Quid profuit, quòd videri volebat illi palàm non communicare, cui per ſuos complices nectebatur?

Hæc

A Hæc quidem ſanctorum patrum teſtimo-
nia amplectimur, ea qua dignum eſt venera-
tione: ſed nimium, nimiumque non expave-
ſcimus ea pro hujus temporis confuſione, quã
do hæreticorum ſimul, catholicorumque cõ-
feſſione permiſta cuncta veræ & ſynceræ reli-
gionis turbantur, catholicaque & Apoſtoli-
ca puritas confunditur. Ecce enim Hartui-
gus Magadaburgenſis epiſcopus, qui ſemel
ac ſecundò damnatus eſt, ſicut verè ſuprà di-
ximus, ipſe videns diutius non poſſe contra
imperatorem epiſcopatum ſuum repugnan-
do ſibi vindicare, ſimulabat cum eo pactum
pacis facere, & ſupplicem ſe ac devotum ei
offerre. qui etiam, ut facilius promereri poſ-
ſet epiſcopatum ab imperatore, promittebat
cũctos principes qui adhuc eſſent cũ eo diſcor-
des, in gratiam ejus reducere. at imperator præ
nimio amore pacis, nõ conſiderans quia lupos
in ovile oviũ intromittere, hoc nõ ſit conſulu-
iſſe Eccleſiæ vel reipublicę, acceptis juramen-
tis ſuper ꝓmiſſę fidei firmitate, reddidit ei inju-
ſtè epiſcopatum abſque ſynodali conventio-
ne, & abſque conſenſu ſedis Apoſtolicæ. quod
factum eſt quarto anno pòſt quàm juſtè depo-
ſitus eſt ſynodali judicio. Tum verò ille Hart-
uigus nactus occaſionem, qua poſſet habere
liberum hinc inde introitũ ſimul & exitum,
cœpit redire ad conſuetæ factionis exercitum,
& traducere epiſcopos & principes totius re-
gni ad partem ſui papæ Gregorii: & ut auctius
reſuſcitaret ac nutriret ipſius incendia Hilde-
B brandi jamdiu defuncti, primò quidem per
clandeſtina colloquia, deinde per contracta
undecunque poterat conventicula ſermo-
nem intulit de excommunicatione imperato-
ris, de injuſta, ut ipſe dicebat, ſucceſſione
Wigberti ad pontificatum Apoſtolicæ ſedis:
valde autem periculoſum fore cum ejuſmodi
hominibus communionem aliquam habere:
imperatori verò promiſſam fidem & promiſ-
ſum ſervitiũ libenter conſervare, ſi velit pu-
blicè cõfiteri ſe vinculo anathematis ligatum
eſſe, & inde ſolvi per participes ſui Gregorii
papæ: ſi etiam velit Wigbertum deponere, a-
lioquin ſe pœnitere quòd vel viderit hominẽ
excommunicatum, cui nunquam debeat cõ-
municare aliquis fidelium. Hæc ſæpius me-
morando, ſollicitabat animos plurimorum,
cum jam poſſet fieri pax Eccleſiarum: niſi ipſe
Hartuig, juxta nomen ſuum, durum eis re-
novaſſet bellum. Ergo plurimi etiam Epi-
ſcoporum, qui damnaverant in ſynodo eundẽ
Hartuigum, & in damnatione ejus ſubſcri-
pſerant, juxta Apoſtolicæ ſedis decretum, ipſi
non ſolum in communionem eum abſque ſy-
nodali conventione receperunt: ſed etiam a-
liqui eorum contra imperatorem ſimul, &
contra ſedem Apoſtolicam cum eo conſpira-
verunt, ut jam ex multitudine prævaricatio-
nis illorum qui ejuſmodi ſunt Epiſcoporum,
juſtificata quodammodo videatur levitas Græ-
corum, apud quos, ſicut Gelaſius papa ſcri-
bit, facilis & inculpabilis putatur eſſe permi-
ſtio, quod apud eos nulla ſit veri falſique diſ-
cretio: & cum velint omnibus reprobis eſſe A
communes, in nulla monſtrentur probitate
conſiſtere. Hinc hæreticorum ſimul, catho-
licorumque confeſſione permiſta, cuncta veræ
& ſynceræ religionis turbantur, catholicaq́;
& Apoſtolica puritas confunditur. Gelaſius:
Aut catholici, inquit, aut hæretici erant, de
quibus illa paſſim latrocinia deteſtanda ſævi-
ebant. Si hæretici, prodi, diſcuti, & legitimè
convinci modis omnibus debuerant, vel ſuis
confeſſionibus, vel aliorum vocibus confuta-
ri. Sed mirentur alii, quòd de illo quoq; Hart-
vigo verè ſecundum literã poſſit intelligi hæc
per Eſaiam prophetam ſententia Domini: Nũ-
quid iſte eſt vir qui conturbavit terram, qui
concuſſit regna, qui poſuit orbem deſertum,
& urbes ejus deſtruxit? Tu enim, inquit, ter-
ram tuam diſperdidiſti, tu populum tuũ oc-
cidiſti. Hæc inquam mirentur alii in hoc, de
quo nunc agitur, viro: nos autem miramur in
illo, quòd tam ſtultus paſtor potuit tot ſacer-
dotes, & tantum populum poſt ſe in perniciẽ
trahere, utpote qui nullius ferè eſt literato-
rię eruditionis, vel ſcientię: niſi quòd jam my-
ſterium iſtius ſtulti paſtoris, hoc eſt antichriſti
operatur in illo, de quo ad Zachariam pro-
phetam dicitur à Domino: Adhuc, inquit, ſu-
me tibi vaſa paſtoris ſtulti, quia ecce ego ſuſci-
tabo paſtorem in terra, qui derelicta non viſi-
tabit, diſperſum non requiret, & contritum
non ſanabit, & id quod ſtat non enutriet, &
carnes pinguium comedet, hoc eſt virtutes
ſanctorum, & in ſuæ corpus maliciæ trajiciet. B
Ecce enim contigit in diebus illis Imperato-
rem celebrare apud Moguntiam nativitatem
Domini, ubi aderant cum eo aliquot Epiſco-
pi, & quidam de principib. regni. aderat etiã
ibi ille Hartuigus, cui tunc non ſolum com-
municavit quiſq; præſens Epiſcopus, clerus
& populus, ſed etiam Ruochardus, qui ante
aliquot menſes poſt obitum Wezelini ordina-
tus eſt Moguntinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus,
ceſſit ei in ordine, & officio ſuo, & conſenſit
indigno modo, ut ad initia nocturnalium le-
ctionum ſolitas benedictiones faceret in tam
celebri conventu, & in tam celebri nocte na-
tivitatis Domini. Sic vero, ſic nũc promulga-
trix eſt aut executrix Sanctorum canonũ Mo-
guntina quoq; Eccleſia, non attendens, ſive
parvipẽdens quid geſtum ſit in ea, & quid geſ-
ſerit ipſa, quomodo ille Hartuigus judicatus
& damnatus ſit in ea. Pro hujuſmodi ſcribit
Gelaſius papa contra fautores Acatii: Hæc eſt,
inquiens, illa miſtura, hæc eſt illa confuſio,
qua per totum hoc regnum inter catholicam
hæreticamq; communionem nulla eſt diſcre-
tio. ideoq́; ſicut quiſquis ait, ab hac colluvio-
ne cunctorum ſeparatus eſt ſynceræ commu-
nionis, & ideo catholicus comprobatur: ita
quiſquis illius deteſtandi commercii parti-
ceps invenitur, quantum à ſyncera commu-
nione, tantum à catholicà atq; Apoſtolica re-
motus eſt confeſſione. Ecce proponunt nobis
adverſarii pro ſuæ partis confirmatione, ut de-
beamus timere ligari vel injuſtè: ſed qui alios

A docent, ſemetipſos non docent. Igitur cóvincit veritas juſticia & judicium, quia juſtè damnatus eſt ille Hartvigus juxta meritum ſuú. Unde & Dominos dicit ei per Malachiá prophetam, & cæteris, qui irritum fecerunt pactum Levi, pactum ſcilicet vitæ & pacis: Maledicam, inquiens, benedictionibus veſtris, & maledicam eis, qooniam legem meam ſuper cor non poſuiſtis. Poſt illos autem dies, quibus bæc quæ diximus, facta ſunt Moguntiæ, concelebrata eſt etiam Coloniæ per eundem Hartvigum ordinatio Adalheidæ reginæ. Sed & ſi Hermannus Colonienſis epiſcopus pro affectu conſanguinitatis, qua proximè attingebat eum, non eſt recordatus dánationis, qua deceſſor ejus Sigivvinus damnaverat eum: tamen Colonienſis eccleſia, quæ utraq; damnatione ejus conſenſerat, communiooem ejus vitare deboerat: qooniam nihil intereſt, utrú ei aliquis communicet, qui ejuſmodi eſt: ſive illi jungatur communione, qui diverſus non eſt ab illius hæretici communione. Sic, inquit Gelaſius, ſic paſſim omnia licitè fieri à quocúque videntur, & nullum diſcrimen reró, nulla examinatio Eccleſiæ poſtulatur, ſed ubique hæretici intromittútur, & nemo reſultat: ſed velot muta pecora in captionem ducta, ſubditis voluntatibus perfidiam ſectantur. Jam verò apparet quantam perniciem generet, quòd ſacri Canones negliguntur, quòd imperiti, indigni, ſymoniaci, neophyti, eccleſiis præficiuntur: quales, cum non poſſint ſcientia &
B doctrina, atq; aliis operibus bonis innoteſcere, præſumunt ſceleribns oſtendere ſe aliquid eſſe vel poſſe, & inter cætera extollunt ſe contra regiam poteſtatem, immò cootra Dei ordinationem: & qui, utpote militantes Deo, non debuerant ſe vel negociis ſecularibos implicare, uſurpant ſibi regnum ordinare & regere, qui debebant eccleſiarum rectores eſſe, & ſeſe exemplum humilitatis omnibus præmóſtrare. Sic enim diſcrevit Chriſtus utriuſque poteſtatis officia, regum ſcilicet atque pontificum, quatenus ſpiritalis actio à temporalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minimè ſe negociis implicaret ſecularibus: ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet implicatus negociis ſecularibus. Unde idem qui hæc ſcripſit Gelaſius, conſequenter diſcernit quoque judicia Eccleſiæ à regiis diſpoſitionibus: Quo inqoit more, quo ritu aliquis damnatorú prętenditur abſolut⁹, cú nec à pootificib⁹ legitimè, & eccleſiaſticis legib. fuerit expeditus, nec à ſeculari poteſtate potuerit præter Eccleſiæ tramité prorſus abſolvi. Quantum enim ad religionem pertinet, non niſi Apoſtolicæ ſedi juxta Canones debetur totius ſumma judicii: quantum autem ad ſeculi poteſtatem, ille à pontificibus, & præcipuè à beati Petri vicario debet cognoſcere quæ divina ſont, non eadem judicare: nec ſibi hoc quiſquam potentiſſimus ſeculi, qui tamen Chriſtianus eſt, vendicare præſumit. Et idem Gelaſios contra Acatium, immò contra omnem epiſcopum, qui aliquid ejuſmodi uſurpat ſibi contra ſedis Apoſtolicæ decretum: Cum conſtet, ſemper ſedis Apoſtolicæ judicio hujuſmodi perſonas aut diſcuſſas eſſe, vel purgatas: aut ſic ab aliis, quibus competebat, epiſcnpis abſolutas: ut tamen abſolutio earum ex ſedis Apoſtolicæ conſenſione penderet, ubi utrunque defuerit, nec diſcuſſionem legitimam, nec purgationem firmam, ac per hoc receptionem conſtat fuiſſe indebitam. Ecce inter in his, inquit, cauſa veſtra notat & labitur: & ſi hæc ſola ſit, prorſus tota ſubruitur. Nobis autem auſi ſunt canonum facere mentionem, contra quos ſemper ambitionibus, ſemper illicitis effeciſſe exceſſibus monſtrantur. immò ſi cauſa eadem latius inquiratur, tantæ illic tragœdiæ, tanti reperiontur errores, ut ſi ipſi ſint judices qui eadem perpetrarunt, cum evidenter fuerint confutati à ſui damnatione non temperent.

Igitur non licet alicui Chriſtiano occidere quenquam, immò nec odiſſe: quoniá juſticia Phariſæorom eſt non occidere, non pejerare: ſed, Amen dico vobis, ait Dominus, quia niſi abundaverit juſticia veſtra pluſquam ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorom. & ad Noe atque ad filios ejus: Qui effoderit, inquit, ſanguinem hominis, pro ſanguine ejus effundetur ſanguis illius. Anima quippe omnis carnis eſt in ſanguine, ideoq; etiam, quiſquis per ſcandalom, ſive perverſitate doctrinæ effuderit illod vitale, quo homo vegetatur, vivit & ſuſtentatur, B in die judicii effundetur ab eo: hoc eſt, quod ſibi videbatur habere vitale, cogetur amittere. Ergo per totom ferè hoc tempus memoriæ noſtræ effunditur ſanguis hominum per viros ſangoinum, quod fit præcipuè ex inſtinctu epiſcoporum adverſæ partis, ut jam manifeſtentur opera carnis, quæ ſunt inimicitiæ, contentiones, æmolationes, iræ rixæ, diſſenſiones, ſectæ, hæreſes, invidiæ, homicidia, & his ſimilia: quæ prædico vobis, ait Apoſtolus, ſicut prædixi, quoniam qui talia agont, regnom Dei non conſequentur. Propter hæc comprimenda ſacerdotale jodicium, quod cruentas refugit ultiones, ſeveris Chriſtianorum principum conſtitutionibus adjuvari debet: ſicut Leo papa docet, quia timentes corporale judicium nonnunqoam ad ſpiritale recurrunt remedium. Sed ut paſſim omnia licitè fiant, ipſi adverſæ partis epiſcopi regiam poteſtatem, immò divinam ordinationem evertere parant, cum de his quoque qui poſt baptiſmum aut tormenta ſola exercuerunt, aut etiam capitalem ſententiam protulerunt, ſic ſcribit ſanctus papa Innocentius, quòd de ipſis nihil definitom ſit à majoribus. Meminerant enim, inquit, à Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei miniſtrum eſſe datum in hujuſmodi vindicem. Quomodo ergo reprehenderent factum, quod authore Deo viderent eſſe conceſſum? De his ergo, inquit, ut hactenus ſervatum eſt, ſic habenius,

A mus, ne aut diſciplinam evertere, aut contra authoritatem Domini venire videamur: quia ipſis in rationem reddendam geſta ſua omnia ſervabuntur.

At memoratus Hartvig, ut everteret regiam poteſtatẽ, immò divinam ordinationẽ, militavit cum ſuis conſortib. epiſcopis per multas expeditiones contra Henrichum regem: quarum nulla magis ad vivum nos tetigit, quàm illa quando ad locum Herosfeldiæ poſuit caſtra. Specialiter enim ipſe præcæteris Saxonibus odio habebat eundem locum Herosfeldiæ, ideoque civitatem & ſancta noſtra quærebat omnibus modis deſtruere nã abbas ejuſdem loci, dictus quoque & ipſe Hartvigus. ſucceſſerat illi damnato, & depoſito in epiſcopatũ Magdaburgenſis eccleſiæ Imperatore & cæteris principibus regni plurimùm annitentib. ſuper electione ejus & ordinatione. quoniam præter id quod adprimè inſtructus & eruditus eſt tam moralibus diſciplinis, quàm ſacris ſcripturis, in hoc quoq; ipſe placuerat eis: quia id quod imperator non potuit efficere totis viribus regni, hoc ipſe perfecit ex induſtria ſapientis ingenii: ſcilicet ut divideretur unitas perverſorum, cum non poſſet per diſciplinam rei militaris emolliri duricia Saxonum, vel reſcindi ſocietas Thuringorum. Sicut enim eſſe noxiſſim ſolet, ſi unitas deſit bonis; ita perniciosum eſt, ſi non deſit malis. Perverſos quippe unitas corro- B borat, dum concordat: & tanto magis incorrigibiles, quanto unanimes facit. Unde etiam Paulus conſpiciens perniciosam ſibi eſſe unitatem reproborum, dividere curat turbam Saducæorum & Phariſæorum: cumque in duas partes tumultuantiũ multitudo dividitur, ei via ereptionis aperitur: quia quem turba perſequentium unita conſtrinxerat, diviſa laxabat. Eripiuntur etenim juſti, dum dividuntur injuſti: & electorum vota ad perfectum perveniunt, dum reproborum agmina per diſcordiam confunduntur. Igitur facta diviſione adverſariorum, qui per multos jam annos repugnaverant contra Eccelſiam pariter, & contra rempublicam: illi verò qui declinaverant poſt imperatorem, pepererunt ei incruentam de hoſtibus victoriam: quoniam cum timerent hinc à comprovincialibus urgeri, illinc ab imperatore, qui jam circa Calend. Julii cum exercitu aderat, impugnari deditionem fecerunt omnes & Saxones & Thuringi, præter pauciſſimos, qui audito adventu imperatoris fugerant ultra flumen Albiam cum ſuo rege Herimanno, qui etiam, utpote reus majeſtatis, atq; hoſtis Eccleſiaſticæ pacis, damnatus eſt in ſupradicta Moguntiacenſi ſynodo. Cujus fugæ vel authores vel comites erãt epiſcopi adverſæ partis. ideoque imperator tanto juſtius decrevit ſubſtitui catholicos epiſcopos deſtitutis eccleſiis, quanto evidentius appareret ipſos deſertores Eccleſiarũ locum etiam, tenere mercenariorum, qui veri fuiſſent hæretici, iidemque magiſtri multorum ſcelerum. Sicut enim A ſanctus Gregorius docet, mercenarius eſt qui ſtare in periculo ovium non poteſt: qui in eo quòd ovibus præeſt, non oves diligit, ſed lucrum terrenum quærit. Igitur fugitivo illi, & hæretico Hartuigo ſucceſſit catholicus Hartuigus in epiſcopatum Magadaburgenſis Eccleſiæ, quem poſt electionem cleri & populi ipſius Eccleſiæ ordinavit ſuffraganeus ejus Diedo Epiſcopus, Anno M. LXXXV. ab incarnatione Domini, III. Idus Julii. Ad cujus ordinationẽ præſens erat imperator Henrichus, ibique & præſens erat Wezelinus Moguntinæ Eccleſiæ archiepiſcopus, & Sivuiginus Colonienſis Archiepiſcopus, atque alii plures Epiſcopi, quos enumerare longũ duximus, ſtudentes brevitati. Sed poſtquam Imperator dimiſit exercitum, paulo pòſt Saxones atque Thuringi ad molire infidelitatis ingeniũ, atq; poſt duos ferè mẽſes promiſſæ fidei & pacis per interpoſitionem juramentorum, compulerũt Imperatorem per vim bellici tumultus, diſcedere ex Saxonia cum Catholicis Epiſcopis, aperientes iterum hæreticis aditum introeundi ad ovile ovium, ut pro paſtoribus lupi dominarentur eis. Poſt hæc anno altero, cum jam ſimili modo, ſicut frequenter factum eſt, eluſus fuiſſet Imperator per Saxonum atq; Thuringorum perfidiam, qui uſque ad Botam fluvium cum exercitu ſuo tũc peragraverat utrorunque provinciam, compoſita pace juxta cõditiones quas principes utrinque æquas & utiles judicaſſent, diſceſſit inde propter inſtan- B tem Quadrageſimam. Sed amatores contentionis ac diſcordiæ pſeudoepiſcopi Saxoniæ, quærebant ſolitò pacis conditiones interrumpere, cupientes magis perfidia & perjurio ſecum omnes teneri quàm pacem fieri: ideoque non jam, ſicut antea, volebant eventum belli expectare intra provincias vel Saxoniæ vel Thuringiæ: ſed audebant illud extra fines ſuos in ulteriora regni transferere, ubi poſſent communicata cum Suevis ſcelera adverſus Eccleſiam pariter, & adverſus Rempublicam committere: juxta quod factum eſt in epiſcopatu Wirziburgenſis eccleſiæ, ubi pugnatum eſt cõtra Imperatorem Henrichum quinta jam vice, Anno ſcilicet M. LXXXVI ab incarnatione Domini, III. Idus Auguſti. Hujus pugnæ cauſa extitit, qua ipſam civitatem Wirziburg ex obſidione hoſtium imperator liberare voluit: ſed dolus magis quàm virtus victoriam hoſtibus peperit. Veruntamen non magis cum hoſtibus, quàm cum proditione ac perfidia ſociorum dimicatum eſt: quæ dimicatio major atque periculoſior eſt. Nam acies Colonienſis atque Trajectenſis militiæ, ex compoſito avertit ſe, & fugit, ut erat inter principia contra hoſtes ordinata: quæ ſociorum defectio fregit animos cæterorum in re tã trepida, tamq; inopinata: ac perinde ſubtractis undiq; per fugam equitũ ſubſidiis, verſũ eſt in pedites totũ pondus prælii, quibus deinde nec pugna conſtare, nec fuga ſine magna cæde potuit explicari. Tum forte captus eſt ibi

A quidam clericus Wezelini, Moguntini archi-
epiſcopi, nomine Reginherus, quem adverſa-
rius ille Chriſti & Eccleſiæ Hartvig corripu-
it: quòd qui ſub priore epiſcopo Sigefrido ſui
partem papæ Gregorii conſtantiſſimè defen-
derit, regemq; Henrichum, omnesque fauto-
res ejus proniſſimè abominatus ſit nunc qua-
ſi per fugam quidem ad injuſticiam reverſus
ſit. ac deinde eũ circa occiſorum corpora cir-
cumduxit, atque gloriando dixit: Ecce mo-
dò apparet, ecce modò apparet, ubi juſticia
ſit, cum apud nos, inquit, victoria ſit. Sed
juſticia & pax oſculatæ ſunt ſe quoniam neu-
tra poteſt abſque altera eſſe. Studium autem
& gloria eſt eorum qui pertinent ad terre-
nam civitatem, effundere humanum ſangui-
nem, cum filii pacis hi ſint filii Dei. At illius
ſanguineæ crudelitatis epiſcopi Nulla loci
facies revocat feralibus arvis Hærentes ocu-
los, celſos cumulis æquantia colles Corpora,
ſidentesq; in tabem ſpectat acervos. Certè ta-
lis vir ſanguinum alienus eſt, hoſtis eſt, quem
ſenſus doloris non tetigit in proſtratis fratri-
bus: juxta quod in libro de Lapſis ſcribit ſan-
ctus Cyprianus epiſcopus.

Quid faciam, inquit, dilectiſſimi fratres,
fluctuans vario mentis æſtu? Quid, aut quo-
modo dicam, lachrymis magis quàm verbis
opus eſt ad exprimendum dolorem, quo
corporis noſtri deflenda eſt plaga, quo po-
puli aliquando numeroſi multiplex lamen-
tanda eſt jactura. Quis enim ſic durus ac fer-
B reus, quis ſic fraternæ charitatis oblitus, qui
inter ſuorum multiformes ruinas, & lugu-
bres, ac multo ſqualore deformes reliquias
conſtitutus, ſiccos oculos tenere prævaleat,
nec erumpente ſtatim fletu prius gemitus ſu-
os lachrymis quàm voce depromat? Doleo,
fratres, doleo vobiſcum, nec mihi ad lenien-
dos dolores meos integritas propria & ſani-
tas privata blanditur, quando plus paſtor in
gregis ſui vulnere vulneratur. Cum ſin-
gulis pectus meum copulo, mœroris & fu-
neris pondera luctuoſa participo, cum plan-
gentibus plango, cum deflentibus defleo,
cum jacentibus jacere me credo. Jaculis illis
graſſantibus inimici, mea ſimul membra per-
cuſſa ſunt, ſævientes gladii per mea viſcera
tranſierunt. Immunis ac liber fuiſſe à perſecu-
tionis incurſu non poteſt animus in proſtratis
fratribus, & me proſtravit affectus. Et unde
ejuſmodi cladis tempeſtas emerſerit, ſtatim
ſubjungendo oſtendit. Habenda tamen eſt,
inquit, fratres dilectiſſimi, ratio veritatis:
nec ſic mentem debet, & ſenſum perſecutio-
nis infeſtæ tenebroſa caligo cæcaſſe, ut nihil
remanſerit lucis ac luminis, unde divina
præcepta perſpici poſſint. Si cladis cauſa co-
gnoſcitur, & medela vulneris invenitur. Do-
minus probari familiam ſuam voluit: & quo-
niam traditam nobis divinitùs diſciplinam
pax longa corruperat. jacentem fidem, & pro-
pè dixerim dormientem, cenſura cœleſtis e-
rexit: cumque nos peccatis noſtris amplius
meremur, clementiſſimus Dominus ſic cun-
cta moderatus eſt, ut hoc omne quod geſtum A
eſt, exploratio potius quàm perſecutio vide-
retur. Studebant augendo patrimonio ſingu-
li, & obliti quid credentes aut ſub Apoſtolis
antè feciſſent, aut ſemper facere deberent, in-
ſatiabili cupiditatis ardore ampliandis facul-
tatibus incumbebant. Non in ſacerdotibus
eſt religio devota, non in miniſtris fides inte-
gra non in operibus miſericordia, non in mo-
ribus diſciplina. corrupta eſt in viris barba in
fœminis forma fucata, adulterati poſt Dei ma-
nus oculi, capilli mẽdacio colorati, ad decipiẽ-
da corda ſimpliciũ callidæ fraudes, circumve-
niendis fratribus ſubdolæ voluntates, non
jurare tantum temere, ſed adhuc etiam pejera-
re, præpoſitos ſuperbo tumore contemnere;
venenato ſibi ore maledicere, odiis pertinaci-
bus invicem diſſidere. Epiſcopi inquit pluri-
mi quos & hortamento eſſe oportet cæteris,
& exemplo divina procuratione contempta,
procuratores rerum ſecularium eligunt fieri:
& derelicta cathedra, plebe deſerta, per alie-
nas provincias aberrantes, negotiationis quę-
ſtuoſæ nundinas aucupari, eſurientibus in
Eccleſia fratribus habere argentum largiter,
vel fundos inſidioſis fraudibus capere, uſuris
multiplicantib. fœn᷒ augere. Quid nõ perpeti
tales pro peccatis ejuſmodi meremur, cum
jampridem præmonuerit ac dixerit cenſura
divina Si dereliquerint legem meam, & in ju-
diciis meis non ambulaverint, ſi juſtificatio-
nes meas profanaverint, & præcepta mea non
obſervaverint, viſitabo in virga facinora eo- B
rum, & in flagellis delicta eorum. prænun-
ciata ſunt iſta nobis, & antè prædicta: ſed
nos datę legis & obſervationis immemores id
egimus per noſtra peccata, ut dum Domini
mandata contemnimus ad correptionem de-
licti & probationem fidei remediis ſæviori-
bus veniremus Nec ſaltem ſerò converſi ad
Domini timorem ſumus, ut hanc correptio-
nem noſtram, probationemque divinam pati-
enter & fortiter ſubiremus. Et in libro de u-
nitate Eccleſiæ idem Cyprianus epiſcopus:
Unitatem inquit, ſimul, & dilectionem magi-
ſterio ſuo Chriſtus docuit prophetas omnes,
& legem præceptis duobus, Dei videlicet di-
lectione & proximi incluſit. Quam verò uni-
tatem ſervat. quam dilectionem cuſtodit aut
cogitat, qui diſcordiæ furore væſanus Eccle-
ſiam ſcindit, fidẽ deſtruit, pacem turbat, cha-
ritatem diſſipat ſacramentum profanat? Ma-
lum hoc, fideliſſimi fratres, jampridem cœpe-
rat: ſed nunc crevit ejuſdẽ mali infeſta clades
exurgere, ac pullulare plus cœpit hæreticæ
pravitatis & ſchiſmatũ venenata pernicies.

Hæc memorat ſanctus Cyprianus epiſco-
pus, veraciter deſcribens quæ fiunt noſtris
quoque temporibus. Non ſolũ enim Eccleſia
per hæreſes & ſchiſmata dividitur, & pax un-
dique turbatur: ſed etiam adverſæ partis epi-
ſcopi gaudẽt & lætãtur ſuper effuſione huma-
ni ſanguinis, quia nõ habent viſcera fraternæ
dilectionis. Quiſquis autem creaturam Dei
hominem non diligit, odit: neque enim odio
dignum

Digitized by Google

A dignum æſtimat, niſi quod malum eſſe judicat. Hæreſis quidem Manichæorum putat humanæ naturæ originem eſſe à principe tenebrarum, aſſumens in teſtimonium ſui erroris quod dicit in Evangelio Dominus: Vos ex patre diabolo eſtis. Bona eſt quippe ominis natura, ſed per voluntatem malam vitiata eſt hominis natura. Sed unde dixerit Dominus ad Judæos, qui jam quærebant eum occidere: Vos ex diabolo eſtis: unde hoc inquam dixerit, oſtendendo ſubjungit: Et deſideria patris veſtri vultis facere. Quæ ſunt illius deſideria? Ille, inquit homicida erat ab initio. Imitātur autem eum, qui ſunt ex parte illius: ac perinde dicuntur filii ejus, quia ſunt imitatores homicidii illius, qui non gladio armatus, non ferro accinctus ad primum hominem venit, verbumq; malum ſeminavit, & occidit. Similiter & occidit eum qui perſuadet alicui mala, ſecundum quod dicit Pſalmiſta: Filii hominum, dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Ecce enim ille Hartvig dictus quondam Magadaburgenſis metropolitanæ civitatis epiſcopus perſuaſit plurimis certè effundere ſanguinem hominum: qui & fecit cædem plurimorum per manus ſibi obſequentium, cum quibus & poſt victoriam, de quà ſupra diximus, introduxit Adelberonem in Wirtziburg civitatem quondam ſui epiſcopatus quam amiſerat primo quidem proprio judicio damnatus, deinde Eccleſiæ etiam judicio condemnatus at-

B que depoſitus, poſtquam poſuit partem ſuam cum hypocritis atq; infidelibus: quoniã ſicut Cyprianus epiſcopus ſcribit, quiſquis unitatis concordiam ſcindit, ac fidem, primam perfidiam poſteriore mutavit. Hic ſanè Adelbero præclarior erat cæteris ſuæ partis epiſcopis & nobilitate pariter & ſcientia, ac religione ſimul & ætate, utpote qui jam obiit circa quadrageſimum annum ordinationis ſuæ. Hic ergo cum fuiſſet etiam particeps electionis pariter & ordinationis Rudolfi regis contra legitimum regem Henrichom, ne eum ſe contingeret videre vel alloqui, ſponte dimiſit epiſcopatum ſuum. & fugit ad altitudines montium, oblitus ſanè quomodo ſolet Eccleſia cum Pſalmiſta dicere contra altitudinem doctrinæ hæreticorum: In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem ſicut paſſer? id eſt, ſicut prudens? Latuit enim hic Adelbero in altiſſima quadam munitione, quæ dicitur Latinè Mons vini: & licet ſæpius offerretur ei legatio Henrichi imperatoris, & ſupplicatio commiſſi gregis. ut reverteretur ad cuſtodiam epiſcopatus ſui, noluit tamen reverti. Ecce ſcribit Iſidorus epiſcopus in VIII. libro Etymologiarum: Montani, inquiens, hæretici dicti ſunt, quod tempore perſecutionis in montibus latuerunt, & ea occaſione ſe à catholicæ Eccleſiæ corpore diviſerunt. Quod ſi tales fuerunt hæretici fugiẽtes perſecutionẽ, quid illi qui oderunt pacẽ & ſponte dimiſerũt Eccleſiæ unitatẽ? Quis verò cuſtodiet oves à luporũ inſidiis, quando deſerit eas cura paſtoris? A Qua conſcientia, inquit Leo papa honorem ſibi ſacerdotii præſtitum vendicant, qui pro animabus ſibi creditis non laborant? Cõſiderent, ait, milites Chriſti, iccirco ſe cotidie calicem Chriſti ſanguinis bibere, ut poſſint & ipſi propter Chriſtum ſanguinẽ fundere. Hoc eſt enim velle cum Chriſto inveniri, id quod Chriſtus & docuit & fecit, imitari, ſecundum Joannem apoſtolum dicentem: Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet quomodo ille ambulavit, & ipſe ambulare. Ergo Chriſtus daturus ſanguinem ſuum pro ſalute totius mundi intravit Hieruſalem cum turbis, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur clamãtes oſanna quæ & ſternebant ei in via veſtimenta ſua, humilitatis & juſticiæ inſignia, ſimul & ramos palmarum prætendentes pietatis opera. Sed Adelbero introivit cum viris ſanguinum in civitatem Wirtziburg fugato inde Meginhardo epiſcopo ſucceſſore ſuo, atque Imperatoris præſidin. Tum quidem decimus erat annus poſtquam idem Adelbero fugerat de Wirtziburgenſi eccleſia, immò de catholica Eccleſia: & quamvis ſæpe ab eccleſia, ſæpe ab Imperatore ad priſtinum dignitatis ſuæ locũ ſit reinvitatus, reverti tamẽ noluit, niſi fortaſſe eo, quo dictũ & factum eſt modo epiſcopatum ſuũ ſanguine multorum hominũ redimere contigerit. Ecce ex ejuſmodi ſcribit Cyprianus epiſcopus de unitate catholicæ Eccleſiæ: Averſandus eſt, inquiẽs talis, atq; fugiendus, quiſquis fuerit ab Eccleſia ſeparatus: B

perverſus eſt hujuſmodi, & peccat, & eſt à ſemetipſo damnatus. An ſibi aliquid eſſe cum Chriſto videtur, qui adverſus ſacerdotes Chriſti facit, & qui ſe à clero ejus, & plebis ſocietate ſecernit? Arma ille contra Eccleſiam portat, contra Dei diſpoſitionẽ repugnat, hoſtis altaris, adverſus ſacrificium Chriſti rebellis, pro fide perfidus, pro religione ſacrilegus, inobſequens ſervus, filius impius. frater inimicus contemptis epiſcopis, & Dei ſacerdotibus derelictis conſtituere audet aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere Dominicæ hoſtiæ veritatẽ per falſa ſacrificia profanare, neſcire: quoniam qui contra ordinationem Dei innititur, ob temeritatis audaciam divina animadverſione punitur. Hæc & alia quæ plurima ſcribit ſanctus Cyprianus epiſcopus io lib. de Unitate catholicæ Eccleſię: Hæc, inquam. valdè neceſſaria ſunt contra eos qui non ſolum voce. ſed & ſcriptura profitentur ſe defendere partem ſui Gregorii papę. Reliquit ergo Eccleſiam Adelbero, qualem ſcilicet Eccleſiam deſpondit Paolus apoſtolus uni viro virginem caſtun exhibere Chriſto: & ſeceſſit inde ad ſupradictã munitionem, quæ dicitur Mons vini, ubi & celebravit ſacrificiũ & orationẽ præter altare. & cõmunionẽ Eccleſiæ catholicæ Dei. Sic enim hęreditas Eccleſiæ eſt pax & patria ejus eſt pax igitur & regnũ illud Dei patris, quod cotidie rogat Eccleſia ut adveniat, eſt pax. Pacẽ, inquit, relinquo vobis, pacẽ meã do vobis. Unde conſtat. precẽ

alteram

A alteram illicitis vocibus feciſſe, & Dominicæ hoſtiæ veritatem per falſa ſacrificia eum profanaſſe. Qui non precatur pro pace Eccleſiæ, quam ſcilicet pacem noluit ille Adelbero vel tunc recipere, quando intra civitatem Wirtziburg obſeſſus potuit capi quidem, vel occidi: ſed nullo modo flecti, ut vellet Imperatorem videre, vel alloqui per quod deſtrui quoq; cernitur gratia Dei, qua creati ſumus. quâ & cum impiis quoque communionem habemus. cum quibus homines ſumus: atque ideo quiſquis priorem contemnit graciam. qua creati ſumus, ingratus quoque exiſtit ſecundæ gratiæ, quare create ſumus atque ſalvati, cum eſſemus mortui peccatis, ſicut dicit Apoſtolus. Ex hoc enim quod adverſæ partis epiſcopi juxta ſectam Manichæorum deſpiciunt in rege Henricho hominem, creaturam Dei, refugientes eum videre vel alloqui, per illam ſcilicet occaſionem, qua dicunt eum eſſe excommunicatum: ex hoc inquã, totum eſt illud ſcandalum, quod reliquerunt eccleſias ſuas, & curam Dominicarum ovium: & quòd per parochias ſuas multo jam tempore multa fiunt homicidia, rapinæ & incendia, pro his quæ ſunt epiſcoporum ſolennia, ſive in celebrando baptiſmate. ſive in conſecrando chriſmate, ſive in docenda Chriſtiana plebe. Sed ex geſtæ rei conſideratione penſari poterit cauſa vel Imperatoris, vel illius epiſcopi Adalberonis, vel cæterorum qui ſunt in parte ejus contentionis. Nam beati pacifici, quoniam

B ipſi vocabuntur filii Dei. Ergo obſeſſus erat ille Adalbero in Wirziburg civitate ab Imperatore: & non poterat ulla ratione adduci ad pacis conditionem ſive per epiſcopos, ſive per principes regni qui erant cum Imperatore, dicens ſe quidem poſſe mori, non autem flecti ut vellet unquam ſponte ſua regem Henrichum videre vel alloqui. At Imperator leviter ferens contemptum ſuum, cum haberet, utpote miniſter Dei, vindicem in impios gladium, noluit occidere quenquam noxiorum: ſed cum capienda eſſet civitas, non ſolum dimiſit impunitos hoſtes Eccleſiæ, & deſertores militiæ ſuæ, verumetiam ipſum Adalberonem: & quod cum eo erat præſidium hoſtium, milites ſcilicet rei publicæ permiſit comitante ſuo quoque ducatu ſecuros abire. Modò fuerit Imperator errans, qualis non poteſt eſſe ſine pœna Eccleſiaſticæ excommunicationis: cum juxta ſententiam ſancti papæ Gelaſii, moliantur fidem catholicam evertere per occaſionem regiæ alligitionis, qui ſtudent obviare diſpoſitionibus publicis. Sed charitas cooperit multitudinem peccatorum, ſicut dicit Dominus per Apoſtolum ſuum: charitatem autem Imperator hoſtibus quoque ſuis exhibuit, quando in pace eos abire permiſit. Sicut enim ſcribit ſanctus Cyprianus epiſcopus in libro de Patientia, Charitas fraternitatis vinculum eſt, fundamentum pacis, tenacitas ac firmitas unitatis, quæ & ſpe & fide major eſt, quæ & opera & martyria præcedit, quę nobiſcum ſemper æterna in cœleſtibus regnis permanebit. A
Et poſt aliqua: De ira quid dicam, inquit, & de diſcordia. & de ſimulatione, quæ in Chriſtiano eſſe non debent? inexpiabilis & gravis culpa diſcordiæ, nec paſſione purgatur. & ſi diſcordes etiam occiſi fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur. Nos verò, inquit, meminiſſe debemus, quo vocabulo plebem ſuam Chriſtus appellet, quo titulo gregem ſuum nuncupet: Oves nominat, ut innocentia Chriſtiana ovibus æquetur: agnos vocat, ut agnorum naturam ſimplicem ſimplicitas mentis imitetur. Quid ſub veſtitu ovium lupus latitat? quid gregem Chriſti, qui ſe Chriſtianum mentitur, infamat? Chriſti nomen induere, & non per Chriſti viam pergere, quid aliud eſt quàm prævaricatio divini nominis, quàm deſertio itineris ſalutaris? quando ipſe moneat & dicat eum eſſe ſapientem qui verba Dei audierit, & fecerit. Atq; in libro de Unitate catholicæ Eccleſiæ idẽ Cyprianus epiſcopus: Opto. equidẽ. inquit, dilectiſſimi fratres, & conſulo pariter & ſuadeo, ut ſi fieri poteſt, nemo de fratribus pereat, & conſentientis populi corpus unum gremio ſuo gaudens mater includat. Si tamen quoſdam ſchiſmatũ duces. & diſſenſionis authores in cæca & obſtinata dementia permanentes non potuerit ad ſalutis viam conſilium ſalubre revocare: cęteri tamen vel ſimplicitate capti, vel errore inducti, vel aliqua fallentis aſtutiæ calliditate decepti, à fallaciæ vos laqueis ſolvite: vagantes greſſus ab erroribus liberate, iter rectum viæ cœleſtis agnoſcite. Conteſtantis Apoſtoli vox eſt: Præcipimus vobis, inquit, in nomine Domini Jeſu Chriſti, ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinatè. & non ſecundum traditionem quam accepiſtis à nobis. Et iterum dicit: Nemo decipiat vos inanibus verbis. propterea enim venit ira Dei in filios contumaciæ: nolite ergo eſſe participes eorum. Recedendum eſt à delinquentibus, vel immò fugiendum, ne dum quis malè ambulantibus jungitur, & per itinera erroris & criminis trahitur, à via veri itineris errans pari crimine & ipſe teneatur. Unus Deus eſt, & unus Chriſtus, & una Eccleſia ejus: & fides una, & plebs in ſolidam corporis unitatem concordiæ glutine copulata. Scindi unitas non poteſt, nec unum corpus diſſidio compaginis ſeparari, ac divulſis laceratione viſceribus in fruſta diſcerpi. Quicquid ab unitate diſceſſerit, ſeorſum vivere & ſpirare non poterit, ſubſtantiam ſalutis amittit. Hæc beati Cypriani verba fideliſſima ſunt, & vera, quæ conſtringunt certa declinantes in aliquarum partium ſchiſmata: atq: ideo erga ſe inſolubilem eſſe ſentẽtiã faciũt, qui tales permanere diligũt, quales veraciter nõ abſolvi poterũt. Igitur ſupradictus Adalbero. accepta abeũdi licẽtia de civitate Wirtziburg, cũ ad pacis conditionẽ flecti non potuiſſet, in dilectũ ſibi Montẽ vini ſeceſſit: ibiq; Anno ab incarnatione Domini M. XC. obiit, qualem deinceps Eccleſia in communionẽ non re-

A non recepit, [illegible] quod ſanctus Leo papa ſcribit: Nos, inquiens, quibus viventibus non communicamus, mortuis communicare non poſſumus.

Eodem etiam anno obiit Herimannus, dictus quondam Metenſis eccleſiæ epiſcopus: qui & ipſe cum receſſiſſet fugiens ab eccleſia ſua, damnatus eſt in ſupradicta ſynodo, atque depoſitus: quoniam ſæpe vocatus per Imperatorem, ſæpe etiam vocatus per oves paſcuæ ejus noluit reverti ad paſtoralem curam [illegible] ſuæ [illegible] prætendens excuſationis occaſionem [illegible] videre vel alloqui excommunicatum Imperatorem. Si noluit videre, vel alloqui Chriſtianum Imperatorem, quid? Nec enim? quid Diocletianum [illegible] quid Maximianum? Iſti quidem Imperatores erant impiiſſimi & ſæviſſimi Eccleſiæ perſecutores: quorum certe conſpectum præcipit Dominus diſcipulos ſuos non fugere: Sed cum ſteteritis, inquit, ante reges & præſides, nolite timere. Deum autem timete, & regem honorificate. O quam facerent, ſi illi deſer[illegible] ore [illegible] perſecutione [illegible] quod ex[illegible] Confiteor [illegible] Apoſtolus quoque volens [illegible] quid ſit epiſcopatus [illegible] nomen [illegible] Qui epiſcopatum [illegible] deſiderat, [illegible] opus deſiderat. Unde Auguſtinus [illegible] in [illegible] de Civitate Dei. [illegible] eſt, in-

B quit, [illegible] ductum vocabulum, quod ille qui præficitur, eis quibus præficitur ſuperintendit, [illegible] epiſcopum [illegible] Ergo epiſcopum [illegible] velint [illegible] non eſſe epiſcopum, [illegible] non pro[illegible] Proinde etiam dicitur [illegible] Ordinatione [illegible], ut memor ſit ſemper [illegible] ſponſionis, & deſponſationis eccleſiæ [illegible] & electionis Dei & non obliviſcatur [illegible] diei, quo aſſecutus eſt hunc honorem [illegible] ne [illegible] de Domini prædo vio[illegible] rumpat, & diſperdat abſque paſtore [illegible] fur nocturnus in[illegible]. Ecce enim quidam Bruno [illegible] deſertum [illegible] ovium non per oſtium [illegible] ad hunc [illegible] a[illegible]endit: & ſicut ait Dominus, mors eſt [illegible] latroni [illegible] venit [illegible] in [illegible] faceret [illegible] mactaret & perderet. N[illegible] m[illegible] ne[illegible] populo [illegible], qui fuit [illegible] & filius [illegible] Adalberti comitis [illegible] Al[illegible]æ, tum ille non epiſcopus [illegible] multitudine gravi conductorum militum ad urbem Mettenſem acceſſit [illegible] um fecit, per circuitum ſanctu[illegible] ſanguinem ſibi repugnantium effudit: [illegible] omnium [illegible]ificationis contaminavit, bona etiam & res ipſius Eccleſiæ diſtribuendo militaribus viris diſſipavit, ovesque diſpergit Chriſti: qui poſt aliquantum tempus conceptæ tyrannidis ipſe quoq; nomen [illegible] opi amiſit: quia Imperatori [illegible] ejus opa-

tus abſtulit, poſtquam tanta ibi per eum fieri ſcandala intellexit, quæ nemo dignè deplorare poterit. Sicut enim ſcribit ſanctus Leo papa: Principatus quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupavit etiamſi moribus atq; actibus non offendit, ipſo tamen initii ſui eſt perniciosus exemplo: & difficile eſt ut bono peragantur exitu, quę malo ſunt inchoata principio. Neque verò, ait, ulla ſinit ratio, ut inter epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à provincialibus epiſcopis cum Metropolitani judicio cõſecrati. Ecce in ipſa quoque Metenſi eccleſia per decem aut eo amplius annos prætermiſſa ſunt conſueta epiſcoporũ officia, & nec chriſmat s, nec aliorum ſacramentorum quæ proprie ad epiſcopos pertinent, miniſteria ſunt ibi celebrata, ſine quibus non poteſt eſſe Eccleſia Dei. In tantum valuit ſermo Hildebrandi papæ, qui illum Herimannum docuit & exemplo & ſcripturis de Eccleſia ſibi commiſſa fugere: ut juxta quod dicitur per Malachiam prophetam, Diſperdat Dominus virum qui fecerit hoc, & magiſtrum & diſcipulum de tabernaculis Jacob, ubi eſt [illegible] ſanctorum [illegible] majorem [illegible] habet [illegible], quam ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis, juxta exemplum illius qui ſe eſſe [illegible] bonus eſt paſtor & epiſcopus animarum noſtrarum.

Quid de Burcardo [illegible] quem rex Henrichus de infimo loco exaltatum, fecit quondam ut eſſet Halberſtatenſis epiſcopus eccleſię: B cui pro mercede ſuſcitavit futurum & grave bellum Saxonum, Thuringorum atq; Suevorum. Qui cum præ [illegible] & ante omnes in hoc eſſet ſtudio, ut regem de poneret a regno, qui eum ſublimavit e[illegible] fastigio: occiſus eſt [illegible] ſuis populi tribus in quadam contentione, [illegible] hoſtes vel eccleſiæ vel [illegible] non ſine plurimorũ ſanguine, in diebus ſ[illegible] Dominicæ: quando [illegible] eccleſiam, vel contra [illegible] celebrabant conventicula ſua [illegible] etiam adhuc per ſingulos ferè menſes facere cum non oporteat niſi publicũ fieri concilium propter unitatẽ vel Eccleſiæ, vel reipublicæ: quoniã omne regnum in ſeipſo diviſum, deſolabitur, ſicut in Evangelio à Salvatore noſtro dicitur. [illegible] de Eccleſia ſua loquitur, & ad [illegible] qui ſunt in Eccleſia loquitur ut ſi [illegible] de [illegible], ſi [illegible] dum quod m[illegible] docuit duo aut tres collecti in [illegible] oraverint, impetrare poſſint de Dei majeſtate quod poſtulant, duo aut tres licet ſint: Si duobus inquit, ex vobis convenerit in terra, de omni re quacunque petieritis, continget vobis à patre meo qui in cœlis eſt. Ubicunq; enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum. Ecce unanimitatem prius [illegible] concordiam pacis ante præmiſit, ut conveniat nobis fideliter & firmiter docuit. Unde & Cyprianus epiſcopus in libro de Unitate catholicæ Eccleſiæ: Quomodo autem inquit [illegible] que

A quo convenire, cui cum corpore ipſius Eccleſiæ, & cum univerſa fraternitate non convenit? Quomodo poſſunt duo aut tres in nomine Chriſti colligi, quos conſtet à Chriſto & ab ejus Evãgelio ſeparari? Non.n. nos ab illis ſed illi à nobis receſſerũt, & cum hæreſes & ſchiſmata poſtmodum nata ſint, dum conventicula, inquit, ſibi diverſa conſtituunt, *veritatis caput atq; originem reliquerunt. Igitur cum Deo manere non poſſunt, qui eſſe in Eccleſia Dei unanimes noluerunt. Ardeant licet flammis & ignibus traditi, vel objecti beſtiis animas ſuas ponant: non erit illa fidei corona. ſed pœna perfidiæ: nec religioſæ virtutis exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus. Occidi, inquit, talis, poteſt, coronari non poteſt. Ergo poſt tredecim expeditiones, quibus cõtra regem, eundemque Imperatorem Henrichum ſuprà dictus militaverat Burcardus, quem nos ipſi quoque vidimus cum illo Magadaburgenſi Hartuigo in caſtris, quæ poſuerant Saxones atque Thuringi ad locum Heroſfeldiæ, ſicut ſuprà jam diximus, quãdo perrexerunt in orientalem Franciam ad patran dum illud circa Wirtziburg magnę occiſionis ſcelus, poſthæc inquam occiſus eſt in ſeditione quadam popularium ſuorum Nonis Aprilis, in quarta feria Dominicę paſſionis, anno ſcilicet M. LXXXVII. à tempore Dominicæ nativitatis.

Vidimus etiam ibi Gebebardum, dictum quondam Saltzburgenſis eccleſiæ archiepi-
B ſcopum, qui poſt multa eccleſiæ ſtipendia cœpit jam quaſi puer centum annorum, militare in caſtris Saxonũ: ac paulo poſt recepturus dignã factorũ ſuorũ remuneratione obiit, poſtquam à viris ſan[illegible]nium, ſuis ſcilicet par[illegible]pibus, effuſus eſt ſanguis multorum in circuitu Wi[illegible]ziburgenſis eccleſiæ, velut in circuitu Hieruſ[illegible]lem. Ecce enim Saltzburgenſis eccleſia condiméto paſtoralis cibi multo jam tempore caruit, ex quo ejus paſtor Gebehartus fu[illegible]it, quia pa[illegible]ſiens non extitit, qualem ſcilicet non paſtor[illegible], ſed mercenarium in Evangelio appellat Dominus: quoniam lupo occaſionem ſæviendi permiſit, ſubtracta paſtorali cura ipſius. Unde idem Deus ſcientiarum Dominus, qui & paſtor bonus, dicit [illegible]cleſiæ doctoribus Habete in vobis ſalem. [illegible] pacem habete inter vos. bonum eſt, inqu[illegible]t, ſal. Per ſal quippe ſapientia verbi deſign[illegible] quo arcana cordis condiuntur Sed ſi[illegible]ut ait ſanctus Gregorius, ſal ſine pace non vi[illegible]tut[illegible] eſt donũ, ſed damnationis argument[illegible]. quoni[illegible] ſcientia inflat, charitas verò ædi[illegible]at U[illegible] Domin9 ſubjungit atq; dicit, q[illegible]d [illegible] tuatum fuerit in quo ſalie[illegible] [illegible] errans do[illegible]r corrigitur qui ad auferendum conſtituitu[illegible] Ideoq; ait, ad nihilum valeti[illegible]ſtà, niſi ut mittatur [illegible]ras, & con[illegible]ul[illegible]etur ab hominibus. Juxta hoc mandatum Domini miſſus eſt etiam extra Eccleſiam [illegible]fat[illegible]atus ille doctor Gebe[illegible]dus, quando in ſupra dicta ſynodo M[illegible]tiacenſi condemnatus eſt atq; depoſitus: cum ip[illegible] prius, utpote recedens ab unitate catholicæ Eccleſiæ, proprio ſit judicio condemnatus. A

Apud illos ſiquidem epiſcopos euntes ad expugnandum Wirtziburgenſis eccleſiæ epiſcopatum, quando factum eſt hoc, de quo jam diximus, prælium, apud illos, inquam, epiſcopos tunc erat curia, quæ dicitur à crudelitate: quoniã apud eos, ſicut nos ipſi proſpeximus, convenerunt principes Saxoniæ, tractantes de ſuſcepti belli crudelitate, ubi primus erat de principibus E[illegible]bertus marchio, filius E[illegible]ber[illegible] [illegible]ioris, [illegible] patruelis iſtius qui adhu[illegible] regnat Henrichi imperatoris, quem ſcilicet H[illegible] [illegible] valde puerum ille ſenior Egbertus & alii qui [illegible] principi[illegible] regni ſu[illegible]traxerunt immature à tutela piæ memoriæ matris ſuæ imperat[illegible] Hagnæ, cum jam ante annos le[illegible] obii[illegible]et reli[illegible]g[illegible] pate[illegible] ejus Henrichu[illegible] anno ſcilicet M LVI. à Dominica incarnatione, quando ſextus erat annus iſtius junioris Henrichi à nativitate, tertius autem ab eius ordinatione in regem quæ facta eſt Aqui[illegible]grani per Herman[illegible]ni Colonienſis archiepi[illegible] pri[illegible] [illegible]onem Sed poſtquam puer [illegible] re[illegible] in cuſtodia venit à matre ad principes regni, tum ve[illegible] quia vel E[illegible]cleſiæ, vel reipublicæ cœperunt pro levi in[illegible]mento haberi: cum ſiquidem nulla re præte[illegible] quam legibu[illegible], poterit multitudo coale[illegible] in corpus unius populi. Et r[illegible] vera quod tun[illegible] conſuetum eſt, erupit jam in ſe[illegible]ulum: quoni[illegible]am ea quæ tunc latebant [illegible]enimina vipera-
rum pepererunt jam fœtorem teterrimum & B
principem omnium ſerpentum diabolum, j[illegible]xta quod ipſe diabolus videtur nũc de car[illegible]re ſuo ſolutus eſſe: poſtquam, ſicut ſcriptum eſt in Apocal[illegible]pſi, exivit [illegible]one[illegible] ſeducere, & in bell[illegible]m t[illegible]ere, qu[illegible]s a[illegible]tea modis, quibus poterat, per mal[illegible] multa & varia ſeducebat. Ecce enim, ut prætermittamus quæ tunc geſta ſunt ambi[illegible]ione princip[illegible], vel ava[illegible]i[illegible]a, quæ eſt idolorum ſervitus, & quomodu[illegible] undem rerum, unde deſtruitur Eccleſia pariter & re[illegible]pu[illegible]ica, plero[illegible]q; etiam epiſcopos atq; abbates immoderatus invaſerat appetitus, quærentes puerile regi[illegible] [illegible]genium ſuis potius i[illegible]ſtituere m[illegible]ribus. quam bonis artibus, ut hæc inquam præterea [illegible] [illegible]ontentio fa[illegible]ta eſt inter Wezel[illegible] [illegible] [illegible]menſem ep[illegible]opum [illegible] W[illegible]d[illegible] [illegible] [illegible] in abba[illegible] [illegible], per al[illegible] [illegible] cum de d[illegible] ſc[illegible]p[illegible]um[illegible]it, qui omne [illegible] [illegible] & eſt rex ſuper omnes filios ſu[illegible]erbiæ. Igitur rex puer [illegible] poſt[illegible]u[illegible] [illegible]tractus eſt à cuſto[illegible] mat[illegible], [illegible] [illegible] Goſl[illegible]riæ, [illegible] cubi[illegible]arios ep[illegible] abb[illegible]ſcertat[illegible]m eſt [illegible] p[illegible]icul[illegible]s ſedis poſi[illegible]ione, cum [illegible] vindicare voluiſſent epiſcop[illegible] locum juxta Moguntinæ e[illegible] [illegible]opum in con ventu regiæ ſeſſi[illegible] in [illegible], propter p[illegible] vilegium paroc[illegible] [illegible]tem contrà [illegible] dere p[illegible]pter[illegible] [illegible] abbatiæ [illegible] tunc q[illegible]id [illegible] [illegible] [illegible]rata[illegible] ſtiv[illegible]te[illegible] [illegible]tis Domini certati[illegible] [illegible], ſi[illegible]ut di[illegible] [illegible]mus p[illegible]gna

atque

A atque ſcamellis: deinde verò in Pentecoſte res
gerebatur gladiis, cum utrique, & Epiſcopus
& Abbas, ſummo ſtudio ſe præparaſſent ad
tuendum ſeſſionis ſuæ locum, contractis un-
dique multis militaribus viris, Erat enim ex
parte Epiſcopi ſenior ille Egbertus, de quo ſu-
prà diximus, qui præoccupaverat Eccleſiam
majorem Goslariæ cum ſuis pariter & epiſco-
pi militibus, & inter pulſandum ad veſpe-
ram in vigilia Pentecoſtes conſonabant pari-
ter tumultuariæ ſeditiones. Perrumpentibus
enim intra Eccleſiam Fuldenſibus ad auxiliũ
ſociorum, quibus jam imminebat mortis pe-
riculum, proh nefas, multi hinc inde occiſi,
fœda vere cęde ſua templum Dei, & altare Dei.
Ejuſmodi verò impietatis ſimul & crudelita-
tis teſtamẽtum hæreditavit ille ſenior Egber-
tus, ſuper juniorem Egbertum filium ſuum.
cui enim iſte parceret, qui cognato ſuo regi
Henricho non pepercit? quem vita pariter &
regno privare voluit. Sæpe quidem iſte junior
Egbertus contra regem conjuravit, ſæpe et-
jam ſeſe à cõjuratorum ſocietate ad regem cõ-
vertit, & nunc harum nunc illarum partium
fuit. Ecce enim poſt prælium, quod geſtum eſ-
ſe diximus in epiſcopio Wirziburgenſis eccle-
ſiæ, ubi idem Egbertus primus erat de prin-
cipibus Saxoniæ. poſt hoc verò imperator Hẽ-
richus intravit cum exercitu per Thuringi-
am in Saxoniam: ubi cum non auderent Sa-
xones atque Thuringi offerre ei occaſionem
pugnandi, tum quidem Egbertus marchio. ut-
B pote princeps hujus quoque belli, jureju-
rando promiſit Imperatori, ut ſi vellet inde
exercitum reducere, ſeſe deditionẽ facturum
eſſe, in loco ſcilicet Herosfeldiæ. Factum eſt
ita, & adhuc teſtis eſt Herosfeldia. quòd ibi
Egbertus marchio ſupplicem ſe Imperatori
obtulit, quòd ei fidem juramento promiſit,
quòd marchiam ſuam & comitatus ſuos ab
imperatore recepit, quòd in pace dimiſſus ab-
iit, quòd poſtera die legatos ſuos ad Impera-
torem remiſit: qui dicerent fidem. quam pri-
us promiſiſſet comprovincialibus ſuis Saxo-
nibus, ſe non poſſe ſolvere: cæterùm de his
quæ pepigiſſet cum Imperatore, nihil ſe actu-
rum eſſe. Jam quidem dimiſerat Imperator
exercitum ſuum, ideoque non poterat tunc
perſequi tantæ impietatis ſimul & infidelita-
tis virum. Nam Hartvigus atque Burcardus
illi pſeudoepiſcopi, haud longè tunc aberant
à loco Herosfeldiæ cum ſuis plurimis: qui
cum fuiſſent inimici pacis, non utique filii
pacis. avertẽrũt animum marchionis, ne ſer-
varet pacis pactum, ab eis in ſpem regni addu-
ctus: quoniam ut rex eorum futurus eſſet,
interpoſita ſua fide promiſerunt ei. Ecce per
Zachariam prophetam dicit Dominus: Hæc
ſunt ergo verba, quæ facietis: Loquimini u-
nuſquiſq; veritatem cum proximo ſuo, veri-
tatem & judicium pacis judicate in portis ve-
ſtris. & unuſquiſq; malum contra amicum ſu-
um ne cogitetis in cordibus veſtris, & jura-
mentũ mendax ne diligatis. Omnia enim hæc
ſunt, quæ odi, dicit Dominus. Contra hæc do-

cet Hildebrand per ſe, docet & epiſcopos ſuos A
mendacium pro veritate, & pro eo quod præ-
cepit Dominus his qui ſub Evangelica ſunt
perfectione, non omnino jurare: docent ipſi
ſectatores ſuos juramentum mendax diligere,
juxta quod factũ eſt in illius Marchionis trãſ-
greſſione, cũ ejuſmodi ſint infideles atq; per-
juri. quotquot ſunt ex illorum pſeudoapoſto-
lorum parte, qui dicunt ſe miſſos eſſe ut ſol-
vant auditores ſuos à juramentis, per quæ fi-
dem dediſſent dominis ſuis: cum certè perju-
ri dicantur à Paulo apoſtolo, ſimili ſubjacere
damnationi, qua judicantur patricidæ & ma-
tricidę & cæteri qui non poſſidebunt regnum
Dei. Unde etiam præpoſitæ ſcriptor Epiſtolæ,
qui profitetur ſe defendere partem ſui Grego-
rii, cujus certè participes ſunt perjuri atq; hę-
retici, raptores atq; homicidæ, quales nemo
juſtè poterit defendere, ſed aut corrigere, aut
reprobare: pro his inquam ſcribit ille, ut per-
juria atq; homicidia, rapinas atq; incendia ſta-
tuat, atq; confirmet ſolito more. Sciendum eſt
etiam, inquit, quia quicunque fidelitatem ju-
rant dominis, non jurant niſi quam ex catho-
lica lege debent dominis. Fidelitatis antẽ hu-
jus modum determinat Apoſtolus, ſcribens
Epheſiis, ut ſervi obediant dominis carnali-
bus, ſicut Chriſto. Quod exponens Hierony-
mus in tractatu ejuſdem epiſtolæ: Pulchrè, a-
it, imperans ſervis, ut obediant Dominis: ad-
jecit quaſi Chriſto. Et iterum: Ut ſervi Chri-
ſti facientes voluntatem Dei, ut ſcilicet non
audiat ſervus carnalem Dominum, ſi contra- B
ria Dei præceptis voluerit imperare; ut & ſer-
vos non videatur contra Dominos concitare:
& rurſum nequaquam Dominos doceat audi-
endos ſi vitioſa & nefanda præcipiãt. Ex hoc
præcepto Apoſtoli, & explanãtis eum Hiero-
nymi, patet evidentius, quia cum non debe-
ant ſervi obedire dominis, niſi ſicut Chriſto,
id eſt niſi in his quæ facienda præcepit Chri-
ſtus: quicunq; obſequitur eis in his quæ ſunt
contra Chriſtum, fidelitate in infidelitatem
alterata erit perjurus. Ex decretis Soteris pa-
pæ: Si aliquid fortè nos incautius juraſſe con-
tigerit, quod obſervatum pejorem vergat in
exitum, illud conſilio ſalubriori mutandum
noverimus: ac magis inſtante neceſſitate per-
jurandum nobis eſt, quàm perfecto juramen-
to in aliud crimen majus eſt divertendũ. Am-
broſius in libro Officiorum: Eſt. air. contra
officium nonnunquam. promiſſum ſolvere,
ſacramentum cuſtodire. ut Herodes, qui jura-
vit, quoniã quicquid petitus eſſet, daret filiæ
Herodiadis: & necẽ Joannis præſtitit, ne pro-
miſſum negaret. Hæc de juramentis, inquit,
ideo intulimus. quoniã nos perjuriorum hor-
tatores autumat Wigbertus. Juravit etiã Da-
vid per Dominũ, occidere Nabal, virum ſtul-
tum & impium, atq; omnia quæ ad illum per-
tinerent demoliri: ſed ad primã interceſſionẽ
Abigahil fœminæ prudentis, mox remiſit mi-
nas, revocavit enſem in vaginam ſuam, nec a-
liquid culpæ ſe tali perjurio cõtraxiſſe doluit.
Per hæc quippe verba nihil aliud agitur, niſi

Digitized by Google

A ut fides deſtruatur: & ut ſeducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi, ut ſint perjuri. juxta quod etjam ſunt hæretici atque ſchiſmatici, quicunque declinant poſt eos qui ſunt ejuſmodi: quales ſuſceperunt defendere ſui partem Gregorii. Unde & ſalvator, qui hoc in Evangelio orat, & hoc fieri deſiderat, ut quomodo unum ſunt pater & filius, ſic & nos in ipſa unitate maneamus: ille, inquã, noſtra reſpiciens tempora, loquitur inter cætera: Filius, inquiens, hominis cùm venerit, putas inveniet fidem in terra? Verbi gratia, ecce juravit Imperatori Egbertus marchio, ut fidelis ei eſſet juxta ꝙ admonet Apoſtolus ſervos Chriſti obedire dominis carnalibus, ſicut Chriſto. Quod ſcilicet juramentum ſi ſit obſervatum, quomodo juxta ſententiã illius ſcriptoris in pejorẽ vergit exitum? Fortaſſe nobiliſſimus ille adoleſcens adhuc viveret, & occiſus non eſſet, ſi juxta id quod juraverat Imperatori, fidelis eſſet, & pacificus extitiſſet: & ſi eidem Imperatori juramenta ſua ſervaſſent principes regni, certè non fuiſſet facta diviſio regni, & non eſſent inteſtina hæc bella, unde admodum deſtructa eſt Eccleſia pariter & reſpublica. Sed propter tranſgreſſionem juramentorum facta ſunt hęc omnia: & ille marchio occiſus eſt infidelitatis ſuæ cauſa, & jam non poterit ei prodeſſe vel ſuus Gregorius, vel aliquis illius partis Epiſcopus: quoniã juxta quod in libro de Dominica oratione ſcribit ſanctus Cyprianus Epiſcopus, diſcordans & diſſidens, & pacem cum B fratribus non habens: nec ſi pro Domini nomine occiſus fuerit, crimẽ diſſenſionis fraternæ poterit evadere. quia ſicut ſcriptum eſt: Qui fratrem ſuum odit, homicida eſt: nec ad regnum cœlorum pervenit, aut cũ Deo vivit homicida: Non poteſt eſſe, inquit, cum Chriſto, qui imitator Iudæ maluit eſſe quàm Chriſti. Igitur poſtquam Egbertus marchio decepit Imperatorem, ſicut diximus, deinde & ipſe pariter deceptus eſt: quoniam Epiſcopi eũ fefellerunt, non ei donantes regnũ quod promiſerunt. quapropter receſſit à parte eorum & ſocietate, & iterũ datis obſidibus atq; juramẽtis confirmavit pactum pacis & fidei cum Imperatore. Interea contigit hoc, quod ſuprà diximus: quia tunc occiſus eſt ille Burcardus Halberſtatenſis Epiſcopus à ſuis popularib. nõ id agente marchione, ſed tamẽ hoc factum ipſo approbante. Tum etiam ille Hartuigus Magadaburgenſis pſeudoepiſcopus, cum non poſſet ſolus cũ paucis cõplicibus ſuis vim ſuſtinere vel marchionis vel Imperatoris, venit in gratiã Imperatoris, juxta ꝙ ſuprà dictũ eſt à nobis. Et certè utriſq; alteri contra alterum jam juraverat, q; & inter Imperatorẽ ſimul & marchionem ita medius verſabatur, ut ſi fieri poſſet, alterum perdere per alterum voluiſſet. Unde cũ infidelis adhuc infideliter egiſſet, & iterũ marchio reus toties violatæ fidei & pacis ſucceſſione, occultisq; colloquiis bellum renovaſſet: tum verò ille Hartvig non deerat vel Imperatori contra marchionem militando, vel marchioni contra Imperatorem cõſulendo. Nam, ut de multis dicamus pauca, ecce Imperator A obſederat munitionem quandam marchionis in Thuringia. Tum & ipſe viciſſim ferro & igne devaſtãs circunquaq; omnia, cœpit obſidere caſtellum Quittilingeburg in Saxonia, ubi erat intrinſecus ſoror Imperatoris ſimul, & ejus ſponſa, de qua diximus ſuprà, ad quarum ereptionem Imperator cum miſiſſet ſæpe dictũ Hartvigum, data ſibi parte copiarum: ille militaris epiſcopus dicitur mandaſſe per nunciũ ſuum marchioni, ut non tardaret venire, ſi cũ Imperatore vellet pugnare: quod tutò tunc facere poſſet, cum jam ab eo militum multitudo ſubtracta fuiſſet. Et ut nihil verius credatur, quàm compoſitus utrinque dolus: ecce flexit viam Hartvigus, ne marchioni fieret obvius, cum diverſis itineribus ipſe tenderet in Saxoniam, ille autem in Thuringiam, ubi tunc dimicatum eſt in ipſa nativitatis Domini vigilia, quæ tunc obvenerat die Dominica, quando terminum accepit annus ab incarnatione Domini M. LXXXVIII. ecce quid faciunt hæreſes & ſchiſmata, ut dicat in corde ſuo cognatio eorum ſimul, Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra. Num tenebræ dies Domini, & non lux & caligo, & non ſplendor in ea? ſic dicit Amos propheta. Ecce quando angelus Domini cum magna luce apparuit, & gaudiũ illud magnum nativitatis Domini & Salvatoris evangelizavit: quando etiã concinuit multitudo militiæ cœleſtis, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ea B quippe tam feſtiva ſolẽnitate angelorum atq; hominum factus eſt luctus ingens, mœror atq; triſtitia, & effuſio humani ſanguinis. Primo quidẽ impetu fugatus eſt marchio: ſed reſtaurato deinde prælio, victor victus eſt Imperator, divino quodam judicio. Nam epiſcopos Saxoniæ, qui judice Eccleſia ſunt dãnati, nõ ſolum in communionem receperat: ſed & epiſcopatus ſuos, unde fuerant depoſiti, ſingulis abſq; judicio Eccleſiæ reddiderat. ideoq; quoniam hoſtes Chriſti, qui eſt pax Eccleſiæ, permiſerat Imperator de Eccleſia triumphare, cõceſſit viciſſim Chriſtus victoriã hoſtibus Reipublicæ: & hoc pro diſciplina magis electorũ ſuorum quàm pro gloria eorum qui ad cumulum perditionis ſuæ polluerunt tam crudelibus factis diem pariter Dominicum, atq; nativitatis Dominicæ ſacramẽtum. Neq; enim diu circa Egbertum marchionem ultio divina ceſſavit. quoniam cum ipſe Hẽricho alteri Saxonum marchioni arma intuliſſet, plurimis ſuorum amiſſis victus, de prælio aufugit: ac deinde cum fuiſſent manus omnium principum Saxoniæ contra eum, & manus ejus contra omnes, poſtremò miſerabiliter occiſus eſt, proditus in quodam tugurio, ut nõ dicam id quod verius eſt, in molendino: ſicq; regiæ nobilitatis adoleſcens bellum conſummavit, quo regnum ſibi expugnare quæſivit.

Annus tunc erat ab incarnatione Domini M. nonageſimus, quando occiſus eſt ſupradictus marchio Egbertus. Eodem etiam anno defunctus eſt Luidolfus dux Carentinorum,

cum

A cum & ipſe appeteret regnum contra imperatorem Henrichum: atq; Bertolt filius Rudolfi, regis quondam Saxonum, in ipſo juventutis ſuæ flore defunctus eſt: & Hog potentiſſimus comes Alſatiæ, poſt multa crudelia, quæ fecerat vel in Ecleſia, vel in Republica, occiſus eſt. De talibꝰ dicitur à Domino per Zachariam prophetam, ad Zorobabel ducem Juda: Non in exercitu, nec in robore ſuperabis adverſarios: ſed in ſpiritu meo, hoc eſt in obſervatione legis Dei, dicit Dominus exercituum. Fuit enim Imperator tunc in Italia quando hæc circa adverſarios ſuos ſunt geſta: quam ſcilicet tertiam illuc profectionẽ fecerat præcipuè contra Mathildam fautricem Hildebrādi papæ, cujus ſcilicet ſecretis ſermonibus aſſuefacta, ne adhuc quidem poteſt compeſci muliebribus futiis inſtincta, ut pacem quàm bellum malit: & ut rebus ſuis jam uſq; ad ultimum penè exterminium diſſipatis conſulere velit, cum hactenus ipſa fuerit præpotens divitiis utpote filia Bonifacii marchionis. Neq; verò Petrus ſive Paulus doctrinam contentionis dictaverunt cum mulieribus: ſed unus præcepit infirmum vas muliebre caſtam ſuam converſationem in timore conſiderare: alter verò docet mulieres, ſe ornare cum verecundia & ſobrietate, & quod decet mulieres, pietatem per bona opera promittere. nunc autem aliter Mathil illa inſtituta, poſt octavum quoque annum, quo defunctus eſt Hildebrand familiaris ejus, defendit proniſſimè contra ſe-
B dem Apoſtolicam & contra Imperatorem, partem ipſius, qui propter frequens cum ea & familiare colloquium generavit plurimis ſcævæ ſuſpicionis ſcandalum, dum non obſervavit attentius divinum illud Lucii papæ mandatum: Duo presbyteri, inquit & tres diaconi in omni loco non deſerant epiſcopum, propter teſtimonium ſcilicèt Eccleſiaſticum. Poſuit autem Hildebrand partem ſuam cum illa muliere rixoſa, ut per hunc quoq; ſexum oppugnetur vel Eccleſia, vel Reſpublica. Sed dicitur ei à Domino per Hieremiam prophetam: Quia ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes utiq; in pace ſuper terram. Et iterum de participib. ejuſdem Hildebrandi, inter quos etiam ſunt Nortmanni homines crudeliſſimi: Fuerunt, inquit. nominati illi ſcientes bellum. ideoque non hos elegit Dominus, neq; viam diſciplinæ invenerunt: propterea, ait, perierunt. ſicut enim ſuprà dictum eſt: nominati illi principes regni. imò deſtructores regni, perierunt anno M. X C. ab incarnatione Domini. Hic annus inſignis quoq; eſt morte Adelberonis atq; Herimanni epiſcoporum, de quibus dictum eſt ſuprà. de quib. etiam ſcribit ſanctus Leo papa: Nos, inquiens, quibus viventib. nō communicavimus, etiam mortuis communicare non poſſumus. Ipſi quidem exierunt ex nobis, non nos ex illis: ſed non erāt ex nobis. quia ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcum, ſicut dicitur per Joannem apoſtolum. Unde & Cyprianus epiſcopus in libro de Mortalitate: talem, inquit, te judicat Dominus, qualem te invenit, cum vocat. unitatem enim, ait, qui A non tenet, non patris & filii tenet fidem, vitam non tenet & ſalutem. Superiori etiam anno defunctus fuerat Wigoltus Auguſtæ alter Epiſcopus, qui Sigefrido ejuſdem civitatis Epiſcopo adhuc vivẽte per partium ſtudia eſt ſubintroductus. qui furtive ad ordinationem ingreſſus, per Sigefridum Moguntinæ Eccleſiæ Archiepiſcopum ordinatus eſt Goſlariæ in Saxonia, cum Auguſta civitas juxta alpes ſit in Rhetia: qui certè non juxta ſolennem Epiſcoporum morẽ intravit cum cleri & populi ſuffragiis, ſed cū hoſtibus ejuſdem civitatis: quæ primò quidem per proditionem capta, & per Imperatorem liberata: deinde etiam capta eſt ſimiliter per proditionem, & ad ſolum uſque deſtructa. Tum verò ingens præda facta eſt ibi ex rebus atq; bonis tā cleri quàm populi, quibus apud hoſtes prodeſſe non potuit templum Dei & Eccleſia ſanctę Mariæ ſemper virginis, ubi hæc recondita ſunt propter metum hoſtilis incurſionis. O quàm bonus paſtor, & quàm prudens familiæ Dei diſpenſator ille Wigoltus: qui, utpote fur, ipſe intravit in civitatem cum furibus & homicidis, atq; raptoribus, ut raperet, mactaret & proderet. Quod cum factum ſit feria IV. ante cœnam Domini, poſtera die acceſſit ad altare Domini: & manibus ſanguinis plenis, & iniquitate, præſumpſit ſacri chriſmatis conſecrationẽ ſibi uſurpare. ac mox poſt completum officium infirmari cœpit, & poſt aliquot dies cum magno tormento vitam finivit. Capta autem civitate captus eſt B
& Sigefridus epiſcopus juxta altare Dei, quẽ Welff dux quondam Bavariæ, perſecutor Eccleſiæ, fecit in ſua cuſtodia teneri, donec ſeſe redemiſſet tanti æſtimatione theſauri, quanta ſuppleret avariciā hoſtis iniqui. Honeſtè quidem Eccleſia & religioſe captivos redemit, ut cum ipſi ab ea redimūtur, dicatur: Hos Chriſtus redemit. aurum enim Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus: quia redemptio captivorum, eſt ſacramentorū ornatus. Unde & ſanctus Ambroſius in libris de Officiis: Verè illa, inquit, ſunt vaſa precioſa, quæ redimūt animas à morte: & ille verus eſt theſaurus Domini, qui operatur quod ſanguis ejus operatus eſt: & tūc vas Dominici ſanguinis agnoſcitur, cū in utroq; viderit redemptionẽ: ut calix ab hoſte redimat, quos ſanguis à peccato redemit. Ergo poſt duos tandem annos ſolutus eſt Sigefridus epiſcopus ex hoſtili cuſtodia, ſuper qualium miſeria ſic per Hieremiam Prophetam cōqueritur Eccleſia: Ego, inquiens, derelicta ſum ſola: exui me ſtola pacis, indui me autem ſacco obſecrationis, & clamabo ad Altiſſimum in dieb. meis, animæquiores eſtote filii. clamate, inquit, ad Dominum, & eripiet vos de manu principum iniquorum.

De his ſcilicet inimicis principib. cum plura haberemus dicere, nobis videntur hæc pauca ſufficere, de quibus & participes eorum poterunt cognoſci, quos & ſimilis error involvit, & conſtringit par pœna peccati. Super-

A eſt tantum referre de Adelberto Wormacienſis eccleſiæ quondam Epiſcopo, qui damnatus eſt etiam atque depoſitus in ſupradicta Moguntiacenſi ſynodo. Hic verò Adalbertus, ſicut ſuprà quoque diximus, captus eſt fugiens de prælio Saxonum, cum eſſet in parte eorum contra regem Henricum, unde & cuſtodiæ traditur: ſed poſt aliquantum temporis, intervenientib. pro eo ad regem amicis ejus, ſolvi jubetur, & omne debitum ei remittitur, quod commiſiſſet vel in conjuratione facta contra ſtatum Reipublicæ, vel in alterius regis electione. At ille perſiſtens in ſententia ſchiſmatis ſui, & in hac perverſa atque hactenus inaudita hæreſi, qua refugiunt qui ſunt ejuſmodi, regem hominẽ videre vel alloqui, quaſi homo mala ſit creatura Dei, non potuit ulla ratione inflecti, ut vellet ad Eccleſiam & epiſcopatum ſuum reverti: dicens quæque etiam extrema prius experiri velle, quàm videre, vel alloqui regem ſua ſponte. Ecce captivus ille tenetur in cuſtodia, paſcitur pane atro & aqua brevi, juxta quod dicit Propheta: & hoc patitur non propter fidei meritum, ſed ut redire velit ad unicæ matris Eccleſiæ gremium. Qui cum honeſtè potuerit reverti ad Eccleſiam & epiſcopatum ſuum, neglexit cùm propriam ſalutem, tum curã ovium ſibi creditarum: atq; eluſis regularib cuſtodiis turpiter fugit, rediẽs ad ſectas & ſchiſmata partium ſuarum. Hinc Auguſtinus: Fratres mei, inquit, ſi Chriſti unica Eccleſia eſt, & una eſt quicquid inde præ-
B ciditur, quis tollit, niſi leo ille rugiens, & circuiens quærendo quem devoret? Væ his qui præcidũtur: nam illa, ait, integra permanebit. Annon præciſus à catholica eſt Eccleſia qui pro aliquarũ partium ſtudio exiit ab illa, propria quoque epiſcopatus ſui ſponſa repudiata? Et ſi ille Adelbertus reliquit Wormacienſem eccleſiam, nunquid ideo repellit Dominus plebem ſuam? Dixit Sion (congregatio enim ſanctorũ, qui in pace Domini, & in virtutum ſpecula ſunt conſtituti, appellantur Sion:) Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei. cui per Eſaiam prophetam reſpõdet Dominus: Nunquid oblviſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui, dicit Dominus. nemo enim unquã carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam. Erunt, inquit, duo in carne una: quoniam redemptor noſter cum ſancta Eccleſia, quam redemit, ſecundum carnem una ſubſtantia eſt, & una perſona.

Ecce nos, qui unum Eccleſiæ catholicũ corpus veneramur atque diligimus: nos inquam deſcripſimus, quanta brevitate potuimus, quales ſint aut fuerint primi de participibus Hildebrandi: ut jam, ſi puſſit, præpoſitæ ſcriptor Epiſtolæ defendat partem ſui ipſius Gregorii, juxta qud promittit ille præſumens plurimũ de ſua juſticia, quam & quærit ſtatuere: ignorans certè, ſicut Apoſtolus, ait, quæ ſit Dei juſticia. Quiſquis enim in ſemetipſum deſcẽdit, & beati Jacobi apoſtoli verba attẽdit, quib. A dicit, In multis offendimus omnes: non facilè dividit ſe, aut ſeparat à conſortio aliquorum, pro eo quòd ſint peccatores: quia ſi dixerimus, inquit Joannes apoſtolus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quòd ſi confiteamur peccata noſtra, fidelis & juſtus eſt Deus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam non peccavimus: mendacem eum facimus, & verbum ejus non eſt in nobis. Ex his beati Joannis apoſtoli verbis colligitur, quòd ſi nemo ſe juſtũ profitetur, ſed omnis ſe peccatorem recognoſcit & cõfitetur: ex his inquã colligitur, quòd membra ſibi invicem compatiantur, & faciãt omnes quod præcepit & docet Apoſtolus, flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus, ſuſtinentes invicem in dilectione, ſatis agentes ſervare unitatem ſpiritus in conjunctione pacis. Unde & Cyprianus epiſcopus in libro de Patientiæ bono: Ecce inquit, ecce probavit Apoſtolus, nec unitatem ſervari poſſe, nec pacem, niſi ſe invicem fratres mutua tolerantia foveant & concordiæ vinculum patientia interveniente cuſtodiant, juxta quod iterum dicit Apoſtolus: Non ſitis alta ſapientes, ſed humilibus cõſentientes: humiles quippe ſunt, unanimes & pacifici qui non faciunt ſchiſmata. ſed ſuperbi faciunt ea quales dicũtur Phariſæi, quia per falſam juſticiam ſunt à cæteris diviſi. Sicut enim ſcribit Iſidorus epiſcopus in libris Etymologiarum, ſchiſma ab animorum B ſciſſura vocatur, cujus ſectæ æmulatores diffiniuntur, quòd eodem ritu credant ut cæteri, ſed ſolo congregationis diſſidio delectẽtur. Fit autem, inquit, ſchiſma, cum dicunt homines: Nos juſti ſumus, nos ſanctificamus immundos. & cætera horum ſimilia. Sed ſchiſma gravius eſſe ſcelus quàm idolatriam didicimus ex teſtimonio ſacræ Scripturæ. quoniam legitur in veteri Teſtamento, idolatriam gladio punitam eſſe, ſchiſma autem hiatu terræ. Igitur æmulatores, ſive authores ſchiſmatum, quæ dudum facta ſunt in Eccleſia pariter, & in Republica, extant præcipuè quidam qui dicuntur monachi de Hyrſaugia: ex quorum ſchola pervenit ad nos hæc, de qua tractamus, Epiſtola, quę contra Apoſtolicam ſedem & contra regiam poteſtatem eſt deſcripta: & inteſtinum illud bellum, quo in plures ſectas jã diu ſciſſus eſt ſingularis ille ordo monachorum ecce pervenit ad publicum malum. Qui enim debuerant ſe continere intra ſolitudines monaſteriorum egreſſi ſunt ultra terminos & conſtitutiones patrum. uſurpantes ſibi cõtra divinam ordinationẽ diſponere, immò deſtruere regnũ, & ſacerdotiũ, qui mittunt cucunquaq; angelos verbi ſui, prædicãtes apud ſe ſuosq; ſectatores eſſe tantum Eccleſiã Dei & juſticiam Dei, & ſancta ſacerdotia Dei. qui hoc etiam addũt, ſicut ipſorum indicant ſcripta, quòd ſint cœleſtes & ſpiritales, ac filii Dei. Ergo monachus interpretatur ſingularis, ſive ſolitarius. De monachis quidem hoc conſtitutum legitur in

In Chal-

A in Chalcedonenſi ſynodo, capitulo IIII. Qui revera & manifeſtè ſolitariam vitam ſectâtur, honore competenti fungaotur. Verùm quoniam quidem ſub pretextu habitus monachalis Eccleſias & conventus & res communes diſturbant, civitates indiſcretè circumeuntes, & monaſteria conſtruere ſtudentes: placuit nullum uſquam ædificare poſſe, neq; monaſterium conſtruere, neq; oratorium, abſque civitatis epiſcopi voluntate: monachos verò qui ſunt per ſingulas civitates & provincias, epiſcopis ſubditos eſſe, & quietem diligere, jejuniis & orationibus contentos eſſe: & in illis locis perſeverare, in quib. ſeculo videntur renunciaſſe, nequaquam autem Eccleſiaſticis vel ſecularibus rebus communicare: nec importunitatem inferre propriis monaſteriis deſertis, niſi fortè quæſiti fuerint propter cauſam neceſſariam à civitatis epiſcopo. non eſſe ſuſcipiendum ſervum, faciendum monachũ, præter proprii domini voluntatem: qui verò hoc conſtitutum noſtrum exceſſerit, eum à communione ſuſpendi decrevimus, ne nomen Dei blaſphemetur. Hæc eſt Chalcedonenſis conſtitutio ſynodi, de qua ſanctus papa Gregorius ſic ſcribit inter cætera Secundino ſervo Dei incluſo: Libenter accipiens dilectionis tuæ ſcripta, quibus rogaſti me libellum exoratorium tibi ſcribere. deſidero te certum eſſe: quia omnes Eccleſiæ orientales uno ſenſu, una doctrina, ſanctã Chalcedonenſem ſynodum ita nobiſcum cuſtodiunt atq; venerantur, B ut nullus reperiatur, qui ejuſdem ſynodi defenſor ſectatorq; non fuerit. Unde neceſſe eſt, inquit, ut dulciſſima dilectio tua, ad id quòd præcipuè in bonis morib⁹ vivit, quòd ſe per abſtinentiam affligit, quòd doctrinę Dei vehementius inſiſtit: hoc ſtudioſius cogitet, ne errorem ſchiſmaticorum ſequens, à ſancta univerſali Eccleſia poſſit diviſa inveniri. Et quid tot labores proderunt, ſi in unitate fidei non fuerint inventi, quæ ante omnipotentis Dei oculos bonis operibus animam præcipuè cuſtodit? Hinc enim dicitur: Una eſt columba mea, perfecta mea. Contra hæc atque alia ſanctorum Canonum ſtatuta aliud aliquid agere, hoc eſt hæreſim eligere, cujus author ſimul & communicator principali ſententia dãnationis eſt utiq; obſtrictus, juxta quod ſcribit ſanctus papa Gelaſius: Hic, inquit, ſi examinatio quæritur, ſi authoritatis pondus inquiritur, Chalcedonenſis ſynodi, tenore illius diffinitionis executio reperitur: quo dãnati illic erroris communicator effectus, præfixæ nihilominus particeps damnationis exiſtit: quoniam idem ipſe error, qui ſemel eſt cũ ſuo authore damnatus, in participe quolibet pravę communionis effecto, & execrationem ſui geſtat, & pœnam. Quibus convenienter ex paterna traditione perpenſis: Quid ambagibus, inquit, & nebulis iſta prætexunt, ut impudentiam ſuam, mentemque vexanam inanibus potius fabulis cælare letaliter, quàm prodendo medicinaliter ſanare contendant? Sicut enim, inquiunt, ſanctus pater Benedictus audivit à diabolo, Maledicte, & non Benedicte, nec illi A nocuit: ita & his Wigberti non nocebit maledictio. veritas quippe loquitur in Evangelio, de diabolo: Ille, inquiens, homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia veritas non eſt in eo. qui ſcilicet videns idola derelicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitavit novã fraudem, ut ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos: hæreſeſque invenit & ſchiſmata quibus ſubverteret fidem, corrumperet veritatem, ſcinderet unitatem. Quos detinere non poteſt in viæ veteris cæcitate, circumſcribit novi itineris errore, rapit de ipſa Eccleſia homines: & dum ſibi appropinquaſſe jam lumini, atque evaſiſſe ſeculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras infundit: ut cum Evangelio, & obſervatione ejus, & lege non ſtantes, Chriſtianos ſe vocent, & ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente adverſario atq; fallente, qui ſecundum Apoſtoli vocem transfigurat ſe velut angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos, velut miniſtros juſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti: ut dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur. Sicut, inquiunt, enim ſanctus pater Benedictus audivit à diabolo Maledicte, & non Benedicte, nec illi nocuit: ita & his Wigberti maledictio non nocebit. Quid ergo? non nocebit ejuſmodi monachis, quod tranſgreſſi ſunt B per omnem modũ conſtituti ones prædictæ ſynodi Chalcedonenſis? Conſtitutum eſt ſiquidem inter cætera, monachos per ſingulas civitates & provincias epiſcopis ſubditos eſſe, & quietem diligere, nequaquam autem Eccleſiaſticis vel ſecularibus rebus communicare, alioqui alienos eſſe ab Eccleſiaſtica communione. Certè firmamentum Dei ſtat: & quod authoritate conſtitutionis Eccleſiaſticæ præfixũ eſt, nulla ratione convelli poteſt. juxta quod & ſanctus papa Gregorius de ejuſmodi ſcribẽs ad Joannem Lariſſæum epiſcopum, indicat: Conſona, inquiens, ſanctis patribus diffinitione ſancimus, & qui ſacris neſcit obedire canonibus, nec ſacris adminiſtrare altaribus, vel communionẽ capere ſit dignus. Et videte amplius, atq; intelligite attentius. Illi enim monachi, de quorũ Epiſtola tractamus, non ſolũ per ſcripturam ſuam, ſed per omnem operam ſuam defendunt ea flagitiorũ ſcelera, quæ per occaſionem belli ſolent fieri, juxta quod dictũ eſt ſuprà. Et ſicut ipſi furantur de ſacris ſcripturis teſtimonia, quatenus condant & ſtatuant hereſes & ſchiſmata ſua: ſic etiã defendunt fures homicidas atq; perjuros, ſicut ſuprà invenitur in ipſorum ſcriptura. Sed oſtenditur Zachariæ prophetæ volumen volans: hoc eſt, judicium Dei ab occulto prodiens, cui & dicitur: Hæc eſt maledictio, quæ egredietur ſuper faciẽ omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptũ eſt, judicabitur, & omnis jurans ex hoc ſimiliter judicabitur. Educã illud, dicit Domi-

Digitized by Google

A nus exercituũ & veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter, & cõmorabitur in medio domus ejus, & conſumet eum, animam ſcilicet cũ corpore. Sicut enim, inquiunt, ſanctus pater Benedictus audivit à diabolo Maledicte, & non Benedicte; nec illi nocuit: ita & his Wigberti maledictio non nocebit, immò magis proderit, ad Dominũ dicentibus cum ſancto David, Maledicent illi, & tu benedices. Ecce qui docuerunt linguam ſuam mentiri, & maledicere. dicunt ſe maledicentibus benedicere, qui Chriſtum & Eccleſiã non ceſſant blaſphemare: quales tradidit Apoſtolus ſatanæ, ut diſcant non blaſphemare. Ecce enim, cum juxta Canonum decreta non liceat alicui judicare de judicio Romanæ eccleſiæ: illi quidem blaſphemant Wigbertum, eundẽq; Clementem epiſcopum Romanæ eccleſiæ, ſcribentes eum furẽ & hæreticum atq; mendacem eſſe: inſimulãtes eũ, quod dici nefas eſt, diabolo vel ſimulacro idoli ſimilem eſſe, ideoq; anathema ipſius ſibi non nocere: præſumentes etiam regem Henrichum, quem Deus præcepit honorificare, multis modis ſimiliter blaſphemare. Conatur etiam, inquiunt, ſtatua quam erexit Nabuchodonoſor, ſe non adorãtes catholicos aſtruere ſchiſmaticos. At nos, ajunt, favente clementia Dei, certiſſima ratione probabimus, hoc errore non teneri: ſed eos potius, qui exemplo Dathan & Abiron inſurrexerunt in Gregorium, ſicut illi in ſummum ſacerdotem Aaron, qui convenientes in unum adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus, ſedentesque in concilio vanitatis, Gregorio cui orbis terrarum cõmunicavit, obedientiã cõtumaciter renunciaverũt & ſe ab unitate corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia per orbem terrarũ diffuſa, ſeparãtes:
B Wigbertũ à ſede Apoſtolica in ſynodis Romæ ſeptennio celebratis, excõmunicãtum ſibi papã elegerunt: quaſi dicentes Domino, Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.

Cum per Solomonem loquatur ſapientia Dei. Ne in cogitatione quidem detrahas regi, quia ego, inquit, os regis obſervo, & præcepta juramenti Dei: & ſcito quia pro his adducet te Deus in judicium. Cum hæc, inquam, ita ſint. animadvertendum eſt, quomodo adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus convenerint, qui ordinationi Dei à quo poteſtas eſt, reſiſtunt: qui etiam Chriſtum Domini, regem Henrichum ſcilicet, blaſphemãtes, nomen ei atque impietatem Nabuchodonoſor imponunt: cum idem rex atq; Imperator videri ſe velit, atq; appellari catholicum, utpote conſentientem omnibus bonis, qui ſunt ſolliciti ſervare unitatem in vinculo pacis. Sed dicit Dominus per Hieremiã prophetam: Ego, inquiens, dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſervi mei: inſuper & beſtias agri dedi ei, ut ſerviant illi. & ſervient ei omnes gentes, & filii ejus; & filio filii ejus: gens autem & regnum quod non ſervierit Nabuchodonoſor regi Babylonis & quicunq; nõ incurvaverit collum ſuum ſub jugo regis, in gladio & fame & peſte viſitabo ſuper gentẽ illã, ait Dominus, donec conſumam eos in manu ejus. Et vivo ego, dicit Dominus quoniam juramentum quod dederat ei rex Sedechias, & ſprevit, ponam in caput ejus, & morietur in prævaricatione qua deſpexit me. Deinde ſequitur, & dicit Dominus de falſis doctoribus: Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, Non ſervietis regi Babylonis: quia mendacium ipſi loquuntur vobis: quia non miſi eos, ait Dominus, & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter, ut ejiciant vos, & pereatis tam vos quàm Prophetæ qui mentiuntur vobis. Nolite ergo audire eos, ait Dominus; & ſervite regi Babylonis. Hoc eſt mandatum Domini ſuper rege ethnico, & ultra omnem terram: quanto magis ſuper rege Chriſtiano & catholico? Sed licet nos, inquit Apoſtolus, aut angelus de cœlo evangelizet nobis præterquam quod evangelizatum eſt vobis, anathema ſit. Ex hujus anathematis vinculo nullus certè liber exiſtit, quiſquis regiæ poteſtati reſiſtit vel detrahit. Et quiſquis juramentum ſolvit, quod Domino ſuo reddendum Salvator in Evãgelio præcipit, ac periode ſicut ſanctus Leo papa ſcribit, Si omnes & ſacerdotes & mundus aſſentiatur damnatis, damnatio conſentientes involuit non prævaricationem conſenſus abſolvit. Gregorio. inquiunt cui orbis terrarum communicavit, obedientiam contumaciter renunciaverunt. Sed oves meæ, ait Dominus, vocem meam audient: alienum autem non ſequuntur quia non noverunt vocem alienorũ. B
Et ſe ab unitate, inquiunt, corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia per orbem terrarũ diffuſa ſeparaverunt. Ecce quomodo mẽtita eſt iniquitas ſibi, quæ profitetur in ſcriptis ſuis defendere ſui partẽ Gregorii, qui certè non præfuit Eccleſiæ, ſed parti ſuæ: quoniam qui es benedictus Deus in ſecula, te per orbem terrarum ſancta confitetur Eccleſia. Illi quippe exierũt à nobis, non nos ex ipſis. Et Wigbertum à ſede Apoſtolica in ſynodis Romæ ſeptennio celebratis excommunicatum ſibi papam elegerũt. Loquentes quidem blaſphemias, barbariſmum fecerunt, qui ſeptennio vitioſè dixerunt: qui à charitate, quæ ſit de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta aberrantes, converſi ſunt in vaniloquium: volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quib. affirmant. Sicut enim ſæpe dictum eſt, non licet alicui judicare de judicio ſedis Apoſtolicæ, quæ habet facultatem ſine ulla ſynodo præcedente, exolvendi quos ſynodus iniqua damnaverat & damnãdi quos oportuit nulla ſynodo exiſtente. Gregorius quippe, qui & Hildebrand, non præfuit Eccleſiæ, ſed parti ſuæ. ideoque, ſicut ait Gelaſius papa quæ privilegio univerſalis Eccleſiæ è contraria probantur, nulla ratione ſubſiſtunt. Et eligentes, inquiunt, ſibi papã Wigbertum, quaſi dixerunt, Recede à nobis. ſcientiam viarum tuarum nolumus. Ergo qui viam pacis neſcierunt, & in viam ſuam declinaverunt, ipſi utique paſtores ignoraverunt intelligentiam, ſicut dicit Dominus per Heſa-

Digitized by Google

A iam prophetam: Aperite, inquit, portas, & ingrediatur gens juſta, cuſtodiēs veritatem. Vetus error abiit: ſervabis pacem. quia in te ſperavimus. Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. Domine Deus noſter, poſſederunt nos domini abſque te: tantum in te recordemur nominis tui. Ego enim ſum, ait Dominus, via veritas & vita. Sed Moyſes ſequeſter ac medius inter Deum & populum Iſrael dixit ad Aaron ſacerdotem Domini, quando orta eſt ſeditio atque tumultus in Eccleſia Dei, ut ſtans inter vivos & mortuos oraret pro populo, ut ceſſaret plaga ab eo, cujus cauſa interitus erat ſchiſma pro ſacerdotio. Unde locutus eſt ad Chore & ad omnem multitudinem: Mane, inquit, notū faciet Dominus. qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi: & quos elegerit appropinquabunt ei. Et ait Dominus ad Moyſen: Præcipe univerſo populo, ut ſeparetur à tabernaculis Chore & Dathan & Abiron: ſurrexitq; Moyſes, & abiit ad Dathan & Abiron, & ſequentibus eum ſenioribus Iſrael dixit ad turbā: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent ne involvamini in peccatis eorum. Et cætera de eorundem ſchiſmaticorū ſuppliciis; quæ omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correctionem noſtram, in quo fines ſeculorum devenerunt, ſicut dicit Apoſtolus. Unde conſiderandum eſt, quem ex his elegerit Dominus: utrum Wigbertum, an Hilde-
B brandum, vel ſui ſchiſmatis ſucceſſorem Sergium, ſive illum Ottonem ſacrilegum: qui, ſicut dictum eſt ſuprà, foratus eſt Eccleſiarū privilegia, ordinationes faciens in alienis parochiis contra ſanctorum Canonum decreta, ut ejuſmodi ſacrilegii exemplo aditus januaque pandatur omnibus hereticis, ſi talis fuerit non paſtor, ſed invaſor Apoſtolicæ ſedis. qualis certè fur & Hildebrād fuit: quoniam conſtat eum oves Chriſti non in unum cōgregaſſe, ſed unum ovile Chriſti diſſipaſſe: qui & præcipiens, aut conſentiens illicitas atq; furtivas ordinationes fieri in metropolitanorum epiſcoporum parochiis, ſpoliavit Eccleſias ſuis privilegiis ideoq; juxta quod per Malachiā prophetam dicitur à Domino: Diſperdidit Dominus virū qui fecit hoc, magiſtrum & diſcipulum de tabernaculis Jacob, ubi eſt ſanctorum congregatio: quoniam unus paulo pòſt, quò venerat profugus, ad Salernam defunctus eſt in externis manſionibus: & alter nuncuſq; vagatur in incertis ſedibus. Tales certè vel hæretici vel ſchiſmatici inſurrexerunt ad exemplū Dathan & Abiron contra ſacerdotium Domini. qualis etiam fuit tertius illorum ſocius ille Sergius, qui inſurrexit contra Clementem papam, per partium ſtudia ſubintroductus: atq; ſtatim in ipſo ordinationis ſuæ ingreſſu profluvio ventris ſolutus paulo poſt interiit, divino judicio percuſſus. Sic quippe legitur in Eccleſiaſtica hiſtoria, Arrium ad Eccleſiam pergentem, epiſcoporum & populorum frequētia conſtipatum, humanæ neceſſitatis cauſa ad ſecretum locum declinaſſe: ubi cum ſediſſet, A inteſtina ejus atq; omnia viſcera in ſeceſſus cuniculum defluxiſſe, & ita dignam mortē blaſphemiæ & fœtidæ mentis exoluiſſe. Unde conſtat, eos magis quàm Wigbertum cōſortes eſſe Arrii, quos conſtringit ſimilis pœna vel exilii vel ſupplicii. Quòd enim, inquiunt, ipſe Wigbertus ſe transfigurans in angelum lucis, quaſi ad docendum teſtimonia colligit de Scripturis, mirum non eſt: quia & Arrius hoc feciſſe legitur, de quo filius minor patre aſſeritur. Sic verò, ſic oportet fieri per doctores eccleſiarum, ut juxta Pſalmiſtæ teſtimoniū, faciant judicium conſcriptum, jungentes teſtimonio teſtimonium, quo ſcilicet judicio conſcripto nihil firmius eſt contra inſidioſos errores adverſariorum: quo etiam nihil tutius eſt ad exhortationem & doctrinam fideliū. Certè Arrius non utebatur divinæ Scripturæ teſtimoniis: ſed abutebatur juxta quod & iſti faciunt pſeudographi: de qualibus per Hieremiā prophetā dicitur. Quomodo dicitis ſapientes nō ſumus & lex Dei nobiſcum eſt? Vere mendacium, inquit, operatus eſt ſtilus mēdax ſcribarū. Omnis enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur, ſicut dicit Dominus. Ergo Wigbertus, q. & Clemens papa, pſect cū Apoſtolo, & docet ea quæ ſunt fructus ſpiritus, ſicut eſt charitas, gaudiū, pax, lōganimitas, bonitas, benignitas, fides, māſuetudo & cætera quæcunq; pudica, quæcunq; amabilia. Nunquid colligūt de ſpinis uvas aut de tribulis ficus? dicit Dominus. Hi B ſunt fructus, à quibus ſpiritus maligni, qui in pſeudoprophetis loquuntur, valent dinoſci, ſpinæ videlicet ſchiſmatum, & horridi hæreſium tribuli. quibus eos qui ſibi incautè appropiant, fœdè lacerando contaminant: ſicut econtrà per fragantiam uvarum, ficorumque dulcedinem aptè figurantur fructus bonorum, qui pertinent ad Deum, qui ſanctos applicabit ſibi, & quos elegerit appropinquabunt ei. Sed ſicut ſcribit ſanctus Gregorius ad ſupradictum Secūdinum, ſervum Dei incluſum: Perverſi homines qui Eccleſiaſticam diſciplinam fugiūt, de ſuis actibus reprehendi pertimeſcūt: & nos quaſi de fide reprehendunt, quam ipſi neſciunt: & dum neque in fide recti, neque in bonis operibus intenti ſunt, cotidie deteriores fiunt, dum in eis culpa groſſeſcit, quæ quaſi de zelo fervoris fidei fieri etiam laudabilis appetit. Sicut enim, inquiunt, ſanctus pater Benedictus audivit à diabolo, Maledicte. & nō Benedicte, nec illi nocuit: ita & his Wigberti maledictio nō nocebit.

Velint nolint, jam judicati ſunt, quicunque contra Canones faciunt: & qui contra pacem, quam Chriſtus reliquit nobis faciunt, & qui unitatē Eccleſiæ dividunt. Sed illi exierūt à nobis, nō nos ab ipſis: nā ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcū ſicut dicit Joanes apoſtolus. Ubi enim eſt charitas, ibi pax: & ubi humilitas ibi charitas. Humilitas quippe pertinet ad confeſſionem, quia cōfitemur nos peccatores eſſe: charitas autem cooperit multitudinem peccatorum, ſicut dicit Jacobus a-

A nus exercituũ & veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter, & cõmorabitur in medio domus ejus, & conſumet eum, animam ſcilicet cũ corpore. Sicut enim, inquiunt, ſanctus pater Benedictus audivit à diabolo Maledicte, & non Benedicte, nec illi nocuit: ita & his Wigberti maledictio non nocebit, immò magis proderit, ad Dominũ dicentibus cum ſancto David, Maledicent illi, & tu benedices. Ecce qui docuerunt linguam ſuam mentiri, & maledicere. dicunt ſe maledicentibus benedicere, qui Chriſtum & Eccleſiã non ceſſant blaſphemare: quales tradidit Apoſtolus ſatanæ, ut diſcant non blaſphemare. Ecce enim, cum juxta Canonum decreta non liceat alicui judicare de judicio Romanæ eccleſiæ: illi quidem blaſphemant Wigbertum, eundéq; Clementem epiſcopum Romanæ eccleſiæ, ſcribentes eum furé & hæreticum atq; mendacem eſſe: inſimulãtes eũ, quod dici nefas eſt, diabolo vel ſimulacro idoli ſimilem eſſe, ideoq; anathema ipſius ſibi non nocere: præſumentes etiam regem Henrichum, quem Deus præcepit honorificare, multis modis ſimiliter blaſphemare. Conatur etiam, inquiunt, ſtatua quam erexit Nabuchodonoſor, ſe non adorãtes catholicos aſtruere ſchiſmaticos. At nos, ajunt, favente clementia Dei, certiſſima ratione probabimus, hoc errore non teneri: ſed eos potius, qui exemplo Dathan & Abiron inſurrexerunt in Gregorium, ſicut illi in ſummum ſacerdotem Aaron, qui conve-
B nientes in unum adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus, ſedentesque in concilio vanitatis, Gregorio cui orbis terrarum cõmunicavit, obedientiã cõtumaciter renunciaverũt & ſe ab unitate corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia: per orbem terrarũ diffuſa, ſeparãtes: Wigbertũ à ſede Apoſtolica in ſynodis Romæ ſeptennio celebratis, excõmunicãtum ſibi papã elegerunt: quaſi dicentes Domino, Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.

Cum per Solomonem loquatur ſapientia Dei. Ne in cogitatione quidem detrahas regi, quia ego, inquit, os regis obſervo, & præcepta juramenti Dei: & ſcito quia pro his adducet te Deus in judicium. Cum hæc, inquam, ita ſint, animadvertendum eſt, quomodo adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus convenerint, qui ordinationi Dei à quo poteſtas eſt, reſiſtunt: qui etiam Chriſtum Domini, regem Henrichum ſcilicet, blaſphemãtes, nomen ei atque impietatem Nabuchodonoſor imponunt: cum idem rex atq; imperator videri ſe velit, atq; appellari catholicum, utpote conſentientem omnibus bonis, qui ſunt ſolliciti ſervare unitatem in vinculo pacis. Sed dicit Dominus per Hieremiã prophetam: Ego, inquiens, dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſervi mei: inſuper & beſtias agri dedi ei, ut ſerviant illi: & ſervient ei omnes gentes, & filio ejus; & filio filii ejus: gens autem & regnum quod non ſervierit Nabuchodonoſor regi Babylonis & quicunq; nõ incurvaverit collum ſuum ſub jugo regis, in gladio & fame & peſte viſitabo ſuper gentẽ illã. ait Dominus, donec conſumam eos in manu ejus. Et vivo ego, dicit Dominus quoniam juramentum quod dederat ei rex Sedechias, & ſprevit, ponam in caput ejus, & morietur in prævaricatione qua deſpexit me. Deinde ſequitur, & dicit Dominus de falſis doctoribus: Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, Non ſervietis regi Babylonis: quia mendacium ipſi loquuntur vobis: quia non miſi eos, ait Dominus, & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter, ut ejiciant vos, & pereatis tam vos quàm Prophetæ qui mentiuntur vobis. Nolite ergo audire eos, ait Dominus; & ſervite regi Babylonis. Hoc eſt mandatum Domini ſuper rege ethnico, & ultra omnem terram: quanto magis ſuper rege Chriſtiano & catholico? Sed licet nos, inquit Apoſtolus, aut angelus de cœlo evangelizet nobis præterquam quod evangelizatum eſt vobis, anathema ſit. Ex hujus anathematis vinculo nullus certè liber exiſtit, quiſquis regiæ poteſtati reſiſtit vel detrahit. Et quiſquis juramentum ſolvit, quod Domino ſuo reddendum Salvator in Evãgelio præcipit, ac perinde ſicut ſanctus Leo papa ſcribit, Si omnes & ſacerdotes & mundus aſſentiatur damnatis, damnatio conſentientes involuit non prævaricationem conſenſos abſolvit. Gregorio, inquiunt cui orbis terrarum communicavit, obedientiam cõtumaciter renunciaverunt. Sed oves meæ, ait Dominus, vocem meam audient: alienum autem non ſequuntur quia non noverunt vocem alienorũ. B
Et ſe ab unitate, inquiunt, corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia per orbem terrarũ diffuſa ſeparaverunt. Ecce quomodo mẽtita eſt iniquitas ſibi, quæ profitetur in ſcriptis ſuis defendere ſui partẽ Gregorii, qui certè non præfuit Eccleſiæ, ſed parti ſuæ: quoniam qui es benedictus Deus in ſecula, te per orbem terrarum ſancta confitetur Eccleſia. Illi quippe exierũt à nobis non nos ex ipſis. Et Wigbertum à ſede Apoſtolica in ſynodis Romæ ſeptennio celebratis excommunicatum ſibi papam elegerũt. Loquentes quidem blaſphemias, barbariſmum fecerunt, qui ſeptennio vitioſè dixerunt: qui à charitate, quæ fit de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta aberrantes, converſi ſunt in vaniloquium: volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Sicut enim ſæpe dictum eſt, non licet alicui judicare de judicio ſedis Apoſtolicæ, quæ habet facultatem ſine ulla ſynodo præcedente, evolvendi quos ſynodus iniqua damnaverat & damnãdi quos oportuit nulla ſynodo exiſtente. Gregorius quippe, qui & Hildebrand, non præfuit Eccleſiæ, ſed parti ſuæ, ideoque, ſicut ait Gelaſius papa quæ privilegio univerſalis Eccleſiæ contraria probantur, nulla ratione ſubſiſtunt. Et eligentes, inquiunt, ſibi papã Wigbertum, quaſi dixerunt, Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Ergo qui viam pacis neſcierunt, & in viam ſuam declinaverunt, ipſi utique paſtores ignoraverunt intelligentiam, ſicut dicit Dominus per Heſa-

A iam prophetam: Aperite, inquit, portas, & ingrediatur gens juſta, cuſtodiẽs veritatem. Vetus error abiit: ſervabis pacem, quia in te ſperavimus. Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. Domine Deus noſter, poſſederunt nos domini abſque te: tantum in te recordemur nominis tui. Ego enim ſum, ait Dominus, via veritas & vita. Sed Moyſes ſequeſter ac medius inter Deum & populum Iſrael, dixit ad Aaron ſacerdotem Domini, quando orta eſt ſeditio atque tumultus in Eccleſia Dei, ut ſtans inter vivos & mortuos oraret pro populo, ut ceſſaret plaga ab eo, cujus cauſa interitus erat ſchiſma pro ſacerdotio. Unde locutus eſt ad Chore & ad omnem multitudinem: Mane, inquit, notũ faciet Dominus, qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi: & quos elegerit appropinquabunt ei. Et ait Dominus ad Moyſen: Præcipe univerſo populo, ut ſeparetur à tabernaculis Chore & Dathan & Abiron: ſurrexitq; Moyſes, & abiit ad Dathan & Abiron, & ſequentibus eum ſenioribus Iſrael dixit ad turbã: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent ne involvamini in peccatis eorum. Et cætera de eorundem ſchiſmaticorũ ſuppliciis, quæ omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correctionem noſtram, in quos fines ſeculorum devenerunt, ſicut dicit Apoſtolus. Unde conſiderandum eſt, quem ex his elegerit Dominus: utrum Wigbertum, an Hilde-
B brandum, vel ſui ſchiſmatis ſucceſſorem Sergium, ſive illum Ottonem ſacrilegum: qui, ſicut dictum eſt ſuprà, furatus eſt Eccleſiarũ privilegia, ordinationes faciens in alienis parochiis contra ſanctorum Canonum decreta, ut ejuſmodi ſacrilegii exemplo aditus januaque pandatur omnibus hereticis, ſi talis fuerit non paſtor, ſed invaſor Apoſtolicæ ſedis, qualis certè ſuit & Hildebrãd fuit: quoniam conſtat eum oves Chriſti non in unum cõgregaſſe, ſed unum ovile Chriſti diſſipaſſe: qui & præcipiens, aut conſentiens, illicitas atq; furtivas ordinationes fieri in metropolitanorum epiſcoporum parochiis, ſpoliavit Eccleſias ſuis privilegiis: ideoq; juxta quod per Malachiã prophetam dicitur à Domino: Diſperdidit Dominus virũ qui fecit hoc, magiſtrum & diſcipulum de tabernaculis Jacob, ubi eſt ſanctorum congregatio: quoniam unus paulo pòſt, quò venerat profugus, ad Salernam defunctus eſt in externis manſionibus: & alter nunc uſq; vagatur in incertis ſedibus. Tales certè vel hæretici vel ſchiſmatici inſurrexerunt ad exemplũ Dathan & Abiron contra ſacerdotium Domini. qualis etiam fuit tertius illorum ſocius ille Sergius, qui inſurrexit contra Clementem papam, per partium ſtudia ſubintroductus: atq; ſtatim in ipſo ordinationis ſuæ ingreſſu profluvio ventris ſolutus paulo pòſt interiit, divino judicio percuſſus. Sic quippe legitur in Eccleſiaſtica hiſtoria, Arrium ad Eccleſiam pergentem, epiſcoporum & populorum frequẽtia conſtipatum, humanæ neceſſitatis cauſa ad ſecretum locum declinaſſe: ubi cum ſediſſet, A inteſtina ej⁹ atq; omnia viſcera in ſeceſſus cuniculum defluxiſſe, & ita dignam mortẽ blaſphemiæ & fœtidæ mentis exhaluiſſe. Unde conſtat, eos magis quàm Wigbertum cõſortes eſſe Arrii, quos conſtringit ſimilis pœna vel exilii vel ſupplicii. Quòd enim, inquiunt, ipſe Wigbertus ſe transfigurans in angelum lucis, quaſi ad docendum teſtimonia colligit de Scripturis, mirum non eſt: quia & Arrius hoc feciſſe legitur, de quo filius minor patre aſſeritur. Sic verò, ſic oportet fieri per doctores eccleſiarum, ut juxta Pſalmiſtæ teſtimoniũ, faciant judicium conſcriptum, jungentes teſtimonio teſtimonium, quo ſcilicet judicio conſcripto nihil firmius eſt contra inſidioſos errores adverſariorum: quo etiam nihil tutius eſt ad exhortationem & doctrinam fideliũ. Certè Arrius non utebatur divinæ Scripturæ teſtimoniis: ſed abutebatur juxta quod & iſti faciunt pſeudographi: de qualibus per Hieremiã prophetã dicitur. Quomodo dicitis ſapientes nõ ſumus & lex Dei nobiſcum eſt? Vere mendacium, inquit, operatus eſt ſtilus mẽdax ſcribarũ. Omnis enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur, ſicut dicit Domin⁹. Ergo Wighertus, q; & Clemens papa, ꝓfert cũ Apoſtolo, & docet ea quæ ſunt fructus ſpiritus, ſicut eſt charitas, gaudiũ, pax, lõganimitas, bonitas, benignitas, fides, mãſuetudo & cætera quæcunq; pudica, quæcunq; amabilia. Nunquid colligũt de ſpinis uvas aut de tribulis ficus? dicit Domin⁹. Hi B ſunt fructus, à quibus ſpiritus maligni, qui in pſeudoprophetis loquuntur, valent dinoſci, ſpinæ videlicet ſchiſmatum, & horridi hæreſium tribuli, quibus eos qui ſibi incautè appropiant, fœdè lacerando contaminant; ſicut econtrà per fragantiam uvarum, ficorumque dulcedinem aptè figurantur fructus bonorum, qui pertinent ad Deum, qui ſanctos applicabit ſibi, & quos elegerit appropinquabunt ei. Sed ſicut ſcribit ſanctus Gregorius ad ſupradictum Secũdinum, ſervum Dei incluſum: Perverſi homines qui Eccleſiaſticam diſciplinam fugiũt, de ſuis actibus reprehendi pertimeſcũt: & nos quaſi de fide reprehendunt, quam ipſi neſciunt: & dum neque in fide recti, neque in bonis operibus intenti ſunt, cotidie deteriores fiunt, dum in eis culpa groſſeſcit, quæ quaſi de zelo fervoris fidei fieri etiam laudabilis appetit. Sicut enim, inquiunt, ſanctus pater Benedictus audivit à diabolo, Maledicte. & nõ Benedicte, nec illi nocuit: ita & his Wigberti maledictio nõ nocebit.

Velint nolint, jam judicati ſunt, quicunque contra Canones faciunt: & qui contra pacem, quam Chriſtus reliquit nobis faciunt, & qui unitatẽ Eccleſiæ dividunt. Sed illi exierũt à nobis, nõ nos ab ipſis: nã ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcũ ſicut dicit Joanes apoſtolus. Ubi enim eſt charitas, ibi pax: & ubi humilitas ibi charitas. Humilitas quippe pertinet ad confeſſionem, quia cõfitemur nos peccatores eſſe: charitas autem cooperit multitudinem peccatorum, ſicut dicit Jacobus a-

Digitized by Google

A poſtolus. Sed monachi, de quorum ſchiſmatibus atq; ſcripturis tractamus, longè degeneraverunt ab illa, quam profeſſi ſont, beati Benedicti paternitate: qui docent regiæ poteſtati, immò divinæ ordinationi reſiſtendum eſſe, & exaltant ſe contra pontificatum ſedis Apoſtolicæ: qui etiam ſe juſtos & regulares monachos eſſe profiteotur, & cœleſtes ſe ac ſpiritales eſſe gloriantur, ſicut ſcripta ipſorum atteſtantur. Certè ſanctus Benedictus docet, nihil utilius eſſe monacho quàm humilitatem: oſtendens ex ſacræ Scripturæ teſtimonio genus eſſe ſuperbiç omnem exaltationem. Omni, inquit, vilitate, vel extremitate contentus ſit monachus: & non ſolum ſua lingua pronunciet, ſed etiam intimo cordis credat affectu, ſe inferiorem & viliorem omnibus. Sed illi núc monachi, qualibus certè phariſæis dicit in evangelio Dominus: Vos eſtis, qui juſtificatis vos coram hominibus, Dominus autem novit corda veſtra: quia quod hominibus altum eſt, abominabile eſt apud Deum: illi inquā ſic docent in ſynagogis ſuis, & ſic ſcribunt contra pontificem Apoſtolicæ ſedis: Caveto: inquiũt, tu ô Chriſtiane, ne Wigberto corde vel ore dixeris inquam Ave. Quinimò cave tu ô Chriſtiane, ne unquam ei dixeris ave, quia ad te venerit, & doctrinam Chriſti non attulerit: quoniam qui ei ave dixerit, communicat operibus illius malignis, ſicut Joannes apoſtolus ait. Credite experto, & qui veritatem dicit, Dei teſtimonium aſcite: quia cũ ejuſmodi genus mo-
B nachorum in noſtra provincia aut ſolum ſit, aut primum, eis certè eſt grave ad audiendum juſticiç verbum, cum non juſticiæ nomine cõtineantur omnes ſpecies virtutum. ſed pluſquam evangelium Chriſti, & mandatum Dei, valent in monaſteriis ſuis conſuetudines eorum, quæ ſunt mandata hominum. Hinc etiã Cyprianus epiſcopus in libro de Unitate catholicæ Eccleſiæ: Filii, inquit, Aaron, qui impoſuerunt altari ignem alienum, quẽ nõ præceperat Deus, in cõſpectu ſtatim Domini vindicantis extincti ſunt. Quos imitantur ſcilicet atq; ſectantur, qui Dei traditione contempta, alienas doctrinas appetunt, & magiſteria humanæ inſtitutionis inducunt. Quos increpat Dominus, & objurgat in Evangelio ſuo dicens: Rejicitis mandatum Dei, ut traditionẽ veſtram ſtatuatis. Pejus, inquit, hoc crimẽ eſt, quàm quod admiſiſſe lapſi videntur: qui tamẽ in pœnitentia criminis conſtituti, Dominum plenis ſatisfactionibus deprecantur. Hic Eccleſia quæritur & rogatur, illic Eccleſia impugnatur. Hic poteſt neceſſitas fuiſſe, illic volũtas tenetur in ſcelere. Hic qui lapſus eſt, ſibi tantũ nocuit: illic qui hæreſes & ſchiſmata facere conatus eſt, multos ſecum trahendo decepit: hic animæ unius eſt damnum, illic periculum plurimorum. Certè peccans hic & intelligit, & lamentatur, & plangit: ille tumens in peccato ſuo, & in ipſis ſibi delictis placens, à matre filios ſegregat, oves à paſtore ſollicitat, Dei ſacramenta diſturbat: & cum lapſus ſemel peccaverit ille cotidie peccat. Hæc ſunt verba beati Cypriani de cultoribus humanæ traditionis, quorum conſuetudines diverſæ quidem ſunt in diverſis locis: ſed quicquid diverſum eſt, hoc utiq; verum non eſt. eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Igitur utilis eſt Scriptura, cum abſq; patre non profertur, cum abſque Chriſto non dicitur, cum ſine ſpiritu ſancto nõ aſſumatur: alioqui, ſicut Hieronymus ait, diabolus eſt, qui de ſcripturis loquitur. Cum enim immundus ſpiritus exierit ab homine, ſcilicet tempore baptiſmatis, ambulat per loca inaquoſa: explorãs ipſe callidus inſidiator, ſi quos ſuæ malitiæ greſſus figere poſſit in cordibus fidelium, quæ jam expurgata ſunt à mollitie fluxæ cogitationis. Sed quærens requiem, & non inveniens in mentib. fidelium munitis undiq; ex mandatis Domini, Revertar, ait in domum meam unde exivi. & cum venerit, invenit eam ſcopis mundatam, gratia ſcilicet baptiſmatis à peccatorum labe caſtigatam, ſed nulla boni operis induſtria cumulatam: quia ubi non eſt juſticia, ibi non eſt virtus aliqua. Quam domum etiam vacantem invenit, à bonis ſcilicet actibus per negligentiam: ornatam autem ſimulatis virtutibus per hypocriſin, & tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Per ſeptem malos ſpiritus univerſa vitia deſignãtur: ideoque rectè nequiores tunc eum ingreſſi ſpiritus dicũtur, quia non ſolum illa ſeptem vitia, quæ ſeptem ſpiritualibus virtutibus ſunt contraria, habebit: ſed & per hypocriſin ipſas ſe virtutes ha- B bere ſimulabit. Et fiunt, inquit Dominus, noviſſima hominis illius pejora prioribus. Ecce enim ipſi ſe juſtos & regulares eſſe monachos profitentur, qui etiam ſimulacra perverſorum dogmatum colunt & venerantur, quæ conflavit diabolus in officina & domo illa, quæ vacat à ſeptem ſpiritualibus virtutibus, & divinis ſacramentis, de quibus dicit pſalmiſta: Quoniam eloquia Domini, eloquia caſta, ſeptuplo ſunt purgata: per timorẽ ſcilicet Domini, per pietatem per ſciẽtiam per fortitudinẽ, per conſiliũ, per intellectum, per ſapientiam, ut exinde conſtet uni & ſeptiformi Eccleſiæ non alia recipienda eſſe eloquia, niſi ſeptempliciter purgata atque probata. Unde & ſanctus Benedictus: Conſtituenda eſt, inquit, nobis Dominici ſchola ſervitii, in qua inſtitutione nihil aſperum, nihil grave conſtituturos ſperamus: ſed & ſi quid paululũ diſtrictius dictante æquitatis ratione propter emẽdationẽ vitiorũ, vel cõverſationẽ charitas proceſſerit, nõ ilico pavore perterritus refugias viã ſalutis, quç nõ eſt niſi anguſto initio incipienda: proceſſu verò converſationis & fidei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mãdatorũ Dei: ut ab ipſius nunquã magiſterio diſcedẽtes, in ejus doctrina uſq; ad mortẽ in monaſterio perſeverãtes paſſionibus Chriſti per patiẽtiã participemur, ut regni ejus mereamur eſſe cõſortes. Ex his vel paucis verbis poterit cõſiderari, quàm ſpiritualis ſit inſtitutio atq; doctrina

beatiſſi-

Digitized by Google

A beatiſſimi Benedicti: qui docet inter cætera, alumnos ſuos paſſionibus Chriſti per patientiam participari: qui cum in forma Dei eſſet, humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis: cujus ſcilicet mortificationis exemplum vel indicium eſt renunciare mundo, & actibus ejus, ac deſideriis. quia ipſe dicit Dominus: Qui non accipit, inquiens, crucem & ſequitur me, non eſt me dignus. Et quod docet ipſe pater Benedictus, converſantes in ſchola ſervitii divini non debere unquam diſcedere à magiſterio Chriſti. hoc eſt quod dicit Jacobus apoſtolus: Nolite, inquiens, plures magiſtri fieri, fratres mei, quoniam majus judicium ſumitis: niſi dicatis id ipſum omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Sed in monaſteriis, ubi ad converſionem veniunt, uſq; ad mortē perſeverare monachos & regula ejuſdem patris Benedicti inſtituit, & Chalcedonenſis ſynodus ſub anathematis interpoſitione decrevit. niſi fortè fuerint quæſiti à civitatis epiſcopo propter cauſam neceſſariam Eccleſiæ, juxta quod conſtitutum eſſe videtur in decretis Syricii papæ. Monachos inquit, quos tamē morum gravitas, & vitæ ac fidei inſtitutio ſancta commendat. clericorum officiis aggregari & optamus & volumus: ita ut qui intra trigeſimū ætatis annū ſunt. in minoribus per gradus ſingulos creſcente tēpore provehātur ordinibus & ſic ad diaconatus vel presbyterii inſignia maturæ ętatis conſecratione perveniant:
B nec ſtatim ſaltu aſcendāt, niſi in his quę ſingulis dignitatibus pręfixa ſunt. tempora fuerint cuſtodita. At nūc omnia recta pervertūtur, & monachi quoq; terminos patrum tranſgrediuntur & abſque licentia proprii epiſcopi ingrediuntur: immò invadunt parochias alterius epiſcopi. quales dicuntur circuncelliones, juxta ſententiam beati Auguſtini. ubi exponit verba Pſalterii, Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum. quē ſcilicet dulcē ſonum, & dulcem charitatem, & dulcem melodiam dicit monaſteria peperiſſe, & inde monachos appellatos fuiſſe. Qui enim, inquit, ſic vivunt in unum, ut unum hominem faciant, & ſit in illis, quomodo ſcriptum eſt, anima una & cor unum, multa quidē corpora, ſed non multa corda: rectè dicitur monos, id eſt unus, ſolus, quod interpretatur monachus. Et idem Auguſtinus in tractatu Evangelii de fure & latrone, qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde: Sunt, inquit, quidam homines, qui in ſuis gloriantur moribus, & alios poſt ſe trahere quærunt: non de Chriſti præceptis inſtruentes ſuos ſectatores, ſed ſuis exemplis vivere eos ſuadentes, de quibus alio loco ipſa veritas ait: Docentes doctrinas hominum, & mandata Dei contemnentes qui per aliam partem aſcendere quærunt rapere & occidere, non ut paſtor ſalvare & conſervare. Hinc & per Hieremiam prophetam Dominus ait: Grex, inquiens, perditus factus eſt populus meus, paſtores eos ſeduxerunt, feceruntque vagari in montib. A Omnes qui invenerunt, comederunt eos: & hoſtes eorum dixerunt, Non peccavimus. pro eo quòd peccaverunt Domino, hæc paſſi ſunt, & hæc fecimus. Hoc ipſum certè opprobrium, quod hoſtes Hieruſalem, & cives Babyloniæ aliquando dixerunt: hoc etiam in ſe tráſtulerunt, qui nunc juxta ejuſdem prophetæ vaticinium aſſumptiones falſas & ejectiones viderunt. Non peccavimus. inquiunt: pro eo quòd peccaverunt Domino, hæc paſſi ſunt. Sed ſi dixerimus, ait Joannes apoſtolus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Unde Auguſtinus epiſcopus: Ubi eſt, inquit, charitas, ibi pax: & ubi humilitas, ibi charitas. Humilitas quippe pertinet ad confeſſionem, quia confitemur nos peccatores eſſe: charitas autem cooperit multitudinem peccatorum. Et iterum: Signent ſe omnes ſigno crucis Chriſti, reſpondeant omnes Amen: cantent omnes Alleluia baptizentur omnes, intrent eccleſiam, faciant parietes baſilicarum: non diſcernuntur filii Dei & filii diaboli. niſi charitate. Hic eſt enim character ille, quo ſignati ſumus in diem redemptionis noſtræ: quia Dei diffuſa eſt charitas in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: quo ſcilicet ſpiritu promiſſionis ſancto, ſicut ait Apoſtolus, ſignati eſtis. Sed qui acceperant characterem beſtiæ. & adorant imaginem ejus, miſſi ſunt in ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi eſt beſtia & pſeudopropheta, & cruciabuntur B die ac nocte in ſæcula ſeculorum: ſicut dicitur in Apocalypſi per Joannem apoſtolum. Igitur filii Dei & filii diaboli diſcernuntur charitate. ex qua contingit membrorum unitatem concordare: ut ſi patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: & ſi glorietur unum membrum, congaudent omnia membra. Sed qui aſſumptiones falſas & ejectiones viderunt. Non peccavimus, inquiunt: quia pro eo quòd peccaverunt Domino, hæc paſſi ſunt. Hæc ſunt verba eorum qui pertinent ad Babylonem, ad terrenam ſcilicet civitatem, qui ſunt adverſarii & hoſtes Hieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis: cujus adverſarius eſt quoque, atq; hoſtis rex Babylonis: qui utpote gerens myſterium diaboli, principis hujus mundi, erexit ſibi ſtatuam cōtra Deum cœli, ut adorent eum omnes qui nō pertinent ad civitatem Dei: quales etiam ſunt cultores perverſorum dogmatum, quæ ſunt doctrinæ & mandata hominum: quibus, utpote venientibus contra doctrinam Chriſti, non eſt ave dicendum ne communicetur malignis operibus eorum.

Sed neque hoc prætereundum, inquiunt, quod Wigbertus ſe ſervum ſervorum Dei nominat mentiendo: ſanctam verò matrem Eccleſiam id eſt filios Dei. qui ſpiritu Dei aguntur, quorum converſatio in cœlis eſt, ſynagogam ſatanæ appellat. Ergo qui ſunt pacifici, hi dicuntur à Domino filii Dei: & qui charitatē habent, hi ſpiritum Dei habent. Nā in exordio na-

A dio naſcentis Eccleſiæ, venit Spiritus ſanctus ſuper credentes, & loquebantur linguis: nūc autem, quia exterioribus ſignis ſancta Eccleſia non indiget, quicunq; credens in nomine Jeſu Chriſti, fraternam habuerit charitatem, Spiritui ſancto in ſe manenti teſtimonium perhibet, juxta quod Joannes apoſtolus docet: In hoc, inquiens, ſcimus, quoniam Deus manet in nobis, in ſpiritu quem dedit nobis. Hoc enim agit ſpiritus in homine, ut in illo ſit charitas: quoniam charitas, inquit Paulus, diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis. Verùm quoniam multi charitatem non habentes, & unitatem Eccleſiæ perverſo dogmate ſcindentes, nihilo minus Spiritum ſanctum in ſe eſſe cōtendunt, rectè ſuper his ſequentia ſancti Joannis verba nos inſtruunt: Chariſſimi, inquit, nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt, quoniam multi pſeudoprophetę exierūt in mundum. A fructib. eorum cognoſcetis eos, dicit Dominus. Ecce enim ſummus pontifex ſedis Apoſtolicæ arguitur mendacii, quia humilians ſe in omnibus, appellat ſe ſervum ſervorum Dei: quod legitur beatus papa Gregorius primus omnium in principio Epiſtolarum ſuarū ſcribendo, ſatis humiliter definiſſe, cunctiſq; ſuis ſucceſſoribus documentū hoc ſuæ humilitatis dereliquiſſe. Sic verò, ſic ſancti omnes per humilitatem aſcēderunt ad exaltationē illam cœleſtē, de qua cecidit ille apoſtata angelus per ſuperbiam, qui dixit in

B corde ſuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum in monte Teſtamenti, lateribus aquilonis, aſcendā ſuper altitudinem nubiū, ſimilis ero altiſſimo. Quam ſcilicet ſatanæ altitudinem imitantur hi, qui ſunt ex parte illius, quorum finis interitus. de quibus & Pſalmiſta loquitur: Dejeciſti eos, inquiens, dùm extollerentur. Poſtquam enim moti ſunt homines ab oriente, & receſſerunt à verò lumine, tunc adverſus Deum impietatis ſuæ turrim ędificaverunt. tunc dogmatum ſuperbias confinxerunt, curioſitate volentes non licita in ipſius cœli alta penetrare: & vocatus eſt locus ille Babel, id eſt confuſio. quale myſterium iniquitatis nunc operatur per quoſdam, qui dicuntur monachi, confundentes Eccleſiam pariter, & rempublicam perverſo dogmate ſuo: qui adverſantur, & extollunt ſe adverſus regiam poteſtatem, & adverſus Apoſtolicam ſedem: putantes legitimum non eſſe regnum, niſi quod per ſcelus fuerit quæſitum: nec idoneum eſſe Romanæ eccleſiæ epiſcopum, niſi per quem pandatur omnibus hæreticis janua & introitus in ovile Dominicum. Novimus quidem domeſticam inſtitutionem ejuſmodi monachorum, quam verè poſſumus aſſimilare ſiliquis porcorum, de quibus non potuit ille ſaturari, quem dicit in Evangelio Dominus adhæſiſſe uni de principibus hujus ſæculi: poſtquā diſſipavit portionem paternæ ſubſtantiæ, tradens naturale ingenium luxui atque deſidiæ: cum ad imaginem Dei factus ſit homo, in intellectu ſcili-

cet, in mente, in interiore homine, in eo quòd A intelligit veritatem, dijudicat juſticiam & injuſticiam, novit à quo factus eſt, poteſt intelligere creatorem ſuum, laudare creatorem ſuum: quam ſcilicet intelligentiam habet, qui prudentiam habet. alioqui pater mendacii diabolus aufert à cordibus hominum Dei veritatem, aufert Dei imaginem, & imprimit apoſtaſiæ ſuæ & mendacii imaginem. Cum enim à cæteris animantibus per hoc maximè differamus, quòd rationale animal ſumus, & loqui poſſumus: ratio autem omnis, & ſermo, divinis libris continetur, per quos & Deum diſcimus & quare creati ſimus nō ignoramus: mirandum eſt valdè, quòd nolunt aliqui, præcipuè autem monachi, quæ præclara ſunt diſcere, qui ne pueros quidē vel adoleſcentes permittunt in monaſteriis habere ſtudium ſalutaris ſcientiæ, ut ſcilicet rude ingenium nutriatur ſiliquis dæmoniorum, quæ ſunt conſuetudines humanarum traditionum, ut ejuſmodi ſpurcitiis aſſuefacti non poſſint guſtare, quàm ſuavis eſt Dominus, qui dicit in Evangelio de talibus: Væ vobis ſcribæ & phariſæi, hypocritæ, qui tuliſtis clavem ſcientiæ: vos enim, inquit, non intratis, nec ſinitis introeuntes intrare. Igitur ignoratio divinarum Scripturarum, ignoratio eſt Chriſti, qui dicitur virtus Dei, & ſapientia Dei. Unde & per Ieſaiam prophetam dicit Dominus: Eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longè eſt à me, & timuerunt mandato hominum me, & B doctrinis: ideo ego ecce addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo. peribit enim, inquit, ſapientia à ſapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abſcondetur. Ecce enim quod pro exercitio & induſtria naturalis ingenii apud paganos olim injuſtum & turpe videbatur, hoc nunc apud monachos pro juſticia & ſanctitate tenetur & colitur: ſicut ſunt deſcriptæ apud eos conſuetudines, & laxæ veſtes. Unde & Quintilianus in primo libro de Inſtitutione orat. Conſuetudo, inquit, ſi ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat, periculoſiſſimum dabit præceptum, non orationi modò, ſed quod majus eſt, vitæ. Ut ergo tranſeam, inquit, quemadmodum vulgò imperiti loquuntur, conſuetudinem ſermonis vocabo conſenſum eruditorum: ſicut vivendi cōſenſum boorum. Hinc & Tullius in Rhetoricis: Conſuetudo, ait, jus eſt abſque lege, hoc eſt abſque ſcripto: quia lex dicitur à legendo. Moyſes verò primus divinas leges ſacris literis explicuit, & populo Dei ſervādas cōtradidit. nam omne jus legibus conſtat, & moribus. Sed ſicut Iſidorus epiſcopus ſcribit in libris Etymologiarum: Lex eſt conſtitutio ſcripta, & mos eſt vetuſtate probata conſuetudo non ſcripta. Plenitudo autē legis eſt charitas, quia p ſacram Scripturā cognoſcit homo q d ſit & unde ſit & quomodo ſit, & ad quid vel quò perventurus ſit. Cognoſcit etiā p ſacræ Scripturæ ſeientiā beneficia Dei, gratiā Dei, dona Dei: ut

perinde

Digitized by Google

A perinde poſſit debitas gratiarum actiones referre ſuo creatori, ſuo redemptori atque ſalvatori. Unde & ipſa Dei ſapientia loquitur per Salomonem: Sapientiam, inquiens, & diſciplinam qui abjicit, infelix eſt: & vacua eſt ſpes illorum in perpetuum, & labores eorum ſine fructu, & inhabilia ſunt opera illorum. Sicut enim ſcribit ſanctus Auguſtinus, Deus mundum propter exercitium fecit, & omnibus copiis honeſtavit, duas proponens cauſas, præſentem & futuram, cœleſtem & terrenam, ut ad probationem eſſent hominũ: ut qui ſpreta futura vita præſentem eligeret, carni deputaretur: qui verò præſenti futuram anteponeret, ſpiritalibus dignus haberetur. Sed carnales delicias ſpiritualibus præferunt, qui naturale ingenium ocio & deſidia torpeſcere ſinunt, qui etiam evangelio Dei propter ſuas traditiones non obaudiunt. Attendite, inquit, à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis: qui dilatant phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. & ne induamini duabus tunicis: quia vir duplex animo, inconſtãs eſt in omnibus viis ſuis. Chriſtus verò ſimplicitatem columbæ nos habere docuit: qui glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam ſibi exhibuit: id eſt, quæ per peccatum non habeat maculam, vel per duplicitatem rugam. Unde & Cyprianus epiſcopus, oſtendens in libro de Unitate catholicæ Eccleſiæ, idcirco in columbæ ſpecie ſpiritũ ſanctum veniſſe, ut debeamus in domo Dei, in

B Eccleſia Chriſti unanimes habitare, concordes & ſimplices perſeverare: Hæc eſt, inquit, Eccleſia, noſcenda ſimplicitas, & obtinenda, ut columbas dilectio imitetur fraternitatis ut manſuetudo & lenitas æquetur ovibus & agnis. Quid facit in pectore Chriſtiano luporum feritas, & canum rabies, & venenum lethale ſerpentium, & cruenta ſævitia beſtiarum? Gratulandum eſt, inquit, cum tales de Eccleſia ſeparantur, ne colũbas ne oves Chriſti, ſæva ſua & venenata contagione prædentur. Cohærere & conjungi non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pugna cum pace, tempeſtas cum tranquillitate. Nemo exiſtimet bonos de Eccleſia poſſe diſcedere: ſed qui jactantur ſicut inanes paleę tempeſtate: quorum perverſa mens non habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet unitatem. Ergo longũ eſt inter monachos certamen atque diſcordia de veſte monachica, & apud eos qui religioſiores videntur pro ſua jactantia: apud eos inquam tã ſolenne eſt & celebre tamq; ſanctũ & venerabile nomẽ, quod eſt duplex veſtis, ut reliqui per monaſteria monachi nullius meriti vel momenti æſtimẽtur ab eis, niſi induãtur hac dyploide confuſionis. Sed duabus inquit Dominus, tunicis ne induamini: & habentes victum, & quib. tegamini, his eſtote contenti. Contra hæc etiam divina mandata affectant laxas veſtes, qui ſunt ſibi in hoc quoq; placentes: cum ſuperbi, ſecundum Scripturas ſanctas, alio nomine appellentur ſibi placentes. Sed per naturale ingeniũ, quo illi minus ſapiunt, intellexit Lucanus quidam gẽtilis poëta, quòd laxæ veſtes prætẽdant tẽporẽ quendam, & molliciem eorũ qui deſides ac pigri vidẽtur ad virtutum exercitia. Quicquid ad eos, inquit, tractus, mundiq; teporem A

Labitur, emollit gentes clementia cœli: Illic & laxas veſtes & fluxa virorum Velamẽta vides. Sed ſanctiſſimus pater Benedictus, deſcribens quatuor genera monachorum: Tertium, inquit, monachorum teterrimũ genus eſt Sarabattarum: id eſt ſibi vivẽtium, qui nulla regula approbati, experientia magiſtra ſicut aurum in fornace, ſed in plumbi naturã molliti, adhuc operibus ſervantes ſeculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur: quibus pro lege eſt deſideriorũ voluptas, cũ quicquid putaverint vel elegerint, hoc dicant ſanctum: & quod noluerint, hoc putent nõ licere. Unde & per Salomonẽ dicitur: Sunt impii, quia ita ſecuri ſunt quaſi juſtorũ facta habeant. Sed vos, qui ſecuti eſtis me, ait Dominus, intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpacioſa via eſt, quæ ducit ad perditionẽ, & multi ſunt qui intrant per eam. Quàm anguſta, inquit, porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inveniunt eam. Ad hanc verò quia difficilis eſt aſcenſus, ideo etiam ſanctus Hieronymus inter alia inſtitutionis monita proponit monacho myſterium ſui habitus: Vis, inquiens, ſcire quales Dominus quærat ornatus? habeto prudentiam, juſticiam, temperantiam, fortitudinem. His, inquit, cœli plagis includere: hæc te quadriga in altum, velut aurigam Chriſti, ad metam concitum ferat. Ergo ſancti patres, qui verè erant monachi, non verbis, ſed factis ita conſtituerunt & tenuerunt modum atque regulam monaſticæ veſtis, ut eſſet ad ædificationem ea utentibus, & ad venerationem foris eam aſpicientibus. Unde ſicut egregius vir Caſſianus ſcribit in quarto libro de Inſtitutis monachorum: quidam de ſanctis patribus ita inſtituit inter cætera quendam venientem ad converſionis ſtudium: Noveris, inquit, te ab hodierno die huic mundo, & actibus ac deſideriis ejus, eſſe defunctum, teque ſecundum Apoſtolum mũdo huic eſſe crucifixum, tibiq; hunc mundum: cõſidera ergo conditiones crucis, ſub hujus te deinceps ſacramento oportet in hac luce verſari: quia jã tu non vives, ſed vivet in te, qui crucifixus eſt pro te. Eo ergo, inquit, habitu ac figura, qua pro nobis in patibulo fuit ille ſuſpenſus, nos quoq; neceſſe eſt in hac vita degere: ut ſcilicet ſecũdũ David affligẽtes de timore Domini carnes noſtras, univerſas voluntates ac deſideria nõ noſtræ cõcupiſcẽtiæ ſerviẽtia ſed mortificationi ejus habeamus affixa. Unde & monachorũ pater Benedictus, docens quomodo oporteat renunciantes ſeculo converſari in ſchola divini ſervitii: Paſſionibus, inquit, Chriſti per patientiam participemur, ut regni ejus cõſortes eſſe mereamur. Igitur cuculla, quę minor cella interpretatur, atq; ideo ſicut monachus eſt vocabulũ quoddam myſterii: ſic & cuculla eſt quædã B

virtus

A virtus ſacramenti, ſuper qualem ſcilicet ſpiritualem habitum legitur quidam de ſanctis patribos vidiſſe eandem virtutem ſtare, quam vidit ſuper baptiſmum ſtare. Cuculla autem, id eſt minorcella, dicitur veſtis cocullata, propter cucullum, qui eſt capitis operimentum. de quo ſic ſcribit quidam de antiquis poëtarum, Tempora ſantonico velas adoperta cucullo. Igitur cuculla eſt tunica talaris, & cucullata atq; manicata, habens ſpeciẽ crucis p quatuor partes extenſæ, ut eum qui crucifixus eſt mũdo, hæc quadriga ex omni parte cõcludat, atq; perdocat ad cœleſtia, ſcilicet prudentia, juſticia, fortitudo atque temperantia, ita ut prudentia deſurſum copulata ſit cum juſticia, quarum neutra poteſt eſſe ſine altera: duæ verò altrinſecus virtutes, id eſt fortitudo atq; temperantia, ſic ſunt cognatæ prioribus, atq; conjunctæ, ut dum dextra cootendit imbecillitatem infirmorum ſuſtinete, ſiniſtra contemperata ſit, & ſollicita ordinem, modũ atq; opportunitatẽ rehus ſingulis reſervare. Hæc juxta ſententiam beati Hieronymi & ornamento ſunt, & munimento, quo ſcilicet monili nihil eſt. inquit. precioſius, nihil ea gẽmarum varietate diſtinctius, quando ex omni parte decoraris, cingeris, atq; protegeris. Unde & docet liber Eccleſiaſticus, Quoniam beatus vir qui in ſapientia morabitur, & qui in juſticia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei, ſtatuit caſulã ſive cucullam ad manus illius, & ſtatuit ſimul filios
B ſuos ſubtegmine illius, ut requieſcant bona per ævum in caſula, ſive in cuculla ejus. Sicut enim ſcribit Iſidorus epiſcopus in libro xix. Etymologiarum: Caſula eſt veſtis cucullata, dicta per dimiuutionẽ à caſa eo quòd totũ hominẽ tegat, quaſi minor caſa: inde & cuculla, inquit, quaſi minor cella. Scribit autem monachorum pater Benedictus: Sufficere, inquiens, credimus monachis per ſingulos cucullam, & tunicam, & ſcapulare, propter opera. Ecce primo facit generalem ſuper veſte monachi deſcriptionem. ac deinde infert numerum, & qualitatem: Sufficit enim. inquit, monacho duas cucullas habere, & duas tunicas, propter noctes, & propter lavare, & ipſas res. Tunica quippe cum ſit veſtis diverſarum formarum, ſive fuerit linea, ſive lanea, ſive pellicea, atque alia ejuſmodi plurima: hic dicitur certè talis tunica, qualis eſt camiſia: quarum duæ à ſancto Benedicto propterea unicuique monacho permittuntur, non ut ſimul portentur, ſed ut viciſſim induantur: ut dum una lavatur, quod eſt lavare ipſas res, altera in uſu habeatur. & idcirco cõtra præceptũ Domini, vel aliorũ ſanctorum patrũ, ipſe pater Benedictus nihil docuiſſe vel conſtituiſſe probatur. Quod autẽ cooſtituit propter noctes etiam tales tunicas haberi, inde eſt, quod in alio regulæ ſuæ capitulo pręcipit, ut monachi dormiant veſtiti, & cingulis præcincti: quoniã camiſia ſolet præcingi. cama enim, unde dicitur camiſia, eſt brevis lectus, ſicut in xx. libro Etymologiarũ ſcribit Iſidorus epiſcopus. Et ſupra in xix. libro: Camiſiæ, inqoit, vocantur, quia in his A dormimus in camis, id eſt in ſtratis noſtris. Ceterùm Baſilius epiſcopus ſcribit in regula ſua de inſtitutione monachorũ: Cum autem duas tunicas habere ptohibeat ſermo divinus, quomodo poteſt hoc ſuſcipi? nihil inde poſſumus dicere, cum manifeſta diffinitione deſcriptum ſit, in qua dicitur: Qui habet duas tunicas, det non habenti. ex quo ſine dubio plurimas habere illicitum eſt. Quibus ergo habere duas tunicas non licet, his quomodo aliquid de diverſitate indumentorum præcipi poteſt? Quæ autem, inquit, poſtmodum introducta ſunt humanæ vitæ artificiis, luxuriæ ingenio ſunt conquiſita. Legitur enim in Eccleſiaſtica hiſtoria, quòd Montanus quidã hęreticus duplicis veſtimenti author extiterit, & quòd ſectatores ejus initium ſumpſerint ex imperitia. & cum præceperit Dominus doas tunicas nõ portari, nec veſtiri ambitione phariſaica. eos omnia agere contraria, & ea ſimul acquirere & congregate. quæ Dominus etiam habentes jubet abjicere. Proinde etiam ait in Evangelio Dominus: Qui non bajuſat inquiens, crucem ſuam, & venit, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Crux quippe Domini non illa tantum dicitur, quæ paſſionis tempore ligni affixione conſtruitur: ſed illa, quæ totius vitę curriculo cunctarum diſciplinarum virtutibus coaptatur. Unde & in ſigno crucis deſcribitur non ſolum tota monachi vita, & inſtitutio: ſed omnis Chriſtiana actio, bene operari in Chriſto, & ei perſeveranter inhærere, B cœleſtia ſperare, ſacramenta non prophanare: ut, ſicut ait Apoſtolus, in charitate radicati & fundati. poſſimus comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo & longitodo, & ſublimitas & profundum: id eſt crucem Domini, cojus latitudo dicitur in tranſverſo ligno, quo extenduntur manus: lõgitudo à terra uſque ad latitudinem ipſam, quo à manibus & infra totũ corpus affligitur: altitudo de latitudine ſurſum uſq; ad ſummum, quo adhæret caput: profundum verò, quo terræ infixum abſconditur. Ergo ſicut dictum eſt cucolla eſt tunica talaris, & cucullata, atque manicata, ubi quaſi per quendam prædagogum docentur ſuperius comprehenſa ſanctę crucis myſteria, ut in altitudine ſit charitas bene operandi, in longitudine perſeverantia firmiter inhærendi. in altitudine contemplatio cœleſtis vitæ, inſcrutabilia in profundo Dei judicia, unde iſta in homines venit gratia. Sic enim monachus eſt vocabulum quoddam myſterii: ſic & cuculla eſt quędã virtus ſacramenti: quale ſcilicet veſtimentũ ſic metitur in regula ſua ſanctus Baſilius epiſcopus juxta doctrinam & præceptũ Apoſtoli, ut nec brevius ſit, nec grãdius, quàm ad ſtaturã monachi. quã certè ſenteutiã confirmat ſanctus pater Benedictus abbas. inquiẽs: Provideat de menſura, ut nõ ſint curta ipſa veſtimẽta utentib. ea, ſed mẽſurata. Nam ſanctus Auguſtinus epiſcopus ſcribit in libro de Beata vita, Modus, inquiẽs, ubiq; ſervandus eſt, ubiq; amãdus, ſi vobis cordi eſt ad

Deum

A Deum reditus. Modus enim animi eſt ſapientia, quę & Dei eſt ſapientia: id eſt Chriſtus: qui etiam cum veritas ſit, neq; veritas, inquit, ſine modo, neq; modus ſine veritate unquam fuit. & ideo verum omne, quod loquimur, Dei eſſe probatur. Unde & Dominus excitans in nobis intellectum, ubi homo ad imaginem Dei factus eſt: Eſtote, inquit, perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt. omnia enim in menſura, & numeto, & pondere creavit Deus. Optimus eſt autem in omni re modus, & laudabilis ubiq; menſura: ſed in bonis quoque rebus quicquid modum exceſſerit, vitium eſt, ſicut Hieronymus ait. Per conſuetudinem autem turpe cœpit non videri. quod eſt turpe: quia recedit pudor blandiente conſuetudine. ideoq; pro virtutib. ducuntur ea quæ ſunt vitioſa, & pro honeſtate quę ſunt inhoneſta: quę omnia peccatores & apoſtatæ angeli ſuis artib. prodiderunt, quando ad terrena contagia devoluti, à cœleſti jugo receſſernnt. Ergo tẽplum & altare, & adorantes in eo menſurantur, ſicut in libro Apocalypſis legitur: atrium autem, quod foris templum eſt, ejici foras jubetur, ut non metiatur. Latitudo quippe præſentis vitæ per atrium ſigoificatur: atque ideo metiendi non ſunt, qui foris templũ ſunt, qui per atrium deſiguãtur: quia anguſta porta eſt, quæ ducit ad vitam: & latitudo vitæ pravorum non admittitur ad menſuras & regulas electorom. Unde etiam præcepit in Evangelio Dominus, conſtitutos in agro & operatione vir-

B tutum, non reverti retrò, vel aliquid de domo priſtinæ converſationis tollere: & ne alteram quidem tunicam tollere, quam Apoſtoli prohibentur habere. Sed quia ocioſitas inimica eſt animæ: ideo propter opera tantum conſtituit ſanctus Benedictus alteram cucullam, quæ dicitur ſcapulare: eo quod ejuſmodi veſtis apta ſit caput tantum & ſcapulas tegere. Sic enim ſcribit & docet beatus Baſilius in regula ſua de Inſtitutione monachorum: Revera, inquiens, neceſſarium videtur, eum qui manuum opere uti in aliquo debet, expeditum eſſe, & in omnibus præparatum: ac ſine ullo impedimento inveniri ad omne boni operis miniſterium. Vidimus nos aliquãdo veſtem cucullatam, parvam quidem: ſed ita moderatam, ut deſuper uſq; ad renes tantum deflueret, & utrinque uſq; ad humerorum confinia pertingeret: qualis certe forma atq; menſura propriè dicitur ſcapulare; quod monachis propter opera tantum aſſignatur ex mandato regulæ: quia ibi exprimitur utrinque, ut & monachus ſingularitatis ſuæ cuſtodiam per veſtẽ cucullatam attendat: & per brevitatem ejus ſimul & per brachiorum nuditatẽ magis explicitus & impiger ad opera fiat. Rara autem eſt nunc apud monachos, & inuſitata ejuſmodi veſtis: quia pauci, aut omnino nulli iſtius temporis monachi ſtudẽt more patrum labori aut exercitio operis: cum apud antiqoos patres fuerit uſitatũ, ut nullum ſuſciperent in conſortium ſuum, niſi probatus hoc meruerit per operis exercitiũ: quòd orationum ſtudia, atq; lectionum præcipuè valet cõtra impugnationes vitiorũ. Unde & Sarabattas, hoc eſt ſibi vivẽtes, appellat ſanctus Benedictus tertiũ genus monachorum: quoniam nulla, inquit, regula approbati experientia magiſtra ſicut aurũ in fornace, ſed in plumbi naturam molliti adhuc operibus ſervantes ſeculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcũtur quibus pro lege eſt deſideriorum voluptas: cũ quicquid putaverint vel elegerint hoc dicant ſanctum: & quod noluerint, hoc putant non licere. Hinc beatus Hieronymus ſcribit ad ſacrã virginem Euſtochium: Tria, inquiens, ſunt genera monachorum, ex quibus tertium eſt deterrimũ, atq; neglectum, & quod in noſtra provincia aut ſolũ eſt, aut primum: apud quos, inquit, affectata ſunt omnia, laxæ manicę, caligæ follicãtes, veſtis groſſior, crebra ſuſpiria, dettactio clericorum: & ſi quando dies feſtus venerit, ſaturantur ad vomitum. Sed quia ſciunt monachorum nomen glorioſum, ſub ovium pellibus lupos tegunt. Chriſtum mentitur Antichriſtus: & turpitudinem, inquit, vitæ falſo nominis honore conveſtiuot: qui eriam dum erubeſcunt pro Chriſto glorioſam cum Apoſtolo ſuſcipere nuditatem, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & deſideria multa & inutilia & noxia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

Cõſideranda ſunt hæc quę ſancti patres cõſcribunt ſuper eo genere monachorum. quod nũc in noſtra quoq; provincia aut primum eſt, aut ſolũ: quales etiam in publicum jam emer- B ſerunt exitium. concitantes regnum adverſus regnũ: qui nõ ab Apoſtolica ſede quidem abſtinuerunt. ſed multa contra eam geſſerũt, ſcripſerunt, & docuerunt: ideoq; etiam à catholica Eccleſia apoſtataverũt, qui in cathedra peſtilentiæ ſederunt & ſupra altitudinem nubium ſedem ſuam poſuerunt: quale ſcilicet myſterium iniquitatis prætendunt in veſte ſua, utentes capitio tunicæ pro cuculla. quæ dicitur minor cella, & habet ſpeciem crucis, ſicut dictum eſt ſuprà. Unde & beatus Job, qui interpretatur dolens, & tenet typum vel Chriſti, vel Eccleſiæ, conqueritur ſe circũdari multitudine hæreticorum, quales ſunt fabricatores mendacii, & cultores perverſorum dogmatum: In multitudine, inquit, eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſic cinxerunt me. Tunicæ verò capitium circundat induentis collum: collum autem, ſi ſtringitur vocis uſus, & vitalis flatus necatur. Corpus ergo Eccleſiæ quaſi capitio tunicæ cingunt. qui conſtrictis doctrinę ſalutaris prædicatoribus, velut ejus collũ prementes, in ea claudere iter vocis volunt: quale ſcilicet myſterium iniquitatis prætendunt plures monachi in veſte ſua, per quos fiunt, & facta ſunt ſchiſmata atque hæreſes in Eccleſia: qui etiam à matre filios ſegregant, oves à paſtore ſollicitant, Dei ſacramẽta diſturbãt: qui etiam Dei traditione contẽpta, alienas doctrinas appetunt, & magiſteria humanæ inſtitutionis inducunt. qualẽ ſcilicet conſuetudi-

A nem ſolēt defendere ac roborare per ſancti patris Benedicti teſtimonium quo dicit peregrinum quenq; monachum conſuetudine loci, quam invenerit, ſimpliciter fore contentum. Sed neceſſe eſt ex ipſius patris ſententia diſcernere, quid voluerit peregrinum aliquem monachum utpote adhuc incognitum & fortè rudem atq; indiſciplinatum tenere in conſuetudinis propoſitione: cum idē pater adprimè eruditus divina lege, & ſatis exercitatus ſtudio moralis ſcientiæ, videatur conſentire cum cæteris doctoribus, qui dicūt morem eſſe cōſenſum omniū ſimul habitantiū, qui inveteratus cōſuetudinē facit: ſicut eſt, aſſurgere majoribus, & vultum atq; inceſſum & ſermonē atq; habitum ita moderari ac gerere, ut honeſtas naturæ perpendatur ex morum probitate. Nam ipſe pater Benedictus teſtatur ſe regulā deſcripſiſſe, ut hanc, inquit, obſervantes in monaſteriis, diſcant aliquatenus vel honeſtatem morum, aut initiū converſationis tenere: cæterùm poſſe eos qui ad perfectionē converſationis feſtinūt per doctrinas ſanctorum patrum & per inſtituta eorū ad celſitudinē perfectionis venire, cū ſermo divinus, & authoritas veteris ac novi Teſtamēti rectiſſima ſit norma vitæ humanæ ideoq; ait, nihil debet abbas extra præceptū Domini quod ſit, aut docere, aut conſtituere, vel jubere: ſed juſſio ejus, vel doctrina ut fermentum divinæ juſticiæ in diſcipulorum mentibus conſpergatur.

Oportet autem inquit, abbatem eſſe doctū B lege divina, ut ſit unde proferat nova & vetera. Sicut enim dicit Dominus per Hieremiam prophetā: Stultus eſt omnis homo à ſcientia, & opera eorum vana ſunt, & riſu digna. Ergo licet Moyſes ſit, licet Petrus, aut Paulus ſit, in nihilum deputabitur cuncta eorum abſq; Deo ſapientia: à quo eſt omnis modus, omnis ſpes, omnis ordo, omnis ſpecies, & omnis juſticia. Sed convaleſcēte iniqua cōſuetudine, hic error tanquā lex apud eos eſt cuſtoditus: de qualibus ſcribit Caſſianus ad Caſtorem epiſcopū in libris de Regulis monachorum, & inſtitutionibus: Multi, inquit, per diverſas regiones pro arbitrio ſuo habentes quidem, ut Apoſtolus ait, zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, diverſos modos ac regulas ſibimet conſtituerunt, & tot propemodum regulæ ſunt uſurpatæ quot etiam monaſteria, cellæq; conſtructæ ſunt. ideoque conſtat has diverſitates per provincias uſurpatas eſſe, quia nec dū ſeniorū inſtitutionibus eruditi, neſciētes quidē ordinē diſciplinę monaſteriis præeſſe, feſtinūt, & abbates antequam diſcipuli, quod libitum fuerit, obſervari decernunt promptiores ſuorum inventorū exigere cuſtodiam, quàm examinatam majorum ſervare doctrinam. Super hac re, inquit, viri & vita nobiles, & ſermone ſcientiaque præclari multa jam opuſcula deſudarunt: ſanctum Baſilium & Hieronymum dico, alioſq; nonnullos, quorum tenor ſciſcitantibus fratribus ſuper diverſis inſtitutis vel quæſtionibus non ſolum facundia, verumetiam divinarum ſcripturarum teſtimoniis, copioſo ſermone reſpondet. Unde & legitur A in Eccleſiaſtica hiſtoria, de priorum patrum temporibus, quomodo reſtiterunt lupis gregi Dominico inſidiantibus qui nunc plus abundant iſtis noviſſimis diebus. Igitur hæreticis, inquit, per omnem locum zizaniorū modo puta verbi Dei ſemina jaculantibus & areas Apoſtolicæ doctrinæ adulterina admiſtione polluentibus, ex omni parte ſacerdotes Domini, velut vigilantes agricolæ, excutere & expurgare eorum mala ſemina nitebantur: & tanquam ſolliciti paſtores, inſidiantes lupos gregibus Chriſti, clamoribus ſimul inſectationibuſq; repellere, commonendo fratres, inſtruendo, ſcribendo etiam longè poſitis, ipſos, ſicubi corā deprehendiſſent, in communi perurgendo, & verborum luctamine, ac diſputationum certamine proſternendo, alii etiam poſteris conſulendo, quæſtiones eorū & perverſas objectiones editis cōmentariis confutando. Hinc etiam ſanctus Leo papa: Non eſt, inquit, omnino ferendum, ſed profanis erroribus etiā quorundam ſacerdotum corda conſentiunt, vel, ut mitius dixerim, non reſiſtunt. Qua conſcientia honorem ſibi ſacerdotii præſtitum vendicant, qui pro animabus ſibi creditis non laborant? Beſtiæ irruunt, & ovium ſepta non claudunt. Fures inſidiantur, & excubias non prætendūt. Morbi crebreſcunt, & remedia nulla proſpiciunt. Cum autem illud addunt, ut his qui ſollicitius agunt, conſentire detrectent, & impietatibus olim toto orbe damnatis ſubſcriptioni- B bus ſuis anathematizare diſſimulent: quid de ſe intelligi volunt, niſi quod de numero fratrum, ſed de parte ſint hoſtium? Et iterum idem qui ſuprà, ſcilicet Leo papa: Non ſit perverſis inquit, liberum, ſimulare quod fingūt, ne ſub velamine nominis Chriſtiani decretorum imperialium ſtatuta declinent, quia ideo ad catholicam Eccleſiam cum tanta cordis diverſitate conveniunt, ut quos poſſint, ſuos faciant: & legum ſeveritatem, dum ſe noſtros mentiuntur, effugiant. Sicut enim ait ſanctus Auguſtinus: Inimici Chriſti ita ſentiunt nullum ſibi eſſe pondus authoritatis ad ſuadendū quod profertur contra doctrinam Chriſti, dū ſi non habent nomen Chriſti. De cætero Deus patientiæ & ſolatii det vobis fratres idipſum ſapere in alterutrum, ſecundum Jeſum Chriſtum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum, & patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſęculorum Amen.

Deus itaq; ſummus & verus cū verbo ſuo, & ſpiritu ſancto, quæ tria unum ſunt, Deus unus, omnipotēs & factor omnis animæ, atq; omnis corporis, cujus ſunt participatione felices, qui fecit hominē rationale animal ex anima & corpore, qui eum peccantē nec impunitū eſſe permiſit, nec ſine miſericordia dereliquit: qui bonis & malis eſſentiam etiam cum lapidibus, vitam ſeminalem cum arboribus, vitam ſenſualem etiam cum pecoribus, vitā intellectualem cum ſolis angelis dedit: à quo eſt omnis modus,

A modus, omnis ſpecies, omnis ordo: à quo eſt
menſura, numerus, pôdus: à quo eſt quicquid
naturaliter eſt, cujuſcunq; generis eſt, cujus-
libet æſtimationis eſt: à quo ſunt ſemina for-
marum, forma ſemioum, motus ſeminum at-
que formarum, qui dedit & carni originem,
polchritudinem, valetudinem, propagationis
fœcunditatem, membrorum diſpoſitiooem,
ſalutem concordiæ: qui & animæ irrationabi-
li memoriam dedit, ſenſum, appetitum: ratio-
nali autem inſuper mentem, intelligentiam,
voluntatem, qui non ſolum cœlum & terram,
nec ſolum angelum & hominem, ſed nec exi-
gui & contemptibilis animantis viſcera, nec
avis pennulam, nec herbæ floſculum, nec ar-
boris folium, ſine ſuarum partium conveni-
entia, & quadam veloti pace dereliquit. Hinc
nullo modo eſt credendus regna hominum, e-
orum dominationes & ſervitutes à ſuæ provi-
dentiæ legibus alienas eſſe voluiſſe: ſicut ſcri-
bit ſanctus Auguſtinus in libro quinto de Ci-
vitate Dei, aſſerens veritatem catholicæ fidei.
quam certè fidem catholicam cum nos tenea-
mus, & confiteamur, tamen hæretici eſſe, &
ſchiſmatici ab hominibos externę communi-
onis inſcribimur, quoniam juxta doctrinam
atqne mandatum beati Petri apoſtoli, nos ſub-
diti ſumus regi tanquam præcellenti, ſive
ducibus tanquam ab eo miſſis, & quia etiam
cõmunicamus pontifici Apoſtolicæ ſedis. Sed
qui debeant æſtimari vel catholici, vel hæreti-
ci, poterit ex ſtudiis alterotrorum colligi, ju-
B xta quod in ſuperiore libro aliqua eorum ge-
ſta & mores deſcripſimus. cum noſtri denique
adverſarii exigentes à nobis, non nos ab illis,
fecerũt ſchiſma in Eccleſiaſtico corpore, pro-
feſſi etiam in ſcriptis ſuis ſe defendere partem
ſui papæ Gregorii, qualibus certè ſcribit A-
poſtolicus doctor Gelaſius: Tollatur ergo, in-
quit, nomen è medio, qood Eccleſiarum diſ-
cretionem procul à catholica communione o-
peratur, ut ſyocera pax fidei cõmunionisque
reparetur, & unitas: & tũc quis noſtrûm con-
tra venerandam vel inſurrexerit, vel nitatur
iofurgere vetuſtatem, competenter & legiti-
mè perqoiratur, & illic apparebit quis mode-
ſto propoſito cuſtodiat formam, traditionem-
que majorum, quis ſupra hæc inteverẽter in-
ſiliẽt, quæ rapina æqualẽ poſſe fieri arbitretur.

Hæc hactenus: nuuc verò, ſicut ſupra pro-
miſimus, de ſcriptis Clementis papæ diſſere-
mus probantes ea fidei catholicæ eſſe, quæ vir
quidam iniqous & doloſus quærit pervertere
falſiſſima intepretatiooe: qui etiã plura præ-
ter hanc, quam adhuc io manu tenemus, epi-
ſtolam, profitetur ſe ſcripſiſſe contra eundem
pootificem Apoſtolicę ſedis: In libello, inqui-
ens, quem fecimus tibi ſcribi, optimè ad o-
mnia reſpondetur his quæ in Wigberti epiſto-
la invenis: ſed quis ſit ad quem ſcribat, textus
ſcripturæ non indicat. cum nec proprii nomi-
nis, nec ejus ad quem ſcribitur epiſtola, voca-
buli mentionem aliquam ſcriptor fecerit. qoi
etiam in exordio ipſius epiſtolæ dicit, quòd ſa-
lutatiooem ei præfigere nolit: cum præcipiat
Paulus apoſtolus, fratres ſalutare ſe invicem A
in oſculo ſancto. Qnod ſignum, inquit, ſalu-
tationis in omni epiſtola ita ſcribo. atque ideo
rogamus, ait, vos fratres per adventum Domi-
ni noſtri Jeſu Chriſti, & noſtræ congregatio-
nis in idipſum, ut non citò moveamini à ve-
ſtro ſeoſo, neque terreamini neque per ſpiri-
tum, neque per ſermonem, neque per epiſto-
lam tanquam per nos miſſam, ſcientes quo-
modo oporteat vos converſari in domo Dei,
quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna & firma-
mẽtum veritatis, & manifeſtæ magnum ſacra-
mentum pietatis. Eccleſia quippe Dei dicitur
columoa in his eſſe, qui ſcilicet firmiores cũ
eodem apoſtolo Paulo ſolẽt imbecillitates in-
firmorum ſuſtinere: io quibus eſt etiam firma-
mentum veritatis, quia veritatem ipſi Evan-
gelii confirmant verbis & miraculis. Sed ma-
gnum quidem ſacramentum pietatis ipſa di-
citur Eccleſia, quoniam atteſtante beato Job:
Pietatis eſt ſapientia, abſtinere autem à malis
eſt ſcientia. Pietas quippe, quæ eſt Dei cultus,
Græcè dicitur theoſebia, quoniam ad colen-
dum Deum ſoli Eccleſię competit religio ſan-
cta atque ſincera. Sed ſicut ſcribit Auguſti-
nus in libro de Vera religione: Paria quidẽ ſa-
cramenta celebrant hæretici, quamvis ſenten-
tia diſpares ſint: qui dum errores ſuos animo-
ſius defendere, quàm cautius corrigere ma-
lunt, excluſi à catholica cõmunione & à par-
ticipatione, quamvis parium ſacramentorum
propria vocabula propriosque conventus nõ
in ſermone tantum, ſed etiam ſuperſtitione B
merentor: ut Photini & Arriani, & qui no-
ſtris temporibus emerſerunt, Paterini, de qui-
bus poſtea ſumus dicturi. Sunt autem ſacra-
menta, chriſma, & corpus & ſanguis: quæ ob
id ſacramenta dicuntur, quia ſub tegumento
corporalium rerum, virtus ſecretius ſalutem
eorundem ſacramentorum operatur. Unde &
à ſecretis virtutibus, vel à ſacris ſacramenta
dicuntur: quę ideo fructuoſe penes Eccleſiam
fiunt, quia ſanctus in ea manens Spiritus, eo-
rundem ſacramentorum effectum latenter o-
peratur, atque ideo nec bonorum meritis diſ-
penſatorum hæc dona amplificantur: nec ma-
lorum attenuãtur, quæ vivificat Spiritus ſan-
ctus: quia neque qui plantat, neque qui rigat,
aliquid eſt: ſed qui incrementum dat, Deus.
Horum. n. quodlibet ſacramentum. ſi verbis
Evangelicis in nomine patris, & filii, & ſpi-
ritus ſancti aliquis etiam hæreticus conſecra-
verit, illa ſanctitas ſacramenti verbis Evange-
licis conſecrata verè integra manebit: quam-
vis fides illius ſub eiſdem verbis, aliud opina-
ta quã catholica veritas docet, non ſit integra,
ſed fabuloſis falſitatibus inquinata. Unde Au-
guſtin⁹ in libro cujus titulus eſt De unico ba-
ptiſmo: Nõ itaq;, ait, ideo non ſunt ſacramẽta
Chriſti & Eccleſiæ, quia eis illicitè utũtur nõ ſo-
lum hæretici, ſed etiam omnes iniqui & im-
pii: ſed tamen illi, inquit, corrigendi & puni-
endi, illa verò agnoſcenda & veneranda ſunt:
quia nec ipſa creatura, quam Deus condidit,
mala eſt: nec verba Evangelica in quibuslibet

A errantibua reprehendenda ſunt: ſed error ipſorum, in quibua & ſacramẽti integritas honoratur, & mentia vanitas emendatur.

Proinde Clemens papa arguit eos qui aliter credunt de ipſis ſacramentis Chriſti & Eccleſiæ, aſſerentes ea extra Eccleſiam ſacramenta non eſſe: qui etiam cum fidem catholicam non habeant, ſeſe catholicos appellant: cæteros autem, qui multo rectina quàm ipſi credunt, hæreticos atque ſchiſmaticos eſſe dijudicant. Sciendum verò, inquiunt, quòd Wigbertus arguit catholicos aſſerere, illa quæ fiunt extra Eccleſiam ſacramenta non eſſe, nec aliquam damnationem cuiquam conferre, aſtruens tã extra quàm intra catholicam Eccleſiam hæc omnia rata & vera exiſtere: aſſumitque in teſtimonium aſſertionis ſuæ Auguſtini ſententiam, in quodam tractatu in Evangelium Joãnis, contra rebaptizatores editam. Ita ergo, inquit Auguſtinus, nec foris, ſicut nec intus, quiſquam qui ex parte diaboli eſt, poteſt vel in ſe, vel in quoquam maculare ſacramentum, quod Chriſti eſt. Quam & nos, inquiunt, ſententiam fideliter amplectentea, reſpõdemus, hoc Auguſtinum de ſolo, unde tunc agebatur, baptiſmi dixiſſe ſacramento. Notate obſecro, notate utrorunq; verba, ut pariter proficiam' in fide catholica: quod nobis præſtare dignetur, qui ſine fine vivit & regnat: A

Amen.

F I N I S.

EPISTOLA LEODIENSIVM ADVERSVS PASCHALEM .II. PAPAM, CIRCA Annum Domini M. C. VII.

OMnibua bonæ voluntatis hominibus, Leodienſis eccleſia veritatem fidei. & Catholicam unanimitatem inconcuſsè tenena, ſtupendo & gemendo exclamo cum Eſaia qui onus deſerti maris exaggerãs, exclamat: Sicut turbines ab Africo veniunt, de deſerto venit, de terra horribili viſio dura nunciata eſt mihi. Qui incredulus eſt, infideliter B agit: & qui depopulator eſt, vaſtat. Qui hactenus non intelligebat loquendo. quid ſit deſertum mare: nunc intelligat videndo. quid per deſertum mare ſignificetur, non ſolum Babylonia, ſed etiam mundus & Eccleſia. Quamvis enim ut mare undis, ſic mundus & Eccleſia affluant populis: tamen jure vocantur deſertũ mare, quia mundus videtur eſſe deſertus à ſapientium principum gubernaculo; Eccleſia gemit ſe deſertam à ſano præſulum conſilio. Quę enim major olim confuſio fuit in Babylonia. quàm hodie eſt in Eccleſia? In Babylone confuſæ ſunt linguæ gentium: in Eccleſia dividuntur linguæ & mentes credentium. Ait Petrus in Epiſtola ſua: Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta. Hactenus interpretabar, ideo voluiſſe Petrum per Babylonẽ ſignare Romam, quia tunc temporis Roma confuſa erat idololatria & omni ſpurcitia. At nũc dolor meus mihi interpretatur, quod Petrus prophetico ſpiritu dicens Eccleſiã in Babylone collectam. prævidit confuſionem diſſenſionis, qua hodie ſcinditur Eccleſia. Nam quamvis Eccleſia ſit in Babylone mundi, tamẽ debet eſſe collecta per fraternam unanimitatẽ. Qui ſint turbines ab Africo. diſcimus patiendo magis quàm legendo. De terra horribili. à Romana ſcilicet eccleſia, viſio dura nunciata eſt mihi: inde turbo ut tempeſtas venit ab Africo. Romanus enim pręſul pater omniũ eccleſiarum, literas contra nos mittit Roberto Flandrenſium comiti, quarum exemplar tale eſt.

Paſchalis epiſcopus. ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Roberto, Flandrenſiũ comiti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui in te virtutis ſuæ efficaciam operatur: quo reverſus ab Hieruſalem Syriæ, in cœlorum Hieruſalem juſtæ militiæ operibus ire contendis. Hoc eſt legitimi militis, ut ſui regis hoſtes inſtantius perſequatur. Gratias ergo prudentiæ tuæ agimus quod præceptum noſtrum in Cameracẽ B parochia executus es. Idipſum de Leodiẽſibua excommunicatis pſeudoclericis præcipimus. Juſtum enim eſt, ut qui ſemetipſos à Catholica eccleſia ſegregarunt, per Catholicos ab Eccleſiæ beneficiis ſegregentur. Nec in hac tantum parte, ſed ubicunq; poteris, Henrichum hæreticorum caput & ejus fautores pro viribus perſequaris. Nullũ profectò gratius Deo ſacrificium offerre poteris, quàm ſi eum impugnes, qui ſe contra Deum erexit. qui eccleſiæ Dei regnum auferre conatur, qui in loco ſancto Simonis idolum ſtatuit, qui à principibus Dei ſanctis Apoſtolis, eorumq; vicariis, de Eccleſiæ domo ſancti Spiritus judicio expulſua eſt. Hoc tibi ac militib. tuis in peccatorum remiſſionem, & Apoſtolicæ ſedis familiaritatem præcipimus ut his laboribus & triumphis ad cœleſtem Hieruſalẽ, Domino præſtante, pervenias. Datum Albani, 12. Kalendas Februarii.

Super his literis cujus lumbi non repleantur dolore? Super his me obſtupefecerunt tenebræ: nec tantum pro honore periculi, quãtum pro horrenda novitate rei, quod tam lachrymabiles literæ potuerunt ſcribi à matre contra filias ſuas, quamvis peccantes. In judicio Salomonis expreſſa eſt magnitudo maternæ pietatis, quando judicante Salomone, ut infans pro quo contendebatur, gladio divideretur, maluit mater filium ſuum ſub aliena muliere vivere, quàm gladio judicis dividi. Dicit Eſaias: Babylon dilecta mea verſa eſt mihi in mi-

A hi in mitaculum. At ego dico: Roma dilecta mea mater, verſa eſt mihi in miracnlũ. Quid enim tam mirabile, imò quid tam miſerabile? Viditolim David angelum Domini ſtantẽ extento gladio ſupet Hieruſalem: nos filiæ Romanæ eccleſiæ, ecce videmus Romanum præſulem, qui eſt angelus Domini, extento gladio ſupet Eccleſiam. David orabat ne populus occideretur, angelus noſter porrigens Roberto gladinm, otat ut occidamut. Unde iſte gladius angelo noſtro? Jubente Jeſo, nt vendita tunica, emant ſibi gladium, dicunt diſcipuli: Ecce duo gladii hic. Et Jeſus, Satis eſt. Ut ex patrũ dictis colligimus, eſt unus gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei, de quo Jeſus ait: Nõ veni pacem mittere, ſed gladium. Et propheta: Maledictus qui prohibet gladium ſunm à ſanguine. Hunc gladium diſtringit Jeſus magis contra carnales affectus, quàm contra mundi aſſultus. Eſt & alter gladius ſpititualis, quo mortificatis vitus carnis, emitur coroua martyrii. Cum ergo duos tantum gladios à Domino apoſtoli habeant, unde iſte tettius Apoſtolico gladius, qnem in oos porrigit Roberto armigero ſuo? Fortè recutrit Apoſtolicus ad Ezechielem prophetam, ut de manu ejus tettium artipiens gladium, vadat ad dextetam ſive ad ſiniſttam, cædendo bonos & malos. Dicit enim Deus Ezechieli prophetæ: Ut duplicetur gladius, & ttiplicetur gladius interfectorum. Puto, non dabit propheta tettium gladium Apoſtolico. Propheta oamque duos Evange-
B lii gladios oſtendens, pet duos unius gladii uſus, gladium Apoſtolico dãdum duplicat, dicens: Gladius gladius exacutus eſt & limatus. Exacutus, ut cædat victimas: limatus, ut ſpleodeat. Exacutus eſt, quia, ut ait Hieronymus, qui malos petcutit, in eo quòd mali ſunt, & habet gladiũ interfectionis, ut occidat peſſimos, miniſter Domini eſt. Limatus eſt, ut ſincetè prædicetur vetbum Domini. Ttiplicato gladio armat Propheta interfectotes. quia (ut ait Paulus) non ſine cauſa judex gladium pottat. Hic eſt gladius interfectionis magnæ qui me cum Ezechiele obſtupeſcete facit. Quem enim non faciat cotde tabeſcere, quod Apoſtolicus ad vivificãdum unctus, accingitur in nos tertio gladio interfectorum? O utinam placatus dicat Deus etiam nunc angelo petcutienti: Sufficit nunc, contine manum tuã. Nihil dico in Chriſtum Domini, ſed vicem noſtram doleo. Sed niſi Chriſtus Domini, veniens ad caulas ovium, intraſſet in ſpeluncã purgare ventrem, non præcidiſſet David otam chlamydis ejus. Si quis eſt David, inveniens hunc Chriſtum Domini dormientem, omneſque milites ejus dotmientes, non mittat manum in Chriſtum Domini: ſed tantũ tollat haſtam ejus & ſcyphum aquæ, qui eſt ad caput ejus dormientis. Hanc haſtã quam contra nos erexit, oſtendo cunctis: hunc ſcyphum aqnæ, qui eſt ad caput ejus dormientis, pottigo cunctis ad guſtandum, ut ſapiant omnes quàm inſipida ſit authoritas legis ejus, qua diſtrinxit gladios laicorum in cervices clericorum. Si liceret dicere (ſalva Apoſtolicæ dignitatis reverentia) ipſe nobis videtur dormiviſſe. Dormierunt cum eo omnes conſiliarii ejus, quando conduxit ſibi vaſtatorem Eccleſiarum Dei. A Præcepit Paulus, nt verbum epiſcopi ſit ſanum & irreptehenſibile. Nos ergo non infirmamus aut teptehẽdimus verbum Epiſcoporum epiſcopi: ſed quia Apoſtolicus non debet deviate ab Apoſtolo. quætimus humilitet per ſingula, uttum hæc Apoſtolici verba ſint per omnia gravitate Apoſtolicæ authoritatis ſana & irreptehenſibilia. Ecce ut pater dilecto filio ſalutem mittit, & Apoſtolicam benedictionem promittit. Sed ut multis videtur, non ea illi opera indicit, quibus ſalutem & benedictionẽ à Deo prometeri poſſit. Benedicit Deum qui, in eo efficaciam ſuæ virtutis operatur, quod Eccleſiam Dei debellat & depopulatur, ac per hoc cœleſtis Hieruſalem aditum eipollicetur. Num tecta via dilectũ filium ditigat, ipſe pater nobiſcum videat. Ut utamut verbis Auguſtini ſummatim collectis: Deus qui dixit, Ego faciens pacem & creans malum. ſicut cætera ſuaviter diſponit: ita hoc etiam diſponit, ut bonum pacis per bonos faciat, malum verò belli per malos creet. Utens enim Deus animis hominum pro voluntatibus & meritis eorum, digna dignis opera imponit, ut dignis digna præmia repeodat, bonis bona pro bonis, malis mala pro malis. Quis unquam populum Dei, quis onquam Eccleſiam Dei impunè perſecutus eſt? Quoties peccabant filii Iſrael, ſuſcitabat Deus hoſtes qui contererent peccan- B
tes. Caſtigabat Deus quos amabat, & damnabat illos qui vitio ſuo tales erant, ut per eos mala malis inferat. Dicit Deus pet prophetã: Vocabo ab aquilone ſervum meum Nabuchodonoſor, qui faciat omnem voluntatem meam. Quam voluntatem, niſi ut peccantes diſperdat? Hunc ſervum ſuum Deus pro merito ſetvitutis in bovem cõvertit. Peccanti David ait Deus: Ecce ego inducam malum ſuper te de domo tua. Hoc malum executus Abſolon, fugato patte ſuo, invaſit Hieruſalem. Nũquid per hoc meruit cœleſtem Hieruſalem? Pet Eſaiam dicit Deus: Væ Aſſur, virga & baculus furotis mei ipſe, in manu ejus indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam illum, & ad populum furoris mei. Mandabo illi ut auferat prædam, & diripiat ſpolia, & reliqua. Cur Deus intentat Væ Aſſur, qui mala, quæ fecit, ea mandante fecit? Væ mundo ab ſcandalis, dicit Deus. Neceſſe eſt ut veniant ſcandala, væ tamen illi pet quem ſcandalum venit. Hoc Hieronymus ſic exponit: Cum neceſſe ſit quidem ut veniant ſcandala, væ tamen homini qni, quod neceſſe eſt ut in mundo fiat, facit ſuo vitio ut pet ſe fiat. Quid multis opus? Ecce opera juſtæ militiæ, quibus pater filium: papa cœleſtis tegis militem imbuit, per quæ poſſit contendere ad cœleſtem Hieruſalem, impugnando ſcilicet Eccleſiam Dei. Gratias (inquit) prudentię tuæ agimus, quod præceptum noſtrum in Cametacen. parochia executus es. Qualis & quanta ſit vaſtitas & contritio Ca-

A meracen. eccleſiæ, quis recolit ſine dolore? Ego quidem filia Romanæ eccleſiæ, condolebam Cameracenſibus pro affectu germanitatis: nunc verò audiens hæc mala inferri præcepto Apoſtolicæ authoritatis, jam amplius doleo: quia timeo matri meæ, ne in illam redundet illud quod Deus dicit per os Eſaiæ: Vę qui condunt leges iniquas, & ſcribentes injuſticiam: ſcripſerunt, ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent cauſæ humiliũ populi mei, ut eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. & reliqua. Tantam Eccleſiæ deſolationem, tantam pauperum & viduarum oppreſſionem, tantam prædarum & rapinarum immanitatem, & quod his gravius eſt, promiſcuam bonorum & malorum occiſionem, hæc, & pejora his. præcepta Apoſtolici facta eſſe quis crederet, niſi ipſe ſuo ſe ore prodidiſſet? Taceo Cameracenſem epiſcopatum in duos eſſe diviſum. judicio Romanæ eccleſiæ: taceo Walcherum, qui Apoſtolici conſenſu & authoritate probatus. & prior ordinatus fuit. ſubitò exordinatum, excommunicatum, & alium ei ſubordinatum. Hæc juſta ſint, necne, in Dei pendet ſententia. Non invehimur in Chriſtum Domini, ad quem pertinet ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Sed quia Apoſtolicus hæc mala ſibi adſcribit, & Eccleſiæ vaſtatori per gratiarum actionem applaudit, ſuper his mirandum an magis ſit dolendum neſcio: cui hoc magis ſit periculoſum, jubenti an obedienti: cui hoc magis ſit
B damnoſum, facienti an patienti, quis homo diſcernet? Nos attoniti hac novitate rerum quærimus unde ſit hoc novum exemplum, ut prædicator pacis ſuo ore & alterius manu inferat Eccleſiæ bellum. Contrà Barbarorum & inimicorum Dei aſſultus, concedunt Canones etiam clericis arma ad defenſionem urbis & Eccleſiæ. Bella verò indici Eccleſiæ per authoritatem Canonicam, nuſquam ſcripturarum legimus. Quæro quod neſcio, dico quod ſcio: pacem Jeſus, pacem Apoſtoli, pacẽ Apoſtolici viri prædicant, peccantes arguunt, obſecrant, increpant in omni patientia & doctrina. Inobedientes jubet Paulus durè increpari. Quomodo durè increpentur inobediẽtes, dicit Jeſus: Si peccaverit in te frater tuus, corripe illum primò ſolum ſolus, ſecundò cũ duobus aut tribus teſtibus. tertiò cum Eccleſia: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Hinc ait Auguſtinus: Illud quod ait Jeſus, Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus: gravius eſt quàm ſi gladio feriretur, ſi flammis abſumeretur. ſi feris ſubiiceretur. Nam ibi quoque Jeſus ſubjunxit: Amen dico vobis. quæ ligaveritis in terra, ligata erunt & in cœlo. ut intelligeretur, quod gravius ſit punitus, qui velut relictus eſt impunitus. Sic ſententia veritatis expoſita ab Auguſtino, quis divinæ vindictæ humanam vindictam ſuperponat? Qui illum perſequitur quem Deus percuſſit, & ſuper dolorem vulnerum Dei addit, videat quid imprecetur illi Deus, qui iniquitates & dolores noſtros in perſona dominici hominis portavit. A
Appone iniquitatem ſuper iniquitatẽ illorum, & reliqua: Si quis pro Apoſtolico dicat merito depopulandam eſſe Eccleſiam, cui incumbat excõmunicatus Epiſcopus: audiat exemplum, in quo cauſa cauſæ, & perſona perſonæ reſpondet. Tempore primi Gregorii papæ, defuncto Salonitanæ urbis Epiſcopo, cum decreviſſet Gregorius, ut pro eo epiſcopus ordinaretur Honoratus: Maximus quidam auxilio militaris manus invadens epiſcopatum Salonitanum, & ab Epiſcopis cõſecratus, à Gregorio excommunicatus eſt, & tamẽ miſſas celebrare præſumebat. Hunc Gregorius non aliis quàm ſacerdotalibus armis debellans, non ſuperordinavit ei Honoratum, nõ immiſit Eccleſiæ vaſtatorem: ſed tam diu peccantem arguit. donec ſeptimo excommunicationis ejus anno, tandem ad veniam petendam attraheret. eumq́ue reſipiſcentem non exordinavit, non reordinavit: ſed ei in gratiam ſuam recepto, quod deerat, dato archiepiſcopali pallio, ſupplevit. Cum ergo Salonitanæ cauſæ ſit ſimilis cauſa Cameracen. cur cenſura Romanæ eccleſiæ in ſimili cauſa nititur diſſimili ſententia? Martinus Turonenſis poſſet Apoſtolico ſufficere ad exemplum, ut deſiſtat ab oppreſſione innocentium. Priſcillanum epiſcopum à Damaſo papa pro hæreſi damnatum, Maximus Imperator accuſante Itachio epiſcopo occidit: & ut omnes ſequaces ejus ubiq; occiderẽtur, edixit. Martinus ergo aliiq; Itachium cõmunione Eccleſiæ privaverunt, criminantes B
eum, quod ejus accuſatione qualiſcunq; homo occiſus ſit. Maximus agebat cũ Martino, ut Itacbio communicaret: & Martinus agebat cũ Maximo, ut ſequaces Priſcilliani non occiderentur, ne etiam catholici cum eis perirent. Quod petebat Martinus nullo modo impetraſſet. niſi ad tempus Itachio cõmunicaſſet. Sic quoddammodo anathema factus pro fratribus ſuis retraxit ab eorum cervicibus gladiũ Imperatoris. Qui damnavit accuſatorem Itachiũ pro morte hæretici. ſi adhuc viveret, non laudaret & iſtum, cujus præcepto tot occidũtur pro cauſa Cameracenſium. Qui etiam cum periculo animæ ſuę liberavit hæreticos à morte, q̃ graviter ferret innocentes pro aliena culpa opprimi? nos res rebus conferimus. cauſis cauſas opponimus. At Cameracenſes afflicti malis. clamant ad Paſchalem: ſicut filii Iſrael afflicti malis, clamabant ad Moſen. Videat Deus, & judicet, quomodo fœtere feciſti odorem noſtrum coram Pharaone. & præbuiſti ei gladiũ ut occideret nos? idipſum de Leodienſibus excommunicatis pſeudoclericis præcipimus. Juſtum enim eſt. ut qui ſemetipſos à Catholica eccleſia ſegregarũt, per catholicos ab eccleſiæ beneficiis ſegregentur. Hic vero me invaſit anguſtia, quaſi parturientis. Unde exclamare cõpellor: q a omnes parturientis dolores, hic meꝰ dolor vincit. Filios .n. genui, hoſq; lacte alui fidei, hos pane veritatis cõfirmavi, & in virile robur provexi. Ipſa me beatificabam: quia eia in regis curia & in Dei Eccleſia florentib. nihil deeſſe

Digitized by Google

A deeſſe credebã, quod vel ad corporis pertinet
decuré, vel ad animæ ſpectaree valoré. Sed q̃d
eſt ab umni parte beatũ? Ecce mater mea, ſan-
cta Romana ecelefia, vule infligere eis notã ex-
cõmunicationis, & inſuper erexit ſup eos gla-
diũ occiſionis. Super his ego quidem mater-
no dolure torqueor: ipſi ætatem habent, lo-
quantur pro ſe. Idipſum (iuquit) de Leodi-
enſibus excommunicatis pſeudoclericis præ-
cipimus. Statera duluſa non eſt bona ait Sapi-
entia. Quia cõfert cauſam noſtram cauſæ Ca-
meracenſium, ut & nos patiamur quod patiũ-
tur Cameracenſes. Nos quidem Cameracen-
ſibus cõpatimur, nobis nihil tale verebamur.
Cameracenſes, quia cauſæ caoſam, perſonæ
perſonam ſuppoſuerune, gladium bicipitem
ſibi ſuppoſuerunt: nos verò Leudienſes qua-
re excommunicati dicimur? quare gladius nu-
bis ſuperponitur? Quid dignũ morte aut ex-
communicatiune fecimus contra Canonicam
r:gulam Eccleſiæ? In uno ſpiritu nos omnes,
in unum corpus baptizati ſumus, nos unius
moris Deus in domo ſua habitare facit. Obſe-
crat nos Paulus per nomen Domini, ut non
ſint iu nobis ſchiſmata. Quando ſignificatum
eſt Romanæ eccleſiæ, quòd contentiunes fu-
erint inter nos? Idipſum in Chriſto ſapimus,
idipſum dicimus. Non dicimus: Ego ſum Pau-
li, ego Cephæ, ego autem Chriſti. Nunquid
pro hac unanimitate excõmunicati dicimur?
Ut præcipit Paulus, obedimus & ſubjacemus
præpoſitis noſtris, qui vigilant pro animabus
noſtris. Nobis legem Dei tenentibus objici-
B uot, quòd tranſgrediamur eorum nuvas tra-
diriones. At illis dicit Deus. Quare vos trans-
gredimini mãdatum Dei. propter traditiones
veſtras? Jubet Deus, ut quæ ſunt Cæſaris, red-
damus Cæſari: & quæ ſunt Dei Deo. In hanc
ſententiam Petrus & Paulus pedibus eunt. Pe-
trus inquit: Deum timete, regem honorifica-
te. Servi ſubditi eſtote in omni timore domi-
nis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam
dyſcolis. hæc eſt enim gratia Paulus: Omnis
anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.
Qui poteſtati reſiſtit, Dei urdinationi reſiſtit:
qui boc omni animæ præcepit, quem à ſubje-
ctione terrenæ poteſtatis excepit? Quia ergu
regem honuramus, quia dominis noſtris non
ad oculum, ſed in ſimplicitate cordis ſer-
vimus: idéo excommunicati dicimur? Sed Si-
moniaci ſumus. Simuniacos, quantum ad nos,
vitamus: & qnos vitare nequivimus, pro loco
& tempore toleramus, certi quòd ipſę Jeſus
factu flagello de reſticulis peccatorum, cathe-
dras vendentium columbas evertit, & num-
mulariorum effundit æs. Vitamus inquam Si-
moniacos: nec minus vitamus illus, qui no-
tam avariciæ honeſto nomine prætexentes,
quod gratis ſe jactant dare, vendunt ſub cha-
ritatis oomine: & ſicut Moutaniſtæ ſub no-
mine oblationum, artificioſius accipiunt mu-
nera. Ob boc dolendu miramur, cur escom-
municati dicamur, quando, à quo & quare
excommunicati ſimus. Non ab epiſcopo no-
ſtru, non ab archiepiſcopo, cui epiſcupus no-

ſter ſuffragatur, nos excommunicatos èſſe ſci- A
mus. Sed nec à papa Romanu nos eſſe excom-
municatos credim⁹, quia ſcimus eũ oon igno-
rare, quod ait Nicodemus: Lex noſtra non ju-
dicat quenquã, niſi audierit ab ipſu prius. Nec
Sodomitas damnaſſet Deus, niſi deſcendiſſet
ad ipſos videre, utrum clamorem qui venerat
ad eum, opere compleſſent. Qui nihil à nobis
audivit, quem non epiſcopus, nõ archiepiſco-
pus aliquando cuntra nos interpellavit, quis
crederet quòd nos excõmunicaverit? Per ſca-
lam uſq; ad cœlos pertingentem, vider Jacob
aſcendentes & deſcendentes angelos. Et Jeſus
ait diſcipulis: Amen amen dico vobis, videbi-
tis cœlum apertum, & angelus Dei aſceuden-
ees & deſcendentes ſuper filium bominis: non
filios hominis, id eſt Adæ, in ſua exprimit per-
ſuna. In aperto Ecelesiæ cœlo & boni & mali
Intrant. Vus præſules Eccleſiæ, qui eſtis ange-
li Dei, gradatim ad nos aſceudere debetis, gra-
datim & nos ad vos aſcendere debemus, Quot
gradibus ad vus aſcendimus, tot ad nos deſcẽ-
dere debetis. Eſt primus gradus nubis ad epi-
ſcopum, ſecundus ad archiepiſcopũ: per quos
aſcendere debemus ad gradum tertiũ, id eſt ad
papam Romanum: ſuper filiũ hominis deſcẽ-
detis, cum humilibus compatiendo cande-
ſcenditis. Super filium hominis aſcenditis. cũ
verbo & exemplo humiles ad cœlum ſuſtolli-
tis. Credo dicetis, nos ideo haberi excummu-
nicatos, quia favemus epiſcopu nuſtro, faven-
ti partibus dumini ſui Imperatoris. In bac re
ſunt initia dolorum, pru hac re erubeſcũt cau B
ſæ malorum: quia ſatanas ſolutus terram per-
ambulans jam diviſit regnum & ſacerdotium.
Quia ergo diabulus venit ad nos habens iram
magnam, patrem noſtrum qui eſt in cœlis o-
ramus pru hoc ſpecialiter, ne nus inducat in
tentationem hanc, ſed liberet nos à malu hu-
jus tentationis. Nobis dormiẽtibus inimicus
ſuperſeminavit zizania in agro Eccleſiæ. Ex-
pectamus donec angeli, meſſores Dei, alligent
zizaniorum faſciculos ad comburẽdum. Num
ideo dicimur excommunicati? O quot mani-
pulos tritici eradicavit, qui ante tempus zixa-
nia à tritico diſcernere feſtinat. Quis jure re-
prebẽdet, quòd epiſcopus partib. Domini ſuĩ
favet, cui promiſſam cum juramento fidelita-
tem debet? Perjurium, nemo dubitat eſſe grã-
de peccatum. Deus ſolus jurat, & non pœni-
tet eum: quia ſapientia cuſtodit pręcepta jura-
menti Dei. Sed nos, quos juraſſe ſæpe pœni-
tet jurare probibemur. Si jurat homo, jubet
Deus ut reddat Dominu juramentum ſnum.
Hoc nec ignorant illi qui regnũ & ſacerdoti-
um ſcindentes novello ſchiſmate, & novellis
(ut quibuſdam placet) traditionibus. Illos
qui regi perjurãt, ſe à culpa perjurii abſolvere
promittũt, non attendentes quòd Execbiel ex
ore Dei dicat de Sedechia, qui perjuravit Do-
mino ſuo regi Nabuchodonuſor: Qui ſulvit,
inquit, pactũ, nunquid effugiet? Hoc Hiero-
nymus ſic exponit: Ex hoc etiam diſcimus, in-
ter buſtes ſervandam fidem: & uun conſiderã-
dum cui, ſed per quem juraveris. Multo enim

A melior inventus eſt ille qui ꝓpter nomen Dei
tibi credidit, & deceptus eſt: quàm tu qui per
occaſionem divinæ majeſtatis, hoſti tuo, imò
jam amico, molitus es inſidias. Quid labora-
mus in colligendis exemplis vitandi perjurii?
Tertium Decalogi mandatum, de corde & ore
Dei prolatum, ejuſq; digito ſcriptum, hoc eſt:
Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanũ.
Nec enim habebit inſontem Dominus, eum q
aſſumpſerit oomen Domini ſui fruſtra. Cum
tria prima Decalogi mandata ad cultum Dei
pertineant, diligenter inſpicientibus videtur,
quod in hoc tertio Decalogi mandato cætera
mandata pendeant: quia cum ſit qnod Deus
fieri præcepit, vel non fir quod Deus fieri pro-
hibet: ideo utiq; fit vel non fit, ut nomen præ-
cipientis vel prohibentis Dei non aſſumatur
in vanum. Quis magis aſſumit in vanum nomẽ
Dei, quàm ille qui violat hoc, quod per nomẽ
Dei jurat? Deus jubet ne per cœlũ, ne per ter-
ram, ne per caput meum jurem, ne fortè perju-
rem. Si culpa eſt perjurare per creaturam Dei:
quàm gravius peccat, qui per creatorem Deũ
pejerat? Hinc omnes perpẽditis, quòd ſit reus
capitis, qui non reddit Cæſari quæ ſunt Cæſa-
ris, ſecundum decretũ Dei: vel qui regem io-
honorat contra decretum Apoſtoli, vel peje-
rando aſſumit nomen Dei in vanum, per quod
juravit regi fidelitatem. Ecce qnare excõmu-
nicati dicimur? Sed quare pſeudoclerici vo-
camur, qui canonicè viventes, operibus me-
remur ut clerici vocemur? Non eſt, non eſt in-
B quam de ſorte Dei, qui vult nos excludere à
ſorte Dei. Non tales, ô mater Eccleſia, nutri-
viſti, ut meritò vocemur pſendoclerici. Quia
enim nos voluntati noſtræ non dimiſiſti, oon
confundemos te matrem noſtram. Mirum eſt
de domino Paſchaſio, quomodo ſic convicia
venalia invenit, bona mercatione videtur ea
accepiſſe, quæ tanta in nos profundit facilita-
te. Modo enim nos excõmnnicatos nominat,
modo pſeudoclericos ex motu animi vocat. E-
ructavit cor David regis verbum bonũ: evo-
muit cor domini Paſchaſii vile conviciũ, prò-
ut vetulæ & textrices faciunt. Petrus apoſto-
lus docet: Non dominantes in clero, ſed forma
facti gregis. Paulus apoſtolus ad Galatas delin
qnentes ait: Filioli, quos iterum parturio in
Domino. Hos igitur attendat domin⁹ Paſcha-
ſios, pios admonitores, non impios convicia-
tores. Maledictum excõmunicationis domin⁹
Paſchaſius nobis improperat: ſed illud ante o-
mnia timemus, quod Spiritus ſanctus per os
Pſalmiſtæ dicit: Maledicti omnes qui decli-
nant à mandatis tuis. Maledictum excommu-
nicationis, qnod ex novella traditione Hilde-
brandus, Odardus, & iſte tertius indiſcretè ꝓ-
tulerunt, omnino abiicimus: & priores ſan-
ctos patres uſq; nunc veneramur & tenemus,
qni dictante Spiritu ſancto, non animi moto,
in majoribus & minoribus poteſtatibus gravi-
ter delinquentibus quædam diſſimulaverunt,
quædam correxerunt, quædam toleraverunt.
Dominus noſter epiſcopus communicat regi
& Imperatori ſuo, cui ex regalibus ejus acce-
ptis fidelitatem joravit. Nimium effluxit tem- A
pus, quo hæc conſuetudo incœpit: & ſub hac
conſuetudine migraverunt à ſeculo ſancti &
reverentes epiſcopi, reddentes Cæſari quæ e-
rant Cæſaris, & Deo quæ erant Dei. Sed quid
dicit Ambroſius ſuper Lucam? Si Chriſtus, in-
quit, non habuit imaginem Cæſaris, cur dedit
cenſum? Non de ſuo dedit: ſed reddidit mun-
do, quod erat mundi. Et tu ſi non vis eſſe ob-
noxius Cæſari, noli habere quæ mundi ſunt.
Sed ſi habes divitias, obnoxius es Cæſari. Si
vis igitur nihil debere Regi terreno, dimitte
omnia, & ſequere Chriſtum. Item Auguſtin⁹
ſuper Joannem: Apoſtolus voluit ſerviri re-
gibus, voluit honorari reges, & dixit: Regem
reveremini. Nolite dicere, Quid mihi & regi?
Quid tibi ergo, & poſſeſſioni? Per jura regum
poſſidentur poſſeſſiones: per Imperatores &
reges ſeculi Deus jura humana diſtribuit ge-
neri humano. Igitur ex verbis iſtorum & ſan-
ctorum patrum, conſulant ſibi epiſcopi regi-
bus & Imperatoribus obnoxii, ex eorum rega-
libus acceptis, ne proprio gladio, id eſt eorum
beneficiis eos interficiant. Si quis deniq; re-
ſpectu ſancti Spiritus vetus & novum Teſta-
mentum, geſtaque revoluerit, patenter inve-
niet, quod aut minimè aut difficile poſſunt re-
ges & Imperatores excommuoicari, ſecundũ
etymologiam nominum illorum, & juxta de-
terminationem excommunicationis, & adhoc
ſub judice lis eſt. Admoneri quidem poſſunt,
increpari, argui à timoratis & diſcretis viris:
quia quos Chriſtus in terris Rex regum, vice B
ſua conſtituit, damnandos & ſalvandos ſuo ju-
dicio reliquit. Ecce qnare excommnnicati vo-
camur, eo quod ſanctos & moderatos & anti-
quos patres tenem⁹, & pro poſſe imitamur. E-
piſcopũ, archiepiſcopum noſtrũ, provincialẽ
& cõprovincialem Synodũ ex antiqua traditio
ne tenemns: & quicquid ibi de Scripturis ſan-
ctis diffinitum fuerit, Romam non refertur uſ-
que ad graviora negocia, de quib⁹ non inveni-
tur in ſcripturis ſanctis authoritas. Illos vero
legatos à latere Romani epiſcopi exeũtes, & ad
ditanda marſupia diſcurrẽtes, omnino refuta-
m⁹: ſicut temporibus Zoſimi, Cœleſtini, Boni-
facii concilia Africana probaverunt. Etenim
ut à fructibus ipſorum agnoſcamus eos, non
morum correctio, non vitæ emendatio: ſed
inde hominum cædes, & Eccleſiarum Dei
proveniunt deprædationes. Quia igitur an-
tiquæ regulæ inhæremus, & non omni ven-
to doctrinæ circumferimur, ecce unde ex-
communicati dicimur. Verùm Dominus
Paſchaſius cur pſeudoclericos nos vocat? Pſeu
doapoſtoli adulterabant verbum Dei, quos
damnat Paulus in Epiſtolis ſuis: nos non ad-
ulteramus, ſed fidem Catholicam per Dei gra-
tiã tenemos, fidei catholicæ opera in Deo exe-
qmur. Regulã Canonicã ex patrum traditione
habemus, & reveremur, ſecundũ illã vivim⁹,
diiudicamur, ſatisfacimus, abſolvimur. Con-
ciliis regum aut Imperatorũ, aut in iſto aut in
illo nõ interſumus: qa noſtræ ſuperiores pote
ſtates tale negociũ habẽt inter man⁹, qoi ex ve-
ſtigiis

A ſtigiis anteceſſorum prudenter tractabũt. Cur ergo Dominos Paſchaſiua vult, ut exolvamus, quod non rapuimus? ut pſeudoclerici vocemur, Ubi rectam lineam tenemus? Potius depoſito ſpiritu præſumptionis, cũ ſuis conſiliariis ſolerter recolligat, quomodo à beato Sylveſtro uſque ad Hildebrandum ſedem Romanã papæ obtinuerint. & quot & quanta inaudita ex ambitione illius ſedis perpetrata ſint: & quomodo per reges & Imperatores diffinita ſint, & pſeudopapæ dãnati & abdicati ſint: & ibi plus valuit virtus Imperialis, quàm excommunicatio Hildebrandi, Odardi, Paſchaſii. Dominus in Evangelio dicit: Si malè locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de malo. Et Paulus apoſtolus in faciem Petro principi Apoſtolorum reſtitit. Ergo remoto Romanæ ambitionis typo, cur de gravibus & manifeſtis nõ reprebendantur & corrigantur Romani epiſcopi? Qui reprehendi & corrigi non vult, pſeudo eſt, ſive epiſcopus ſive clericus. Nos verò per miſericordiam Dei juxta regulam obedientes & corrigibiles ſumus, & ſchiſma & ſimoniam & excommunicationem per omnia, dictãte ratione & Spiritu ſancto, vitare volumus. Ex verbis B. Auguſtini. reges & Imperatores ex legibus promulgatis, nihil ab hæreticis in hoc mundo poſſideri voluerunt. Igitur cum non ſimus hæretici, & hoc ſit jus Regum & Imperatorũ: quare Dominus Paſcaſius ſolo contentus ſpirituali gladio, immittit Robertum armigerum ſuum, ad devaſtãdos fun-

B dos & villas eccleſiarum: quæ & ſi devaſtanda eſſent, edicto regum & imperatorum devaſtari deberent, qui non ſine cauſa gladium portãt. Ecce ſolutus eſt ſathanas, habens iram magnam, quẽ exterreat valida manus Dei. Quòd excommunicati dicimur, nõ gravius juſto feras: quia, ut credimus, nos ab excommunicatione excipiet ſaltẽ ipſa Romanorum authoritas. Hildebrandus papa, qui author eſt hujus novelli ſchiſmatis, & primus levavit ſacerdotalem lanceam contra diadema regni, primò indiſcretè Henrico faventes excommunicavit: ſed reprehendens ſe intemperantiæ, excepit ab excommunicatione illos qui Imperatori adhærebant, neceſſaria & debita ſubjectione, non voluntate faciendi vel conciliandi malum, & hoc pro decreto ſcripſit. Nec in parte tantum: ſed ubicunque poteris, Henricum hęreticorum caput & ejus fautores perſequaris. Nullum profectò Deo gratius ſacrificium offerre poteris, quàm ſi eum impugnes, qui ſe contra Deum erexit, qui Eccleſiæ Dei regnum auferre conatur, qui in loco ſancto Simonis idolum ſtatuit: qui à principibus Dei ſanctis Apoſtolis, eorumq; vicariis, de Eccleſiæ domo ſancti Spiritus judicio expulſus eſt. Cum Alaricus rex Gotthorũ iret ad capiẽdam Romam, monitus à quodam ſervo Dei, ut ab his malis ceſſaret: Non volens, inquit, vado Romam. vir enim me quotidie torquens urget, ut eã ad destruendam Romam. Hoc exemplo urget Apoſtolicus armigerum ſuum, ut totum depopuletur regnum: quod non poteſt fieri ſine cæde

& ſanguine, & Eccleſiarum Dei depopulatione. A Alaricus quidẽ in hoc mitior fuit, qui capta Roma eccleſiis Dei pepercit, & à cæde hominum abſtinuit. Nunc nihil excepto, immittitur Robertus ab Apoſtolico, ut non ſolum in Cameracenſes & nos Leodienſes ſed totus feratur ad diſpergendos omnes. Quis clamabit modò cum Eſaia, Quàm pulchri ſuper montes pedes prædicantis & annunciantis pacem, annunciantis bonũ, prædicantis ſalutem? Eum qui debet eſſe prędicator pacis, zelus Dei adeò comedit, ut etiã in amicos pacis diſtringat gladium belli. Qualem enim zelum habuit Petrus in amputãda auricula Malchi, qui rex interpretatur: talem zelum habet modò vicarius Petri in amputanda auricula regis hęretici, in quẽ omnimodis invehitur. Dum enim hæreticorum caput, Dei rebellẽ, regni invaſorẽ, Simoniaci idoli adoratorem, ab Apoſtolis & Apoſtolicis excommunicatũ vocat, quaſi tot ictus ictib. addit & tot vulnera animæ ejus infligit: ut ſi infirmus in fide eſſet, deſperare poſſet. Sed qui in feriendo Petrum imitatur, etiã in recondendo gladio Petrum imitetur. Qui enim ſanavit auriculã Malchi, poteſt etiam ſanare auriculã regis hæretici. Si talis eſt (quod abſit) & pro nobis dolemus, & ipſi Domino noſtro condolemus. Nihil modò pro Imperatore noſtro dicimus ſed hoc dicimus quòd etiamſi talis eſſet, tamen eum principari nobis pateremur: quia ut talis nobis principetur, peccando meremur. Eſto, concedimus vobis inviti, eum talẽ eſſe, qualem dicitis: nec talis à B nobis repellendus eſſet armis contra eũ ſumptis, ſed precib. ad Deũ fuſis. Contra Pharaonem, cujus cor contra Deum induravit, Moſes ranam, muſcam, locuſtam grandinemq; induxerat: has tamẽ plagas non niſi orando, extenſis in cœlũ manib. avertere potuit & Paulus: Obſecro inquit, primo omniũ fieri orationes pro regibus & pro omnib. qui in ſublimitate ſunt cõſtituti Reges illius temporis, pro quib. Paulus orari obſecrabat, non catholici, non Chriſtiani erãt. Baruch quoq; ex ore Hieremię ſcribit, Judæis à rege Babylonis captivatis: Orate pro vita Nabuchodonoſor regis & Balthaſar filii ejus, ut ſint dies ipſorum, ſicut dies cœli ſuper terram: & det Dominus virtutẽ nobis, & illuminet oculos noſtros, ut vivamus ſub umbra Nabuchodonoſor regis Babylonis & Balthaſar filii ejus, ut ſerviamus eis multis diebus. & inveniamus gratiam in conſpectu illorum. Cur pro malis regibus orari debeat, Paulus dicit, ſcilicet ut tranquillam vitam agamus. Eſſet Apoſtolicum, imitari Apoſtolum: eſſet propheticum, imitari prophetam. Sed peccatis noſtris merentibus, Apoſtolicus, qui etiam modò orare deberet pro rege quamvis peccatore, ut tranquillã & quietam vitã agamus. Cum ita ſibi conſonent Apoſtolica & prophetica verba. quæro humiliter ego filia à matre mea ſancta Romana eccleſia. unde hæc authoritas Apoſtolico, ut præter ſpiritualem gladium exerat in ſubjectos alterum occiſionis gladium. Non ego pro rege, ſed pro

eccleſia-

A eccleſiarũ matre, cujus parti timemus nos ejus filiæ. Si enim David non meruit ædificare templum Dei, quia vir ſanguinum erat: ſummus pontifex ſi vel ſtilla ſanguinis veſtem ejus tetigerit, quomodo in ſancta ſanctorum introibit cum ſanguine Chriſti, quem offerat pro ſua & populi ignorantia? O utinam non cum Pilato tantum lavet manus ſuas, dicens: Mundus ego ſum à ſanguine innocentium: ſed etiam cum Petro dicat, Domine, lava non tantum pedes meos, ſed & manus & caput. Judæi non excuſaverunt manus ſuas à ſanguine Chriſti, quem ipſi hora tertia linguis ſuis, hora ſexta manib. Romanorum crucifixerunt: Apoſtolicus verò ſe excuſans, dicit cũ Paulo, Mundus ego ſum à ſanguine omniũ veſtrum. Quis pontificum Romanorum ſuis unquam decretis authorizavit, ut debeat pontifex gladio belli in peccãtes uti? Gregorius primus hujus nominis papa, quid omnes ante ſe Papæ ſuper hoc ſenſerint, & quid omnes poſt ſe ſentire debeant oſtendit, ſcribens Sabiniano diacono: Unum eſt, quod humiliter ſuggeras sereniſſimis Dominis noſtris: quia ſi ego ſervus eorum in mortem vel Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens nec regem nec duces nec comites haberet, atq; in ſumma confuſione eſſet. Sed quia Deum timeo, in mortem cujuslibet hominis me miſcere formido. Hoc exemplo omnes à primo Gregorio contenti, utebantur ſolo gladio ſpirituali, uſq; ad ultimum Gregorium: id eſt ad Hildebrandũ, qui primus

B ſe & ſuo exemplo alios pontifices cõtra Imperatorem accinxit gladio belli. Quis poſſit regẽ arguere? Melius nobis intellexit Heliu, qui in lib. Job. de Deo ait: Qui vocat duces impios, & qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. quod Gregorius exponens: Nullus, inquit, qui talem rectorem patitur, eũ quẽ patitur, accuſet: quia nimirum ſui fuit meriti, perverſi rectoris ſubjacere ditioni. Culpã ergo proprii magis accuſet operis, quã injuſtitiã gubernantis. Scriptum namq; eſt: Dabo tibi reges in furore meo. Quid ergo illos nobis preeſſe deſpicimus, quorum ſuper nos regimina ex Domini furore ſuſcepimus? Sic ergo ſecundum merita ſubditorum, tribuuntur perſonæ regentiũ, ut ſæpe qui videntur boni, accepto mox regimine permutentur. ſicut Saul qui cor cũ dignitate mutavit: ſic ergo pro qoalitatib. ſubditorum diſponuntur acta regentiũ, ut ſæpe pro malo gregis, eriam vera boni rectoris vita delinquat. Certũ verò eſt quod ita ſibi invicẽ, & rectorũ & plebiũ merita cõnectantur, ut ſæpe ex culpa rectorũ, deterior fiat vita plebiũ: & ſæpe ex merito plebiũ mutetur vita rectorum. Sed quia rectores habent judicẽ Deũ, magna cautela ſubditorũ eſt, nõ temerè judicare vitã regentium. Hæc Gregorii verba agunt ꝓ nobis, quod vos Deo judicium ſuũ tollatis, nec atteotatis quod dicit Amos propheta: Væ deſiderantib. diẽ Domini. Diẽ Domini deſiderat, q injuſtè vel importunè vel intẽpeſtivè de ſubjectis judicat, vel voto cordis judicium Dei preoptat. Nõ dicim⁹ Imperatorem noſtrũ eſſe hypocritam: ſed vos qui eum habetis ꝓ hypocrita, miramur ꝙ non attẽdatis, qua cauſa De⁹ regnare faciat hypocritã. Si .n. ceſſarit cauſa peccati, ceſſabit & pœna peccati. A Quid de eo dicim⁹, quòd Henricũ ab Apoſtolis & Apoſtolicis viris excommunicatũ ſancti Spiritus judicio dicit? Nimis illum deteſtatur, quẽ nec regis nec imperatoris nomine dignatur, quis poterit diſcernere cauſam regni à cauſa ſacerdotii? Niſi pax Dei quæ exuerat omnẽ ſenſum, copulet regnũ & ſacerdotiũ uno angulari lapide cõcordię, vacillabit ſtructura eccleſiæ ſup fidei fundamentũ. Ut poteſtatem regni probat vel imꝓbat cauſa moduſq; regẽdi: ſic poteſtatẽ ſacerdotii ꝓbat vel imꝓ qãt cauſa moduſq; ligãdi & ſolvẽdi. Nã Clemẽs ſcribit dixiſſe Petrũ: Ligabis ꝙ oportet ligari, & ſolves quod expedit ſolvi. Qui præeſt cæteris, oportet agere vicem medici, non beſtiali furore cõmoveri. Qui ergo debet agere vicẽ medici, audiat etiam conſiliũ ſapientiæ: Omnis, inquit, poteſtatis, brevis eſt vita. Languor prolixior gravat medicũ: brevem languorẽ pręcidit medic⁹. Sic & rex hodie eſt & cras morierur. Cũ ab omnib. indicatur prelato virtus diſcretionis, quare Apoſtolici ſuccedẽtes ſibi invicẽ, quaſi hæreditario bello excõmunicandi, indiſcretè in regẽ inſurgunt, cui pro regali dignitate, etiam ipſi ſubiici jubentur? Qui excõmunicatur ſancti Spiritus judicio, utiq, repellend⁹ eſt à Dei domo. Quotieſcunq; aũt aliqs excõmunicatur, aut ex cauſę aut perſonę præjudicio, quis dicat hunc excõmunicatũ eſſe ſancti Spiritus judi- B cio? Dicitis cũ Gregorio: Quo quo modo liget paſtor, timeat grex vinculũ paſtoris. Dicim⁹ & nos cũ Gregorio: Ligandi & ſolvendi poteſtate ſe privat, q ſubjectos ꝓ ſuo velle & nõ pro eorum merito ligat & ſolvit. Dicitis: Quoquó excõmunicatur, ſi morte pręvenitur, dãnatur. Hic nobis ſuccurrit Rõm. eccleſiæ authoritas. Gregorius .n. ſcripto & facto authorizavit ꝙ poteſt Roman⁹ præſul abſolvere excõmunicatum injuſtè ab aliquo. Si hoc poteſt Romanus præſul, quis neget etiã Deũ poſſe abſolvere, ſi quẽ præſul Romanus injuſtè excõmunicaverit? Nemo enim lædi poteſt ab alio, niſi prius lædatur à ſemetipſo. Nullum profectò, inquit, gratius Deo ſacrificium offerre poteris, qualiter hoc ſacrificio nihil ſit gratius Deo, quæro à teũ mater mea Romana Eccleſia. Deo .n. nõ placet ſacrificiũ, niſi ſit mundum & immaculatũ. Ideo .n. lex in Paſcha offerebat Deo agnũ immaculatũ, ut etiã offerentes eſſent immaculati: quomodo ergo tam gratũ eſt Deo hoc bellandi ſacrificium, quod nõ poteſt fieri ſine macula culparũ? Dicit enim Malachias: Si offeras Deo pecus claudum, cæcum, languidum, nónne malum eſt? Apoſtolicus, qui hoc ſacrificiũ belli indicit Roberto filio ſuo, vellet, puto redire ad zelum Phinees, vellet facere quod fecit Moſes, ut manus Levitarum conſecret in ſanguine fratrum ſuorum. Perierunt filii Aaron offerentes ignem alienum utinã nõ pereat hic q etiam modò offert Deo ignẽ alienũ: & nõ illũ ignẽ quem venit Jeſus mittere in terrã, & vult ut ardeat.

A ut ardeat. Quomodo inquam eſt gratum Deo ſacrificium, quod non videtur eſſe mundum & immaculatū; Sacrificium de rapinis pauperum erit gratum illi, qui odit rapinam in holocauſtum? Nec ſacrificio de lachrymis viduarū & pupillorum delectabitur Deus, ut ait Jeſus filius Sirach. Nō deſpiciet Deus gemitum pupilli & viduæ. Non ne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & à maxilla aſcendunt uſque ad cœlum? Et Dominus exauditor nō delectabitur in illis? Sacrificium de oppreſſionibus Eccleſiarum quomodo gratè accipiet ille qui dixit: Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? Hac calamitate Apoſtolici belli quot ſunt oppreſſi, de quibus Deus dicit: Qui tangit vos, tangit pupillā oculi mei. Sacrificiū humano ſanguine inquinatum, miror ſi placebit illi qui dixit: De manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis ſanguinem hōinis requiram. Quod per modos ſacrificandi Jeſus in Evangelio tribus penè verbis concludit: Omnis ſacrificans igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur. Quam planè hoc eſt concluſū, quis gratè Deo ſacrificet, vel quod ſit gratum Deo ſacrificium? Si ſacrificās igne Spiritus ſācti ſalietur, victima quoq; ſacrificantis ſale ſapientiæ ſalietur. Et penetrans Jeſus altius ad intentiones cordis, addit: Bonum eſt ſal. Quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo condietis illud? Habete in vobis ſalē, & pacē habete inter vos. Tenorē hujus Evāgelici capituli quis melius exponet, quàm rei & præſentis temporis conſequentia? Nō poſſumus habere pacē inter nos, niſi habemus ſalem in nobis. Sed ſalem nō habemus in nobis, ideo non habemus pacem inter nos. Hoc, inquit, tibi ac militib. tuis in peccatorum remiſſionē, & Apoſtolicæ ſedis familiaritatem præcipimus, ut his laborib. & triūphis ad cœleſtem Hieruſalē pervenias. Hactenus Evangelicis, apoſtolicis & propheticis teſtimoniis innitebamur: & quòd minùs habebat materia, augebat exemplorum copia: hic verò quidam dicam neſcio: quò me vertam non video. Si enim utriuſque legis totam bibliothecā, ſi omnes totius bibliothecæ veteres expoſitores revolvam, exemplum hujus Apoſtolici præcepti non inveniam. Solus Hildebrandus papa ultimam manū ſacris canonibus impoſuit, quem legimus præcepiſſe Mathildi Marchioniſſæ, in remiſſionem peccatorum ſuorum, ut debellaret Henricum Imperatorem. Quod juſtè nec ne, ipſe vel alii fecerint, nulla authoritate diſcimus. Hoc ſolùm dicimus, quia non poteſt aliquis aliquem indiſcretè ſolvere vel ligare. Ad hoc A occurrit nobis ex Evangelio exemplum. Jeſus Chriſtus totum hominem ſine peccato agens, reſuſcitaturus Lazarum, videns alios pro illo plorantes, fremuit ſpiritu, turbavit ſemetipſum, lachrymatus eſt. Rurſum fremuit in ſemetipſo, juſſit tolli lapidem mortuo ſuperpoſitum, elevatis oculis oravit, voce magna clamavit: Lazare, veni foras. Quo prodeunte, ligatis manibus ac pedibus inſtitis, & ſudario facie ligata dixit Jeſus diſcipulis ut ſolverent eum. Ecce in Lazaro peccatorem, in Jeſu video prædicatorem. Quot affectus oſtendit Jeſus in Lazaro ſuſcitando, tot affectus oſtendit prædicator in peccatore ſuſcitando. Si peccator, vel pro peccatore prædicator turbaverit ſeipſum pœnitendo. ſi lachrymatus fuerit, ſi clamaverit. Veni foras confitendo peccata: ſi tulerit lapidem de duro corde peccantis: tandem ad juſſum Dei ſolvat inſtitas excommunicationis, tollat etjam à facie ejus laborioſam pœnitentiæ ſudarium, & ſic liberatum ſinat abire. Hinc Gregorius ait, Mortificat non morientem, qui juſtum damnat: nititur vivificare non victurū, qui reum ſupplicio ſolvere conatur. Vera eſt abſolutio præſidentis, cum ſequitur arbitriū æterni judicis. Sic diſcipuli Lazarum jam viventē ſolvunt, quem Jeſus ſuſcitaverat mortuum: ſi enim mortuum ſolverent, fœtorem B magis oſtenderent quàm virtutem. Hæc Gregorius. Hunc morem diſcretè ligandi & ſolvendi hactenus tenebas, & nobis tenendum mandabas, ô ſancta mater Romana eccleſia. Unde ergo hæc nova authoritas, per quem reis ſine confeſſione & pœnitentia offertur præteritorum peccatorum impunitas, & futurorum libertas? Quantam feneſtram maliciæ per hoc patefeciſti hominibus? Te ô mater liberet Deus ab omni malo. Sit Jeſus tibi oſtiū, ſit oſtiarius. Nullus in te introeat, niſi cui oſtiarius aperuerit. Te inquam, tuumque præſulem liberet Deus, & ab his qui (ut ait Micheas propheta) ſeducunt populum Dei: qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem. Et ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum bellum.

FINIS.

DE

A

DE INVESTITVRA EPISCOPORVM PER IMPERATORES FACIENDA, WALTHRAMI EPISCOPI Naumburgenſis libellus, ex veteri codice manuſcripto deſumptus.

A

LEo Conſtantini filius imperavit annis quinque in regno Græcorum & Romanorum. poſt quem uxor ejus Hyrena, filia Chajani Avarum, id eſt Hunorum Regis cum filio ſuo Conſtantino imperavit annis x. Verùm Conſtantinus matrem ſuam Hyrenen imperio privavit, ſoluſq; annis ſex imperavit. Hyrene autem ſuper adempto ſibi imperio fœmineo dolore abuſa, Conſtantinum filium ſuum oculis & imperio privavit, & ſola annis 6. imperavit. Romani autem qui ab Imperatore Conſtantinopolitano jam animo deſciverant, propter tardum & infructuoſum ipſius auxilium contra tyrannos, accepta occaſionis opportunitate (quia mulier excæcato Imperatore Conſtantino filio ſuo imperabat) unanimi conſenſu Carolo Magno Imperatorias laudes acclamarunt, eumq; per manus Leonis papæ coronaverunt, Cæſarem & Auguſtum appellantes.

Igitur ex quo Byzantium Thraciæ civitas, tertiò à primo Conſtantino in novam amplificata, & in Regiam urbem eſt exaltata, evolutis annis circiter CCCCLXVIII. diviſo à Conſtantinopoli Romano imperio, Carolus Magnus, Rex Francorum primus, imperavit B Romanis annos XIV. Ex tunc à Græcis in reges Francorum translata eſt Imperatoria dignitas, & Adrianus papa, collaudantib. Romanis, & plena ſynodo, primatũ archiepiſcoporũ, epiſcoporũ, abbatũ, ducũ & principũ acclamare, Carolo Magno, ejuſq; ſucceſſoribus futuris Imperatoribus ſub anathemate conceſſit patriciatum Romanũ: & per ſe vel per nuncios ſuos confirmationem in electione, vel in conſecratione Romani pontificis conceſſit, & inveſtituras Epiſcoporum eis determinavit, ut nõ conſecretur Epiſcopus, qui per Regem vel Imperatorem non introierit purè & integrè: exceptis, quos papa Romanus inveſtire debet & conſecrare ex antiquo dono Regum & Imperatorum, cum aliis quæ vocantur Regalia: id eſt, à regibus & Imperatoribus, pontificibus Romanis data in fundis & reditibus.

In hac conceſſione cõtinentur Regales abbatiæ, præpoſituræ. Ex hoc conſtituto Carolus Magnus Aiſtulfum, Deſiderium. aliosque reges & tyrannos cæde, bello & exilio delevit, qui fundos & bona eccleſiæ Romanæ, aliarumq; eccleſiarum invaſerant, omnia reddens libertati.

Alii Reges & Imperatores, ſucceſſores Caroli Magni, defenſionem Romanæ eccleſiæ & aliarum eccleſiarum timore Dei & charitate S. Petri devotè proſecuti ſunt, inveſtituras epiſcoporum facientes, eorum conſecrationibus vel per ſe, vel per nuncios ſuos aſſiſtentes, juxta quod Paulus apoſtolus ait ad Corinthios: Non primũ quod ſpirituale, ſed quod animale: deinde quod ſpirituale. Magnus enim Gregorius Theoderico, Theodberto, & Brunihil diſcribit, ut abſq; ſymonia inveſtituras epiſcoporũ faciant Hic etiam primus Gregorius non eſt conſecratus, donec Mauritii Imperatoris non interfuit aſſenſus.

Johannes papa inveſtituram Leodienſis epiſcopatus, quam Carolus rex conceſſerat Richario Prumienſi abbati, planè confirmat, & invaſionem Hilduini per Giſelbertum comitem de Capremonte ſub anathemate damnat.

Papa Leo primo Otthoni, aliiq; plures pontifices Romani idem confirmaverunt ſub anathemate Regibus & Imperatoribus. Unde mirum eſt, imò periculoſum in ſalutem animarũ. quod ſancti anteceſſores ex magna neceſſitate & potẽti ratione, ſub anathemate cõfirmaverunt: hoc à tempore Gregorii, qui & Hildebrandus, ſub abſolutionem immutatur.

Qui à primo Conſtantino geſta & decreta revoluit, patenter inveniet, quòd per Reges & Imperatores, & devotos laicos Romana eccleſia, aliæq; in orbe terrarũ eccleſiæ, in fundis & mobilibus ditatæ & exaltatæ ſint: ſibiq; tutelas & defenſiones contra tyrannos & raptores retinuerint, ut gladius regalis & ſtola Petri ſibi invicem ſubveniant. quaſi duo Cherubim converſis vultibus reſpicientia in propitiatorium. B

Romani pontifices, aliiq; præſules de rebus & fundis per devotos laicos & laicas acquiſitis, & à ſeculari poteſtate confirmatis, ſtruxerunt & ornaverunt eccleſias: & à quibus acceperunt gratiam, non debent eis inferre contumeliam: & ſi de inveſtituris peccaverũt, exemplo primi Gregorii exhibeãtur. Quod Paulus dicit: Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.

Hieronymus in Epiſtolis ſuis dicit: Quadringentos epiſcopos Imperiales literæ ad ſynodũ contraxerunt. In hoc virtus Imperialis egit, quod excõmunicatio pontificis agere nõ potuit, ut ſine captione, ſine damnatione, ſine contumelia, tot epiſcopi ierint & redierint. Excõmunicatio enim quantum intelligitur & timetur, tantũ cavendo vitatur: & punitio corporalis in vita vel in membris, in rebus vel in fũdis, plures reſipiſcere facit ex juſticia regali.

Omni enim pontifici ſummopere cavendũ eſt ex medulla ſcripturarum, ne quando ille ligat in terris, Deus ſolvat in cœlis: vel quando ſolvit in terris, Deus liget in cœlis. Hoc evenit ex illa gloria prælationis nimiis motibus animarum, quãdo ſuccedentes pontifices præcedentiũ pontificum decreta & excõmunicationes immutant & ſolvunt. Unde cum Dominus Jeſus, ipſa veritas, dicat: Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: mirum eſt, & periculoſum, in Chriſti puſillos, quod antiqua ſtatuta ſub anathemate

confir-

A confirmata uovis immutationibus ſolvunt, & inde uolunt reprehendi, objicientes: Romana judicia non ſunt retractanda. Si Romana judicia nou ſuut retractanda, nou videtur puſillis Chriſti canonicum & ſalubre, ut à tempore Gregorii, qui & Hildebrandus, ea ſolvantur quæ ſub anathemate confirmaverunt Sylveſter, Leo, Adrianus, primus Gregorius, Leo, Benedictus, erga Reges & Imperatores de inveſtiendis epiſcopis per illos, à quibus etiam à devotis laicis & fœminis fundi & alia mobilia eccleſiis Domini in orbe terrarum provenerunt, ſibique tutelas & defenſiones rerum Eccleſiaſticarum retinuerunt contra tyrannos & raptores. Si in ſucceſſione quiſque ſolvit, quod prædeceſſio ſub anathemate confirmavit: ecce oritur confuſio puſillis Chriſti, cui parti potiùs aſſentiendum ſit, antiquæ, an novæ? Pars antiqua in paupertate mediocri & honeſta arguit, obſecravit in patientia & doctrina, & parcendo juſticiæ majores & inferiores perſouas ad correctionem adduxit. Nova autem pars ex votis fidelium inſoleſcens, ſub ſpecie religionis omnia trahit ad ſe manibus expanſis. Cùm Dominus dicat: Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: & Deo, quæ ſunt Dei. Gregorius, Auguſtinus, Ambroſius, ea quæ ſunt data eccleſiis à ſeculari poteſtate, & confirmata, teſtantur potiùs à ſeculari poteſtate retinenda.

Legitur etiam de epiſcopis Hiſpaniæ, Scotiæ, Angliæ, Ungariæ, quomodo ex antiqua
B inſtitutione, uſque ad modernam novitatem, per Reges introierint, cum pace temporalium purè & integrè. Qui pacificè ſolicitus eſt, revolvat vitas patrum, & hiſtorias legat & intelligat. Sed epiſcopatus qui ſub Romano degunt imperio, majoribus fundis & amplioribus vigent juſticiis: & ideo propter majus ſcandalũ à ſtola Petri diſertius tractandi ſuut: quia non omnes ſunt Petrus, qui tenent ſedem Petri: ſicut ſcribæ & Phariſæi qui ſederunt ſuper cathedram Moſis, non omnes fuerunt Moyſes. Elatio enim ex prælatione, & indiſcretio ex correctione, pariunt ſcandalum in confuſionem, & fit manifeſtè illud quod Dominus in Euangelio dicit: Vos ſcribæ & Phariſæi circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum: & cùm inveneritis, faciatis filiũ gehennæ duplo magis quàm vos.

Longè etiam ante decretum Adriani papæ, ejuſque ſucceſſorum Reges, qui erant uncti, & majores domus, inveſtituras epiſcoporum fecerunt: ſcilicet Dagobertus, Sigebertus, Theodoricus, Hildricus. Pipinus. filius Beggæ major domus. Theobertus. Ab his inthroniſati ſuut Remachus, Amandus, Andomarus, Antpertns, Eligius, Lampertus. aliique ſanctiſſimi præſules: cùm Reges iſti in morib. ſuis ſatis fuerint notabiles, & ſolo nomine Regum per majores domus vivebant. Poſtquam autẽ Romani, ingruentibus vicinis & gravib. bellis, deſciverunt à Græcis Imperatoribus, ex cauſis ſupradictis, papa Stephanus ob infeſtationem Longobardorum venit Pariſios: & aſſenſu Romanorum & Francorum in Regem A
& Imperatorem unxit Pipinum, filium Caroli Martelli, nati ex Aſpaide (alii legunt Alphaide) propter quam ex pellicatu increpatã, pontifex Lampertus martyr factus eſt. Unxit etiã idem pontifex Stephanus, filios ejuſdem Pipini: Carolum, qui agnominatus eſt Magnus: & Carolomannum fratrem ejus, confirmans ſtirpem eorum in Regia & Imperatoria dignitate. Ibi de inveſtiendis epiſcopis per Reges, antiquam conſuetudinem confirmavit.

Ex horum collectione purè & integrè ſervanda eſt antiqua conſtitutio, ne puſilli Chriſti ſcandalizeutur. Nihil enim refert, ſive verbo, ſive pręcepto ſive baculo, ſive alia re quam in manu tenuerit, inveſtiat, aut inthronizet Rex & Imperator epiſcopum, quò die conſecrationis veniens, annulum & baculum ponit ſuper altare, & in curã paſtoralem ſingula accipit à ſtola & authoritate S. Petri. Sed congruum magis eſt per baculum, qui eſt duplex: id eſt, temporalis & ſpiritualis. Operarius enim in ſeminandis ſpiritualibus dignus eſt mercede ſua, nõ in accipiendis temporalibus, juxta quod Paulus ait: Si ſpiritualia vobis ſeminamus, non eſt magnum, ſi carnalia. id eſt, temporalia à vobis metamus. Præcedeus inveſtitura per Regem in fundis & rebus Eccleſiæ, contra tyrannos & raptores quieta & pacifica reddit omnia.

Sequitur autem conſecratio, ut bannus epiſcopalis banno regali conveniens, in communem ſalutem operetur. Et ſi epiſcopis favendũ B
eſt Regibus, homagium & ſacramentũ de Regalibus apertius eſt ante conſecrationem: cùm Paulus Apoſtolus dicat, Vnnſquiſqne in ſuo ſenſu abundet. Omnia divina & Eccleſiaſtica per magiſtros Eccleſiarum ad pacem & quietẽ Chriſti puſillorum tendere debent. Legitur enim in libris Regum & Machabæorum, quòd à Regibus, Judæis, & gentilibus, ſacerdotes inveſtituras accipiunt in Judaiſmo.

A Petro autem uſque ad Sylveſtrum, qui Conſtantinum baptizavit, Imperatores Romani erant gentiles, & Chriſtianorum perſecutores, & in fundis & in rebus Eccleſiaſticis pauperes erant Eccleſiæ: & à timoratis Chriſtianis, qui tunc pauci erant Romæ & alibi, cõſtituebantur epiſcopi. Poſtquam autem à Sylveſtro per Chriſtianos Reges & Imperatores dotatæ. ditatæ & exaltatæ ſunt Eccleſiæ in fundis & aliis mobilibus, & jura civitatum in teloneis, monetis, villicis & ſcabinis, comitatibus, advocatiis, ſynodalibus bannis per Reges delegata ſunt epiſcopis: congruum fuit & cõſequens, ut rex qui unus eſt in populo, & caput populi, inveſtiat & inthronizet epiſcopum: & contra irruptionem hoſtium ſciat, cui civitatem ſuam credat, cùm jus ſuum in domum illorum tranſtulerit.

Primus Gregorius conqueritur dolendo, de quodam epiſcopo, qui adeò pauper erat, ut de epiſcopatu ſuo contra frigus hyemalem veſtem habere nõ poſſet. A tali epiſcopo, forſitan ſancto, non erat Regi neceſſariũ exigere homa-

Digitized by Google

A gium, ſacramentum, obſides. Ex hoc, ut ſunt conſuetudines in regnis per orbem terrarum de epiſcopis inveſtiendis, ſervanda ſunt antiqua jura.

Sicut enim primus Gregorius dicit: Si voluiſſem hodie gens Longobardorum nec Regē nec Duces haberet: & quia Deum timui, in alicujus ſanguinem me miſcere nolui: Ita ſucceſſores ipſius Gregorii cavere debent ſcandalū, ne contriſtent vaniter Reges in ſuis antiquis moribus per quorū anteceſſores caput & mēbra exaltata & confirmata ſunt. Sed juxta Paulum, à pontifice Romano & Regibus omnia fiant in charitate & humilitate, remotis ſuperbia & contentione. Quapropter apud pontifices & Reges fiant Eccleſiaſtica purè & integrè. Quia Dominus Jeſus dicit: Si oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus tuum lucidū erit: id eſt, Si intentio bona eſt, & opus bonum eſt. Si Romani pontifices intendunt regib. auferre antiqua jura, de inveſtiendis epiſcopis timent, dubitant, dolent puſilli Chriſti. Reges enim, ſi in epiſcoporū inveſtituris exceſſerint, poſſunt à timoratis viris & pontifice Romano argui, & ad rectam correctionis lineam reduci: ſi autem in promotione & conſecratione epiſcoporum pontifex Romanus exorbitaverit, & ſub verbo ſummæ prælationis ad voluntatē ſuam egerit, non vult ut reprehendatur. Cùm Dominus Jeſus ſe reprehendi conceſſerit dicens: Si malè locutus ſum teſtimoniū perhibe de malo, &c. Iſti autem inquiunt: Summus pō-
B tifex à nemine judicetur. Etſi ab illa ſumma authoritate ſub ſpecie religionis introducuntur perſonæ contra oculos Dei, ecce periculum eſt in capite, & in membris: id eſt, qui ſcienter operantur, & ſcienter cooperantur. Unde Dominus Jeſus hypocriſin & avariciam & cupiditatem ſacerdotū in Evangeliis ſuper omnia arguit, vocans illos ſepulchra dealbata: & peccatum mulieris adulteræ miſericorditer ſuſcipit, & tria genera eunuchorum humanè definit, proq; ſe & pro Petro tributum ſolvit: regibus jubet debita reddi. Petrus, Paulus, aliiq; in orbe terrarum viri ſanctiſſimi cōcedunt in ſententiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui omnibus dixit: Beati pacifici, quoniam regnum Dei poſſidebunt.

Sunt autem pacifici, qui ex contentione, arrogantia, cupiditate, ex nimiis motibus animarum, non movent, non adinveniunt commutationes cōtra antiqua jura propter pacem conſtituta, maximè propter poteſtates ſuperiores: in quarum pace (juxta Paulum) tranquillam agere vitam debemus.

Notandum eſt autem pōtificibus Romanis, & eorum civibus, quando orta fuit diviſio in electione pontificū, vel in communione civiū, non eſt pax reſtituta niſi per Græcos Imperatores, quamdiu imperium ibi fuit: vel per Francos Imperatores, ex quo imperium Romanorum datum eſt eis. Et quidam Græci Imperatores Chriſtiani quoſdam Romanos pontifices, viros ſanctiſſimos, uſq; ad exilium & mortem immiſericorditer tractaverūt: ſicut legitur de Agapito, & de Johanne. Imperatores autem ex Francis honeſtè & piè deduxerunt: ſicut legitur de Stephano & Leone excæcato. A

De diviſione populi & cleri in electione pōtificis Romani, compreſſa per Honorium Auguſtum, ex Græcis ita legitur: Bonifacius XL. Romanorum præſedit eccleſiæ. Contra hunc Bonifacium, ordinato Eulalio, & per hoc diſſidente eccleſia, ambo juſſu Honorii Auguſti ab urbe egrediuntur: & ſic reprobato Eulalio, juſſu Auguſti Bonifacius, quia prior ordinatus fuerat, ſedi Apoſtolicæ reſtituitur.

De diviſione Romanorum civium in electione pontificum per Imperatores ex Francis annihilata, ita legitur: Otho primus Joannē, quem Adelbertus pontificem conſtituerat, judicio Canonico deponi fecit, & Leonem ordinari fecit. Et iſte Joannes ſecum uxore cujuſdam oblectans, à diabolo percuſſus eſt, ac ſine viatico mortuus. Poſt reditum Othonis, Romani ex ambitione quendam Benedictum ſuperpoſuerunt. Imperator rediens, obſeſſa Roma, Romanos cæde & fame adeò affixit, ut Leonem papam ſe recepturos promitterent & jurarent. Benedictus, rejectus non ſolùm papatu, ſed etiam ſacerdotio, à Leone exordi- B
natur.

Idem Benedictus, Simoniacè papatu Romano invaſo, cùm eſſet rudis literarum, alterū ad vices Eccleſiaſtici officii exequendas ſecū papam conſecrari fecit: quod cùm multis non placeret, tertius ſuperducitur, qui vices duorum expleret Romæ.

Uno itaque contra duos & duobus contra unum de papatu altercantibus, rex Henricus Conradi F. contra eos Romā vadit: & eis Canonica & Imperiali cenſura depoſitis, Schvvigerū Babenbergenſem epiſcopū papam fecit, qui & Clemens Romanæ eccleſiæ c x l v i. vocatus eſt. Et viciſſim ab eo rex Henricus in Imperatorem benedictus eſt, jurantibus Romanis, ſe ſine ejus conſenſu, ejuſq; ſucceſſorum, nunquam papam electuros.

Igitur hæc ſcandala paſtores animarum cavere debent, coram Domino ambulantes in vera ſimplicitate, propter Chriſti puſillos. Ex quo cùm imperium Romanorum Carolo Magno acclamatum eſt, ſunt anni c c c i x. Eſt autem annus præſens M. C I X. quando ultimum Paſcha fuit ab Incarnatione Domini, ſecundum cyclum Dionyſii.

F I N I S.

Hic audis prolixè, tùm ex hiſtoriis & conſuetudinibus, tùm & ex rationibus probari, quòd meritò ac jure inveſtitura epiſcopatuum ad principes & Reges pertineant, ſub quorum dominio epiſcopatus ſunt: eoq; injuſtiſſimè facere papam, qui eos contra omnia jura ac veterem morem, & privilegia principum ac Regum, ad ſeſe rapiat. Hac igitur tractatio quoque meritò ad privilegiorum titulum adſeri-

A *adſcribitur. Sunt verò ob haſce controverſias poſtea ingentia bella mota, & planè infinitus Chriſtianorum ſanguis, præſertim Germanorum, effuſus: ut poſtea indicabitur, & omnes penè hiſtoriæ teſtantur.* A

DISPVTATIO INTER CLERICVM ET MILITEM, SVPER POTESTATE PRÆLATIS ECcleſiæ, atq; Principibus terrarum commiſſa, incerto anthore, temporibus Bonifacii octavi pontificis Romani ſcripta: ſub forma Dialogi:

CLERICVS ſermonis ſui exordium ſub hac forma poſuit, dicens: Miror optime Miles, paucis diebus tempora mutata, ſepultam juſticiam, everſas leges, jura calcata. MILES. Grandia verba ſunt iſta, & ego laicus: qui quamvis paucas puer didicerim literas, non tamen ad profundum veni, ut tam alta verba à me poſſint intelligi. Et ideò, venerande Clerice, ſi mecum deſideretis habere colloquium, planiorem oportet accipere ſtylum. CLERICVS. Aetate mea vidi Eccleſiam in honore magno apud reges, principes, & nobiles univerſos haberi: & nunc video econtrà miſeranda. Eccleſia facta eſt vobis omnibus præda: exiguntur à nobis multa, dantur nulla: ſi noſtra bona non damus, rapiuntur à nobis, conculcantur jura noſtra, libertates effringuntur. Mil. Non facilè credam, regem, cujus concilium ſunt clerici, injuſtè agere vobiſcum, aut apud eos perire jus ve-
B ſtrum. Cler. Immò certè contra omne jus injurias innumeras ſuſtinemus. Mil. Scire vellem, quid vocatis jus. Cler. Jus voco, decreta patrum, & ſtatuta Romanorum pontificum. Mil. Quæ illi ſtatuunt, ſi de temporalibus ſtatuunt, vobis poſſunt jura eſſe, nobis verò non ſunt. Nullus enim poteſt de iis ſtatuere, ſuper quæ conſtat ipſum dominium nō habere. Sic nec Francorum rex poteſt ſtatuere ſuper imperium: nec Imperator ſuper regnum Franciæ. Et quemadmodum terreni principes non poſſunt aliquid ſtatuere de veſtris ſpiritualibus, ſuper quæ non acceperunt poteſtatem: ſic nec vos de temporalibus eorum, ſuper quæ non habetis autoritatem. Unde frivolum eſt, quicquid ſtatuiſtis, de temporalibus, ſuper quæ poteſtatem non accepiſtis à Deo. Unde nuper mihi riſus magnus fuit, cùm audiſſem noviter ſtatutum eſſe à domino Bonifacio octavo, quòd ipſe eſt & eſſe debet ſuper omnes principatus & regna, & ſic facilè poteſt ſibi jus acquirere ſuper rem quamlibet: cùm non reſtat niſi ſcribere, quia totum erit ſuum cùm ſcripſerit, & ſic totum erit veſtrum, & ubi ſtatuere nihil aliud eſt, quàm ſibi tenere velle. Nihil ergo aliud erit jus habere, quàm velle: non habet ergo, niſi ut ſcribat, hoc volo jus eſſe; cùm voluerit caſtrum meū, vel villam meam, agrum meum, aut pecuniam & theſaurum habere. Nec latet vos ſapientem Clericum, ad quantum vos deducat iſta diſputatio ridiculum. Cler. Satis acutè, domine Miles, & verſutè iſta contra nos protuliſtis: & ad hoc totius ſermonis veſtri ſeries ſeu decurſus, quantum ipſe intelligo, tendit, quòd dominus papa de veſtris temporalibus nihil poteſt ſtatuere: quia non conſtat eum ſuper temporalibus veſtris dominium accepiſſe. Etſi nos ipſi ex noſtris velimus probare dictis aut ſcripturis, totum pro nihilo ducitis: quia noſtrum ſcribere, ut dicitis, dominium nobis aut poteſtatem, quæ aliunde non venerat, dare non potuit. ſed ſi Chriſtianus vultis & catholicus verus eſſe, non negabitis, Chriſtum rerum omnium Dominum eſſe, cui dictum eſt in Pſalmo 2. Poſtula à me, & dabo tibi gentes, &c. de quo etiam ſcriptum eſt, quia ipſe eſt Rex regum, & Dominus dominantiū. Iſta non ſunt noſtra, ſed Dei verba: nec nos ea ſcripſimus, ſed ea miſit Dominus, & Spiritus ſanctus dictavit. Et quis dubitat illum ſtatuere poſſe, quem conſtat univerſorum Dominum eſſe? Mil. Nullo modo divinæ poteſtati B
vel dominationi reſiſto: quia Chriſtianus ſum, & eſſe volo & ideò, ſi per diverſas ſcripturas oſtenderitis, ſummos pontifices eſſe ſuper omnia temporalia dominos, neceſſe eſt omninò reges & principes ſummis pontificibus tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus eſſe ſubjectos. Cler. Facile hoc eſt, ex ſuperioribus poſſe oſtendi. Tenet enim fides noſtra, Petrum Apoſtolum pro ſe & ſuis ſucceſſoribus inſtitutum eſſe plenum vicarium Jeſu Chriſti: & certè plenus vicarius idem poteſt, quod & dominus ejus, cum nulla exceptione, nullà poteſtatis diminutione eſt vicarius inſtitutus. Si ergo non negatis, Chriſtum de veſtris temporalibus ſtatuere poſſe, qui Dominus eſt cœli & terræ: non poteſtis ſine rubore eandem poteſtatem Chriſti pleno vicario denegare. Mil. Audivi à viris ſanctis, ac devotiſſimis, duo tempora in Chriſto diſtingui, alterum humilitatis, & alterū poteſtatis. Humilitatis uſque ſuam paſſionem, poteſtatis poſt ſuam reſurrectionem: quando ipſe dixit, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Matth. ult. Petrus autem conſtitutus eſt Chriſti vicarius pro ſtatu humilitatis, non pro ſtatu gloriæ & majeſtatis. non enim factus eſt Chriſti vicarius ad ea quæ Chriſtus nunc agit in gloria: ſed ad ea imitanda, quæ Chriſtus egit humilis in terra. quia illa nobis neceſſaria ſunt. Illam ergo poteſtatem ſuo vicario commiſit, quam homo mortalis exercuit: non illā, quam glorificatus accepit. Et ut iſta per ſcripturas,

A quas induxiſtis, oſtendamus, de eiſdem ſcripturis vobis teſtimonium proferemus. Ipſe enim Chriſtus dixit Pilato, Regnum meum non eſt de hoc mundo: & quod non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, Luc. 12. Hoc teſtimonium adeò manifeſtum eſt ut hominem reſiſtentem poſſit confundere, & cervicem quamcunque duram obterere. Et hoc ſic. Dixit Jeſu quidam de turba magiſter, Dic fratri meo, ut dividat mecū hæreditatem. At ille dixit ei: O homo, quis me conſtituit judicem & diviſorem ſuper vos? Lucæ 12. Auditis ergo apertè, Chriſtū in temporalibus nec judicem, nec diviſorem conſtitutum: ergo in ſtatu illo ſuſceptæ diſpenſationis, nec temporale regnum habuit, nec etiam affectavit. Imò cùm illi multiplicatis panibus comederent, fugit: & in commiſſione Petro facta, non claves regni terrarum, ſed claves regni cœlorum tradidit. Et Hebræorum pontifices conſtat regibus fuiſſe ſubditos: & à regibus, quod procul à vobis abſit, fuiſſe depoſitos. Et ut ſcias Chriſti vicarium ad ſpirituale regnum, non ad temporale ſeu dominium aſſumptum: accipe ab ipſo Paulo nec minùs clarum teſtimonium. Dicit enim ſic: Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in iis quæ ad Deum ſunt, non ad gubernandum terrenum dominium, ſed ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Vides ergo, quòd præficitur pontifex in iis quæ ſunt ad Deum, cùm Paulus Timotheo ſcribat: Nemo militans Deo, ſecularibus negociis ſe implicet.
B Patet ergo; Chriſtum regnum temporale non exercuiſſe, nec Petro commiſiſſe. Nam & Petrus dicit Actuum ſexto capitulo: Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei & miniſtrare menſæ: id eſt, temporalibus diſpenſandis. Et quanquam poſſint aliqua temporalia per ipſos pontifices diſpenſari, ſatis tamen patet, quòd non debeant in terrenis regnis & principatibus gubernandis, quæ totum ſibi vendicant, occupari. Unde auctoritates quas induxiſtis ſuperiùs domine Clerice, ſcil. Poſtula à me. &c. & quòd ipſe eſt Rex regum, &c. nō ad ſtatum primum pertinent, ſed ad ſecundum. In quo primo ſtatu ſic patuit, quòd Chriſtus nullam poteſtatem temporalem exercuit, imò à ſe penitus abdicavit: & in iis ſolùm, & non in aliis, quæ ad diſpenſationem noſtræ ſalutis, exercuit, Petrum ſibi vicarium deſtinavit: quem nec militem fecit, nec coronavit in regem, ſed in ſacerdotem, & epiſcopum ordinavit. Quod ſi vultis adhuc contendere, Chriſti vicarium eam poteſtatem in temporalibus habere, quam Chriſtus habebat in cœlis, non quam Chriſtus exercebat in terris: forſan iſta pertinacia non erit in fine vobis gratioſa. quod vobis patebit ſic. Conſtat enim cuilibet fideli, de Deo ſapienti, quòd ſi præciperet Deus pecuniam ſuam, agrum ſuum, aut vineam, alteri cuilibet dare ſine cautione nulla petita ratione, nulla expreſſa cognitione, ſtatim deberet obedire. Si ergo contenditis, papam eandem poteſtatem habere: ergo concedere neceſſe eſt, quòd omnia veſtra bona & noſtra poteſtis ſine cauſſæ cognitione, cui volueritis nepotulo vel conſanguineo dare, collere principatus & regna & eis dare pro veſtræ libito voluntatis. Sed quàm abſurda ſint iſta, vos videte: & utrum placerent, ſi vobis hæc fierent, reſpondete. Quòd ſi à tanta abſurditate recedere per vivam rationem cogimini, & papa cogetur reſilire. Tenendum eſt igitur, quòd non accepit in temporalibus tantùm poteſtatem ipſe Chriſti vicarius: ſed eā ſolam, quam Chriſtus in ſua humilitate exercuit & oſtendit. A

Cler. Negatis, ô Miles, Eccleſiam cognoſcere de peccato? Mil. Hoc abſit. nam qui hoc negaverit, pœnitentiam & confeſſionem abnegabit. Cler. Si quid injuſtè agitur, peccatum eſt: & qui habet cognoſcere de peccato, cognoſcet de juſto & injuſto. Cùm ergo juſtum & injuſtum in negociis rerum temporalium ſit: conſequens etiam eſt, ut de cauſſis temporalibus debeat judicare. Mil. Argumentum iſtud cornutum eſt, cujus vanitas & infirmitas per argumentum ſimile repellendum. In ſuſpendendis latronibus, aliiſque damnandis, habetur juſtum & injuſtum, & peccatum etiā. Ergo etiam ratione peccati debet papa de ſanguine judicare. ſed plumbeum eſt argumentū id, ideò levi ratione ſufflatum. Nunc reſtat nobis oſtendere, quomodo veſtra cognitio, domine Clerice, circa juſtum & injuſtum, ſecundùm leges humanas quæ de talibus ſanxerunt, ſit de temporalibus judicandis. Sed ſecundùm quas, & ſub quibus perſonis ſubjectis, omnibus eſt videndum. Manifeſtum eſt B ergo, illum debere ſecundùm leges judicare, & ſecundùm eaſdem de juſto & injuſto cognoſcere, cujus eſt leges condere, & habere interpretari, exponere & cuſtodire, facere & gravare & mollire, cùm videbitur expedire. Si ergo vos in judicio temporalium, ſimul vultis cum illo contendere, aut concurrere, cognoſcendo de juſto & injuſto, jam contra ſcripturam veſtram aratis cum bove & aſino: & principe dicente, hoc eſt juſtum: pontifex dicet hoc eſt injuſtum. Fiet quod dicit Abacuk Propheta: In præcipitium factum eſt judicium, contradicente potentiore. propter hoc lacerata eſt lex, & non pervenit uſque ad finem judicii: quia verè non erit hoc juſticiam & judicium facere in terra, ſed juſticiam & judicium in terra dilacerare. Et ego oſtendā vobis ſecundùm Paulum, unde veſtra cognitio debet incipere: q principes ſuo jure de juſto & injuſto cognoſceot, & ejus ſententiæ unuſquiſque, ſicut tenetur, attendet, & ei obediet ſicut præcipitur, Deuter. 17. Si quis autem tumens ſuperbia. nō obedierit ejus imperio, nec princeps cujus fuit officium judicandi, habet poteſtatem reſiſtendi, vel coercendi, tunc incipit veſtra cognitio: quia tunc accedere debet veſtra monitio, dicente Apoſtolo Paulo ad Tit. 3. cap. Admone illos, principibus & poteſtatibus ſubjectos eſſe & ſubditos. Et ad Romanos 14. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſit ſubjecta. Ubi etiam maleficia & ſcelera manifeſta ſunt, veluti prædæ, rapinæ, & ſimilia, nec eſt qui

velit

Google

A velit aut poſſit corrigere. Non enim nego, vos in iis caſibus debere vel poſſe veſtram potentiam exercere, ſed non de juſto vel injuſto: quia de hoc non habetis cognoſcere, aut manum ad hoc apponere. Et cùm manifeſtum fuerit aut per ſententiam juris, aut evidentiam ſceleris, quæ nulla egent cognitione, tunc poterit ad vos iſta materia & forma, de quibus dictum eſt, pertinere: aliàs, ſi propter peccata colligantiam vultis de prænotatis caſibus cognoſcere, non reſtat niſi fores principum claudere, leges ſilere, & decreta principum & veſtra ſola reſonare. Artare vos volo, & urgere una quæſtione: Utrum ſit veſtrum, de cauſſa matrimonii cognoſcere? Et ego vado Paduæ pro quadam hæreditate, quam petò nomine uxoris meæ, quæ hàbet in ea ſuccedere, videtis quod ratione matrimonii mihi competit petere illam hæreditatem. Nunquid propter matrimonii colligantiam, de quo habetis cognoſcere, debeo coram vobis de hæreditate litigare? Robertus de Flandria pro uxore ſua petens ducatum Burgundiæ nomine dotis, debuitne coram rege vel epiſcopo litigare? Imò planè dico, vobis omnibus clericis inhibendo, ne cognitionem de dote contra Deum & juſticiam uſurpetis, cùm promiſſio dotis merè & verè ſit pactio temporalis, & ſæpè firmari poſſit regalibus inſtrumentis. Et quia vobis uſurpatis aliena, evenit vobis illud vero Dei judicio, qui in eo nihil inultum patietur. Patet ergo quòd ſit vanum & frivolum, quòd ex tali
B vicinitate velitis vobis fingere colligantiam in cognitione cauſſarum, quamvis ad hæc omnia unum ſolum debet vobis ſufficere, quod ſuprà memoravimus de Evangelio Lucæ dicente Domino Jeſu: O homu quis me conſtituit judicem & diviſorem inter vos? Oſtendit enim manifeſtè, quòd ſecundùm eam poteſtatem quam homo mortalis exercuit, non pertinebat ad eum de hæreditate judicare. Cleric. Nónne debent temporalia ſpiritualibus deſervire? ergo temporalia debent eſſe ſubjecta ſpiritualibus. & ſpiritualis poteſtas temporalem debet regere poteſtatem. Mil. Verè debent ſpiritualibus temporalia deſervire ſuo caſu. quia tenentur Dei cultoribus neceſſaria miniſtrare. Nam hoc omnis gens quaſi innatum habuit. & habet inſtinctum, & hoc naturali jure decrevit natura nattrans, ut miniſtrantibus creatori, ſeu divina celebrantibus neceſſaria miniſtrentur, & honoris debita & vitæ neceſſaria præbeantur. Quod etiam Phariſæis in lege quam Dominus Moyſi tradidit, & ſacerdotibus abundanter & cautè providit, nõ dominium tamen aut regnum temporale commiſit. Et Apoſtolus ad Corinthios: Si ſpiritualia vobis ſeminavimus, non eſt magnum, ſi carnalia veſtra metamus. Sed ſi vultis ſcire quale dominium præbeat miniſtris, accipite per ordinem verba Chriſti, & ejus Apoſtoli Pauli? Dicit enim Chriſtus diſcipulis ſuis ad prædicandum miſſis, Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Et Paulus de ſe & cæteris Apoſtolis ait: Quis militat ſuis ſtipendiis unquam? quaſi diceret nullus. Et ſcriptum eſt in A lege Moyſi, Non alligabis os bovi trituranti. Ecce quibus vos comparant Chriſtus & Paulus ejus Apoſtolus. Utique operariis & ſtipendiariis. Numquid operarii & ſtipendiarii ſunt rerum domini? Videtis quòd temporalia conceduntur vobis non ad dominium, ſed ad vitæ ſubſidium, & ad ſpiritualis miniſterii ſumptũ. Et ex lege Moyſi comparamini bovi trituranti, cui ſatis eſt accidere pabulum quanquam ipſe ſuo labore impleat horreum. Et quòd dicitis ſpiritualem poteſtatẽ regere temporalem poteſtatem jam vobis eſt per Apoſtolum Paulum ſuperiùs reſponſum ibi. Quòd omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis & in iis habent nos regere; videlicet quæ ſunt ad Deum: ſed ad Eccleſiam non pertinet. in iis quæ foris ſunt, aliquid judicare. Quod adhuc contenditis ſummum pontificem ſuperiorem eſſe per omnia, in deriſiones mirabiles incidetis. Si enim cùm creatur papa, creatus ſit dominus omnium: ſimili ratione creare epiſcopum, erit creare illius patriæ dominũ: & ſacerdos meus, erit dominus caſtri mei. & dominus meus: quia ſicut poteſtas papæ eſt in toto, ita poteſtas iſtorum eſt in illa parte cui præeſt. Ergo ceſſandum eſt ab hac ſtulticia, quæ ab omnibus irridetur, & tantis Scripturarum elementis ac rationibus confirmatur. Nam in veteri lege dicimus non ſacerdotes à regibus, ſed reges & principes à ſacerdotibus & prophetis adorari, & eos B ad ſe vocari, & quæ placebant regibus imperari: & in iis quæ interdum erraverant publica diſpenſatione temporalium increpari. ut 3. Reg. 1. & 4. Capitulis. Cler. Miror quòd dicitis, ſuper diſpenſatione temporalium regem arguiſſe pontificem. Mil. Vos excitatis canem dormientem, & cogitis me loqui de iis quæ antè non cogitavi. Cler. Excitetur canis & latret Mil. Quoniam uti neſcitis utilitate & patientia principum, timeo quòd poſt juſtum latratum ſentietis & morſum. Cler. Quid intereſt regum & principum ſuper diſpenſatione temporalium noſtrorum ipſi ſua habeant, & noſtra nobis dimittant? Mil Noſtra multum intereſt per omnem modum, Numquid non intereſt noſtra, circa ſalutem animarum noſtrarum ſuper omnia cogitare? Numquid non intereſt noſtra, pro parentibus mortuis debita proſequi obſequia. & etiam obſequia poſtulare? Et nónne vobis à parentibus noſtris, ad hoc ſunt noſtra temporalia data, & copioſè miniſtrata ut in cultu divino totaliter expendantur? Sed certè nihil facitis inde, ſed omnia veſtris neceſſitatibus applicatis, quæ per eleemoſynas & opera charitatis in viſceribus pauperum claudere deberetis. Nónne eſt neceſſe, quòd per hujuſmodi ſanctiſſima opera mortui liberentur, & ſalvarentur vivi? Nónne cùm ea ad propria expenditis, ſuperflueque conſumitis. & ea contra intentionem dantium, & etiam quodammodò accipientium diſpergitis malè utendo, vivos & mortuos læditis, & vi-

Digitized by Google

A vis & mortuis damnabiliter derogatis? Nónne ei qui non vult militare, auferetur ſtipendium? Et certè vaſallus non implens ſervitium, meritò perdit & feudum. Et ut vobis ponam ſuper hac queſtione ſilentium, & quod ſuper hoc noſtrum ſit dolere, & remedium apponere, accipite fortiſſimum & apertiſſimum capitulum Scripturæ ſanctæ, 2. Paral 14. cap. Legitur enim de rege Joas: Fecitq; quod bonum eſt coram Domino, & cunctis diebus Jojadæ ſacerdotis. & de eodem rege legitur 4. Reg. 12. cap Vocavit rex Joas Iojadem pontificem, & ſacerdotes, dicens eis: Quare ſarta tecta non inſtauratis templi? Nolite ergo pecuniam recipere à populo ampliùs, juxta ordinationem veſtram, ſed ad inſtaurationem populi reddite eam, prohibitique ſunt ſacerdotes accipere pecuniam ultra à populo. Vides ergo quòd laudatur rex Joas à Domino, qui curam accepit ut oblationes juxta intentionem dantium expenderentur in cultum divinum. Hoc eſt ad inſtaurationem templi. Laudat enim re[illegible]m Joas Deus, ut oſtenderet, quod non delinqueret: quia non cupiditate, ſed pietate: non ambitione, ſed religione id faceret. Ad tollendam ſuſpicionem, rex teſtem volebat habere ipſum pontificem, ut ſequitur. Cumque videret nimiam pecuniam in gazophylacio, aſcendebat ſcriba regis & pontifex, effundebantque & numerabant pecuniam, quæ inveniebatur in domo Domini, & dabant eam juxta numerum atque menſu-
B ram in manus eorum qui præerant commentariis domus Domini. Ecce laudata eſt regis religio, quæ curam geſſit ut bona illius veteris Eccleſiæ ſalvarentur ſollicitè, & expenderentur religioſè. Scio quòd durum ſit vobis hoc audire, cùm tamen nihil refero niſi verba Scripturæ. Dictum enim vobis eſt ſuperiùs, quòd hæc accepiſtis omnia ad vitæ ſubſidium, & ad ſanctæ militiæ ſtipendium, ad victum habendum & veſtitum, quibus duobus dicit Apoſtolus ſe eſſe contentum: & quicquid ſupereſt, in pios uſus pauperum, & miſerias ægrotantium expendere debetis. Quod ſi non feceritis, multum noſtra intereſt, de eiſdem curam habere, ne animas mortuorum ſalutemque vivorum defraudetis. Cler. Rex iſte Joas bona ſibi non tulit, ſed in uſus Eccleſiaſticos expendit. vos autem hodie bona noſtra tollitis, quæ non in religioſos uſus, ſed militares tumultus & bellicoſas claſſes expenditis. Unde exemplum quod induxiſtis, veſtris operibus adverſatur, & veſtram violentiam ſolùm colorat. Mil. Semper in malum veſtrum contra ſtimulum regum calcitratis. Eſtné hoc vobis moleſtum, quòd de bonis Eccleſiæ ſecum tollunt nepotuli veſtri & conſanguinei, aliæque perſonæ interdum inhoneſtæ? Sed vobis eſt omninò intolerabile & moleſtum, quod rex manſuetè petit à vobis, & pro gratia accipit pro veſtra [illegible]lute & defenſione Eccleſiæ, & bonorum veſtrorum. Cler. M[illegible] miſerum, pellemque meam [illegible]llitis cum carnibus & hoc appellatis ſalutem. Mil. Non perſtrepite, ſed patienter audite: conſiderate vicinos veſtros A ſuis egere, & ad veſtra reſpicere. Si deficeret regis poteſtas, qualis eſſet requies veſtra? Nónne nobiles egeni & prodigi, ſi conſumpſiſſent ſua, converterentur ad veſtra? ergo regia manus veſter murus eſt: pax regis, pax veſtra: ſalus regis, ſalus veſtra. Quæ ſi deeſt, aut forſan eſſet ſubtracta, vel peccatis veſtris exigẽtibus à vobis diſcederet, & viciniis ſupra bona veſtra graſſantibus, nunc exigentibus, nunc minantibus atque vaſtantibus bona veſtra, cogeremini omnibus ſervire. Si videretis prorſus bona veſtra perire, quanto velitis tunc redimere, quòd manus regia rediret ſicut priùs? Videtis ergo, cùm pauca regi traditis, quomodo ſalutem veſtram redimatis, quando omnia bona veſtra deperdenda ſalvat. Sed ſicut vos ſemper fuiſtis beneficiis ingrati, ſic eſtis nunc in veſtris profectibus querulosi. Quòd ſi manus hoſtilis rege cadente regnum invaderet, nónne omnes prædis & rapinis interiretis, & ferocitatem barbaricam, quam vobis implacabilem ſentiretis, relictis ſedibus, territi & attoniti fugeritis, & totum perderetis, qui modò ſuper minimis doletis? Quòd ſi reges & principes ſuis ſtipendiis, ſuiſque periculis tenentur vos defendere, ſeque morti pro vobis gratis exponere: & vos ſub umbra quieſcere, comedere ſplendidè, jucundè bibere, ſuper lectos ornatos quieſcere, quietè dormire, & in ſtramentis mollibus laſcivire: ergo vos verè eſtis ſoli domini, reges verò & principes veſtri ſervi. Et alii pro vobis & res & perſo- B
nas offerunt morti. Si datur perſonis Eccleſiaſticis requies. non eſt magnum. ſi pro perſonis ſervent opes. Hoc dicitis eſſe durum: ſed nõ quieſcitis. donec more ſolito convicti fueritis, ac etiam confutati divinis, quibus non poteſtis obviare, Scripturis. Nam de Joas rege ſuperiùs memorato ſcribitur 4. Reg. 12. & 2. Paralip. 24. c. Quamobrem tulit Joas rex Juda omnia ſanctificata, quæ conſecraverant Joſaphat, & Aaron, & Moſa pater ejus rex Juda, & quæ obtulerat, & univerſum argentũ quod invenire potuit in theſauro templi Domini, & palatio regis: miſitq; Azaeli regi Syriæ, & receſſit à Jeruſalem. Ecce apertè, ꝙ pro redemptione populi accepit ea quæ conſecrata erant in templo Domini non tamen pepercit regis palatio quãdo tulit iſta de templo Et eodẽ modo 4 Reg 18. c legitur ſic de Ezechia rege ſancto: In tempore illo confregit Ezechias valvas templi Domini, & laminas auri, quas ipſe affixerat. & dedit regi Aſſyriorũ Quòd ſi dicas, ꝙ Ezechias egit malè: reſpondeo, ſic habetur in Paralipo. 32. Ezechias non reprehenditur in omnibus operibus ſuis, pręterquã in legatione principum Babylonis. Quis ergo damnabit, quem in omnibus Scriptura laudavit? Si erratis, non intelligentes ſcripturarũ veritatem, quid ergo cõtra reges & principes cõtenditis? Legitur enim Macthęi quinto capitulo: Non propter locum gentem ſed propter gentem locum Dominus prælegit. Non eſt ergo parcendum eccleſiæ materiali, ubi diſcrimẽ imminet

genti,

Digitized by Google

A genti Chriſtianæ. quòd ſanctus Ezechiel & Joſephus intellexit, & fideliter adimplevit. Si enim bona veſtra ſunt Eccleſiæ, & populus in Eccleſia eſt: quanto juſtius ſubſtantia in ea, ubi ſalus populi pendet, expendenda eſt? Unde Dominus Matth. 12. c. Dico vobis, quòd templo major eſt hic. Nec dubium eſt quin templū ſpirituale, quod eſt homo, dignius ſit materiali & templo lapideo. Intelligat ergo rex prius & prudens in iis verbis Domini Dei voluntatem, nec ulterius quærat auctoritatem. Nec eſt parcendum materiali templo, nec iis quæ dedicata ſunt templo, ut ſalus reddatur, & pax periclitanti populo Chriſtiano. Nec eſt blandiendum eccleſiarum ſuperfluitati, imò ſuccurrendum tantæ gentis neceſſitati: ſed quia rex ea quæ ſibi licent, ne placito veſtro, non veremini exaſperare regem in manſuetudine vobiſcum agentem, & ſolita benevolentia vos regentem. Cavete à verbis Salomonis: Quia ira regis nuncius eſt mortis. Cle. Si poſſunt revocari, quæ ſemel Deo ſunt donata, ergo irritari poſſunt omnia vota? Mil. Hoc nō eſt quæ Deo data ſunt revocare, ſed illius uſibus quibus fuerunt data, applicare. Quæ enim ſunt Deo data, eo ipſo ſunt piis uſibus dedicata. Quid enim poterit ſanctius eſſe quàm Chriſtiani populi ſalus, & quid precioſius Domino, quàm hoſtes, raptores, & interfectores arcere à populo Chriſtiano, & quàm pacem ſubjectis & fidelibus emere. Cum ergo in iis bona Eccleſiæ expenduntur, verè B uſibus quibus fuerant dedicata, redduntur. C. Si ad Scripturas ſacras recurritis, quare libertates noſtras infringitis, quas libertates conſtat nos ex ipſis traxiſſe ſcripturis. Dominus enim interrogat Patrum, Matthei 17. Reges terræ à quibus accipiunt tributum, à ſuis, an ab alienis? At ille dixit ab alienis. Dixit illi Jeſus: Ergo liberi ſunt filii. Ut autem non ſcandalizemus eos, Vade ad mare, & mitte hamū, & illum piſcem qui primus aſcendit tolle, & aperto ore invenies ſtaterem, ſume illum, & da pro me & te. Vides ò miles, quod clerici Chriſti ſervitio mancipati omnino ſunt liberi. M. Si Evangelium bene reſpicitur, à Chriſto ſolo cenſus ſive didrachma petebatur: ideo pro Chriſto dari videtur iſta reſponſio, ipſe enim eſt filius Dei, filius regis magni. Et ſicut filius regis major eſt præſide, ſic filius Dei major eſt, & major erit Cæſare. & ſic illa reſpōſio propriè videtur eſſe pro Chriſto, attamen quia illi qui principaliter miniſtrant regi, nullatenus ad publica onera ſunt trahendi, concedimus quod clerici in ſuis perſonis ſunt liberi: quod non dico de his qui vita & converſatione laici ſunt, qui ad nō honorē Dei, ſed in fraudem Domini ſunt clerici, ſicut patet ad oculum: non tonſurati, ſed de his qui Chriſtum ſequuntur, ut Petrus, & ſacris altaribus mancipati: concedimus inquam planè de iis qui liberi ſunt non dico [illegible] per Evangelium, ſed quia Evangelio & eorum officio videbatur conſonum, indultum eſt eis hoc privilegium præcipuum. Nam ab origine Eccleſiæ dixit Paulus ad Romanos 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, & pòſt: Non A ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam. & poſt ibidē dicitur: Reddite omnib. debita, cui tributum, tributū, cui vectigal, vectigal. Videtis ergo quod omnis anima erit ſubdita, & vectigalis & tributaria. Sed (ut dixi) nunc eſtis in perſonis liberi, quia officio Chriſti mancipati, numquid per hoc & eadem libertate gaudebunt & agri? Si enim Eccleſia emerit cenſualem agrum, numquid cui ſolvendus erat cenſus, perdet eum? Cle. Non de cenſibus, ſed de exactionibus ſermo eſt. Mil. Sicut ego ſuper certos agros habeo certum cenſum, ſic Imperator ſuper orbem terrarum pro defenſione Reipublicæ, cum opportunum fuerit, pro arbitrio voluntatis poteſt levare tributum. Clara enim ratione conceditur, ut Reſpublica reipublicæ ſumptibus defendatur, & quæcunque pars gaudeat iſta defenſione, æquiſſimum eſt, ut cum aliis ponant humerum ſub onus. Si ergo minus juſtè poſſeſſiones ſubditæ ſunt ad onus publicum, quātum ad annuum cenſum, ad quemcunque tranſeunt, ſemper erunt ſub onere hoc, ubi neceſſitas fuerit Reipublicæ. Sicut quoq; cum aliis indigent ſemper defenſione. Quod ſi dicitis, quod contra hoc præſcripſiſtis longa uſi libertate? reſpondemus vobis, quod quanto benignitate principum fuerit libertas veſtra longior, tanto, ubi major apparet neceſſitas, debet eſſe veſtra voluntas promptior ad ſubveniendum. Nam & irridet ſcriptura veſtram B præſcriptionem cum à Salomone uſq; ad Joas, & à Joas uſq; ad Ezechielem non legitur eſſe factum, quod tamen Ezechiel perfecit. Nam & multæ civitates privilegiis, & conſuetudine ab exactionibus liberè patienter ſolverunt & ſolvūt hodie, quod placuit principi pro defenſione regni vel communitatibus vel perſonis. Et ſi Deus, ut dicitur propter ingratitudinem revocat peccatorum remiſſionem, videatis ne propter veſtram rebellionem nō mereamini non minus, ſed etiam plus onerari, & tādē facultate ſimul & poteſtate denudari. Cler. Nunquid per reges tollendæ ſunt gratiæ nobis per leges conceſſæ, & per beatorum principū privilegia ſanctæ Eccleſiæ conceſſa. Mil. fateor, & verum eſt ampliſſima vobis privilegia per bonos pontifices indulta. Scire verò deberis quod quicquid rectores Reip. faciūt, ad utilitatem Reipublicæ intendunt, & ad eā habentes oculum juxta illam regulam, cuncta diſponunt in tantum, quod ſalutem Reipublicæ, ſaluti propriæ (quod eſt in principe glorioſiſſimum) anteponunt, exemplo David 2. Reg. Unde conſtat & teſtimonio, & recta ratione eos concedere, quatenus poſſent in poſterum eis Reipublicæ cauſa derogare. Unde planè colligitur in omnibus privilegiis hoc exceptum, ſcilicet ut niſi privilegium indultum, videatur in poſterū Reipublicæ nociturum, vel pro ardua neceſſitate, vel utilitate Reipublicæ manifeſta mutandum. Igitur non eſt dubium, quin pro regni neceſſitatibus

Digitized by Google

A gratias vobis indultas, legibuſque ſancitas, poſſunt altiſſimi principes conſultiori ſuſpẽdere ratione, & ſecundum exigentiam temporis mutare. Ut invenimus per Salomonem ſapientiſſimum in pœna furti aliquid lege divina mutatum. Cle. Imperatores ſanxerunt iſta, non reges: & ideo per bonos Imperatores; ô miles. nunc erit legum gubernacula moderari. Mil. Hoc reſponſum eſt blaſphemiæ. Et quoniam ut videtur aut originem ignoratis regni aut quod videtur verius, illius altitudini invidetis, ſi Caroli Magni regiſtrum inſpiciatis & hiſtorias probatiſſimas revolvatis: invenietis quod regnum Franciæ digniſſima conditione Imperii portio eſt, pari diviſione ab eo diſcreta, & æquali dignitate & auctoritate quingentis annis circiter inſignita, quicquid ergo privilegii & dignitatis retinet Imperii nomen in parte una, hoc regnum Franciæ in alia. Cum enim fraterna diviſione Francorum regnum, à reliqua parte diſceſſit Imperii, quicquid in parte decedente, & penitùs ab imperio exiſtente, Imperium ipſum quondam obtinuit, aut ibidem jure altitudinis, aut poteſtatis exercuit, hoc principi ſeu Francorum regi in eadem plenitudine ceſſit. Et ideo ſicut omnia quæ infra terminos Imperii ſunt, ſubjecta eſſe noſcuntur Imperio, ſic quæ infra terminos regni, regno. Et ſicut Imperator ſupra totum Imperium ſuum habet leges condere, addere eis, aut demere: ſic & rex Franciæ, aut omnino leges Imperatorias repellere, aut
B quamlibet placuerit permutare, aut illis à toto regno ſuo præſcriptis & abolitis; novas ſi placuerit promulgare. Alioquin ſi aliquid novi, ut ſæpe accidit, viſum fuerit ſtatuendũ; ſi rex non poſſet hoc qui eſt ſummus: tũc nullus poterit. quia ultra eum non eſt ſuperior ullus. Et ideo domine clerice linguam veſtrã A coercete & agnoſcite regem legibus, conſuetudinibus & privilegiis veſtris, & libertatibus datis, regia poteſtate præeſſe, poſſe addere, poſſe minuere quælibet, æquitate & ratione conſultis, aut cum ſuis proceribus, ſicut viſum fuerit, temperare. Et ideo ſi aliquid pro ſalute regni tuenda, videritis iſtis temporibus immutari, acceptate, & patienter hoc ferte. Paulo apoſtolo hoc vos docente ad Romanos 13. Qui poteſtati reſiſtit divinæ voluntati reſiſtit. Ne qui contra ſtimulum calcitrent injuſtè ſemel puncti, iterum ſe pũgant. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis, ad Hebræos in fine David antè ſub Anathar principe ſacerdotum, tempore neceſſitatis panes propoſitionis, qui ſolis ſacerdotibus parati erant, & nullis aliis licebat comedere, eos comedit & aliis dedit comedendos. qui ſecum erant & Matthei 12. Sabbatum propter hominem. non homo propter ſabbatum factum eſt Itaque Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati Et Deuteronomii 33. capite In manu tua magnitudo & imperium. & ibidem: Et adoraverunt Dominum Deum regem. Item ibidem: Et unxerunt ſecundo Salomonem filium David, unxerunt autem eum Domino in principem. Sequitur: & Sadoch in pontificem. ut Paralip. 21. cap. Nec quiſquam ingrediatur in domum Domini niſi ſacerdotes, & qui miniſtrant de Levitis tantummodo ingrediantur, qui ſanctificati ſunt, & totum reliquum vulgus cuſtodias Domini obſervent. B Levitæ autem circumdent regem habentes cingula. Et ſi quis alius ingreſſus fuerit templum Domini, interficiatur, ſintque cum rege intrante & ingrediente. Unxitque eum Joada pontifex ibique.

DANTIS ALIGHERII FLORENTINI MONARCHIA, SCRIPTA temporibus Ludovici Bavari.

DE NECESSITATE MOnarchiæ. Liber I.

OMNIUM hominum quos ad amorem veritatis natura ſuperior impreſſit, hoc maximè intereſſe videtur, ut quemadmodum de labore antiquorũ ditati ſunt, ita & ipſi pro poſteris laborent, quatenus ab eis poſteritas habeat quo ditetur. Longè namque ab officio ſe eſſe non dubitet, qui publicis documentis imbutus, ad Rempublicam aliquid adferre non curat. non enim eſt lignum, quod ſecus decurſus aquarum fructificat in tempore ſuo; ſed potius pernicioſa vorago, ſemper ingurgitans, & nunquam ingurgitata refundens. Hæc igitur ſæpe mecũ recogitans; ne de infoſſi talenti culpa quandoq; redarguãr, publicæ utilitati non modo turgeſcere, quin imo fructificare deſidero, & intentatas ab aliis oſtendere veritates. Nam quem fructũ ferat ille, qui theorema quoddam Euclidis iterum demonſtraret? qui ab Ariſtotele fœlicitatem oſtenſam, reoſtendere conaretur? qui ſenectutem à Cicerone defenſam, reſumeret defenſandam? Nullum quippe, ſed faſtidium potius illa ſuperfluitas tædioſa præſtaret. Cũque inter alias veritates occultas & utiles, temporalis Monarchiæ noticia utiliſſima ſit, & maximè latens, & propter non ſe habere immediatè ad lucrum ab omnibus intentata: in propoſito eſt, hanc de ſuis enucleare latibulis: tum ut utiliter mundo provigilem, tum &

A ut palmam tanti bravii primus in meam gloriam adipiſcar. Ardoom quoddam opus & ultra vires aggredior, non tam de proptia virtute confidens, quàm de lumine largitoris illius qui dat omnibus affluenter, & non improperat.

Primum igitur videndum eſt, qnid temporalis Monarchia dicatur, typo ut dicam, & ſecũdum intentionem. Eſt ergo temporalis Monarchia, quam dicunt Imperium unius principatos, & ſuper omnes in tempore, vel in iis & ſuper iis quæ temporaliter menſurantur. Maximè aotem de hac, tria dubitata quæruntur. Primò namque dubitatur & quæritur, an ad benè eſſe mundi neceſſaria ſit. Secundò, an Romanus populus de jure Monarchæ officiũ ſibi aſciverit. Et tertiò, an authoritas Monarchæ dependeat à Deo immediatè, vel ab alio, Dei miniſtro ſeu vicario. Verùm quia omnis veritas quæ oon eſt principium, ex veritate alicujus principii fit manifeſta: neceſſe eſt in qualibet quæſtione habere noticiam de principio, in quod analyticè recurratur, pro certitudine omnium propoſitionum quæ inferius aſſumuntur. Et quia præſens tractatus eſt inquiſitio quædam ante omnia de principio, ſcrutandum eſſe videtur, in cujus virtute inferiora conſiſtant. Eſt ergo ſciendum, quòd quædam ſunt quæ noſtræ poteſtati minimè ſubjacentia, ſpeculari tãtummodo poſſumus, operari autem non: velut Mathematica, Phyſica, & divina. Quædam verò ſunt, quæ no-
B ſtræ poteſtati ſubjacentia, non ſolum ſpeculari, ſed & operari poſſumus: & in iis oon operatio propter ſpeculationem, ſed hæc propter illam aſſumitur: quoniam in tali operatione eſt finis. Cum ergo materia præſens politica ſit, imò fons atque principium rectarum politiarum: & omne politicum noſtræ poteſtati ſubjaceat: manifeſtum eſt, quòd materia præſens non ad ſpeculationem per prius, ſed ad operationem ordinatur. Rurſus cum in operabilib. principium & cauſa omnium ſit ultimus finis, movet enim primò agentem: conſequens eſt, ut omnis ratio eorum quæ ſunt ad finem, ab ipſo fine ſumatur. nam alia erit ratio incidendi lignum propter domum conſtruendam, & alia propter navim. Illud igitur, ſi quid eſt ꝙ eſt finis utilis civilitatis humani generis, erit hic principium, per quod omnia quæ inferius ꝓbanda ſunt, erunt manifeſta ſufficienter. Eſſe autem finem hujus civilitatis & illius, & non eſſe unum omnium finem, arbitrari ſtultum eſt.

Nunc autem videndum eſt, quid ſit finis totius humanæ civilitatis: quo viſo plusquàm dimidium laboris erit tranſactum, juxta Philoſophum ad Nicomachum. Et ad evidentiam ejus quod quæritur, advertendum, qood quemadmodnm eſt finis aliquis ad quem natura producit pollicem, & alius ab hoc ad quem manum totam, & rurſus alius ab utroque ad quem brachium, aliusque ab omnibus ad quem totum hominem: ſic alius eſt finis ad quem ſingularem hominem, alius ad quem ordinat domeſticam commonitatem, alius ad quem viciniam, & alius ad quem civitatem, & alius ad quem regnum: & denique optimus, ad quem utiliter genus homanum, Deus æternus arte ſua, quæ natura eſt, in eſſe producit. Et hic quæritur, tanquam principium inquiſitionis directivnm. Propter quod ſciendum primò, quòd Deus & natura nil ocioſum facit: ſed quicquid prodit in eſſe, eſt ad aliquam operationem. Minimè eoim eſſentia ulla creata ultimus finis eſt in intentione creãtis, in quantum creans, ſed propria eſſentiæ operatio. Verum eſt, qood non operatio propria propter eſſentiam; ſed hæc propter illam habet ut ſit. Eſt ergo aliqua propria operatio humanæ univerſitatis, ad quam ipſa univerſitas hominum in tanta multitudine ordinatur. Ad qnam quidem operationem nec homo unus, nec domus una, nec vicinia, nec una civitas nec regnum particulare pertingere poteſt. Quæ autem ſit illa, manifeſtum fiet, ſi ultimum de potentia totios humanitatis appareat. Dico ergo, quòd nulla vis à pluribus ſpecie diverſis participata, ultimum eſt de potentia alicujus illorum. Quia cum illud quod eſt ultimum tale, ſit cõſtitutivum ſpeciei: ſequeretur, quòd una eſſentia pluribus ſpeciebus eſſe ſpecificata, quod eſt impoſſibile. Non eſt ergo vis ultima in homine, ipſum eſſe ſimpliciter ſumptum: quia & ſic ſumptum ab elementis participatur. nec eſſe complexionatũ, quia hoc reperitur in animalibus: nec eſſe animatum quia ſic & plantis: nec eſſe apprehen-
B ſivum, quia ſic & à brutis participatur: ſed eſſe apprehenſivum per intellectum poſſibilẽ, quod quidẽ eſſe nulli ab homine alii cõpetit vel ſuprà vel infra. Nã etſi alię ſunt eſſentię intellectum participantes, non tamẽ intellectus earum eſt poſſibilis ut hominis: quia eſſentiæ tales ſpecies quædam ſunt intellectuales, & non aliud: & earũ eſſe nil aliud eſt, quàm intelligere quid eſt qood ſunt. ꝙ ſine interpolatione aliter ſempiternæ nõ eſſent. Patet igitur, ꝙ ultimũ de potentia ipſius homanitatis, eſt potentia ſive virtus intellectiva. Et quia potẽtia iſta per unnm hominem, ſeu per aliquam particulariũ cõmunitatum ſuperius diſtinctarũ, tota ſimul in actũ reduci non poteſt, neceſſe eſt mnltitudinem eſſe in humano genere, per q̄ quidem tota potentia hæc actuetur: Sicut neceſſe eſt multitudinẽ rerũ generabiliũ, ut potentia tota materiæ primæ ſemper ſub actu ſit: aliter eſſet dare potentiam ſeparatam: quod eſt impoſſibile. Et huic ſententiæ concordat Averrois, in Commẽto ſuper iis quæ de Anima: potentia etiam intellectiva, de qua loquor, nõ ſolũ eſt ad formas univerſales, aut ſpecies, ſed & per quandã extenſionẽ ad particulares. Unde ſolet dici, ꝙ intellect⁹ ſpeculativ⁹ extẽſione fit practicus: cujus finis eſt, agere atq; facere. ꝙ dico propter agibilia. quę politica prudentia regulantur: & propter factibilia, quę regulantur arte, quę omnia ſpeculationi ancillãtur tãquã optimo ad ꝙ humanum genns prima bonitas in eſſe ꝓduxit. Ex quo jã innoteſcit illud

poli-

A politicè, intellectu ſcilicet vigeotes aliis naturaliter principari.

Satis igitur declaratum eſt, quòd ptoprium opus humani generis totaliter accepti, eſt actuare ſemper totam poteutiam intellectus poſſibilis per prios ad ſpeculandum & ſecundariò propter hoc ad operandum per ſuam extenſionem. Et quia, quemadmodum eſt in parte, ſic eſt in toto: & in homine particulari contiogit, quòd ſedendo & quieſceodo prudeutia & ſapientia ipſe perficitur: patet, quòd genus homanom in quiete ſive tranquillitate pacis ad proprium ſuum opus, qood ferè divioum eſt (juxta illud, Minuiſti eum paulo minus ab angelis) liberrimè atque facilimè ſe habet. Unde manifeſtum eſt, qoòd pax univerſalis eſt oprimum eorum quæ ad noſtram beatitudinem ordinantur. Hinc eſt, quòd paſtoribus de ſurſum ſonuit, non divitiæ, non voluptates, non honores, nec longitudo vitæ, oon ſauitas, non robor, non pulchritudo: ſed pax. inquit enim cœleſtis militia: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hinc & Paa vobis ſalus hominum ſalotabat. Decebat etenim ſummum Salvatorem, ſommam ſalutationem exprimere. Quem quidem morem ſervare voluerunt diſcipuli ejus, & Paulus in ſalutationibus ſuis, ut omnib. manifeſtū eſſe poteſt. Ea iis ergo quæ declarita ſunt, patet, per quod melios, imò per quod optimè genus humaoum pertingit ad opus proprium.

B Et per conſequens viſum eſt propinquiſſimū medium, per quod itur in illud; ad quod velut in ultimum finem omnia opera uoſtra ordinantor: quia eſt pax univerſalis, quæ pro principio rationum ſubſequentium ſupponatur quod erat neceſſarium ut dictum fuit, vel ut ſigilum præſiaum, in quód quicquid probandum eſt reſoluator, tanquam iu manifeſtiſſimam veritatem.

Reſumens igitur quod à principio dicebatur, tria maximè dubitantur. & dubitata quæruntur circa Monarchiam temporalem, quæ communiori vocabulo nuucupator Imperium: & de iis, ut prædictum eſt, propoſitum eſt ſub aſſignato principin inquiſitionem facere ſecundum jam tactum ordinem. Itaque prima quæſtio ſit, Utrum ad bene eſſe muodi, Monarchia temporalis neceſſaria ſit. Hoc equidem, nulla vi rationis vel authoritatis obſtante. potiſſimis & patentiſſimis argumentis oſtendi poteſt: qoorum primum ab authoritate Philoſophi aſſumatut de ſuis Politicis. aſſerit enim ibi venerabilis ejus authoritas, quòd quando aliqua plura ordinantur ad unum oportet uuum eorum regulare ſeu regere alia verò regulari ſeu regi. Quod quidem noo ſolum glorioſum authoris nomen facit eſſe credeudum, ſed ratio ductiva. Si enim cōſideremus uoum hominem, hoc in eo contingere videbimus: quia cum omnes vires ejus ordinantur ad fœlicitatem, vis ipſa intellectualis eſt regulatrix & rectrix omnium aliarum, aliter ad fœlicitatem pervenire oon poteſt. Si conſideremus unam domum, cujus finis eſt, domeſticos ad bene vivendum præparare, unum oportet eſſe qui regulet & regat, quem dicuut patremfamiliàs, aut ejus locum teneutem. juata diceotem Philoſophum: Omuis domus regitur à ſeniſſimo. Et hujus, ut ait Homerus, eſt regulare omnes, & leges imponere aliis. Propter qood proverbialiter dicitur illa maledictio; Parem habeas in domo. Si conſideremos vicum uuum, cujus finis eſt commoda tam perſonarum quàm rerum auailiatio, unum oportet eſſe aliorum regulatorem, vel datum ab alio, vel ex ipſis præminentem, conſentientibus aliis. aliter ad illam mutuam ſufficientiam non ſolum non pertingitur, ſed aliquando pluribus præeminere volentibus, vicinia tota deſtruitur. Si verò unam civitatem. cujus finis eſt beoè ſufficienterque vivere, unum oportet eſſe regnum. Et hoc oon ſolum in recta politia, ſed & in obliqua. quòd ſi aliter fiat, non ſolum finis vitæ civilis amittitur. ſed & civitas deſinit eſſe quod erat. Si deniqoe unum regnum particulare. cujus finis eſt is qui civitatis, cum majori fiducia ſuæ tranquillitatis: oportet eſſe Regē unum, qui regat atque gubernet. aliter non modò eaiſtentes in regno finem non aſſequuntur, ſed & regnum in interitum labitur. juxta illud infallibilis veritatis: Omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitor. Si ergo ſic ſe habet in ſingulis quę ad unum aliquod ordinantur, verum eſt quod aſſumitur ſuprà. Nunc

B couſtat, quòd totum homanum genos ordinatur ad unum, ut jam præoſtenſum fuit. Ergo unum oportet eſſe regulaos, ſive regens: & hoc Monarcha ſive Imperator dici debet. Et ſic patet, quòd ad beue eſſe mundi, neceſſe eſt Monarchiam eſſe, ſive Imperium.

Et ſicut ſe habet pars ad totum, ſic ordo partialis ad totalē. Pars ad totum ſe habet, ſicut ad finem & optimum. Ergo & ordo iu parte, ad ordinem in toto, ſicut ad fiuem & optimum. Ea quo habetur, quòd bonitas ordinis partialis noo excedit bouitatem totalis ordinis: ſed magis e converſo. Cum ergo duplex ordo reperiatur in rebus, ordo ſcilicet partiū inter ſe; & ordo partium ad aliquod uoum qnod non eſt pars: ſic ordo partium eaercitus inter ſe, & ordo earum ad ducem. Ordo partium ad unum eſt melior, tanquan finis alterins. eſt enim aliter propter hunc, uon e converſo. Unde ſi forma hujus ordinis reperitur in partibus humanæ multitudinis, molto magis dicitur reperiri in ipſa multitudine ſive totalitate, per vim ſyllogiſmi præmiſſi: cum ſit ordo melior, ſive forma ordinis. Sed reperitur in omnibus partibus humanæ multitudinis: ut per ea quæ dicta ſunt io Capitulo præcedeoti, ſatis eſt manifeſtum ergo & in ipſa totalitate reperiri debent. Et ſic omnes partes præuotatæ infra regna, & ipſa regna ordinari debét ad unom principem. ſive principatum: hoc eſt, ad Monarcham. ſive Monarchiā. Amplius, humana univerſitas eſt quoddam totum ad quaſdam partes: & eſt quædam

pars

A pars ad quoddam totum. eſt enim quoddam totum ad regna particularia, & ad gentes, ut ſuperiora oſtendunt. & eſt quędam pars ad totum univerſum: & hoc eſt de ſe manifeſtum. Sicut ergo inferiora humanę univerſitatis benè reſpondent ad ipſam, ſic ipſa bene dicitur reſpondere ad ſuum totum. Partes ejus bene reſpondent ad ipſam per unum principium tantum, ut ex ſuperioribus colligi poteſt de facili. ergo & ipſa ad ipſum principium & univerſum, ſive ad ejus principem qui Deus eſt, & Monarcha, ſimpliciter benè reſpondet per unum principium tantum, ſcilicet unicum principem. Ex quo ſequitur, Monarchiam neceſſariam, mundo ut bene ſit.

Et omne illud bene ſe habet, & optimè, quod ſe habet ſecundum intentionem primi agentis, qui Deus eſt. Et hoc eſt per ſe notum, niſi apud negantes divinam bonitatem attingere ſummū perfectionis. De intentione Dei eſt. ut omne creatum divinam ſimilitudinem repræſentet: inquantum propria natura recipere poteſt. Propter quod dictū eſt, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Quod licet ad imaginem de rebus inferioribus ab homine dici non poſſit; ad ſimilitudinem tamen de qualibet dici poteſt: cum totum univerſum nihil aliud ſit, quàm veſtigium quoddam divinæ bonitatis. Ergo humanum genus bene ſe habet. & optimè, quando ſecundum quod poteſt Deo aſſimilatur. Sed genus humanum maximè Deo aſſimilatur, B quando maximè eſt unum. Vera enim ratio unius in ſolo illo eſt. propter quod ſcriptū eſt: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus unus eſt. Sed tunc genus humanum maximè eſt unū, quando totum unitur in uno: quod eſſe non poteſt, niſi quando uni principi totaliter ſubjacens, ut de ſe patet. Ergo humanū genus uni principi maximè Deo aſſimilatur: & per conſequens, maximè eſt ſecundum divinam intentionem, quod eſt benè & optimè ſe habere: ut in principio hujus Capituli probatum eſt.

Item bene ſe habet, & optimè. omnis filius, cum veſtigia perfecti patris, inquantum propria natura permittit, imitatur. Humanum genus filius eſt cœli. quod eſt perfectiſſimum in omni opere ſuo. Generat enim homo hominem, & ſol: juxta ſecundum de Naturali auditu. Ergo optimè ſe habet humanum genus, cum veſtigia cœli, quantum propria natura permittit, imitatur. Et cum cœlum totum unico motu, ſcilicet primi mobilis, & unico motore qui Deus eſt, reguletur in omnibus ſuis partibus, motibus & motoribus. ut philoſophando evidentiſſimè humana ratio deprehendit: ſi verè ſyllogizatum eſt, humanum genus tunc optimè ſe habet, quando ab unico principe tanquam ab unico motore, & unica lege, tanquam ab unico motu, in ſuis motoribus & motibus reguletur. Propter quod neceſſarium apparet ad bene eſſe mundi Monarchiam eſſe, ſive unicum principatum, qui Imperium appellatur. Hāc rationem ſuſpirabat Boëtius, dicens:

O felix hominum genus,
Si veſtros animos amor,
Quo cœlum regitur regat: A

Et ubicunq; poteſt eſſe litigium, ibi debet eſſe judicium: aliter eſſet imperfectum, ſine proprio perfecto: quod eſt impoſſibile, cum Deus & Natura in neceſſariis non deficiat. Inter omnes duos principes, quorum alter alteri minimè ſubjectus eſt, poteſt eſſe litigium, vel culpa ipſorum, vel ſubditorum: quod de ſe patet. Ergo inter tales oportet eſſe judicium: & cum alter de altero cognoſcere non poſſit. ex quo alter alteri non ſubditur (nā par in parem non habet imperium) oportet eſſe tertium juriſdictionis amplioris, qui ambitu ſui juris ambobus principetur. Et hic erit Monarcha, aut non. Si ſic, habetur propoſitum: ſi non, iterum habebit ſibi coęqualem extra ambitum ſuæ juriſdictionis.. Tunc iterum neceſſarius erit tertius alius. & ſic aut erit proceſſus in infinitum. quod eſſe nō poteſt: aut oportebit devenire ad judicem primum & ſummum: de cujus judicio cuncta litigia dirimantur, ſive mediatè, ſive immediatè. & hic erit Monarcha, ſive Imperator. Eſt igitur Monarchia neceſſaria mundo. Et hanc rationem videbat Philoſophus, cum dicebat, Entia nolunt malè diſponi. malum autem, pluralitas principatuum: unus ergo princeps.

Præterea, Mundus optimè diſpoſitus eſt, cum juſticia in eo potiſſima eſt. unde Virgilius commendare volens illud ſeculum, quod B ſuo tempore ſurgere videbatur, in ſuis Bucolicis cantabat,

Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Virgo namque vocabatur Juſticia quam & Aſtræam vocabant. Saturnia regna dicebantur optima tempora, quæ & Aurea nuncupabāt. Juſticia potiſſima eſt ſolum ſub Monarcha. Ergo ad optimam mundi diſpoſitionem requiritur, eſſe Monarchiam, ſive Imperium. Ad evidentiam ſubaſſumptæ propoſitionis, ſciendum, quòd Juſticia de ſe & in propria natura conſiderata, eſt quædam rectitudo ſive regula, obliquum hinc inde abjiciens: & ſic non recipit majus & minus, quemadmodum albedo in ſuo abſtracto conſiderata: Sunt enim hujuſmodi formæ quædam compoſitioni contingentes & conſiſtentes ſimplici & invariabili eſſentia, ut magiſter Sex principiorum rectè ait. Recipiunt tamen magis & minus hujus qualitatis ex parte ſubjectorum, quibus concernuntur, ſecundum quod magis & minus in ſubjectis de contrariis admiſcetur. Ubi ergo minimum de contrario juſticiæ admiſcetur, & quantum ad habitum. & quantum ad operationem, ibi juſticia potiſſima eſt. Et verè tunc poteſt dici de illa, ut Philoſophus inquit, neque Heſperus neque Lucifer ſic admirabilis eſt. eſt enim tunc Phœbæ ſimilis, fratrem diametraliter intuenti, de

pur-

A purpureo matutinæ ſerenitatis. Quantum ergo ad habitum, juſticia contrarietatem haber quandoque in velle. nam ubi voluntas ab omni cupiditate ſincera nō eſt, etſi adſit juſticia, non tamen omnino ineſt in fulgore ſuæ puritatis: habet enim ſubjectum, licet minimè, aliqualiter tamen ſibi reſiſtens. Propter quod bene repelluntur, qui judicem paſſionare conantur. Quanrum verò ad operationem, Juſticia contrarietatem habet in poſſe. nam cum juſticia ſit virtus ad alterū, ſive potentia tribuendi cuique quod ſuum eſt, quomodo quis operabitur ſecundum illam? Ex quo patet quòd quanto juſtus potentior, tanto in operatione ſua juſticia erit amplior. Ex hac itaque declaratione ſic arguatur: Juſticia potiſſima eſt in mundo, quando volentiſſimo & potentiſſimo ſubjecto ineſt: Hujuſmodi ſolus Monarcha eſt: Ergo ſoli Monarchæ inſiſtens juſticia, in mundo potiſſima eſt. Iſte proſyllogiſmus currit per ſecundam figuram, cum negatione intrinſeca: & eſt ſimilis huic, Omne b eſt a, Solum c eſt a, Ergo ſolum c eſt b. Quod eſt: Omne b eſt a, Nullum præter c eſt a Ergo nullū præter c eſt b, &c. Prima ꝓpoſitio declaratione ꝑcedente apparet. Alia ſic oſtēditur, & primū quātum ad velle, deinde quantū ad poſſe. Ad evidentiā ꝑimi notandū, quòd juſticiæ maximè contrariatur cupiditas, ut innuit Ariſtot. in quinto ad Nicomachum: Remota cupiditate, omnino nihil juſticiæ reſtat adverſum. unde ſententia Philo-
B ſophi eſt, ut quæ lege determinari poſſunt, nullo modo judici relinquantur. Et hoc metu cupiditatis fieri oportet, de facili mentes hominum detorquentis. Ubi ergo non eſt quod poſſit optari, impoſſibile eſt ibi cupiditatem eſſe. deſtructis enim objectis, paſſiones eſſe non poſſunt. Sed Monarcha non habet quod poſſit optare: ſua namque juriſdictio terminatur Oceano ſolum. quod non contingit Principibus aliis, quorum principatus ad alios terminantur: utputa Regis Caſtellæ, ad illum qui Regis Aragonum. Ex quo ſequitur. quòd Monarcha ſinceriſſimū inter mortales juſticiæ poſſit eſſe ſubjectum. Præterea, quemadmodum cupiditas habitualem juſticiam quodammodo, quantumcunque pauca, obnubilat: ſic charitas, ſeu recta dilectio, illam acuit atque dilucidat. Cum ergo maximè recta dilectio ineſſe poteſt, potiſſimum locum in illo poteſt habere juſticia: Hujuſmodi eſt Monarcha: Ergo eo exiſtente, juſticia potiſſima eſt. vel eſſe poteſt. Quòd autem recta dilectio faciat quod dictum eſt, hinc haberi poteſt. Cupiditas namque, perſeitate hominum ſpreta, quærit alia: charitas verò, ſpretis aliis omnibus, quærit Deum & hominem, & per conſequens bonum hominis. Cumque inter alia bona hominis potiſſimum ſit, in pace vivere (ut ſuprà dicebatur) & hoc operetur maximè atq; potiſſimè juſticia: charitas maximè juſticiam vigorabit, & potior potius. Et quòd Monarchæ maximè hominum recta dilectio ineſſe debeat, patet ſic: A Omne diligibile tanto magis diligitur, quanto propinquius eſt diligenti: Sed homines ꝓpinquius Monarchæ ſunt, quàm aliis principibus: Ergo ab eo maximè diliguntur, vel diligi debent. Prima manifeſta eſt, ſi natura paſſivorum & activorum conſideretur. Secunda per hoc apparet, quia principibus aliis homines non appropinquant niſi in parte, Monarchæ verò ſecundum totum. & rurſus, principibus aliis appropinquant per Monarcham, & non econverſo. & ſic per prius & immediatè Monarchæ ineſt cura de omnibus, aliis autem principibus per Monarcham, eo quòd cura ipſorum à cura illa ſuprema deſcendit. Præterea, quanto cauſa eſt utilior, tanto magis habet rationem cauſæ: quia inferior non eſt cauſa niſi per ſuperiorem, ut patet ex iis quæ de cauſis. Et quanto cauſa magis eſt cauſa, tanto magis effectum diligit, cum dilectio talis aſſequatur cauſam per ſe. Cum ergo Monarcha ſit utiliſſima cauſa inter mortales, ut homines bene vivant, quia Principes alii per illum. ut dictum eſt: & conſequens eſt, quòd bonum hominum ab eo maximè diligatur. Quod autem monarcha potiſſimè ſe habeat ad operationem juſticiæ, quis dubitat? niſi qui vocem hanc non intelligit, cum ſi Monarcha eſt, hoſtes habere non poſſit. Satis igitur declarata eſt ſubaſſumpta principalis, quia concluſio certa eſt: ſcilicet quòd ad optimam mūdi diſpoſitionem neceſſe eſt Monarchiam eſſe. B

Et humanum genus, potiſſimum liberum, optimè ſe habet. Hoc erit manifeſtum, ſi principium pateat libertatis. Propter quod ſciendum, quod principium primum noſtræ libertatis, eſt libertas arbitrii: quam multi habent in ore in intellectu verò pauci. veniunt namque uſque ad hoc, ut dicant liberum arbitrium eſſe, liberum de voluntate judicium. & verum dicunt, ſed importatum per verba longè eſt ab eis. quemadmodum tota die Logici noſtri faciunt de quibuſdam propoſitionibus, quę ad exemplum logicalibus interſerūtur: puta de hac, Triangulus habet tres duobus rectis æquales. Et ideo dico, quod judiciū medium eſt apprehenſionis & appetitus. Nam primò res apprehenditur, deinde apprehenſa bona aut mala judicatur: & ultimò judicans proſequitur, aut fugit. Si ergo judicium moveat omnino appetitum, & nullo modo præveniatur ab eo, liberum eſt. Si verò ab appetitu, quocunq; modo præveniente judiciū, moveatur, liberum eſſe non poteſt: quia non à ſe, ſed ab alio captivū trahitur. Et hinc eſt, quod bruta judicium liberum habere non poſſunt: quia eorum judicia ſemper appetitu præveniuntur. Et hinc etiam patere poteſt, quod ſubſtantiæ intellectuales, quarū ſunt immutabiles voluntates, nec non animæ ſeparatæ bene hinc abeuntes, libertatem arbitrii ob immutabilitatem voluntatis non amittunt, ſed perfectiſſimè atque potiſſimè hoc retinent.

Hoc

A Hoc viſo, iterum manifeſtum eſſe poteſt, quod hæc libertas, ſive principium hoc totius noſtræ libertatis, eſt maximum donnm bumanæ naturæ à Deo collatum: quia per ipſum hic fœlicitamur, ut bomines: per ipſum alibi fœlicitamur, ut dii. Quod ſi ita erit, quis erit qui humanum genus optimè ſe habere non dicat, cum potiſſimè hoc principio poſſit uti? Sed exiſtens ſub Monarcha, eſt potiſſimè liberum. Propter quod ſciendum, quòd illud eſt liberum, quod ſuimet, & non alterius gratia eſt: ut Philoſopho placet, in iis quæ de ſimpliciter eute. Nam id quod eſt alterius gratia, neceſſitatur ab illo cujus gratia eſt, ſicut via neceſſitatur à termino. Genus humanum ſolum impetante Monarcha, ſui, & non alterius gratia eſt. Tunc enim ſolum Politiæ diriguntur obliquè, democratiæ ſcilicet, oligarchiæ atque tyrannides, quæ in ſervitutem cogunt genus humanum, ut patet diſcurrenti per omnes. & politizant Reges, Ariſtocratici, quos Optimates vocant. & populi libertatis zelatores. Quia cum Monarcha maximè diligat homines, ut jam tactum eſt, vult omnes homines bonos fieri: quod eſſe non poteſt apud obliquè politizantes. unde Philoſoph. in ſuis Politicis ait, quod in politia obliqua bonus homo eſt malus civis: in recta verò, bonus homo & civis bonus convertuntur. Et hujuſmodi politiæ rectæ libertatem intendunt, ſcilicet ut homines propter ſe ſint. Non enim cives propter conſules, nec gens propter Regẽ:
B ſed e converſò Conſules propter cives, Rex propter gentem. Quia quemadmodum nou politia ad leges, quinimò leges ad politiã ponuntur: ſic ſecundum legem viventes, non ad legislatorem ordinãtur, ſed magis ille ad hos: ut & Pbiloſopbo placet, in iis quæ de præſenti materia nobis ab eo relicta ſunt. Hinc etiã patet, quòd quamvis Conſul ſive Rex reſpectu viæ ſint domini aliorum, reſpectu autem termini aliorum miniſtri ſunt: & maximè Monarcha qui miniſter omnium proculdubio habẽdus eſt. Hinc jam innoteſcere poteſt, quòd Monarcha neceſſitatur in fine ſibi præfixo, in legibus ponendis. Ergo genus humanum ſub Monarcha exiſtens, optimè ſe habet. Ex quo ſequitur, quòd ad bene eſſe mũdi, Monarchiã neceſſe eſt eſſe.

Adhuc, ille qui poteſt eſſe optimè diſpoſitus ad regendum, optimè alios diſponere poteſt. Nam in omni actione principaliter intenditur ab agente, ſive neceſſitate naturæ, ſive voluntariè agat, propriam ſimilitudinem explicare. unde fit, quòd omne agens inquantum hujuſmodi, delectatnr. Quia cum omne quod eſt, appetat ſuum eſſe, ac in agendo agẽtis eſſe quodammodo amplietur, ſequitur de neceſſitate delectatio: quia delectatio rei deſideratæ ſemper adnexa eſt. Nihil igitur agit, niſi tale exiſtens, quale patiens fieri debet. Propter quod Philoſophus, in iis quæ de ſimpliciter ente: Omne, inquir, quod reducitur de potentia in actum, reducitur per tale exiſtẽs actu. quod ſi aliter aliquid agere conetur, fruſtra conatur. Et bic poteſt deſtrui error illorum, qui bona loquendo, & mala operando, credunt alios vita & moribus informare: non advertentes, quòd plus perſuaſerunt manus Jacob, quàm verba: licet illæ falſum, illa verũ perſuaderent. Unde Philoſophus ad Nicomachum: De iis enim, inquit, quæ in paſſionibus & actionibus; ſermones minus ſunt credibiles operibus. Hinc etiam dicebatur de cœlo peccatori David, Quare tu enarras juſticias meas? quaſi diceret: Fruſtra loqueris, cum tu ſis alius ab eo quod loqueris. Ex quibus colligitur, quòd optimè diſpoſitum eſſe oportet, optimè alios diſponere volentem. Sed Monarcha ſolus eſt ille, qui poteſt optimè eſſe diſpoſitus ad regendum. Quod ſic declaratur. Unaquæq; res eo facilius & perfectius ad habitum & operationem diſponitur, quo minus in ea eſt de contrarietate ad talem diſpoſitionem. unde facilius & perfectius veniunt ad habitum philoſophicæ veritatis, qui nihil unquàm audiverunt, quàm qui audiverunt per tempora, & falſis opinionib. imbuti ſunt. Propter quod bene Galenus inquit, tales duplici tempore indigere ad ſcientiam acquirẽdam. Cum ergo Monarcha nullam cupiditatis occaſionem habere poſſit, vel ſaltem minimam inter mortales, ut ſuperius eſt oſtenſum, quod cæteris Principibus non contigit: & cupiditas ipſa ſola ſit corruptivà judicii, & juſticiæ præpeditiva: conſequens eſt, quòd ipſe vel omninò, vel maximè bene diſpoſitus ad regendum eſſe poteſt. Quia inter cæteros judicium & juſticiam potiſſ. habere poteſt. Quæ duo principaliſſimè legislatori & legis executori conveniunt, teſtante Rege illo ſanctiſſimo, cum convenientia Regi & filio regis poſtulabat à Deo: Deus, inquit, judicium tuum Regi da, & filio regis juſticiam. Bene igitur dictum eſt, cum dicitur in ſubaſſumpta, quòd Monarcha ſolus eſt ille, qui poteſt eſſe optimè diſpoſitus ad regendum. Ergo Monarcha ſolus optimè alios diſponere poteſt. Ex quo ſequitur, quòd ad optimam mundi diſpoſitionẽ Monarchia ſit neceſſaria. B

Et quod poteſt fieri per unum, melius eſt fieri per unum quàm per plura. Quod ſic declaratur: Sit unum, per quod aliqd fieri poteſt, a. Et ſint plura, pet quæ ſimiliter illud fieri poteſt. a & b. Si ergo illud idem quod fit per a & b, poteſt fieri per a tantum, fruſtra ibi aſſumitur b. quia ex ipſius aſſumptione nihil ſequitur, cum prius illud idem fiebat per a ſolũ. Et cum omnis talis aſſumptio ſit ocioſa ſive ſuperflua: & omne ſuperfluum Deo & Naturæ diſpliceat: & omne quod Deo & Naturæ diſplicet ſit malum ut manifeſtum eſt de ſe: ſequitur, non ſolum melius eſſe fieri per unum, ſi fieri poteſt, quàm fieri per plura. Sed fieri per unum eſt bonũ: per plura ſimpliciter malũ. Primum res dicitur eſſe melior, per eſſe propinquior optimè, & finis habet rationem operati: ſed fieri per unum eſt propinquius fini, ergo eſt melius. Et quòd ſit propinquius, patet ſic. Sit finis, c. fieri per unum. a. per plura.

A
a & b. Manifeſtum eſt, quòd longior eſt via ab a per b in c. quàm ab a tantum in c. Sed humanum genus poteſt regi per unum ſupremum pri.cipem, qui eſt Monarcba: propter quod advertendum ſanè, quòd cum dicitur, Humanum genus poteſt regi per unum ſupremum principem. non ſic intelligendum eſt, ut minima judicia cujuſcunque municipii ab illn uno immediatè prodire poſſint: cnm & leges municipales quandoque deficiant, & opus habeant directiune. ut patet per Philoſophũ in quinto ad Nicomachum, ἐπιείκειαν commendantem. Habent namque nationes, regna & civitates, inter ſe proprietates, quas legibus differentibns regulari oportet. Eſt enim lex, regula directiva vitæ. Aliter quippe regulari oportet Scythas, qui extra ſeptimum clima viventes. & magnam dierum & noctium inæqualitatem patientes, intolerabili quaſi algore frigoris premuntur. Et aliter Garamantes qui ſub ęquinoctiali habitantes, & coæquatam ſemper lucem diurnam noctis tenebris habentes, ob æſtus aeris nimietatem veſtimentis operiri non poſſunt. Sed ſic intelligendum eſt ut humanum genus ſecundum ſua communia quæ omnibus competunt, ab eo regatur, & communi regula gubernetur ad pacem. Quam quidem regulam ſive legem, particulares principes ab eo recipere debent: tanquam intellectus ptacticus ad concluſionem operativam recipit majorem propoſitionem ab intellectu ſpeculativo: & ſub illa
B
particularem, quæ propriè ſua eſt, aſſumit, & particulariter ad operationem concludit. Et hoc non ſolum poſſibile eſt uni, ſed neceſſe eſt ab uno procedere. ut omnis confuſio de principiis utilibus auferatur. Hoc & factum fuiſſe per ipſum, ipſe Moyſes in lege conſcribit: qui aſſumptis primatibus de tribubus filiorum Iſrahel eis inferiora judicia relinquebat, ſuperiora & communiora ſibi ſoli reſervans: quibus communioribus utebantur primates per tribus ſuas, ſecundum quod unitribui cõpetebat. Ergo melius eſt humanum genus per unum regi, quàm per plura: & ſic per Monarcham, qui unicus eſt princeps. Et ſic melius acceptabiliusque eſt Deo, cum Deus ſemper velit quod melius eſt. Et cum duorum tantum inter ſe idem ſit melius, & optimum: conſequens eſt, non ſolum Deo eſſe acceptabilius hoc. inter hoc unum & hoc plura. ſed acceptabiliſſimum Unde ſequitur. humanum genus optimè ſe habere cùm ab uno regitur. Et ſic ad benè eſſe mundi neceſſe eſt Monarchiam eſſe.

Item dico, quod ens & unum & bonum, gradatim ſe habent ſecundum quintum modum dicendi prius Ens enim natura producit unum unum verò bonum. Maximè enim ens, maximè eſt unum: & maximè unum, maximè bonum. Et quanto aliquid à maximo ente elongatur tanto & abeſſe unum, & per conſequens abeſſe bonum. Propter quod in omni genere rerum illud eſt optimum, quod eſt maximè unum, ut Philoſopho placet in iis quæ de ſimpliciter ente. Unde fit, quòd unum eſſe, videtur eſſe radix ejus quod eſt eſſe bonum: & multa eſſe, ejus quod eſt eſſe malum. Quia Pythagoras in correlationibus ſuis ex parte boni ponebat unum. ex parte verò mali plura: ut patet in primo eorum quæ de ſimpliciter ente. Hinc videri poteſt quòd peccare nihil eſt aliud quàm progredi ab uno ſpreto ad multa. quod quidem Pſalmiſta bene videbat, dicens: A fructu frumenti, vini & olei multiplicati ſunt. Conſtat igitur, quòd omne quod eſt bonum, per hoc eſt bonum, quod in uno conſiſtit. Et cum concordia, inquantum hujuſmodi, ſit quoddam bonum: manifeſtum eſt eam conſiſtete in aliquo uno tanquam in propria radice: quę quidem radix apparebit, ſi natura vel ratio concordiæ ſumatur. Eſt enim concordia, uniformis motus plurium voluntatũ. in qua quidem ratione apparet, unitatem voluntatum quæ per uniformem motum datur intelligi, concordiæ radicem eſſe, vel ipſam concordiã. Nam ſicut plures glebas diceremus concordes, propter condeſcendere omnes ad mediũ: & plures flammas propter coaſcendere omnes ad circumferentiam, ſi voluntariè hoc facerẽt: ita hnmines plures concordes dicimus, propter ſimul moveri ſecundum velle ad unum, quod eſt formaliter in volũtatibus: ſicut qualitas una formaliter in glebis, ſcilicet gravitas: & una in flammis, ſcilicet levitas. Nam virtus volitiva, potentia quædam eſt: ſed ſpecies boni apprehenſi, forma eſt ejus. Quæ quidem forma quemadmodum & aliæ unà in ſe multiplicatur, ſecundum multiplicationem materiæ
B
recipientis, ut anima & numerus, & aliæ formæ compoſitioni contingentes. Iis præmiſſis, propter declarationem aſſumendæ propoſitionis ad propoſitum, ſic arguatur: Omnis concordia dependet ab unitate, quæ eſt in voluntatibus. Genus humanum optimè ſe habens eſt quædam concordia: nam ſicut unus homo optimè ſe habens, & quantum ad animam, & quantum ad corpus, eſt concordia quædam: & ſimiliter domus, civitas & regnum: ſic totum genus humanum. Ergo genus humanum optimè ſe habens ab unitate quæ eſt in voluntatibus dependet. Sed hoc eſſe non poteſt, niſi ſit voluntas una, domina & regularrix omniũ aliarum in unum: cum mortalium voluntates propter blandas adoleſcentiæ delectationes indigeant directivo, ut in ultimis docet Philoſophus ad Nicomachum. Nec una iſta poteſt eſſe, niſi ſit Princeps unus omnium, cujus voluntas domina & regulatrix aliarum omnium eſſe poſſit. Quòd ſi omnes conſequentiæ ſuperiores veræ ſunt, quod ſunt: neceſſe eſt, ad optimè ſe habere humanũ genus, Monarcham eſſe in mundo: & per conſequens, monarchiam ad bene eſſe mundi.

Rationibns omnibus ſuprà poſitis, experientia memorabilis atteſtatur, ſtatus videlicet illius mortalium, quem Dei filius in ſalutem hominis hominem aſſumpturus vel expectavit, vel cũ voluit ipſe diſpoſuit. Nam ſi à lapſu primorum parentum, quod diverticulum fuit totius noſtræ deviationis, diſpoſitio-

nes

A nes hominum & tempora recolamus:non inveniemus, niſi ſub divo Auguſto monarcha exiſtente, monarchia perfecta, mundnm undiqne fuiſſe quietum. Er quòd tunc humanum genus fuerit fœlix in pacis univerſalis tranquillitate, hoc hiſtoriographi omnes, hoc poetæ illuſtres, hoc & ſcriba manſuetudinis Chriſti teſtari dignatus eſt. Et denique Paulus, plenirudinem temporis ſtatum illum appellavit fœliciſſimum. Verè tempus & temporalia quæque plena fuerunt, quia nullum noſtræ fœlicitatis myſterium miniſtro vacavit. Qualiter aurem ſe habuerit orbis, ex quo tunica iſta inconſutilis, cupiditatis ungue ſciſſuram primitùs paſſa eſt, & legere poſſumus, & utinam non videre. O genus humanum, quantis procellis atque jacturis, quantiſque naufragiis agitari re neceſſe eſt, dum bellua multorum capirum factum, in diverſa conaris, intellectu ægrotas urroque: ſimiliter & affectu. Rationibus irrefragabilibus intellectũ ſuperiorem non curas: nec expetientiæ vultu infetiorem. ſed nec affectum dulcedine divinæ ſuaſionis, cum per tubam ſancti Spiritus tibi effletur: Ecce quàm bonum, & quàm jncũdum, habitare fratres in unum. A

DANTIS LIBER SECVNDVS MONARCHIÆ: IN QVO PROBATVR, QVOMODO

Rom. populus de jure ſibi aſceverit officium Monarchiæ, ſive Imperii.

QUARE fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterũt reges terræ, & principes convenerunr in unum: adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus? Diſrumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum. Sicur ad faciem cauſæ non pertingẽtes, novum effectũ communiter admiramur: ſic, cum cauſam cognoſcimus, eos qui ſunt in admiratione reſtantes, quadam deriſione deſpicimus. Admirabar ſiquidem aliquando,
B Romanum populum in orbe terrarum ſine ulla reſiſtentia fuiſſe præfectum: cum tantum ſuperficialiter intuens illum, nulln jure, ſed armorum tantummodo violentia obtinuiſſe arbitrabar. Sed poſtquam medullitùs oculos mentis infixi, & per efficaciſſima ſigna divinã providentiam hoc effeciſſe cognovi: admitatione cedẽte, deriſiva quædam ſupervenir deſpectio. Cum gentes noverim contra Romani populi præeminentiam fremuiſſe: cum videam populos vana meditantes, ut ipſe ſolebam: cum inſuper doleam reges & principes in hoc unico concordantes, ut adverſentur Domino ſuo, & uncto ſuo Romano Principi. Propter quod deriſivè, non ſine dolore quodam cum illo clãmare poſſum, pro populo glorioſo pro Cæſare, qui pro principe cœli clamabat: Quare fremuerunt genres, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus. Verùm quia naturalis amor diuturnam eſſe* deriſionem non patitur, ſed ut ſol æſtivus, qui diſiectis nebulis matutinis, oriens luculenter irradiat, deriſione omiſſa, lucem correctionis effundere mavult, ad diſrumpendum vincula ignorantiæ Regum atque Principum talium: ad oſtendendum genus humanum liberum à jugo ipſorum: cum Propheta ſanctiſſimo meme ſubſequentem hortabor, ſubſeqnentia ſubaſſumens: Diſrumpamus videlicet vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum. Hæc equidem duo fient ſufficienter, ſi ſecundam partem præſentis propoſiti proſequutus fuero, & inſtantis quæſtionis veritatem oſtendero. Nam per hoc quod Romanum imperium de jure fuiſſe monſtrabitur, non ſolum ab oculis Principum, qui gubernacula publica ſibi uſurpanr, hoc ipſum de Romano populo mendaciter exiſtimantes, ignorantiæ nebula eluetur: ſed mortales omnes eſſe ſe liberos à jugo ſic uſurpãtium recognoſcent. Veritas autem quæſtionis patêre poteſt non ſolum lumine rationis humanæ, ſed & radio divinæ authoritatis. Quæ duo cum ſimul ad unum concurrunt, cœlum & terram ſimul aſſentire neceſſe eſt. Igitur fiduciæ prænotatæ innixus, & teſtimonio rationis & authoritatis fretus, ad ſecundam quæſtionem dirimendam ingredior. B

Poſtquam ſufficienter, ſecundum quod materia patitur, de veritate primæ dubitationis inquiſitum eſt: inſtar nunc de veritate ſecundæ inquirere: hoc eſt, utrum Romanus populus de jure ſibi aſciverit Imperii dignitatem. Cujus quidem quæſtionis principium eſt, videre quæ ſit illa veritas, in quam rationes inquiſitionis præſentis; velut in principium proprium reducantur. Sciendum eſt igitur, quòd quemadmodum ars in triplici gradu invenitur, in mente ſcilicet artificis, in organo, & in materia formata per artem: ſic & naturam in triplici gradu poſſumus intueri. Eſt enim natura in mente primi motoris, qui Dens eſt: deinde in cœlo, tanquam in organo: quo mediante ſimilitudo bonitatis æternæ in fluitantem materiam explicatur. Et quemadmodum perfecto exiſtente artifice, atque optimè organo ſe habente, ſi contingat peccatum in forma artis, materiæ tantum imputandum eſt: ſic, cum Deus ultimum perfectionis attingat, & inſtrumentum ejus (quod cœlum eſt) nullum debitæ perfectionis patiatur defectum, ut ex iis patet quæ de cœlo philoſophamur: reſtat, quòd quicquid in rebus inferioribus eſt peccatum; ex parte materiæ ſubjacentis peccatum ſit, & præter intentio-

Digitized by Google

A nem Dei matúrantis. & cœli : & quod quicquid eſt in rebus inferioribus bonum, cum ab ipſa materia eſſe non poſſit, ſola potentia exiſtente per prius ab artifice Deo ſit, & ſecundariò à cœlo, quod organum eſt artis divinæ quā Naturam communiter appellant. Ex iis jam liquet, quòd jus cum ſit bonum, ptoprius in mente Dei eſt: & cum omne quod in mente Dei eſt, ſit Deus (juxta illud: Quod factum eſt, in ipſo vita erat) & Deus maximè ſeipſum velit: ſequitur, quòd jus à Deo, prout in eo eſt, ſit volitum. Et cum voluntas & volitum in Deo ſit idem, ſequitur ulterius, quod divina volūtas ſit ipſum jus. Et iterum ex hoc ſequitur, quòd jus in rebus nihil eſt aliud quàm ſimilitudo divinæ voluntatis. Unde fit, quòd quicquid divinæ voluntati non conſonat, ipſum jus eſſe non poſſit: & quicquid divinæ voluntati eſt conſonum jus ipſum ſit. Quapropter quærere utrum de jure factum ſit aliquid, licet alia verba ſint, nihil tamen aliud quæritur, quàm, utrum factum ſit ſecundum quod Deus vult. Hoc ergo ſuppunatur, quod illud quod Deus in hominum ſocietate vult, illud pro vero atque ſincero jure habendum ſit. Præterea meminiſſe oportet, quòd ut Philoſophus docet in primis ad Nicomachum, non ſimiliter in omni materia certitudo quærēda eſt, ſed ſecundum quod natura rei ſubjectæ recipit. Ptopter quod ſufficienter argumenta ſub invento principio ptocedent, ſi ex manifeſtis ſignis atque ſapientum auctoritatibus jus illius B populi glorioſi quæratur. Voluntas quidē Dei per ſe inviſibilis eſt: & inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Nam occulto exiſtente ſigillo, cera impreſſa, de illo quamvis occulto tradit noticiam manifeſtam. Nec mirum, ſi divina voluntas per ſigna quærenda eſt, cum & humana extra volentem non aliter quàm per ſigna cernatur.

Dico igitur, ad quæſtionem, quòd Romanus populus de jure, non uſurpando Monarchæ officium, quod Imperium dicitur, ſibi ſuper omnes mortales aſcivit. Quod quidem primò ſic ptóbatur. Nobiliſſimo populo convenit, omnibus aliis præferri Romanus populus fuit nobiliſſimus ergo convenit ei, aliis omnibus præferri. Aſſumpta ratione probatur. Nā cum honor ſit præmium virtutis, & omnis prælatio ſit honor, omnis prælatio virtutis eſt prēmium. Sed conſtat, quòd merito virtutis nobilitantur homines: virtutis videlicet propræ, vel majorum. Eſt enim nobilitas, virtus, & divitiæ antiquæ, juxta Philoſophum in Politicis. Et juxta Juvenalem:

Nobilitas animi ſola eſt atq; unica virtus.

Quæ duæ ſententiæ ad duas nobilitates dantur: ad propriam ſcilicet, & majorum. Ergo nobilibus, ratione cauſę præmium prælationis conveniens eſt. Et cum præmia meritis ſint menſuranda, juxta illud Evangelicum, Eadem menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis: maximè nobili, maximè præeſſe convenit. Subaſſumpta verò, veterum teſtimonia A ſuadent. Nam divinus poeta noſter Virgilius, per totam Aeneidem, glorioſum regem Aeneam, patrem Romani populi fuiſſe teſtatur; in memoriam ſempiternam. quod Titus Livius, geſtorum Romanorum ſcriba egregius, in prima parte ſui voluminis, quæ à capta Troja ſumit exordiū, conteſtatur. Qui quidem mitiſſimus atque piiſſimus pater, quantæ nobilitatis fuerit, non ſolum ſua conſiderata virtute, ſcilicet progenitorum ſuorum, atque uxorum quorum utrorumque nobilitas hæreditario jure in ipſum confluxerunt, explicare nequirem: ſed ſumma ſequar veſtigia rerum. Quantum ergo ad propriam ejus nobilitatem, audiēdus eſt Poeta noſter, introducens in primo Ilioneum orantem ſic:

Rex erat Aeneas nobis, quo juſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello major & armis.

Audiendus eſt idem in ſexto, qui cum de Miſeno mortuo loqueretur, qui fuerat Hectoris miniſter in bello: & poſt mortem Hectoris, Aeneæ miniſtrū ſe dederat, dicit ipſum Miſenum non inferiora ſequutum: comparationem faciens de Aenea ad Hectorem, quē præ omnibus Homerus glorificat, ut refert Philoſophus in iis quæ de Motibus fugiendis ad Nicomachum. Quantum verò ad hæreditatiam, quælibet pars tripartiti orbis tam avis quàm conjugibus illum nobilitaſſe invenitur. nam Aſia propinquioribus avis, ut Aſ- B ſaraco, & aliis qui in Phrygia regnaverunt, Aſiæ regione. Unde Poeta noſter in tertio:

Poſtquam res Aſiæ Priamiq; evertere gentem
Immeritam viſum eſt ſuperis.

Europa verò avo antiquiſſimo, ſcilicet Dardano. Africa quoque avia vetuſtiſſima, Electra ſcilicet, nata magni nominis regis Athlātis. ut de ambobus teſtimonium reddit Poeta noſter in octavo, ubi Aeneas ad Evandrum ſic ait:

Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & author:
Electra, ut Graii perhibent, Athlantide cretus &c.

Quòd autem Dardanus ab Europa originem duxerit, noſter vates in tertio cantat dicens:

Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ,
Oenotrii coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.
Hæc nobis propriæ ſedes, hinc Dardanus ortus.

Quòd verò Athlas de Africa fuerit, mons in illa ſuo nomine dictus eſt teſtis, quem eſſe in Africa dicit Oroſius, in ſua mundi deſcriptione, ſic: Ultimus autem finis ejus eſt mons Athlas, & Inſulæ quas fortunatas vocāt. Ejus, id eſt Africę: quia de ipſa loquebatur. Similiter & con-

Digitized by Google

A & conjugio nobilitatum fuiſſe reperio. Prima namq; conjunx Creuſa, Priami regis filia, de Aſia fuit: ut ſuperius haberi poteſt per ea quæ dicta ſunt. Et quòd fuerit conjunx, teſtimonium perhibet noſter Poeta in tertio, ubi Andromache de Aſcanio filio Aeneam genitorem interrogat ſic:

Quid puer Aſcani⁹, ſuperátne, & veſcitur aura?
Quem tibi jam Troja peperit fumante Creuſa?

Secunda, Dido fuit, regina & mater Carthaginenſium in Africa. Et quòd fuerit conjunx, idē noſter vaticinatur in quarto. inquit enim de Diodone:

Nec jam furtivum Dido meditatur amorem,
Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

Tertia, Lavinia fuit, Albanorum Romanorúmque mater, regis Latini filia pariter & hæres: ſi verum eſt teſtimonium noſtri Poetæ in ultimo, ubi Turnum victum introducit, orātem ſuppliciter ad Aeneam ſic:

——Viciſti: & victum tendere palmas
Auſonii videre: tua eſt Lavinia conjunx.

Quæ ultima uxor de Italia fuit, Europæ regione nobiliſſima. Iis itaque ad evidentiam ſubaſſumptæ prænotatis, cui non ſatis perſuaſum eſt, Romani populi patrem, & per conſe-
B quens ipſum populum, nobiliſſimū fuiſſe ſub cœlo? Aut quem in illo duplici concurſu ſanguinis à qualibet mundi parte in unum virū, prædeſtinatio divina latebit?

Illud quoq;, quod ad ſui perfectionem, miraculorum ſuffragio juvatur, eſt à Deo volitū: & per conſequens, de jure fit. & quòd iſta ſit vera, patet. Quia ſicut dicit Thomas in tertio ſuo Contra gentiles: Miraculum eſt, quod præter ordinem in rebus communiter inſtitutum divinitùs fit. Unde ipſe probat, ſoli Deo competere, miracula operari. quod anctoritate Moyſi roboratur, ubi cum ventum eſt ad cyniphes, magi Pharaonis naturalibus principiis artificiosè utentes, & ibi deficientes, dixerunt: Digitus Dei eſt hic. Si ergo miraculum eſt immediata operatio primi, abſq; cooperatione ſecundorum agentium. ut ipſe Thomas in prę allegato libro probat ſufficienter, cum in favorem alicujus portenditur: nefas eſt dicere, illud cui ſic favetur, non eſſe à Deo, tanquam beneplacitum ſibi proviſum. quare ſuum contradictorium concedere viſum eſt. Romanum imperium ad ſui perfectionem, miraculorum ſuffragio eſt adjutum: ergo à Deo volitum: & per conſequens, de jure fit, & eſt. Quod autem pro Romano Imperio perficiendo miracula Deus portenderit, illuſtrium anthorum teſtimoniis comprobatur. Nam ſub Numa Pompilio, ſecundo Romanorum rege ritu gentilium ſacrificante, ancile de cœlo in urbem à Deo electam delapſum fuiſſe, Liu. in prima parte teſtatur. cujus miraculi Lucanus in nono Pharſaliæ meminit, incredi- A bilem vim auſtri, quam Libya patitur, ibi deſcribens. ait enim ſic:

——Sic illa profectò
Sacrifico cecidere Numa, quæ lecta juventus
Patricia cervice movet, ſpoliaverat auſter,
Aut boreas populos ancilia noſtra ferentes.

Cumque Galli, reliqua urbe jam capta, noctis tenebris confiſi, Capitolium furtim ſubirent, quod ſolum reſtabat ad ultimum interitum Romani nominis: anſerem, ibi non antè viſum, ceciniſſe, Gallos adeſſe, atq; cuſtodes ad defenſandum Capitolium excitaſſe. Livius & multi ſcriptores illuſtres concorditer conteſtantur. cujus rei memor fuit Poeta noſter, cum clypeum Aeneæ deſcriberet in octāvo. canit enim ſic:

In ſummo cuſtos Tarpejæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celſa tenebat,
Romuleoq; recens horrebat regia culmo.
Atq; hic auratis volitans argenteus anſer
Porticibus, Gallos in limine adeſſe canebat.

At cum Romana nobilitas premente Annibale ſic caderet, ut ad finalem Romanæ rei deletionem non reſtaret niſi Pœnorum inſultus, ad urbem ſubita & intolerabili grandine proturbante, victores victoriā ſequi non potuiſſe, Livius in bello Punico inter alia geſta conſcribit. Nonne tranſitus Clœliæ mirabilis fuit? cum mulier & captiva in obſidione Porſennę, abruptis vinculis, miro Dei adjuta auxilio, tranſnatavit Tiberim: ſicut omnes ferè ſcribę Romanę rei ad gloriam ipſius commemorant. Sic illum prorſus operari decebat, qui cuncta ſub ordinis pulchritudine ab ęterno providit, ut qui viſibilis erat miracula pro inviſibilibus oſtenſurus, idem inviſibilis pro viſibilibus illa oſtenderet. B

Quicunque præterea bonum Reipublicæ intendit, finem juris intendit. quodque ita ſequatur, ſic oſtenditur. Jus eſt realis & perſonalis hominis ad hominem proportio: quæ ſervata, hominū ſervat ſocietatē; corrupta & corrumpit. Nam illa Digeſtorū deſcriptio, nō dicit quòd quid eſt juris: ſed deſcribit illud p noticiam utendi illo. Si ergo definitio iſta bene quid eſt & quare comprehendit, & cujuslibet ſocietatis finis eſt commune ſociorum bonum: neceſſe eſt, finem cujuſque juris bonum commune eſſe: & impoſſibile eſt jus eſſe, bonum cōmune nō intendens. Propter quod bene Tullius in prima Rhetorica: Semper, inquit, ad utilitatem Reipublicæ leges interpretandæ ſunt. Quòd ſi ad utilitatem eorum qui ſub lege, leges directæ non ſunt: leges nomine ſolo ſunt, re autem leges eſſe non poſſunt. Leges enim oportet homines devincire ad invicem propter communem utilitatem. Propter quod bene Seneca de lege, cum in lib. de quatuor virtutibus, legem vinculum dicit humanæ ſocietatis. Patet igitur, quòd quicunque

A bonum Reipublicæ intendit, finem juris intendit. Si ergo Romani bonum Reipublicæ intenderunt: verum erit dicere, finem juris intendiſſe: Quòd autem Romanus populus bonum præfatum intenderit, ſubjiciendo ſibi orbem terrarum, geſta ſua declarant: in quibus omni cupiditate remota, Reipublicę ſemper aver ſa eſt: & univerſali pace cum libertate dilecta, populus ille ſanctus pius & glorioſus, propria commoda neglexiſſe videtur, ut publica pro ſalute humani generis procuraret. Unde rectè illud ſcriptum eſt: Romanum Imperium de fonte naſcitur pietatis. Sed quia de intentione omnium ex electione agentiũ, nihil manifeſtum eſt extra intendentem: niſi per ſigna exteriora: & ſermones inquirendi ſunt ſecundum ſubjectam materiam, ut jam dictum eſt: ſatis in hoc loco habebimus, ſi de intentione populi Romani ſigna indubitabilia. tam in collegiis quam in ſingularibus perſonis oſtendantur. De collegiis quidem, quibus homines ad rempublicã quodam religati eſſe jure debent; ſufficit illa ſola Ciceronis auctoritas in ſecundũ de Officiis: Quamdiu, inquit, Imperium reipublicæ beneficiis tenebatur, non injuriis, bella aut pro ſociis aut de Imperio gerebantur: exitus erant bellorum aut mites, aut neceſſarii: Regum, populorum & nationum portus erat & refugium. Senatus autem noſtri, & magiſtratus, Imperatoresque in ea re maximè laudem capere ſtuduerunt, ſi provincias, ſi ſocios, æquitate & fide defen-
B diſſent. Itaque illud patrocinium orbis terrarum potius quàm Imperiũ poterat nominari. Hæc Cicero. De perſonis autem ſingularibus compendioſè progrediar. Nunquid non bonũ commune intendiſſe dicendi ſunt, qui ſudore, qui paupertate, qui exilio, qui filiorum orbatione, qui amiſſione membrorum; qui denique animarum oblatione bonum publicum augere conati ſunt: Nonne Cincinnatus ille ſanctum nobis reliquit exemplum, liberè deponendi dignitatẽ in termino, cum aſſumptus ab aratro Dictator factus eſt? ut Livius refert. Et poſt victoriam, poſt triumphum, ſceptro Imperatorio reſtituto Conſulibus ſubadactus poſt boves ad ſtivam reverſus eſt. Quippe in ejus laudem Cicero contra Epicurum, in iis quæ de fine bonorum, diſceptans, hujus beneficii memor fuit. Itaque, inquit, & majores noſtri ab aratro duxerũt Cincinnatum illum, ut Dictator eſſet. Nonne Fabricius alterum nobis dedit exemplum avariciæ reſiſtendi, cũ pauper exiſtens, pro fide qua Reipublicæ tenebatur, auri grande pondus oblatum deriſit, ac deriſum verba ſibi convenientia fundens deſpexit & refutavit? Hujus memoriam confirmavit Poeta noſter in ſexto, cum caneret:

—Parvoq́; potentem Fabricium.—

Nunquid non præferendi leges propriis commodis, memorabile nobis exemplar Camillus fuit: qui, ſecundum Livium, damnatus exilio, poſtquam patriam liberavit obſeſſam, ſpolia etiam Romana Romæ reſtituit, univer- A
ſo populo reclamante, ab urbe ſancta diſceſſit: nec antè reverſus eſt, quàm ſibi repatriandi licentia de auctoritate ſenatus allata eſt: & hunc magnanimum Poeta commendat in ſexto, cum dicit.

—Referentem ſigna Camillum.

Nonne filios, an non omnes alios poſtponendos patriæ libertati, Brutus ille primus edocuit? quem Livius dicit, Conſulem exiſtẽtem proprios filios cum hoſtibus conſpirantes murti dediſſe. Cujus gloria renovatur in ſexto Poetæ noſtri, de ipſo canentis:

—Natosq́; pater nova bella moventes
Ad pœnam pulchra pro libertate necavit.

Quid non audendum pro patria, nobis Mutius perſuaſit: cum incautum Porſenam invaſit: ac deinde manum ſuam, qua aberraſſet, nõ alio vultu quàm ſi hoſtem cruciari videret, cremari aſpiciebat? Quod & Livius admiratur teſtificando. Accedũt illæ ſacratiſſimæ victimæ Deciorũ, qui pro ſalute publica devotas animas poſuerunt: ut Livius, non quantum eſt dignum, ſed quantum potuit, glorificando narrat. Accedit & illud inenarrabile ſacrificium ſeveriſſimi libertatis tutoris Marci Catonis. quorum alter pro ſalute patriæ mortis tenebras non horruit: alter, ut mundo libertatis amores accenderet, quanti libertas eſſet oſtendit, dum è vita liber decedere maluit, B
quàm ſine libertate remanere in illa. Horum omnium nomen egregium voce Tullii recaleſcit, in iis quæ de fine bonorum. inquit enim Tullius hoc de Deciis: Publius Decius, princeps in ea familia Conſul; cum ſe devoveret, ex equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irruebat: nũ aliquid de voluptatibus ſuis cogitabat, ubi eam caperet, aut quãdo? cum ſciret cõfeſtim eſſe moriendum, eamq́; mortem ardentiore ſtudio peteret, quàm Epicurus voluptatem petendam putavit. Quod quidẽ ejus factum niſi eſſet iure laudatum, non fuiſſet imitatus quarto conſulatu ſuo filius: neq; porrò ex eo natus, cum Pyrrho bellũ gerens Conſul, eo cecidiſſet in prælio, ſeq; & continenti genere tertiam victimam reipublicæ tribuiſſet. In iis verò quæ de Officiis, de Catone dicebat: Non enim alia in cauſa M. Cato fuit, alia cæteri, qui ſe in Africa Cæſari tradiderunt. atque cęteris forſan vitio datum eſſet, ſi ſe interemiſſent: propterea quod levior eorum vita, & mores fuerunt faciliores. Catoni verò dum incredibilem natura tribuiſſet gravitatem, eãq́ue perpetua conſtantia roboraſſet, ſemperq́; in propoſito ſuſceptoq́; conſilio permãſiſſet, moriendum ei potius, quam tyranni vultus aſpiciendus fuit.

Declaranda igitur duo ſunt: quorum unum eſt, quòd quicunque bonum reipublicæ intendit; finem juris intendt: aliud eſt, quòd Romanus populus ſubjiciendo ſibi orbem, bonum publicum intendit. Nunc arguatur ad pro-

Digitized by Google

A propoſitum ſic. Quicunque finem juris in-
tendit, cum jure graditur: Romanos populus
ſubjiciendo ſibi orbem, finem juris intendit,
ut manifeſtè per ſuperiora in iſto Capitulo eſt
probatum: Ergo Romanus populus ſubjicien-
do ſibi orbem, cum jure hoc fecit: & per con-
ſequens, de jure ſibi adſcivit Imperii dignita-
tem. Quæ concluſio ex omnibus manifeſtis
illata eſt. Manifeſtum eſt autem, quod dicitur:
quòd quicunque finem juris intendit, cum
jure graditur. Ad cujus evidentiam adverteo-
dum, quòd quælibet res eſt propter aliquem
finem, aliter eſſet ocioſa: quod eſſe non po-
teſt, ut ſuperiùs dicebatur. Et quemadmodum
omnis res eſt ad proprium finem, ſic omnis fi-
nis propriam habet rem cujus eſt finis. Unde
impoſſibile eſt, aliqua duo per ſe loquendo, in
quantum duo, finem eundem intendere: ſe-
queretur enim idem inconveniens, quòd al-
terum ſcilicet eſſet fruſtra. Cùm ergo juris fi-
nis quidem ſit, ut jam declaratum eſt: neceſſe
eſt, hoc illo poſito, jus poni, cùm ſit proprius
& per ſe juris effectus. Et cùm in omni conſe-
queutia impoſſibile ſit habere aotecedeos abſ
que conſequente, ut bominem ſine animali,
ſicut patet conſtruendo & deſtruendo: Sic im-
poſſibile eſt, juris finem quærere ſine jure, cùm
quælibet res ad propriũ finem ſe habeat velut
conſequens ad aotecedens. Nam impoſſibile
eſt, bonam valetudinem membrorum attinge-
re ſine ſanitate. Propter quod evidentiſſimè
patet, quòd finem juris intendentem, oportet
B cum jure intendere. nec valet inſtantia quæ de
verbis Philoſophi eubuliam pertractantis eli-
ci ſolet. dicit enim, ſed & hoc falſo ſyllogiſmo:
Sortiri, quod quidem oportet ſortiri, ſortiri
oportet: per quod autem, non: ſed falſum me-
dium terminum eſſe. Nam ſi ex ſyllogiſmis ve-
rum quodammodo cõcluditur, hoc eſt per ac-
cidens, in quantum illud verum importatur
per voces illationis. per ſe enim verum nun-
quam ſequitur ex falſis. ſigna tamen veri benè
ſequuntur ex ſignis quæ ſunt ſigna falſi. Sic &
in operabilibus; nam licèt fur de furto ſubve-
niat pauperi, non tamen eleemoſyna dicendũ
eſt ſed eſt actio quædam, quæ ſi de propria ſub-
ſtantia fieret, eleemoſynæ formã haberet. Si-
militer eſt de fine juris: quia ſi aliud, ut finis
ipſius juris, abſq; jure obtineretur, ita eſſet ju-
ris finis, hoc eſt bonum commune: ſicut exhi-
bitio facta de malè acquiſito, eſt eleemoſyna &
ſic, cùm in propoſitione dicatur de fine juris
exiſtente, non tamen apparente, inſtantia nul-
la eſt. Patet igitur quod quærebatur.

Et illud quod natura ordinavit, de jure ſer-
vatur. natura enim in providendo non deficit
ab hominis providentia: quia ſi deficeret, ef-
fectus ſuperaret cauſſam in bonitate: quod eſt
impoſſibile. Sed nos videmus, quòd in colle-
giis inſtituendis, noo ſolùm ordo collegarum
ad invicem conſideratur ab inſtituente, ſed &
facultas ad officia exercenda: quod eſt conſi-
derare terminum juris in collegio, vel in or-
dine. non enim jus extenditur ultra poſſe. Er-
go ab hac providentia natura non deficit in
ſuis ordinatis. Propter quod patet, quòd na- A
tura ordinat res cum reſpectu ſuarum faculta-
tum: qui reſpectus eſt fundamentum juris in
rebus & natura poſitum. Ex quo ſequitur,
quòd ordo naturalis in rebus abſque jure ſer-
vari non poſſit. cùm inſeparabiliter juris fun-
damentum ordini ſit annexum. Neceſſe eſt
igitur, quòd quicquid natura ordinavit, de
jure ſervari debeat. Romanus populus ad im-
perandum ordinatus fuit à natura: quod ſic
declaratur. Sicut ille deficeret ab artis perfe-
ctione, qui finalem formam tantùm intende-
ret, media verò per quæ ad formam pertinge-
ret, non curaret: ſic natura, ſi ſolam formam
univerſalem divinæ ſimilitudinis in univer-
ſo intenderet, media autem negligeret. Sed
natura in nulla perfectione deficit, cùm ſit
opus divinæ intelligentiæ: ergo media omnia
intendit, per quæ ad ultimum ſuæ intentionis
devenitur. Cùm ergo finis humani generis
ſit, aliquod medium neceſſarium ad finem na-
turæ univerſalem: neceſſe eſt, naturam i-
pſum intendere. Propter quod benè Philoſo-
phus, naturam ſemper agere propter finem, in
ſecundo de naturali auditu probat. Et quis ad
hunc finem natura pertingere non poteſt per
unum hominem, cùm multæ ſint operationes
neceſſariæ ad ipſum, quæ multitudinem re-
quirunt in operantibus: neceſſe eſt naturam
producere hominum multitudinem, ad ope-
rationes ordinatorum, ad quod multum con-
ferunt, præter ſuperiorem influentiam, loco-
rum inferiorom & virtutes & proprietates. B
Propter quod videmus, quòd quidam non ſo-
lùm ſingulares homines, quin etiam popoli,
apti nati ſunt ad principari, quidam ad ſub-
jici atque miniſtrare: ut Philoſophus aſtruit
in iis quæ de Politiis, & talibus. ut ipſe dicit,
non ſolùm regi eſt expediens, ſed & juſtum,
etiamſi ad hoc cogantur. Quæ ſi ita ſe habenr,
non dubium eſt quin natura locum & gentem
diſpoſuerit in mundo, ad univerſaliter princi-
pandum: aliter ſibi defeciſſet, quod eſt impoſ-
ſibile. Quis autem fuerit locus, & quæ gens,
per dicta ſuperiùs & inferiùs ſatis eſt manife-
ſtum quòd fuerit Roma, & cives ejus, ſive po-
pulus. Quod & poëta noſter valde ſubtili-
ter in ſexto tetigit, introducens Anchiſen
præmonentem Aeneam, Romanorum pa-
trem, ſic:

Excudent alii ſpirantia mollius æra,
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt cauſas melius, cœliq; meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent:
Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Diſpoſitionem verò loci ſubtiliter tangit
in qoarto, cùm introducit Jovem ad Mercuriũ
de Aenea loquentem iſto modo:

Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit, Graiumq; ideò bis vendicat armis:
Sed fore qui gravidã imperiis, belloq; frementem
Italiam regeret.——

A Propterea ſatis perſuaſum eſt, ꝙ populus Romanus natura ordinatus fuit ad imperandum. Ergo Romanus populus ſubjiciendó ſibi orbé, de jure ad imperium venit.

Ad benè quoq; venandum veritatem quæſiti, ſcire oportet, quòd divinum judiciom in rebus quandoq; hominibus eſt manifeſtum, quandoq; occultum. Et manifeſtum poteſt eſſe dupliciter. ratione ſcilicet & fide. Nam quędã judicia Dei ſunt, ad quæ humana ratió propriis pedibus pertingere poteſt. Sicut ad hoc, ꝙ homo pro ſalute patriæ ſeipſum exponat. Nam ſi pars debet ſe exponere pro ſalute totius, cùm homo ſit pars quędam civitatis, ut ait Philoſophus in ſuis Politiis: bomo pro patria debet exponere ſeipſum, tanquã minus bonũ pro meliori. Unde Philoſophus ad Nicomachũ; Amabilé quidem enim, & oni ſoli melius, ſed divinius genti & civitati. Et hoc judiciũ Dei eſt cognoſcibile: aliter bumana ratio in ſua rectitudine oõ ſequeretur naturæ intentionem, quod eſt impoſſibile. Quædã autem ſunt Dei judicia, ád quæ humana ratio, etſi ex propriis pertingere nequit, elevatur tamé ad illa com adjutorio fidei eorũ quæ in ſacris literis nobis dicta ſunt. Sicut ad hoc, quòd uemo, quantumcunq; moralibus & intellectualibus virtutibus, & ſecũdùm habitum & ſecundùm operationem perfectus, abſq; fide ſalvari poteſt: dato, quòd nũquam aliquid de Cbriſto audiverit. nam hæc ratio humana per ſe juſtum intueri non poteſt, fide tamen adjuta poteſt. Scriptum eſt enim ad
B Hebræos: Impoſſibile eſt ſine fide placere Deo. Et in Levitico: Homo quilibet de domo Iſrael; qui occiderit bovem aut ovem, aut capram, in caſtris vel extrà caſtra, & non obtulerit ad oſtiũ tabernaculi oblationẽ Domino, ſanguinis reus erit. Oſtium tabernaculi Chriſtum figurat, qui eſt oſtiũ conclavis æterni, ut ex Evangelio elici poteſt: occiſio animaliũ, operationes humanas. Occultũ verò eſt judicium Dei ab bumana ratione, quæ nec lege naturæ, nec lege ſcripta ad eum pertingit: ſed de gratia ſpeciali quandoq; pertingit, qood fit pluribus modis, quandoq; ſimplici revelatiooe: quandoqoe revelatione, diſceptatione qoadam mediante. Simplici revelatione dupliciter: aut ſpõte Dei, aut oratione impetrante. Sponte Dei dupliciter: aut expreſsè, aut per ſignum. Expreſsè, ſicut revelatũ fuit judicium Samueli contra Saulem. Per ſignum ſicut Pharaoni revelatum fuit per ſignũ, quod Deus indicaverat de liberatione filiorum Iſraël Oratione impetrante, qoòd ſciebant, qui dicebant: Cùm ignoramos quid agere debeamus, hoc ſolum habemns reſidui, ut ad te óculos dirigamos. Diſceptatione verò mediante, dupliciter: aut ſorte, aut certamine. Certare enim, ab eo quod eſt certum facere, dictum eſt. Sorte ſiquidem quandoque Dei judicium revelatur hominibus: ut patet in ſubſtitutione Matthiæ, in Actibus Apoſtolorum. Certamine verò dupliciter Dei judicium aperitur: vel ex colliſione viriom, ſicut fit per duellum pugilum, qui duelliones etiam vocantur: vel ex contentione plurium ad aliquod ſignum prævalere conantium, ſicut fit per pugnam athletarum currentium ad bravium. A Primus iſtorum modorum apud gentiles figuratus fuit in illo doello Herculis & Antei, cujus Lucanus meminit in quarto Pharſaliæ, & Ovidius in nono de rerum rranſmutatione. Secundus figuratur apud eoſdem in Atalanta & Hippomene, in 10. ejuſdem. Similiter & latêre non debet, quoniam in his duobus decertandi generibus ita ſe habet res, ut in altero ſine injuria decertantes impedire ſe poſſiot, puta duelliones: in altero autem non. non enim athletæ impedimeoto in alterutrum uti debent. quamvis Poeta noſter aliter ſentire videatur in quinto, cùm fecit remunerari Euryalum. Propter quod meliùs Tullius in tertio de Officiis hoc prohibuit, ſententiam Chryſippi ſequens. ait enim ſic: Scitè Cbryſippus, ut multa: Qui ſtadium (inquit) currit, eniti & contendere debet, quàm maximè poſſit, ut vincat: ſupplantare autem eum qui cùm certet, nullo modo debet. Iis itaque in Capitulo hoc diſtinctis, duas rationes efficaces ad propoſitum accipere poſſumus: ſcilicet à diſceptatione athletarum unam, & à diſceptatione pugilum alteram, quas quidem proſequar in ſequentibus & immediatis Capitulis.

Ille igitur populus, qui cunctis athletizantibus pro imperio mundi prævaluit, de divino judicio prævaluit. Nam cùm diremptio univerſalis litigii magis Deo ſit curæ, quàm diremptio particularis: & in particularibus litigiis quibuſdam per athletas divinum judiciũ B postulatur, juxta jam tritum proverbium: Cui Deus concedit, benedicat & Petrus: nullum dubium eſt, quin prævalentia in athletis pro Imperio mundi certantibus, Dei judicium ſit ſeqouta. Romanus populus, cunctis athletizantibus pro Imperio mundi, prȩvaluit. Quod erit manifeſtum ſi conſiderantur athletæ. Si conſideretur & bravium ſive meta, bravium ſive meta fuit omnibus præeſſe mortalibus: hoc enim imperium dicimus. Sed hoc nulli contigit niſi Romano populo. Hic non modò primus, qoin & ſolus, qui attigit metam certaminis, ut ſtatim patebit. Primus namque inter mortales, qui ad boc bravium anhelavit, Ninus fuit, Aſſyriorum rex: qui quamvis cum conſorte thori Semiramide, per nonaginta aonos, & plures (ut Oroſius refert) Imperium mundi armis tentaverit, & totam Aſiam ſibi ſobegerit: non tamen occidentales mundi partes eis unquam ſubjectæ fuerunt. Horum amborum Ovidius memoriam fecit in quarto, ubi dicit in Pyramo:

Coctil bus muris cinxiſſe Semiramis urbem.

Et infrà:

Conveniant ad buſta Nini, lateantq́, ſub umbra,

Secundus, Veſoges rex Aegypti ad hoc bravium ſpiravit. Et quamvis Meridiem atque Septentrionem in Aſia exagitaverit, ot Oroſius memorat, ounquam tamen dimidiam partem orbis obtinuit: quinimò à Scythis ab incepto ſuo temerario eſt averſus. Deinde

Cyrus

A Cyrus Perſarum rex tentavit hoc, qui Babylone deſtructa, imperioque Babylonis ad Perſas translato, nec quidem adhuc partes Occidentales expertus, ſub Tomiride regina Scytharum vitam ſimul cum intentione depoſuit. Poſt hos verò Xerxes Darii filius, & rex in Perſis, cum tanta gentium multitudine mundū invaſit, cum tanta potentia, ut tranſitum maris, Aſiam ab Europa dirimentis, inter Seſton & Abydum, ponte ſuperaverit. Cujus operis admirabilis Lucanus in ſecundo Pharſaliæ meminit. Canit enim ſic:

Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxen
Conſtruxiſſe vias.——

& tandem miſerabiliter ab incœpto repulſus, ad bravium pervenire non potuit. Præter iſtos, & pòſt Alexander rex Macedo maximè omniū ad palmam Monarchiæ propinquans, dum per legatos ad deditionem Romanos præmonet, apud Aegyptum ante Romanorum rationem, ut Livius narrat, in medio quaſi curſu collapſus eſt. De cujus etiam ſepultura ibidem exiſtente, Lucanus in octavo, invehens in Ptolemæum regem Ægypti, teſtimonium reddit dicens:

Ultima Lagææ ſtirpis perituraq; proles
Degener, inceſtæ ſceptris ceſſure ſororis,
Cum tibi ſacrato Macedo ſervetur in antro.

O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quis hìc te non obſtupeſcere poterit? Nam conantem Alexandrum præpedire in curſu coathletam
B Romanum, tu, ne ſua temeritas prodiret ulteriùs, de certamine rapuiſti. Sed quòd Roma palmam tanti bravii ſit adepta, multis approbatur teſtimoniis, ait enim Poëta noſter in 1.

Certè hinc Romanos olim volventibus annis,
Hinc fore ductores, revocato à ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

Et Lucanus in primo:

Dividitur ferro regnum, populiq; potentis,
Qui mare, qui terras, qui totum poſſidet orbem,
Non cepit fortuna duos.

Et Boëtius in ſecundo, cùm de Romanorum principe loqueretur, ſic inquit:

Hic tamen ſceptro populos regebat,
Quos videt condens radios ſub undas
Phœbus, extremo veniens ab ortu,
Quos premunt ſeptem gelidi triones,
Quos notbus ſicco violentus æſtu
Torret ardentes recoquens arenas.

Hoc etiam teſtimonium perhibet ſcriba Chriſti Lucas, qui omnia vera dicit etiam illa parte ſui eloquii Exivit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis. In quibus verbis univerſalem mundi juriſdictionem tunc Romanorum fuiſſe, apertè intelligere poſſumus. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quòd Romanus populus cunctis athletizantibus pro Imperio mundi, prævaluit. Ergo de divino judicio prævaluit: & per conſequens, de divino judicio obtinuit, quod eſt de jure obtinuiſſe.

Et quod per duellum acquiritur, de jure acquiritur. Nam ubicunque humanum judicium deficit, vel ignorantiæ tenebris involutum, vel propter præſidium judicis non habere, ne juſticia derelicta remaneat, recurrendū eſt ad illum, qui tantum eam dilexit, ut quod ipſa exigebat, de proprio ſanguine moriendo ſupplevit. Unde Pſalmus: Juſtus Dominus juſticias dilexit. Hoc autem fit, cùm de libero aſſenſu partium, non odio, ſed amore juſticiæ, per virium tàm animi quàm corporis mutuam colliſionem divinum judicium poſtulatur. Quam quidem colliſionem quia primitùs unius ad unum fuit ipſa inventa, duellum appellamus. Sed ſemper cavendū eſt, ut quemadmodum in rebus bellicis, priùs omnia tentanda ſunt per diſceptationem quandam, & ultimum per prælium dimicandum eſt: ut Tullius & Vegetius concorditer præcipiunt, hic in re militari, ille verò in officiis. Et quemadmodum in cura medicinali ante ferrum & ignem omnia experienda ſunt, & ad hæc ultimò recurrendum: ſic omnibus viis priùs inveſtigatis pro judicio de lite habendo, ad hoc remedium ultimum quadam juſticiæ neceſſitate coacti recurramus. Duo igitur formalia duelli apparent: unum, hoc quod nunc dictū eſt: aliud, quod ſuperiùs tangebatur: ſcilicet, ut non odio, non amore, ſed ſolo juſticiæ zelo, de communi aſſenſu agoniſtæ ſeu duelliones palæſtram ingrediantur. Et propter hoc benè Tullius, cùm de hac materia tangeret, inquiebat enim: Sed bella, quibus Impe- B rii corona propoſita eſt, minùs acerbè gerenda ſunt. Quòd ſi formalia duelli ſervata ſunt, (aliter enim duellum non eſſet) juſticiæ neceſſitate de communi aſſenſu congregati propter zelum juſticiæ, nónne in nomine Dei cōgregati ſunt? Et ſi ſic, nónne Deus in medio illorum eſt? cùm ipſe in Evangelio nobis hoc promittat? Et ſi Deus adeſt, nónne nefas eſt, habendo juſticiam ſuccumbere poſſe? quam ipſe in tantum diligit, quantum ſuperiùs prænotatur. Et ſi juſticia in bello ſuccumbere nequit, nónne de jure acquiritur, quod per duellum acquiritur? Hanc veritatem etiam gentiles ante tubam Evangelicam agnoſcebant, cùm judicium ad fortunam duelli quærebant. Unde benè Pyrrhus ille tàm moribus Aeacidarum, quàm ſanguine generoſus, cùm Legati Romanorum pro redimendis captivis ad illum miſſi fuerunt, reſpondit:

Nec mi aurum poſco, nec mi precium dederitis,
Non cauponantes bellum, ſed belligerantes:
Ferro, non auro, vitam cernamus utriq; (fors,
Vóſne velit, an me, regnare Hera: quidve ferat
Virtute experiamur. Et hoc ſimul accipe dictum,
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Horundem me libertati parcere certum eſt,
Dono ducite, doq; volentibus cum magnis diis.

Hæc Pyrrhus. Heram vocabat fortunam, quam cauſſam meliùs & rectiùs nos divinam providentiam appellamus. Unde caveant pugiles, ne precio conſtituant ſibi cauſſam: quia non tunc duellum, ſed forū ſanguinis & juſtitia

tia

A ciæ dicendum eſſet: nec tunc arbiter Deus adeſſe credatur, ſed ille antiquus hoſtis, qui litigii fuerat perſuaſor. Habeant ſemper, ſi duelliones eſſe volunt, non ſanguinis & juſticiæ mercatores, in oſtio palæſtræ ante oculos Pyrrhum: qui pro imperio decertando ſic aurum deſpiciebat ut dictum eſt. Quòd ſi contra veritatem oſtenſam de imparitate virium inſtetur, ut aſſolet, per victoriam David de Goliath obtentam, inſtantia refellatur. Et ſi gentiles aliud peterent, refellant ipſam per victoriam Herculis in Antheum. Stultum enim eſt valdè, vires, quas Deus confortat, inferiores in pugile ſuſpicari. Jam ſatis manifeſtum eſt, quod per duellum acquiritur, de jure acquiri. Sed Romanus populus per duellum acquiſivit imperium: quod fide dignis teſtimoniis approbatur, in quibus manifeſtandis non ſolùm hoc apparebit, ſed & quicquid à primordialibus imperii Romani dijudicandum erat, per duellum eſſe diſcuſſum. Nam de primo, cùm de ſede patris Aeneæ, qui primus pater hujus populi fuit, verteretur litigiũ, Turno Rutulorum rege contrà ſtante, de communi amborum regum aſſenſu: ad ultimum, propter divinum beneplacitum inquirendum, inter ſe ſolum dimicatum eſt, ut in ultimis Aeneidos canitur. In quo quidem agone tanta victoris Aeneæ clementia fuit, ut niſi baltheus, quem Turnus Pallanti à ſe occiſo detraxerat, patuiſſet, victo victor ſimul vitam condonaſſet, & pacem: ut ultima carmina noſtri Poëtæ te-

B ſtantur. Cumque duo populi ex ipſa Trojana radice in Italia germinaſſent, Romanus ſcilicet populus & Albanus: atque de ſigno aquilæ, deque penatibus aliis Trojanorum atque dignitate principandi longo tempore inter ſe diſceptatum eſſet: ad ultimum communi aſſenſu partium, propter inſtantiam cognoſcendam per tres Horatios fratres, & per totidem Curiatios fratres, inde in conſpectu regum & populorum altrinſecus expectantium decertatum eſt: ubi tribus pugilibus Albanorum peremptis, Romanorum duobus, palma victoriæ ſub Hoſtilio rege ceſſit Romanis. Et hoc diligenter Livius in prima parte contexit, cui Oroſius etiam conteſtatur. Deinde cum finitimis omni jure belli ſervato, cum Sabinis, cum Samnitibus, licèt in multitudine diſceptantium, ſub forma tamen duelli, de imperio decretum fuiſſe, Livius narrat. in quo quidem modo decertandi cum Samnitibus ferè Fortunam (ut dicam) incœpti pœnituit. Et hoc Lucanus in ſecundo ad exemplum ſic reducit:

Aut Collina tulit ſtratas quot porta catervas,
Tunc cùm penè caput mundi rerumq́ue poteſtas
Mutavit tranſlata locum, Romanaq́ue Samnis
Ultra Caudinas ſuperavit vulnera furcas.

Poſtquam verò Italorum litigia ſedata fuerunt, & cum Græcis, cumque Pœnis nondum pro divino judicio certatum eſſet: id imperium intendentibus illis & illis, Fabricio pro Romanis, Pyrrho pro Græcis, de imperii gloria in militiæ multitudine decertantibus, Roma obtinuit. Scipione verò pro Italis, Hannibale pro Africanis in forma duelli bellum gerentibus, Italis Afri ſuccubuerunt: ſicut Livius & omnes Romanæ rei ſcriptores teſtificari conantur. Quis igitur nunc adeò mentis obtuſæ eſt, qui non videat, ſub jure duelli glorioſum populum coronam totius orbis eſſe lucratum? Verè potuit dicere vir Romanus quod Apoſtolus ad Timotheum: Repoſita eſt mihi corona juſticiæ: repoſita ſcilicet, in Dei providentia æterna. Videant nunc Juriſtæ præſumptuoſi, quantum infrà ſint ab illa ſpecula rationis, unde humana mens hæc principia ſpeculatur: & ſileant, ſecundum ſenſum legis conſilium & judicium exhibere contenti. Et jam manifeſtum eſt, quòd per duellum Romanus populus acquiſivit Imperium: ergo de jure acquiſivit, quod eſt principale propoſitum in libro præſenti Hucuſque pater propoſitum, per rationes quæ plurimùm rationalibus principiis innituntur. Sed deinceps ex principiis fidei Chriſtianæ iterum patefaciendum eſt. Maximè enim fremuerunt, & inania meditati ſunt in Romanum principatum, qui zelatores fidei Chriſtianæ ſe dicunt: nec miſeret eos pauperum Chriſti, quibus nõ ſolùm defraudatio fit in eccleſiarum proventibus, quinimò patrimonia ipſa quotidie rapiuntur, & depauperatur Eccleſia, dum ſimulando juſticiam, exequutorem juſticiæ non admittunt. Nec jam pauperatio talis abſque Dei judicio fit: cùm nec pauperibus, quorum B patrimonia ſunt Eccleſiæ facultates, inde ſubveniatur: neque ab offerente Imperio cum gratitudine teneantur. Redeunt, unde venerunt: venerunt benè, redeunt malè: quia benè data, & malè poſſeſſa ſunt. Quid ad paſtores tales? Quid ſi Eccleſiæ ſubſtantia diffluit? dum proprietates propinquorum ſuorum exaugeantur? Sed forſan melius eſt, propoſitum proſequi: & ſub pio ſilentio, Salvatoris noſtri expectare ſuccurſum. Dico ergo, quòd ſi Romanum imperium de jure non fuit, Chriſtus naſcendo præſumpſit injuſtum. & conſequens eſt falſum, ergo contradictorium antecedentis eſt verum Inferunt enim ſe contradictoria invicem à contrario ſenſu. Falſitatem conſequentis ad fideles oſtendere non oportet. Nam ſi fidelis quis eſt, falſum hoc eſſe concedit: et ſi non concedit, fidelis non eſt. Sed ab eo ratio iſta non quæritur. Conſequentia ſic oſtendo: Quicunque aliquod edictum ex electione proſequitur, illud eſſe juſtum opere perſuadet & cùm opera magis ſuadeant, quàm ſermones (ut Philoſopho placet in ultimis ad Nicomachum) magis perſuadet, quàm ſi ſermone approbaret. Sed Chriſtus (ut ejus ſcriba Lucas teſtatur) ſub edicto Romanæ auctoritatis naſci voluit de virgine matre, ut in illa ſingulari generis humani deſcriptione filius Dei factus homo conſcriberetur, quod fuit illud proſequi. Et fortè ſanctius eſt arbitrari, divinitùs illud exiviſſe per Cæſarem: ut qui tempora tanta fuerat expe-

ctatus

A ctatus in ſocietate mortalium. cum mortali-
bus ipſe ſe conſignatet. Ergo Chriſtus Augu-
ſti, Romanorum auctoritate fungentis, edi-
ctum fore juſtum. opere perſuaſit. Et cùm à ju-
ſtè edicere, juriſdictio ſequatur: neceſſe eſt, ut
qui iſtud edictum perſuaſit. juriſdictionem et-
iam perſuaſerit. Quæ ſi de jure non erat, in-
juſta erat. Et notandum, quòd argumentum
ſumptum ad deſtructionem conſequentis, li-
cet de ſua forma per aliquem locum teneat: ta-
mē vim ſuam per ſecundam figuram oſtendit,
ſi reducatur: ſicut argumentum in poſitione
antecedentis per primam. reducitur enim ſic:
Omne injuſtum perſuadetur injuſtè: Chriſtus
non perſuaſit injuſtè: ergo non perſuaſit in-
juſtum. A poſitione antecedentis ſic: Omne
injuſtum perſuadetur injuſtè: Chriſtus per-
ſuaſit quoddam injuſtum: ergo perſuaſit in-
juſtè.

Etſi Romanum imperiū de jure nō fuit pec-
catum Adæ in Chriſto non fuit punitum. hoc
autem eſſet falſum: ergo contradictoriū ejus,
ex quo ſequitur eſt verum. Falſitas conſequē-
tis apparet ſic. Cùm enim per peccatum Adæ
omnes peccatores eſſemus, dicente Apoſtolo:
Sicut per unum hominem in hunc mundum
peccatum intravit, & per peccatum mors: ita
in omnes homines mors, in quo omnes pecca-
verunt: Si de illo peccato non fuiſſet ſatisfa-
ctum per mortem Chriſti, adhuc eſſemus filii
iræ naturæ: natura ſcilicet depravata. Sed hoc
non eſt, cùm dicat Apoſtolus ad Epheſios, lo-
B quens de Patre qui prædeſtinavit nos in ado-
ptione filiorum per Jeſum Chriſtū, in ipſum,
ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ. in lau-
dem & gloriam gratiæ ſuæ, in qua gratificavit
nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus re-
demptionem per ſanguinem ejus, remiſſionē
peccatorum, ſecundùm divitias gloriæ ſuæ,
quæ ſuperabundavit in nobis. Dum etiā Chri- A
ſtus in ſe punitionem patiens, dicat in Johan-
ne, Conſummatum eſt. Nam ubi conſumma-
tum eſt, nihil reſtat agendum. Propter conve-
nientia ſciendum, quòd punitio non eſt ſim-
pliciter pœna injuriam inferentis: ſed pœna
inflicta injuriam inferenti, ab habente juriſ-
dictionem puniendi. unde, niſi ab ordinario
judice pœna inflicta ſit, punitio non eſt, ſed
potiùs injuria eſt dicenda. unde dicebat ille
Moyſi, Quis te conſtituit judicem ſuper nos?
Si ergo ſub ordinario judice Chriſtus paſſus
non fuiſſet, illa pœna punitio non fuiſſet: &
judex ordinarius eſſe non poterat, niſi ſupra
totum humanum genus juriſdictionem ha-
bens, cùm totum humanum genus in carne il-
la Chriſti portantis dolores noſtros (ut ait Pro-
pheta) vel ſuſtinentis puniretur. Et ſupra to-
tum humanum genus Tiberius Cæſar, cujus
vicarius erat Pilatus, juriſdictionem non ha-
buiſſet, niſi Romanum imperium de jure fuiſ-
ſet. Hinc eſt quòd Herodes, quamvis ignorās
quid faceret, ſicut & Caiphas, cùm verum di-
xit, de cœleſti decreto Chriſtum Pilato remi-
ſit ad judicandum. ut Lucas in ſuo Evangelio
tradit. Erat enim Herodes non vicem Tiberii
gerens, ſub ſigno aquilæ, vel ſub ſigno Sena-
tus: ſed rex. regno ſingulari ordinatus ab eo, &
ſub ſigno regni ſibi commiſſi gubernans. De-
ſinant igitur imperium exprobrare Romanū,
qui ſe filios Eccleſiæ fingunt: cùm videant
ſponſum Chriſtum illud ſic in utroque ter-
mino ſuæ militiæ comprobaſſe. Et jam ſuffi- B
cienter manifeſtum eſſe arbitror, Romanum
populum ſibi de jure orbis Imperium adſci-
viſſe. O felicem populum, ô Auſoniam te glo-
rioſam, ſi vel nunquam infirmator ille impe-
rii tui natus fuiſſet: vel nunquam ſua pia in-
tentio ipſum fefelliſſet.

LIBER TERTIUS MONARCHIÆ IN

quo tractatur, qualiter officium Monarchæ, ſive Imperii depen-
deat à Deo immediatè.

Concluſit ora leonum, & non no-
cuerunt mihi: quia coram eo juſti-
cia inventa eſt in me. In principio
hujus operis propoſitū fuit de tri-
bus quæſtionibus, prout materia pateretur,
inquirere. De quarum duabus primis, in ſupe-
rioribus libris, ut credo, ſufficienter peractum
eſt. Nunc autem de tertia reſtat agendum. Cu-
jus quidem veritas, quia ſine rubore aliquorū
emergere nequit. forſitan alicujus indignatio-
nis cauſa in me erit. Sed quia de throno immu-
tabili ſuo Veritas deprecatur, Salomon etiam
ſylvam Proverbiorum ingrediens, meditandā
veritatem, impetium deteſtandum in * ſe futu-
ro, nos docet. Ac præceptor morum Philoſo-
phus, familiaria deſtruenda pro veritate ſua-
det. Aſſumpta fiducia de verbis Danielis præ-
miſſis, in quibus divina potentia, clypeus de-
fenſorum veritatis, aſtruitur: juxta monitionē
Pauli fidei loricā induens, in calore carbonis il-
lius, quem unus de Seraphin accepit ex altari
cœleſti. & tetigit labia Eſaiæ, gymnaſium præ-
ſens ingrediar: & in brachio illius qui nos de
poteſtate tenebrarum liberavit, in ſanguine
ſuo, impium atque mendacem de palęſtra ſpe-
ctante mundo ejiciam. Quid timeam? cùm
Spiritus Patri & Filio coæternus dicat per os
David: In memoria æterna erit juſtus, ab audi-
tione mala non timebit? Quæſtio igitur præ-
ſens, de qua inquiſitio futura eſt, inter duo lu-
minaria magna verſatur: Romanum ſcilicet
Pontificem, & Romanum Principem. & quæ-
ritur, utrum authoritas Monarchæ Romani,
qui de jure Monarcha mundi eſt, ut in ſecundo
libro probatum eſt, immediatè à Deo depen-
deat: an ab aliquo Dei vicario vel miniſtro,
quem Petri ſucceſſorem intelligo, qui verè eſt
claviger regni cœlorum.

Ad præ-

Digitized by Google

A Ad præſentem quæſtionem diſcutiendam, ſicut in ſuperioribus eſt peractũ, aliquod principium eſt ſumendum: in virtute cujus, aperiendæ veritatis argumenta formentur. Nam ſine præfixo principio, etiam vera dicendo laborare quid prodeſt? cùm principium ſolum aſſumendorum mediorum ſit radix. Hæc igitur irrefragabilis veritas præmittatur, ſcilicet quòd illud quod naturæ intentioni repugnat, Deus nolit. Nam ſi hoc verum non eſſet; contradictorium ejus non eſſet falſum: quod eſt, Deum non uolle quod naturæ intentioni repugnat. Et ſi hoc non eſt falſum, nec ea quæ ſequuntur ad ipſum. Impoſſibile enim eſt, in neceſſariis cõſequentiis falſum eſſe conſequens, antecedente non falſo exiſtente. Sed ad non nolle, alterum duorum ſequitur de neceſſitate, aut velle, aut non velle: ſicut ad non odire, neceſſariò ſequitur, aut amare, aut non amare. non enim non amare, eſt odire: nec non velle, eſt nolle, ut de ſe patet. Quæ ſi falſa non ſunt, iſta non erit falſa, Deus vult quod nõ vult: cujus falſitas non habet ſuperiorem. Quòd autẽ verum ſit quod dicitur, ſic declaro, Manifeſtũ eſt, quòd Deus finem naturæ vult: aliter cœlũ ocioſè moveret quod dicendum nõ eſt, ſi Deus vellet impedimentum finis, vellet & finẽ impedimenti: aliter etiam ocioſè vellet. Et cùm finis impedimenti ſit, non eſſe rei impeditæ: ſequeretur, Deum velle non eſſe finem naturæ, qui dicitur velle eſſe. Si enim Deus nõ vellet impedimentum finis, prout non vellet, ſe- B queretur ad non velle, nihil de impedimento curaret; ſive eſſet, ſive non eſſet. ſed qui impedimentum non curat rem quæ poteſt impediri non curat: & per conſequens, non habet in voluntate. & quod quis non habet in voluntate, non vult. Propter quod ſi finis naturæ impediri poteſt quod poteſt: de neceſſitate ſequitur, quòd Deus finem naturæ non vult. & ſic ſequitur quod prius, videlicet Deum velle quod non vult. Veriſſimũ igitur eſt illud principium, ex cujus contradictorio tam abſurda ſequentur.

In introitu, ad quæſtionem hanc notare oportet, quòd primæ quæſtionis veritas magis manifeſtanda fuit ad ignorantiam tollendam, quàm ad tollendum litigium. Sed quod fuit ſecundæ quæſtionis, quomodo & qualiter ad ignorantiam & litigium ſe habeat? Multa etenim ignoramus, de quibus nõ litigamus. nam Geometria circuli quadraturam ignorat, non tamen de ipſa litigat. Theologus verò de numero angelorum ignorat, non tamen de illo litigium facit. Aegyptius civilitatem Scytharũ ignorat, non propter hoc litigium facit de eorum civilitate. Hujus quidem tertiæ quæſtionis veritas tantum habet litigium, ut quemadmodum in aliis ignorantia ſolet eſſe cauſſa litigii, ſic & hîc litigium cauſſa ignorantiæ ſit. Magnis hominibus namque rationis intuitu voluntatem prævolantibus, hoc ſæpè contingit, ut malè affecti, lumine rationis poſtpoſito; affectu quaſi cæci trahantur; & pertinaciter ſuam denegent cæcitatem. Unde fit perſæpè, quòd non ſolùm falſitas patrimonium habeat, A ſed plerique ut de ſuis terminis egredientes, per aliena caſtra diſcurrant: ubi nihil intelligentes ipſi, nihil intelligntur. Et ſic provocant quoſdam ad iram, quoſdam ad indignationem, nonnullos ad riſum. Igitur contra veritatem, quæ quæritur, tria hominum genera maximè colluctantur. Summus namque Pontifex, Domini noſtri Jeſu Chriſti vicarius, & Petri ſucceſſor, cui non quicquid Chriſto, ſed quicquid Petro debemus, zelo fortaſſe claviũ, nec non alii Græcorum Chriſtianorum paſtores, & alii quos credo zelo ſolo matris Eccleſię permoveri, veritati, quam oſtenſurus ſum, de zelo forſan (ut dixi) non de ſuperbia contradicunt. Quidam verò alii, quorum obſtinata cupiditas lumen rationis extinxit, & dum ex patre diabolo ſunt Eccleſiæ ſe filios eſſe dicunt, non ſolùm in hac quæſtione litigium movent, ſed ſacratiſſimi Principatus vocabulum abhorrentes, ſuperiorum quæſtionum, & hujus principia impudenter negàrunt. Sunt & tertii, quos Decretaliſtas vocant, Theologiæ ac Philoſophiæ cujuslibet inſcii & expertes, ſuis Decretalibus (quas profectò venerandas exiſtimo) tota intentione innixi, de illarum prævalentia credo ſperantes, Imperio derogant. Nec mirum, cùm jam audiverim quendam de illis dicentem & procaciter aſſerentem, traditiones Eccleſiæ fidei eſſe fundamẽtum. Quod quidem nefas, de opinione mortalium illi ſubmoveant, qui ante traditiones Eccleſiæ in filiũ Dei Chriſtum ſive venturum, ſive pręſentem, B ſive jam paſſum crediderunt, & credendo ſperaverunt, & ſperantes charitate arſerunt, & ardentes ei cohæredes futuros eſſe mundus nõ dubitat. Et ut tales de præſenti Gymnaſio totaliter excludantur, eſt advertendum, quòd quædam Scriptura eſt ante Eccleſiam, quędam cum Eccleſia, quædam poſt Eccleſiam. Ante quidem Eccleſiam ſunt, vetus & novum Teſtamentum: quod in æternum mandatum eſt, ut ait Propheta. hoc enim eſt quod dicit Eccleſia, loquens ad Sponſum: Trahe me poſt te. Cum Eccleſia verò ſunt, veneranda illa concilia principalia, quibus Chriſtũ interfuiſſe nemo fidelis dubitat: cùm habeamus, ipſum dixiſſe diſcipulis, aſcenſurum in cœlum: Ecce ego vobiſcum ſum in omnibus diebus, uſque ad conſummationẽ ſeculi: ut Matthæus teſtatur. Sunt & ſcripturæ doctorum, Auguſtini & aliorum, quos à Spiritu ſancto adjutos qui dubitat, fructus eorum vel omninò non vidit: vel ſi vidit, minimè deguſtavit. Poſt Eccleſiam verò ſunt traditiones, quas Decretales dicunt; quæ quidem etſi auctoritate Apoſtolica ſunt venerandæ, fundamentali tamen Scripturæ poſtponendas eſſe dubitandum non eſt: cùm Chriſtus ſacerdotes objurgaverit de contrario. Cùm enim interrogaſſent, Quare diſcipuli tui traditionem ſeniorum tranſgrediuntur? (negligebant enim manuum lotionem) Chriſtus eis Matthæo teſtante reſpondit: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei, propter traditionem veſtram? In quo ſatis innuit, traditio-

A ditionem poſtponendam. Quòd ſi traditiones Eccleſiæ, poſt Eccleſiam ſunt, ut declaratum eſt: neceſſe eſt, ut non Eccleſiæ à traditionibus, ſed ab Eccleſia traditionibus accedat auctoritas. Itaque ſolas traditiones habentes, ut dicebatur, à Gymnaſio excludendi ſunt. Oportet enim hanc veritatem venantes, ex iis ex quibus Eccleſiæ manat authoritas, inveſtigando procedere. Iis itaque excluſis, excludendi ſunt alii, qui corvorum plumis operti, oves albas in grege Domini ſe jactant. Hi ſunt impietatis filii, qui ut flagitia ſua exequi poſſint, matrem proſtituunt, fratres expellunt: & denique judicem habere nolunt. Nam cur ad eos ratio quæreretur, cum ſua cupiditate detenti, principia non viderint? Quapropter cum ſolis concertatio reſtat, qui aliquali zelo erga matrem Eccleſiam ducti, ipſam quæ quæritur veritatem ignorant. Cum quibus illa reverentia fretus, quam pius filius debet patri, quam pius filius matri, pius in Chriſtum, pius in Eccleſiam, pius in paſtorem, pius in omnes Chriſtianam religionem profitentes, pro ſalute veritatis in hoc libro certam incipio.

Iſti verò, ad quos erit tota diſputatio ſequẽs, aſſerentes auctoritatem Imperii ab auctoritate Eccleſiæ dependere, velut artifex inferior dependet ab architecto, pluribus ex diverſis argumentis moventur: quæ quidem de ſacra Scriptura eliciunt, & de quibuſdam geſtis tàm ſummi Pontificis, quàm ipſius Imperatoris, nonnullum verò rationis iudicium habere nituntur.
B Dicũt enim primò ſecundùm ſcripturam Geneſeos, quòd Deus fecit duo magna luminaria, luminare majus & luminare minus: ut alterum præeſſet diei, & alterũ nocti. Quæ allegoricè dicta eſſe intelligebant, iſta duo regimina, ſpirituale & temporale Deinde, quòd quemadmodum Luna, quæ eſt luminare minus, non habet lucem, niſi prout recipit à Sole: ſic nec regnum temporale auctoritatem habet, niſi prout recipit à ſpirituali regimine. Propter hanc, & propter alias eorum rationes diſſolvendas, prænotandum: quòd, ſicut Philoſopho placet in iis quæ de Sophiſticis elenchis, ſolutio argumenti eſt erroris manifeſtatio. Et quia error poteſt eſſe in materia & in forma argumenti, dupliciter peccare contingit: aut ſcilicet aſſumendo falſum, aut non ſyllogizando. Quæ duo Philoſophus objiciebat contra Parmenidem & Meliſſum, dicens. Quia falſa recipiunt, & non ſyllogizantes ſunt. Et accipio hic largo modo falſum, etiam pro inopinabili, quod in materia probabili habet naturam ſyllogiſmi. Si verò in forma ſit peccatũ, concluſio interimenda eſt ab illo qui ſolvere vult, oſtendendo formam ſyllogiſticam non eſſe ſervatam. Si verò peccatum ſit in materia, aut eſt, quia ſimpliciter falſum aſſumptum eſt: aut quia falſum ſecundùm quid. Si ſimpliciter, per interemptionem aſſumpti ſolvendum eſt: ſi ſecundùm quid, per diſtinctionem. Hoc viſo, ad meliorem hujus & aliarum inferiùs factarum ſolutionum evidentiam, advertendũ: quòd circa ſenſum myſticum dupliciter errare contingit: aut quærendo ipſum ubi nõ eſt, aut A
accipiendo aliter quàm accipi debeat. Propter primum dicit Auguſtinus in Civitate Dei: Nõ ſanè omnia quæ geſta narrantur, etiam ſignificare aliquid putanda ſunt: ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiam ea quæ nihil ſignificant, attexuntur. Solo vomere terra proſcinditur: ſed ut hoc fieri poſſit etiam cætera aratri membra ſunt neceſſaria. Propter ſecundum, Idem ait in libro de Doctrina Chriſtiana, loquens de illo (aliud in ſcripturis ſentire quàm ille qui ſcripſit eas) dicit, quod ita fallitur, ac ſi quiſquam deſerens viam, eò tamen per gyrum pergeret, quò via illa perducit & ſubdit: Demonſtrandum eſt, ut conſuetudine deviandi etiã in tranſverſum & perverſum ire quis cogatur. deinde innuit cauſſam quare cavendum ſit hoc in ſcripturis dicens: Titubabit fides, ſi divinarum ſcripturarum vacillat auctoritas. Ego autem dico, quòd ſi talia de ignorantia ꝓveniãt, correptione diligenter adhibita, ignoſcendum eſt: ſicut ignoſcendum eſſet illi, qui leonem in nubibus formidaret. Si verò induſtria, non aliter cum ſic errantibus eſt agendũ, quàm cum tyrannis: qui publica jura non ad communem utilitatem ſequuntur, ſed ad propriam retorquere conantur. O ſummum facinus, etiam ſi contingat in ſomniis æterni ſpiritus intẽtione abuti. nõ enim peccatur in Moyſen, non in David, non in Job, non in Matthæũ, nec in Paulum: ſed in Spiritum ſanctum, qui loquitur in illis. Nam quanquã ſcriptores divini eloquii multi ſint, unicus tamen dictator B
eſt Deus, qui beneplacitũ ſuum nobis per multorum calamos explicare dignatus eſt. His itaque prænotatis, ad id quod ſuperiùs dicebatur, dico per interemptionem illius dicti, quod dictum eſt illa duo luminaria typicè importare duo hæc regimina: in quo quidem dicto tota vis argumenti conſiſtit. Quòd autem ille ſenſus omninò ſuſtineri nõ poſſit, duplici via poteſt oſtendi. Primo, quia cum hujuſmodi regimina ſint accidentia quædam ipſius hominis, videretur Deus uſus fuiſſe ordine perverſo, accidentia ſcilicet priùs producendo, quàm ꝓprium ſubjectum: quod abſurdum eſt dicere de Deo. Nam illa duo luminaria producta ſunt die quarto, & homo die ſexto ut patet in Litera. præterea, cùm iſta regimina ſint hominum directiva in quoſdam fines, ut infrà patebit: ſi homo ſtetiſſet in ſtatu innocẽtiæ, in quo à Deo factus eſt, talibus directivis non indiguiſſet. Sunt ergo hujuſmodi regimina remedia cõtra infirmitatem peccati. Quum ergo non ſolùm in die quarto peccator homo non erat, ſed etiã ſimpliciter homo non erat, producere remedia certum eſt fuiſſe ocioſum: quod eſt contra divinam bonitatem. Stultus etenim eſſet medicus, qui ante nativitatem hominis pro apoſtemate futuro, illi emplaſtrum conficeret. Non igitur dicendum eſt, quòd quarto die Deus hæc duo regimina fecerit: & per conſequens, intentio Moyſi eſſe non potuit illa, quam fingũt. Poteſt etiam hoc mendacio tolerando per diſtinctionem diſſolvi. Mitior namque eſt in ad-

A verſarium ſolutio diſtinctiva. non enim omninò mentiens eſſe videtur, ſicut interemptiva illũ videri facit. Dico ergo, quòd licèt luna nõ habeat lucem abundanter, niſi ut à Sole recipit: non propter hoc ſequitur, quòd ipſa Luna ſit à Sole. Unde ſciendum quòd aliud eſt eſſe ipſius Lunæ, aliud virtus ejus, & aliud operari. Quantum eſt ad eſſe, nullo modo Luna dependet à Sole, nec etiam quantum ad virtutẽ, nec quantum ad operationem ſimpliciter: quia motus ejus eſt à motore proprio: & influentia ſua eſt à propriis ſuis radiis Habet enim aliquã lucem ex ſe, ut in ejus eclipſi manifeſtum eſt. ſed quantum ad melius & virtuoſius operandum, recipit aliquid à Sole: quia lucem abundantem, qua recepta virtuoſius operatur. Sic ergo dico quòd regnum temporale non recipit eſſe à ſpirituali: nec virtutem (quæ eſt ejus auctoritas) nec etiam operationem ſimpliciter. ſed benè ab eo recipit, ut virtuoſiùs operetur per lucem gratiæ, quam in cœlo & in terra benedictio ſummi pontificis infundit illi. Et ideò argumentum peccabat in forma: quia prædicatum in concluſione non eſt extremitas majoris, ut patet Procedit enim ſic: Luna recipit lucem à Sole, qui eſt regimen temporale: regimen temporale eſt Luna: ergo regimen temporale recipit auctoritatem à regimine ſpirituali. Nam in extremitate majoris, ponunt lucem: in prædicato verò concluſionis auctoritatem: quæ ſunt res diverſæ ſubjecto & ratione, ut viſum eſt ſuprà.

B Aſſumunt etiã argumentũ de litera Moyſi, dicentes, quòd de femore Jacob fluxit figura horum duorum regiminum: quia Levi & Judas, quorum alter fuit pater ſacerdotii, alter verò regiminis temporalis. Deinde ſic arguunt ex iis: Quemadmodum ſe habuit Levi ad Judam, ſic ſe habet Eccleſia ad Imperium. Levi præceſſit Judam in nativitate, ut patet in litera: ergo Eccleſia præcedit Imperium in auctoritate. Et hoc verò de facili ſolvitur. nam cùm dicunt, quòd Levi & Judas filii Jacob, figurant iſta duo regimina, poſſunt ſimiliter hoc interimendo diſſolvere, ſed concedatur. Arguendo inferunt: Sicut Levi præcedit in nativitate, ſic Eccleſia in auctoritate. Dico ſimiliter, quòd aliud eſt prædicatum concluſionis, & aliud major extremitas. Nam aliud eſt auctoritas, & aliud nativitas ſubjecto & ratione: propter quod peccatur in forma: & eſt ſimilis proceſſus huic: a præcedit b, in c d: & e ſe habet ut a & b. Ergo d præcedit e in f. f verò & e diverſa ſunt. Et ſi facerent inſtantiam dicentes, quòd f ſequitur ad c, hoc eſt, auctoritas ad nativitatem: & pro antecedente benè infertur conſequens, ut animal pro homine: dico quod falſum eſt. Multi enim ſunt majores natu, qui non ſolùm in auctoritate non præcedunt, ſed etiam præceduntur a minoribus: ut patet, ubi Epiſcopi ſunt temporaliter juniores, quàm ſui archipresbyteri. Et ſic inſtantia videtur errare ſecundùm non cauſſam, ut cauſſa.

De litera verò primi libri Regum aſſumũt etiam creationem & depoſitionem Saulis: & dicunt, quòd Saul rex inthronizatus fuit, & A de throno depoſitus, per Samuelem, qui vice Dei de præcepto fungebatur, ut in litera patet. Et ex hoc arguunt quòd quemadmodum ille Dei vicarius auctoritatem habuit dandi & tollendi regimen temporale, & in alium transferendi: ſic & nunc Dei vicarius. eccleſiæ univerſalis antiſtes, auctoritatem habet dandi & tollendi. & etiam transferendi ſceptrum regiminis temporalis. Ex quo ſine dubio ſequeretur, quòd auctoritas Imperii dependeret, ut dicunt. Et ad hoc dicendum, per interemptionem ejus quod dicunt, Samuelem Dei vicariũ: quia non ut vicarius, ſed ut legatus ſpecialis ad hoc, ſive nuncius portans mandatum Domini expreſſum, hoc fecit. Quod patet, quia quicquid Deus dixit, hoc fecit ſolum, & hoc retulit. Unde ſciendum, quòd aliud eſt eſſe vicarium, aliud eſt eſſe nuncium ſive miniſtrũ: ſicut aliud eſt eſſe doctorem, aliud eſt eſſe interpretem. nam vicarius eſt, cui juriſdictio cum lege vel cum arbitrio commiſſa eſt: & ideò intra terminos juriſdictionis commiſſæ de lege vel de arbitrio poteſt agere circa aliquid, quod dominus omninò ignorat. Nuncius autem nõ poteſt, in quantum nuncius: ſed quemadmodum malleus in ſola virtute fabri operatur, ſic & nuncius ſolo arbitrio ejus qui mittit illum. Non igitur ſequitur, ſi Deus per nuncium Samuelem fecit hoc, quòd vicarius Dei hoc facere poſſit ſimiliter. Multa enim Deus per angelos fecit. & facit, & facturus eſt: quæ vicarius Dei, Petri ſucceſſor, facere non poſſet. Unde B argumentũ iſtorum eſt à toto ad partem, conſtruendo ſic: Homo poteſt audire & videre, ergo oculus poteſt audire & videre. & hoc non tenet. Teneret autem deſtructivè ſic: Homo non poteſt volare. ergo nec brachia hominis poſſunt volare. Et ſimiliter ſic: Deus per nuncium facere non poteſt genita non eſſe genita, juxta ſententiam Agathonis: ergo nec vicarius ejus facere poteſt.

Aſſumunt etiam de litera Matthæi, Magorum oblationem, dicentes ipſum recepiſſe ſimul thus & aurum ad ſignandum, ſeipſum eſſe Dominum & gubernatorem ſpiritualium & temporalium. Ex quo inferunt, Chriſti vicarium dominum & gubernatorem eorundem: & per conſequens, habere utrorumque auctoritatem Ad hoc reſpondens, literã Matthæi & ſenſum confiteor: ſed quod ex illa inferre conantur, in termino deficiunt. Syllogizant enim ſic: Deus eſt dominus ſpiritualium & temporalium: ſummus Pontifex eſt vicarius Dei: ergo eſt dominus ſpiritualium & temporalium. utraque enim propoſitio vera eſt, ſed medium variatur: & arguitur in quatuor terminis. in quibus forma ſyllogiſtica non ſalvatur: ut patet ex iis quæ de ſyllogiſmo ſimpliciter. Nam aliud eſt Deus quod ſubjicitur in maiori: & alius vicarius Dei, quod prædicatur in minori. Et ſi quis inſtaret de vicarii æquivalentia, inutilis eſt inſtantia: quia nullus vicariatus, ſive divinus, ſive humanus, æquivalere poteſt principali auctoritati: quod patet de

Levi.

A Levi. nam ſcimus, quòd ſucceſſor Petri non æquivalet divinæ auctoritati, ſaltem in operatione naturæ. Non enim poſſet facere terram aſcendere ſurſum, nec ignem deſcendere deorſum, per officium ſibi commiſſum: nec etiam poſſent omnia ſibi committi à Deo. quoniam potentiam creandi & ſimiliter baptizandi nullo modo Deus committere poſſet, ut evidenter probatur. Licèt Magiſter contrarium dixerit in quarto. Scimus etiam, quòd vicarius hominis non æquivalet ei, quantum in hoc quòd vicarius eſt: quia nemo poteſt dare quod ſuum non eſt. Auctoritas principalis nō eſt principis, niſi ad uſum: quia nullus princeps ſeipſum auctorizare poteſt. recipere autem poteſt, atque dimittere: ſed alium creare non poteſt, quia creatio principis ex principe non dependet. Quod ſi ita eſt, manifeſtum eſt, quòd nullus princeps poteſt ſibi ſubſtituere vicarium in omnibus æquivalentem: quia inſtantia nullam efficaciam habet.

Item aſſumūt de litera ejuſdem, illud Chriſti ad Petrum: Et quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum etiam in cœlis. quod etiam omnibus Apoſtolis eſt dictum. Similiter accipiunt de litera Matthæi & Johannis, ex quo arguunt ſucceſſorem Petri omnia de conceſſione Dei, poſſe tàm ligare, quàm ſolvere. Et inde inferunt poſſe ſolvere leges & decreta Imperii, atque leges & decreta ligare pro regimine temporali. unde benè B ſequeretur illud quod dicunt. Et dicendum ad hoc per diſtinctionem contra majorem ſyllogiſmi, quo utuntur. ſyllogiſant enim ſic: Petrus potuit ſolvere omnia, & ligare: ſucceſſor Petri poteſt, quicquid Petrus potuit: Ergo ſucceſſor Petri poteſt omnia ſolvere & ligare. unde inferunt, Auctoritatem & decreta Imperii ſolvere & ligare ipſum poſſe. Minorem concedo: Majorem verò nōn ſine diſtinctione. Et ideò dico, quòd hoc ſignum univerſale, Omne, quod includitur in quodcunque, nunquam diſtribuit extra habitum termini diſtributi. Nam ſi dico, Omne animal currit: Omne diſtribuit pro omni eo quod ſub genere animali comprehenditur. Si verò dico, Omnis homo currit: tunc ſignum univerſale non diſtribuit, niſi pro ſuppoſitis hujus termini Homo. Et cùm dico, Omnis grammaticus: tunc diſtributio magis coarctatur. Propter quod ſemper videndum eſt, quid eſt quod ſignum univerſale habet diſtribuere: quo viſo, facilè apparebit quantum ſua diſtributio dilatetur, cognita natura & ambitu termini diſtributi. Unde cùm dicitur, Quodcunque ligaveris: ſi hic Quodcunque ſumeretur abſolutè, verum eſſet quod dicunt: & non ſolùm hoc facere poſſet, quin etiam ſolvere uxorem à viro, & ligare ipſam alteri, vivente primo: quod nullo modo poteſt. Poſſet etiam ſolvere me non pœnitentem, quod etiam facere ipſe Deus non poſſet. Cùm ergo ita ſit, manifeſtum eſt, quòd non abſolutè ſumenda eſt illa diſtributio, ſed reſpectivè ad aliquid. Quòd autem illa reſpiciat, ſatis eſt evidens, conſiderato illo quod ſibi cō- A ceditur circa quod illa diſtributio ſubjungitur. Dicit enim Chriſtus Petro Tibi dabo claves regni cœlorum: hoc eſt, Faciam te oſtiariū regni cœlorum. Deinde ſubdit, Et quodcunque: quod eſt, Omne quod: id eſt & omne quod ad iſtud officium ſpectabit, ſolvere poteris, & ligare. Et ſic ſignum univerſale, quod includitur in Quodcunque, cōtrahitur in ſua diſtributione ab officio clavium regni cœlorum. Et ſic aſſumendo, vera eſt illa propoſitio: abſolutè verò non, ut patet. Et ideò dico, quòd etſi ſucceſſor Petri ſecundùm exigentiam officii commiſſi Petro, poſſit ſolvere & ligare: non tamen propter hoc ſequitur, quòd poſſit ſolvere ſeu ligare decreta Imperii, ſive leges, ut ipſi dicebant: niſi ulterius probaretur, hoc ſpectare ad officium clavium, cujus contrarium inferiùs oſtenditur.

Accipiunt etiam illud Lucæ, quòd Petrus dixit Chriſto cùm ait, Ecce duo gladii hic: & dicunt, quòd per illos duos gladios duo prædicta regimina intelliguntur: quæ quoniam Petrus dixit eſſe ibi, ubi erat, hoc eſt apud ſe: unde arguunt, illa duo regimina ſecundùm auctoritatem apud ſucceſſorem Petri conſiſtere. Et ad hoc dicendum, per interemptionem ſenſus, in quo fundatur argumentum. Dicunt enim, illos duos gladios, quos aſſignaverit Petrus, duo præfata regimina importare: quod omninò negandum eſt: tùm quia illa reſponſio non fuiſſet ad intentionem Chriſti: tum quia Petrus de more ſubitò reſpondebat ad re- B rum ſuperficiem tantùm. Quod autem reſpōſum fuiſſet ad intentionem Chriſti, non erit immanifeſtū ſi conſiderentur verba præcedentia. & cauſſa verborum. Propter quod ſciendum, quòd hoc dictum fuit in die cœnæ, unde Lucas incipit ſuperiùs ſic: Venit autem dies azymorum, in quo neceſſe erat occidi Paſcha. In qua quidē cœna præloquutus fuerat Chriſtus de ingruente paſſione, in qua oportebat ipſum ſeparari à diſcipulis ſuis. Item ſciendum, quòd ubi iſta verba intervenerunt erant ſimul omnes duodecim diſcipuli, unde parum poſt verba præmiſſa dicit Lucas: Et cùm facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo. Ex hinc continuato colloquio venit ad hæc: Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui nōn habet, vendat tunicam, & emat gladiū. In quo ſatis apertè intentio Chriſti manifeſtatur, non enim dixit Ematis vel habeatis duos gladios, imò duodecim, cùm ad duodecim diſcipulos loqueretur Qui non habet, emat: ut quilibet haberet unum. Et hoc etiam dicebat, præmonens eos de preſſura futura, & deſpectu futuro erga eos, quaſi diceret: Quouſque fui vobiſcum, recepti eratis: nunc autem fugabimini, ut oporteat vos præparare vobis etiam ea quæ antè inhibui vobis, propter futuram neceſſitatem. Itaque ſi reſponſio Petri facta ad hæc fuiſſet ſub intentio-

Google

A ne illa, jam non fuiſſet ad ea quæ erat Chriſti, de quo Chriſtus ipſum increpaſſet: ſicut multoties increpuit; cùm inſcitè reſpondit. Hic autem non fecit, ſed acquievit ei, dicens: Satis eſt, quaſi diceret, Propter neceſſitatem dico; ſed ſi quilibet habere non poteſt, duo ſufficere poſſunt. Et quòd Petrus de more ad ſuperficiem loqueretur, probat ejus feſtina & impræmeditata præſumptio: ad quam non ſolùm fidei ſinceritas impellebat, ſed credo puritas & ſimplicitas naturalis. Hanc ſuam præſumptionem ſcribæ Chriſti teſtantur omnes. Scribit autem Matthæus, quòd cùm Jeſus interrogaſſet diſcipulos, Quem eſſe me dicitis? Petrum ante omnes reſpondiſſe: To es Chriſtns filins Dei vivi. Scribit etiam, quòd Chriſtus, cùm diceret diſcipulis, quia oportebat eum ire in Hieruſalem, & multa pati, aſſumpſit eum Petrus, & cœpit increpare eum, dicens: Abſit hoc à te Domine, non erit ribi hoc. Ad quem Chriſtus, eum redarguens, converſus dixit: Vade poſt me ſathana. Item ſcribit, quòd in monte transfigurationis, in conſpectu Chriſti, Moyſi & Heliæ, & duorum filiorum Zebedæi, dixit: Bonum eſt nos hîc eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Heliæ unum. Item ſcribit, quòd cùm diſcipuli eſſent in navicula tempore noctis, & Chriſtus ambularet ſuper aquam, Petrus dixit: Domioe, ſi tu es, jube me ad te venire ſuper aquas. Item ſcribit, quòd cùm Chriſtus prænunciaret ſcandalum diſcipulis
B ſuis, Petrus reſpondit: Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Et infrà: Etſi oportuerit me ſimul mori tecum, non te negabo. Et hoc etiam conteſtatur Marcus. Lucas verò ſcribit, Petrum etiam dixiſſe Chriſto, parum ſupra verba præmiſſa de gladus: Domine, tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire. Johannes autem dicit de illo, quòd cùm Chriſtus vellet ſibi lavare pedes, Petrus ait: Domine, tu mihi lavas pedes? Et ioſtà: Non lavabis mihi pedes in æternum. Dicit etiam, ipſum gladio percuſſiſſe miniſtri ſervum: quod etiam conſcribunt omnes quatuor. Dicit etiam Johannes, ipſum introiviſſe ſubitò, cùm venit in monumentum, videns alium diſcipulum cunctantem ad oſtium. Dicit iterum, quòd exiſtente Chriſto in littore, poſt reſurrectionem, cùm Petrns audiviſſet, quia Dominus eſt, ſubcinxit ſe tunica (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Ultimò dicit, quòd cùm Petrus vidiſſet Johanoem, dicit Jeſu: Domine, hic autem quid? Jovat quippe talia de Archimandrita noſtro in laudem ſuæ puritatis continuaſſe: in quibus apertè deprehenditur, quòd cùm de duobus gladiis loquebatur, intentione ſimplici reſpondebat ad Chriſtum. Quòd ſi verba illa Chriſti & Petri typicè ſunt accipienda, oon ad hoc tamen, quod dicunt iſti, trahenda ſunt, ſed referenda ad ſenſum illius gladii, de quo Matthæus ſcribit ſic: Nolite arbitrari quia veni pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim, ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, &c. Quod quidem fit tàm verbo, quàm opere. A
Propter quod dicebat Lucas ad Theophilum, Quæ cœpit Jeſos facere & docere. Talem gladium Chriſtus emere præcipiebat, quem duplicem ibi eſſe Petrus etiam reſpondebat. Ad verba enim & opera parati erant, per quæ facerent quod Chriſtus dicebat: ſcilicet, ſe veniſſe facturum per gladium, ut dictum eſt.

Dicunt quidam adhoc, quòd Conſtantinus Imperator, mundatus à lepra interceſſione Sylveſtri, tunc ſummi pontificis, Imperii ſedem, ſcilicet Romam, donavit Eccleſiæ, cum multis aliis Imperii dignitatibus. Ex quo arguunt, dignitates illas poſthac neminem aſſumere poſſe, niſi ab Eccleſia recipiat, cujus eas eſſe dicunt. Et ex hoc benè ſequeretur, auctoritatem unā ab alia dependêre, ut ipſi volunt. Poſitis igitur & ſolutis argumentis quæ radices in divinis eloquiis habere videbantur: reſtant nunc illa ponenda & ſolvenda, quæ in geſtis humanis & ratione humana radicantur. Ex quibus primū eſt, quod præmittitur, quòd ſic ſyllogiſant: Ea quæ ſunt Eccleſiæ, nemo de jure habere poteſt, niſi ab Eccleſia: & hoc conceditur. Romanum regimen eſt Eccleſiæ: ergo ipſum nemo habere poteſt de jure, niſi ab Eccleſia. Et minorem probant per ea quæ de Conſtantino ſuperiùs tacta ſunt. Hanc ergo minorem interimn Et cùm probant, dico ꝙ ſua probatio nulla eſt. Quia Conſtantinus alienare oon poterat Imperii dignitatem, nec Eccleſia recipere. Et cùm pertinaciter inſtant, B
qnod dico ſic oſtendi poteſt. Nemini licet ea facere per officium ſibi depotatum, quæ ſunt contra illud officium: quia ſic idem, in quaotum idem, eſſet contrarium ſibi ipſi: quod eſt impoſſibile. Sed contra officium deputatum Imperatori eſt, ſcindere imperium: cùm officium ejus ſit, humanum genus uni velle & uni nolle tenere ſubjectum, ut in primo hujus facilè videti poteſt. Ergo ſcindere Imperium, Imperatori noo licet. Si ergo aliquæ dignitates per Conſtantinum eſſent alienatæ (ut dicunt) ab Imperio: exceſſiſſent in poteſtate Eccleſiæ: ſciſſa eſſet tunica inconſutilis, quam ſcindere auſi nō ſont qui Chriſtum verū Deum lancea perforârunt. Præterea ſicut Eccleſia ſnum habet fundamentum, ſic etiam Imperium ſuum. nam Eccleſiæ fundamentū Chriſtus eſt. unde Apoſtolus ad Corinthios: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, qui eſt Chriſtus Jeſus. Ipſe eſt petra, ſuper quam ædificata eſt Eccleſia. Imperii verò fundamentum, jus humanum eſt. Modò dico, quòd ſicot Eccleſiæ, fundamento ſuo contrariari noo licet, ſed debet ſemper inniti ſuper illud, juxta illud Canticum: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper delectnm? ſic & Imperio licitum non eſt, contra jus humaoum aliquid facere: ſed contra jus humanum eſſet, ſi ſeipſum Imperium deſtrneret. ergo, Imperio ſeipſum deſtruere non licet. Cùm ergo ſcindere Imperiū, eſſet deſtruere ipſum,

conſi-

A conſiſtente imperio in unitate Monarchiæ univerſalis: manifeſtum eſt, quòd Imperii auctoritate fungenti, ſcindere imperium non licet. Quòd autem deſtruere Imperium ſit contra jus humanum, ex ſuperioribus eſt manifeſtum. Præterea omnis juriſdictio prior eſt ſuo judice. Judex enim ad juriſdictionem ordinatur, & non è converſo. Sed Imperio eſt juriſdictio, omnem temporalem juriſdictionem ambitu ſuo cõprehendens: ergo ipſa eſt prior ſuo judice, qui eſt Imperator: quia ad ipſam Imperator eſt ordinatus, & non è converſo. Ex quo patet, quòd Imperator ipſam permutare non poteſt, in quantum Imperator: cùm ab ea recipiat eſſe, quod eſt. Modò dico ſic. Aut ille Imperator erat, cùm dicitur Eccleſiæ contuliſſe, aut non. & ſi non, planum eſt quòd nihil poterat de imperio conferre. Si ſic, cùm talis collatio eſſet minoratio juridiſctionis: in quantum Imperator, hoc facere non poterat. Ampliùs, ſi unus imperator aliquam particulam ab Imperii juriſdictione diſcindere poſſet, eadem ratione & alius. Et cùm juriſdictio temporalis finita ſit. & omne finitum per finitas deciſiones aſſumatur: ſequeretur quòd juriſdictio prima poſſet annihilari: quod eſt irrationabile. Adhuc, cùm conferens habeat ſe per modum agentis: & cui confertur, per modum patientis, ut placet Philoſopho in quarto ad Nicomachum: non ſolùm ad collationem eſſe licitam requiritur diſpoſitio conferentis, ſed etiam ejus cui confertur. Videntur enim in patiente & diſpoſito actus activorum ineſſe, ſed eccleſia omninò indiſpoſita erat ad temporalia recipienda, per præceptum prohibitivũ expreſſum, ut habemus per Matthæum ſic: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, &c. Nam etſi per Lucam habemus relaxationem præcepti, quantum ad quędam: ad poſſeſſionem tamen auri & argenti, licentiatam Eccleſiam poſt prohibitionem illam invenire non potui. Quare ſi Eccleſia recipere nõ poterat. dato quòd Conſtantinus hoc facere potuiſſet de ſe: actio tamen illa non erat poſſibilis, propter patientis adiſpoſitionem. Patet igitur, quòd nec Eccleſia recipere per modum poſſeſſionis, nec ille conferre per modum alienationis poterat. Poterat tamen Imperator io patrocinium Eccleſię, patrimonium & alia deputare: immoto ſemper ſuperiori dominio, cujus unitas diviſionem non patitur. Poterat & vicarios Dei recipere, non tanquam poſſeſſor, ſed tanquam fructuum pro Eccleſia proq; Chriſti pauperibus diſpenſator. quod Apoſtolos feciſſe, non ignoratur.

Adhuc dicunt, quòd Adrianus Papa Carolum Magnum ſibi & Eccleſiæ advocavit Longobardorum tempore Deſiderii regis eorum, & quòd Carolus ab eo recepit Imperii dignitatem: non obſtante, quòd Michaël imperabat apud Conſtantinopolim. Propter quod dicunt, quòd omnes qui fuerunt Romanorum Imperatores poſt ipſum, & ipſe, advocati Eccleſiæ ſunt, & debent ab Eccleſia advocari. Ex quo etiam ſequeretur illa dependentia, quam concludere volunt. Et ad hoc infringendum dico, quòd nihil dicunt. uſurpatio enim juris non facit jus. Nam ſi ſic, eodem modo auctoritas Eccleſiæ probaretur dependêre ab Imperatore: poſtquam Ottho Imperator Leonem Papam reſtituit, & Benedictum depoſuit, nec non in exilium in Saxoniam duxit. A

Ratione verò ſic arguunt Sumũt etenim ſibi principiũ de decimo primę Philoſophię, dicẽtes: Omnia quæ ſunt unius generis reducũtur ad unum, quod eſt menſura omnium quæ ſub illo genere ſunt. Sed omnes homines ſunt unius generis: Ergo debent reduci ad unum, tanquam ad menſuram omnium eorum. Et cùm ſummus Antiſtes & Imperator ſint homines, ſi concluſio illa eſt vera, oportet quòd reducantur ad unum hominem. Et cùm Papa non ſit reducendus ad alium: relinquitur, quòd Imperator, cum omnibus aliis, ſit reducendus ad ipſum, tanquam ad menſuram & regulam. Propter quod ſequitur etiam idem quod volunt. Ad hanc rationẽ ſolvendam, dico, quòd cùm dicunt, Ea quæ ſunt unius generis, oporteret duci ad aliquod unũ de illo genere, quod eſt metrum in ipſo: verum dicunt. Et ſimiliter verum dicunt, dicentes, quòd omnes homines ſunt unius generis. Et ſimiliter verum concludunt, cùm inferunt ex his, omnes homines eſſe reducendos ad unum metrum in ſuo genere. Sed cùm ex hac concluſione ſubinferunt de Papa & Imperatore, falluntur ſecundùm accidens. Ad cujus B evidentiam ſciendum, quòd aliud eſt eſſe hominem, & aliud eſt eſſe Papam. Et eodem modo, aliud eſt eſſe hominem, aliud eſſe Imperatorem. ſicut aliud eſt eſſe hominem, aliud eſſe patrem & dominum. homo enim eſt, id quod eſt per formam ſubſtantialem, per quam ſortitur ſpeciem & genus, & per quam reponitur ſub prædicamento ſubſtantiæ. Pater verò eſt, id quod eſt per formam accidentalem, quæ eſt relatio, per quam ſortitur ſpeciem quandam & genus. & reponitur ſub genere ad aliud, ſive relationis. Aliter omnia reducerent ad prędicamentum ſubſtantiæ, cùm nulla forma accidentalis per ſe ſubſiſtat, abſq; hypoſtaſi ſubſtantiæ ſubſiſtentis: quod eſt falſum. Cùm ergo Papa & Imperator ſint, id quod ſunt, per quaſdam relationes: quia per Papatum & per Imperiatum, quæ relationes ſunt, altera ſub ambitu paternitatis, & altera ſub ambitu dominationis: manifeſtum eſt, quòd Papa & Imperator, in quantum hujuſmodi habent reponi ſub prædicamento relationis: & per conſequens, reduci ad aliquod exiſtens ſub illo genere. Unde dico, quòd alia eſt menſura ad quam habent reduci, prout ſunt homines: & alia, prout ſunt & Papa & Imperator. Nam prout ſunt homines, habent reduci ad optimum hominem, qui eſt menſura omniũ aliorum, & idea, ut ita dicam: quiſquis ille ſit, ad exiſtentem maximè unum in genere ſuo, ut haberi poteſt ex ultimis ad Nicomachum. In quantum verò ſunt relativa quædam, ut pa-

A tet, reducenda ſunt vel ad judicem, ſi alterum ſubalternatur alteri: vel in ſpecie communicant per naturam relationis: vel ad aliquod tertium, ad quod reducantur, tanquam ad communem unitatem. Sed non poteſt dici, quòd alterum ſubalternetur alteri: quia ſic alterum de altero prædicaretur, quod eſt falſum. Non enim Decius imperator eſt Papa, nec è converſo. Nec poteſt dici, quòd communicent in ſpecie: cùm alia ſit ratio Papæ, alia Imperatoris, in quantum hujuſmodi. Ergo reducuntur ad aliquid in quo habĕt uniri. Propter quod ſciĕdum, quòd ſicut ſe habet relatio ad relationĕ, ſic relativum ad relatũ. Si ergo Papatus & Imperiatus, cùm ſint relationes ſuperpoſitionis, habeant reduci ad reſpectum ſuperpoſitionis, ad quod reſpectu cum ſuis differentialibus deſcendunt: Papa & Imperator cùm ſint relativa, reduci habebunt ad aliquod unum, in quo reperiatur ipſe reſpectus ſuperpoſitionis, abſque differentialibus aliis. Et hoc erit vel ipſe Deus, in quo reſpectus omnis univerſaliter unitur: vel aliqua ſubſtantia Deo inferior, in qua reſpectus ſuperpoſitionis, per differentiã ſuperpoſitionis, à ſimplici reſpectu deſcendens, particuletur. Et ſic patet, quòd Papa & Imperator, in quantum homines, habent reduci ad unum: in quantum verò Papa & Imperator, ad aliud: & per hoc patet ad rationĕ.

Poſitis & excluſis erroribus, quibus potiſſimè innituntur, qui Romani principatus auctoritatem dependêre dicunt à Romano Pontifice: B redeundum eſt ad oſtendendum veritatem hujus tertiæ quæſtionis, quæ à principio diſcutienda proponebatur: quæ quidem veritas apparebit ſufficienter, ſi ſub præfixo principio inquirendo, præfatam auctoritatem immediatè dependêre à culmine totius entis oſtendero, qui Deus eſt. Et hoc erit oſtenſum, vel ſi auctoritas Eccleſiæ removeatur ab illa, cùm de alia non ſit altercatio: vel ſi oſtenſivè probetur, à Deo immediatè dependêre. Quòd autem auctoritas Eccleſiæ non ſit cauſſa Imperialis auctoritatis, probatur ſic: Illud, quo non exiſtente, aut quo non virtuante, aliud habet totam ſuam virtutem, non eſt cauſſa illius virtutis: Sed Eccleſia non exiſtente, aut non virtuante, Imperium habuit totam ſuam virtutem: Ergo Eccleſia non eſt cauſſa virtutis Imperii, & per conſequens, nec auctoritatis, cùm idem virtus ſit & auctoritas ejus. Sit Eccleſia a; Imperium b, auctoritas ſive virtus Imperii c. Si non exiſtente a, c eſt in b; Impoſſibile eſt, a eſſe cauſſam ejus quod eſt c eſſe in b: cùm impoſſibile ſit, effectum præcedere cauſam in eſſe. Adhuc, ſi nihil operante a, c eſt in b: neceſſe eſt, a non eſſe cauſſam ejus quod eſt, c eſſe in b: cùm neceſſe ſit ad productionem effectus præoperari cauſſam, præſertim efficientem, de qua intenditur. Major propoſitio hujus demonſtrationis declarata eſt in terminis. Minorem Chriſtus & Eccleſia confirmat: Chriſtus naſcendo & moriendo, ut ſuperiùs dictũ eſt: Eccleſia, cùm Paulus in Actibus Apoſtolorum dicat ad Feſtum: Ad tribunal Cæſaris ſto, ubi me oportet judicari. Cùm A etiam angelus Dei Paulo dixerit parum pòſt: Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſſiſtere. Et infrà iterum Paulus ad Judæos exiſtentes in Italia: Contradicentibus autem Judæis, coactus ſum appellare Cæſarem, non quaſi gentem meam habens aliquid accuſare, ſed ut eruerem animam meam de morte. Quòd ſi Cæſar jam tunc judicandi temporalia non habuiſſet auctoritatem, nec Chriſtus hoc perſuaſiſſet, nec angelus illa verba nunciaſſet: nec ille qui dicebat, Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto, incompetentem judicem appellaſſet. Si etiam Conſtantinus auctoritatem non habuiſſet in patrocinium Eccleſiæ, illa quæ de Imperio deputavit ei, de jure deputare non potuiſſet. Et ſic Eccleſia, illa collatione uteretur injuſtè: cùm Deus velit oblationes eſſe immaculatas. Juxta illud Levitici: Omnis oblatio, quam conferetis Domino, abſque fermento erit. Quod quidem præceptum, licèt ad offerentes faciem habere videatur: nihilominùs eſt per conſequens ad recipientes. Stultum enim eſt credere, Deum velle recipi, quod prohibet exhiberi. Cùm etiam in eodem præcipiatur Levitis: Nolite contaminare animas veſtras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi ſitis. Sed dicere quòd Eccleſia abutatur patrimonio ſibi deputato, eſt valde inconveniens: ergo falſum erat illud, ex quo ſequebatur.

Ampliùs, ſi Eccleſia virtutem haberet authorizandi Romanum principem, aut haberet à Deo, aut à ſe, aut ab Imperatore aliquo: B aut ab univerſo mortalium aſſenſu, vel ſaltem ex illis prævalentium. Nulla eſt alia rimula, per quam virtus hæc ad Eccleſiam manare potuiſſet. Sed à nullo iſtorum habet: Ergo virtutem prædictam non habet. Quòd autem à nullo iſtorum habeat, ſic apparet. Nam ſi à Deo recepiſſet, hoc fuiſſet aut per legem divinam, aut per naturalem. Quia quod à natura recipitur, non tamen convertitur. Sed non per naturalem: quia natura non imponit legem, niſi ſuis effectibus: cùm Deus inſufficiens eſſe nõ poſſit, ubi ſine ſecundis agentibus aliud in eſſe producit. Unde cùm Eccleſia non ſit effectus naturæ, ſed Dei dicentis: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et alibi, Opus conſummavi quod dediſti mihi ut faciam: manifeſtum eſt, quòd ei natura legem non dedit. Sed nec per divinam: Omnis namque divina lex, duorum teſtamentorum gremio continetur: in quo quidem gremio reperire non poſſum, temporalium ſolicitudinem ſive curam ſacerdotio primo vel noviſſimo commendatam fuiſſe. Quinimò invenio, ſacerdotes primos ab illa de præcepto remotos, ut patet per ea quæ Deus ad Moyſen: & ſacerdotes noviſſimos, per ea quæ Chriſtus ad diſcipulos. Quam quidem ab eis eſſe remotam poſſibile non eſt, ſi regiminis temporalis auctoritas à ſacerdotio demanaret, cùm ſaltem in authorizando ſollicitudo proviſionis inſtaret: & deinde cautela cõtinua, ne authorizatus à tramite rectitudinis deviaret. Quòd

au-

A autem à ſe non receperit, de facili patet ſic: Nihil eſt quod dare poſſit, quod non habet. Unde omne agens aliquid, actu eſſe tale oportet, quale agere intendit: ut habetur in iis quę de Simpliciter ente. Sed conſtat, quòd ſi eccleſia ſibi dedit illam virtutem, non habebat illam priuſquam daret ſibi. Et ſic dediſſet ſibi quod non habebat: quod eſt impoſſibile. Quòd verò ab aliquo Imperatore non receperit, per ea quæ ſuperius manifeſta ſunt, patet ſufficienter. Et quòd etiam aſſenſu omnium vel prævalentium non habuerit, quis dubitat? Cùm non modò Aſiani & Africani omnes: quin etiam major pars Europam colentium hoc abhorreat. Faſtidium etenim eſt, in reb. manifeſtiſſimis probationes adducere.

Item: Illud quod eſt contra naturam alicujus, non eſt de numero ſuarum virtutum: cum virtutes uniuſcujuſque rei conſequantur naturam ejus, propter finis adeptionem. Sed virtus authorizandi regnum noſtræ mortalitatis, eſt contra naturam Eccleſiæ: Ergo non eſt de numero virtutum ſuarum. Ad evidentiam autem minoris, ſciendum, quòd natura Eccleſiæ, forma eſt eccleſiæ. Nam quamvis natura dicatur de materia & forma, propius tamen dicitur de forma, ut oſtenſum eſt in Naturali auditu. Forma autem Eccleſiæ nihil aliud eſt quàm vita Chriſti tam in dictis quàm in factis comprehenſa. Vita enim ipſius idea fuit & exemplar militantis Eccleſiæ, præſertim paſtorum, maximè hujus ſummi, cujus B officium eſt paſcere oves & agnos. Unde ipſe in Johanne formam ſuæ vitæ relinquens: Exemplum, inquit dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et ſpecialiter ad Petrum, poſtquam paſtoris officium ſibi commiſit ut in eodem habemus: Petre, inquit, ſequere me. Sed Chriſtus hujuſmodi regimen coram Pilato abnegavit: Regnum, inquit, meum non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum non eſt hinc. Quod non ſic intelligendum eſt, ac ſi Chriſtus, qui Deus eſt, non ſit dominus Regni hujus, cùm Pſalmiſta dicat: Quoniã ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus. Sed quia, ut exemplar Eccleſiæ regni hujus curam nõ habebat: velut ſi aureum ſigillum loqueretur de ſe dicens, Non ſum menſura in aliquo genere: quod quidem dictum non habet locum, inquantũ eſt aurum, cùm ſit metrum in genere metallorum: ſed in quantum eſt quoddam ſignum receptibile per impreſſionem. Formale igitur eſt Eccleſiæ illud idem dicere, illud idem ſentire. Oppoſitum autem dicere vel ſentire, contrarium formæ ut patet: ſive naturæ, quòd idem eſt. Ex quo colligitur, quod virtus authorizandi regnum hoc, ſit contra naturam Eccleſiæ. Contrarietas enim in opinione vel dicto, ſequitur ex contrarietate quæ eſt in re dicta vel opinata: ſicut verum & falſum ab eſſe rei, vel non eſſe in oratione cauſatur, ut doctrina Prædicamentorum nos docet. Sufficienter igitur per argumenta ſuperiora ducendo ad inconveniens, probatum eſt auctoritatem Imperii ab Eccleſia minimè dependêre. A

Licet in præcedenti Capitulo ducendo ad inconveniens, oſtenſum ſit, auctoritatem Imperii ab auctoritate ſummi Pontificis non cauſari: non tamen omnino probatum eſt, ipſam immediatè depẽdere à Deo, niſi ex conſequẽti. Conſequens enim eſt, ſi ab ipſo Dei vicario non dependet, quod à Deo dependeat. Et ideo ad perfectam determinationem propoſiti oſtenſivè probandum eſt, Imperatorem ſive mundi Monarcham immediatè ſe habere ad principem univerſi, qui Deus eſt. Ad hujus autem intelligentiam ſciendum, quod homo ſolus in entibus tenet medium corruptibiliũ & incorruptibilium. Propter quod rectè à Philoſophis, aſſimilatur horizonti, qui eſt medium duorum hemiſphæriorum. Nam homo, ſi conſideretur ſecundum utramque partem eſſentialem, ſcilicet animam & corpus, corruptibilis eſt: ſi conſideretur tantum ſecundum unam, ſcilicet ſecundum animam, incorruptibilis eſt. Propter quod benè Philoſophus inquit de ipſa, prout incorruptibilis eſt, in ſecundo de Anima, cum dixit: Et ſolum hoc contingit ſeparari, tanquam perpetuum à corruptibili. Si ergo homo mediũ eſt quoddam corruptibilium & incorruptibilium, cũ omne medium ſapiat naturam extremorum: neceſſe eſt hominem ſapere utramque naturam. Et cùm omnis natura ad ultimum quendam finem ordinetur: conſequitur, ut hominis duplex finis exiſtat: ut ſicut inter omnia entia ſolus incorruptibilitatem & corruptibilitatem participat ſic ſolus inter omnia entia, in duo ultima ordinetur, quorum alterum ſit finis ejus, prout corruptibilis: alterum vero, prout incorruptibilis. Duos igitur fines ꝓvidentia illa inenarrabilis homini propoſuit B intendendos, beatitudinem ſcilicet hujus vitæ, quæ in operatione ꝓpriæ virtutis conſiſtit, & per terreſtrem paradiſum figuratur: & beatitudinem vitæ æternæ, quę conſiſtit in fruitione divini aſpectus: ad quam virtus ꝓpria aſcendere non poteſt, niſi lumine divino adjuta, quæ per paradiſum cœleſtem intelligi datur. Ad has quidem beatitudines, velut ad diverſas concluſiones, per diverſa media venire oportet. Nam ad primam, per Philoſophica documenta venimus, dummodo illa ſequamur, ſecundum virtutes morales & intellectuales operando. Ad ſecundam vero, per documenta ſpiritualia, quæ humanam rationem tranſcendit, dummodo illa ſequamur, ſecundum virtutes Theologicas operando, fidem ſcilicet, ſpem & charitatem. Has igitur cõcluſiones & media, licet oſtenſa ſint nobis hæc ab humana ratiõe, q̃ per philoſophos tota nobis innotuit hæc à Spiritu ſancto, q per Prophetas & Hagiographos, qui per coętérnũ ſibi Dei filiũ Jesvm Christvm, & per ejus diſcipulos, ſupernaturalẽ veritatẽ ac nobis neceſſariam revelavit, humana cupiditas poſterga-

A ret, niſi homines tanquam equi, ſua beſtialitate vagantes, in chamo & freno compeſcetentur in via. Proptet quod opus fuit homini, duplici ditectivo, ſecundum duplicem finem: ſcilicet ſummo Pontifice, qui ſecundum revelata humanium genus producetet ad vitam æternam: & Imperatote, qui ſecundum Philoſophica documenta genus humanum ad temporalem felicitatem dirigeret. Et cùm ad hunc portum vel nulli; vel pauci, & ii cum difficultate nimia pervenire poſſint, niſi ſedatis fluctibus blandæ cupiditatis, genus humanum liberum in pacis tranquillitate quieſcat. Hoc ſignum eſt illud, ad quod maximè debet intendere cutator orbis, qui dicitur Romanus princeps, ut ſcilicet io areola mortalium liberè cum pace vivatur. Cumque diſpoſitio mundi hujus, diſpoſitionem inhærentem cœlorum circumlationi ſequatur, neceſſe eſt ad hoc ut otilia documenta libertatis & pacis commodè locis & temporibus applicentur, iſta diſpenſari ab illo curatore qui totalem cœlnrum diſpoſitionem præſentialiter intuetur. Hic autem eſt ſolus ille, qui hanc præordinavit, ut per ipſam ipſe provideos ſois ordinibus quæque connecteret. Quod ſi ità eſt, ſolus eligit Deus, ſolus ipſe cõfirmat, cũ ſuperiorem nõ habeat. Ex quo haberi poteſt ulterius, quòd nec iſti qui nunc, nec alii cujuſcunque modi dicti ſunt Electores, ſic diceodi ſunt: quin potius denunciatores divinæ prudentiæ ſunt habendi. Unde fit, quòd aliquando patiantur diſſidium, quibus deuunciandi dignitas eſt indulta: vel quia omnes, vel quia quidam eorum, nebula cupiditatis obtenebrati, divinæ diſpenſationis faciem non diſcetnunt. Sic ergo patet, quòd auctoritas temporalis Monarchæ, ſine ullo medio, in ipſum de fonte univerſalis auctoritatis deſcendit. Qui quidem fons in arce ſuæ ſimplicitatis unitus, in multiplices alveos influit, ex ahundantia bonitatis divinæ. Et jam ſatis videor metã attigiſſe propoſitam. Enucleata namque veritas eſt quæſtionis illius, qua quætebatur, utrum ad bene eſſe mundi neceſſarium eſſet Monarchiæ officium? ac illius, qua quærebatur, an Romanus populus de jure Impetium ſibi adſciverit? nec non illius ultimæ, qua quærebatur, an Monatchę auctoritas à Deo, vel ab alio dependeret immediatè? Quę quidem veritas ultimę quæſtionis non ſic ſtrictè recipienda eſt, ut Romanus princeps in aliquo Romano Pontifici non ſubjaceat: cum mortalis iſta fœlicitas quodãmodò ad immortalẽ fœlicitatẽ ordinetur. Illa igitur teverẽtia Cæſar utatur ad Petrũ, qua primogenitus fili9 debet uti ad patrẽ: ut luce paternæ gratiæ illuſtratus, virtuoſius orbem terræ irradiet. Cui ab illo ſolo præfectus eſt, qui eſt omnium ſpiritualium & temporalium gubernator. A

B *EXPLICIT LIBER MONARCHIÆ DANTIS ALIGHERII DE Florentia.* B

CHRONICA MAGISTRI JORDANIS

QUALITER ROMANUM IMPERIUM TRANSlatum fuit in Getmanos, & primo quare Romanum imperium ſit hohorandum.

MULTIFARIE multisq; modis Dominos univerſorum, in diebus ſuæ catnis, dignatus eſt hoorare Romanum impetium, dando in ſemetipſo exemplum Dominus & magiſter, Romanum imperium fore ab omnibus honorandum. Honoravit quidem Dominus Cæſarem ſive Romanum regem, mundum ingrediens, in mundo progrediens, & mundũ egrediẽs: verbi gratia, mũdũ iſtũ ſecundũ carnẽ. Et ingrediens in duob. honoravit Romanũ imperiũ Primò in hoc, q tẽp9 ſni advẽtus per ipſum Cæſarẽ totũ orbem pacavit, ut per ipſius Domini præſentiam pax eſſet in univerſa terra, ad ſignificandum quòd ipſe eſſet pax noſtra, & per eum, ut dicit Apoſtolus ad Coloſſ. recocilianda erant omnia quæ ſunt in cœlo & in terra. Unde Pſalmiſta, poſuit prodigia & judicia futuræ reconciliationis ſuper terram, auferens bella uſque ad fines terræ, & alibi. Secuodò, ingreſſu ſuo approbavit & honoravit Romanum imperium: mox ut natus eſt, cenſui Cæſaris ſe ſubdendo. Unde Auguſtinus in gloſſ. ſuper Evangelium Lucæ ſic dicit: Humilitas Chriſti commendatur, quia non ſolum incarnari voluit, ſed etiam naſci illo tempore, in quo natus & mox cenſui ſubderetur. Natus eſt eoim in diebus profeſſionis: quando ſinguli ibant in ſuas civitates unde oriundi erant, ut profiterentur tribum ſuam, cenſum & tegem. Si ergo Dominus mundum ingrediens dopliciter hoooravit Romanum imperium, ſive Cæſarem; & univerſum mundum miniſterio pacando, & cenſui Cæſaris ſe ſubjiciendo: Itẽ, Domin9 in dieb. ſuæ carnis ꝓgrediẽs in hoc mũdo, Romanum imperiũ dupliciter honoravit. Primò, qa noo ſolũ dedit ei tributũ, ſed etiã ꝑcepit ꝓ ſe dari & beato Petro, ut legitur Marci 12. cap. Secũdò, quia nõ ſolũ tributũ ei dedit, ſed etiã præ-

A præcepit ei dari, Matth. 22. cap. Reddite Cæſari quæ ſunt Cæſaris, &c. Auguſtinus ſuper hoc dicit, Cenſum & tributum. Item Dominus egrediens mundum, bis honoravit Cæſarem ſive Romanum imperium. Primùm, dum dicentibus Apoſtolis, Ecce duo gladii hic; Dominus reſpondit, Satis eſt. Ecce duo gladii, qui duas poteſtates ſignificant, hîc in præſenti ſæculo ſatis ſunt. Et quid eſt dicere, Satis eſt, niſi, ſufficit & nihil deeſt? Proteſtatus ergo Dominus eſt ſua ipſius voce, poteſtatē ſacerdotalem & imperialem, quæ tunc maximè vigebat, mundo ſufficere: & ei quo ad regnum, tam in ſpiritualibus quam in temporalib. hic deeſſe. Unde Galaſius papa diſt 96. duo dicit: Duo ſunt quibus hic mundus principaliter regitur, Pontificalis authoritas, & Regalis poteſtas. Hæc ſunt principales poteſtates, per quas Deus diſcernit & diſtribuit vitam humano generi, ut genus humanum per juris regulas ad vitandū mala, & faciendū bona ſalubriter informetur. Secūdò, Dominus morte inſtāte honoravit Romanū imperiū. Dum enim Pilatus jactaret ſe de poteſtate quam haberet in Chriſtum, & diceret ei, Neſcis quia habeo poteſtatem crucifigere te, & dimittere te? ut dicit Joannes. reſpondit: Non haberes ullam poteſtatem in me, niſi datum eſſet tibi deſuper. Et ſecundum gloſſ. duobus modis exponitur: uno modo ſic: Deſuper, id eſt, à Deo, qa non eſt poteſtas niſi à Deo. vel deſuper, id eſt, à Cæſare, qui Pilatum præfecerat in præſidem.
B Unde ſuper his verbis, Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris. dicit gloſſ. Judæi terrent Pilatum in Cæſare, quem non poteſt, ut authorem ſuæ poteſtatis, contemnere: Deus enim fuit author poteſtatis Cæſaris. Secundum hūc poſteriorem intellectum, Deus in verbis iſtis multum commendat Romanum imperium. Oſtendit enim, poteſtatem Cæſaris aliis poteſtatibus mundanis præeminere, & ipſas ſub Cæſaris contineri. Quid eſt enim poteſtatem deſuper dari, niſi dari ab eo cujus ſupereminet poteſtas in alias poteſtates mundanas, tanquam inferiores, & minores ſub ſe continet & concludit? Item non ſolum Dominus honoravit & honorat Romanum imperium in hoc, quòd Romano imperio ſtante & durante, non veniet homo peccati, filius perditionis, ut legitur in epiſtola ſecunda ad Theſſal. cap. 2. ubi dicit Apoſtolus: Qui tenet, teneat, donec de medio fiat, & tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus interficiet ſpiritu oris ſui. Super verbis iſtis Apoſtoli, dicit Gloſſ quòd Apoſtolus in his verbis, Qui tenet, teneat &c. Romanum imperium deſignat, quo deſtructo veniet Antichriſtus. Deinde Romanum imperatorem, qui Romanum imperium ſive mundum tenet, de Rege ad regem ſucceſſivè ſignificare, donec de medio auferatur. De medio enim auferri, eſt de communi conſpectu hominum auferri. Auguſtinus in ſecundo libro de civitate Dei, ſuper his verbis Apoſtoli ſic dicit: Illud quod dicit Apoſtolus, Tantùm ut qui modò tenet, teneat donec de medio fiat: non abſurdè de Romano imperio creditur dictum, tanquam dictum ſit: Qui modò imperat, donec de medio fiat, id eſt, de medio tollatur. & tunc revelabitur ille iniquus, quo ſignificari Antichriſtum nemo ambigit. Magnus honor eſt Romano imperio, quod Dominus in hoc præ cæteris ipſum privilegiare dignatus eſt, quòd non veniet Antichriſtus, Chriſti & membrorum ejus adverſarius, niſi prius Romanum imperium penitùs ſit ablatum. Ablato autem Romano imperio erit tribulatio tanta & talis, qualis & quanta ut legitur in Matthæo, non fuit ab initio mundi uſque nunc. In diebus illis tantum abundabit iniquitas & infidelitas, ut in errorem ducantur, ſi fieri poteſt, & electi. Et hujus tribulationis graviſſimæ & maximæ tempora priora videntur tempora pacis fuiſſe. Unde Pſalmiſta: Orietur in diebus ejus juſticia & abundantia pacis, donec auferatur luna: id eſt. Romanum imperium, quod per lunam deſignatur. Unde Apoſtolus Timotheo ſcribit: Hoc autem ſcito, quòd in diebus noviſſimis inſtabunt tempora periculoſa: & ideo inſtabunt, quia prius non fuerunt ita periculoſa.

Nota. & durabit illa tribulatio tribus annis & dimidio, ut dicitur in gloſſ. Matth & Marc. & colligitur hoc ex Apocalypſi Johannis, & Daniele. Sicut autem Chriſtus dominus & magiſter omnium in ſemetipſo Romanum imperium honoravit: ita beatus Petrus, cui Dominus eccleſiam ſuam regendam commiſit, honorari præcepit in epiſtola ſua dicens, Deum timete, Regem honorate. Utinam Germani ad quos mundi regnum eſt translatum, ſaperent & intelligerent. ac noviſſima providerent. Utinam ſaperent juſticiam, & eum diligerent, & regem quem eis Deus loco juſticię poſuit, reverenter intenderent, & ſicut Dei miniſtro honorem debitum exhiberent Utinā exaltati per Romanum imperium, & dilatati, magnitudinem bonorum in eos collatorum intelligerent, & non eſſent ignari Utinā principes, præſertim hi ad quos pertinet jus & juſticia & poteſtas eligendi Regem Imperatorem primò, poſtmodum pericula quæ venient ſublato Romano Imperio, prævidérent. Dum enim ſublatum fuerit Romanum imperium, tribulatio tanta erit in mundo, quòd niſi dies illius tribulationis (ut dicitur in Matth. & Marco) fuiſſent breviati, nō fieret ſalva omnis caro. Utinā ergo Germani, ad quos & in quos Imperiale regnū translatū eſt, hujus regis quē Deus poſuit in prodigium ſuper terram, providerent, & ſublationem ejus pertimerent. Licet enim neceſſe ſit ut veniant ſcandala, væ tamen illis per quos ſcandala ſunt ventura.

Qui dicuntur Germani electores.

ET attende quod Treverenſis, Colonienſis & Moguntinenſis. civitates & diœceſes, populi ſunt Germani: & eorum Archiepiſcopi

A piſcopi debent Imperatorem eligere adjuncto
ſibi Comite Palatino, à palatio quod eſt in ci-
vitate Treverenſi, quod olim fuit domus re-
gni: à quo dicuntur Majores domus, qui mo-
dò dicuntur Comites Palatini. Et hi dicuntur
Germani, quia de eodem germine nati cum
Romanis, videlicet de germanis, Aenea ſcili-
cet & Priamo juniore. Dicuntur Germani,
quaſi Romanorum germine germinati. Illius
enim imperator illam terram Romano ſube-
git imperio, & eam Romanis habitantibus oc-
cupavit. & propter hoc debitus ordo require-
bat ut ſicut Romani tanquam majores ſacer-
dotium, ſic Germani tanquam minores regnũ
obtinerent: de eodem enim fonte ſive germi-
ne Regnum & Sacerdotium proceſſerunt.
Quòd autem Saxoniæ dux & Brandeburgenſis
Marchio ad Regis ſeu Imperatoris electionem
ſunt vocandi, hoc eſt poſtmodum per quan-
dam neceſſitatem introductum: quia ad tem-
pus translationis Imperii de Græcis in Ger-
manos, quæ facta fuit ſub Carolo rege magni-
fico, Saxones vel non erant, vel in fide novelli
erant. ac ut tanto commodius in fide & fideli-
tate retinerentur, ad electionem admiſſi ſunt,
cùm eſſent quoque potentes, & magnarum
virium principes. Item nota, quòd cum
Antichriſtus venturus non ſit, niſi prius Im-
perium deſtruatur: indubitanter omnes illi
qui ad hoc dant operam ut non ſit imperium,
quantum ad hoc; ſunt præcurſores & nuncii
Antichriſti. Caveant ergo Romani & eorum
B Pontifices, ne peccatis & culpis ſuis exigenti-
bus, juſto Dei judicio ſacerdotium ab ipſis au-
feratur. Caveant nihilominus præſules, &
principes Germani, ne ipſi per ambitionem
temporalis poteſtatis, jura ſibi & poſſeſſiones
Imperii vendicent & uſurpẽt: quia, ſicut pri-
us dictum eſt, neceſſe eſt ut veniant ſcandala,
væ autem illis per quos ſcandala fiunt. Neceſ-
ſe eſt, quia tãtus ardor dominãdi & habẽdi cor
eorũ occæcavit ut nec velint facere veritatẽ q̃
noverunt, nec ab aliis audire quàm ignorant.
ſicut ſcriptum eſt: Oculos habent, & non
videbunt: aures habent, & non audient, &c.
Sunt quidam hujus temporis clerici & laici,
ſubditi & prælati, qui annales principum &
geſta veterum ignorantes, Gallorum, Germa-
norum, & Francigenarum & Francorum ori-
ginem & differentiam neſcientes, ſpiritu in-
dignationis inflati, hujuſmodi vel in corde
vel in ore faciant quæſtionem: Qualiter ſum-
mus Pontifex Romanum imperium per ma-
nus magnifici Caroli de Græcis tranſtulit in
Germanos? populum tam rudem, ineptũ: qui
cùm ſe ipſos neque in ornatu veſtium, nec in
morum compoſitione regere ſciãt, quomodo
regnum totius Eccleſiæ gubernabunt? Vel i-
deo utique Imperium remanſiſſe debuit apud
Romanos: vel ſi transferendum fuit tũc trãſ-
ferri potius debuit in Gallos: præſertim cùm
hoc tempore Carolus fuerit rex Francorum,
& Galli ſint homines qui omnibus conſi-
deratis ſint cunctis hominibus præferendi.
Ne igitur propter hujuſmodi cogitantium
ſuggeſtionem humana temeritas immutare A
præſumat ſtatum ſacri Imperii (quod non eſt
dubium, ſancti Spiritus ordinatione, ſecun-
dum qualitatem ipſam & exigentiam merito-
rum humanorum gubernari & diſponi) vi-
deatur expediens, ut quædam antiquitates ex
multorum ſcriptis collectæ recitentur, ad de-
monſtrandum quòd non eventu vel caſu for-
tuito, ſed magis ſanctorum principum a-
ctum eſt ſolertia, ut Romanum imperium non
apud Romanos remanere debuerit, vel trans-
ferri in Gallos, ſed potius in Germanos. Unde
primò dicendum eſt de Gallis, poſtea de Ger-
manis, Francis, & Francigenis: & tandem
quorundam regum nomina & geſta ſumma-
riè & compendioſè perſequar, ut per hoc ap-
pareat veritas propoſitæ quæſtionis.

Diviſio Galliæ, & de Germanis, Francis ac Francigenis, & de habitu aut interpretatione eorundem.

SCiendum eſt, quòd Gallia Europæ pro-
vincia habens in Oriente Rhenum, ma-
gnum fluvium, in Meridie alpes Italiæ, in
Occidente terminos Hiſpaniæ, & in Aqui-
lone mare Britanniæ & Friſiæ. Et Gallia tri-
fariè dividatur, videlicet in Galliam Coma-
tam (illi enim Galli quadam negligentia co-
mam creſcere permittebant) ipſa ſiquidem
Gallia ornatui tegumentorum lineorum & B
laneorum multum intendebat. Et dicun-
tur Galli ſecundum quoſdam, à nitore cor-
porum: γαλα enim Græcè, Latinè lac. &
hanc expoſitionem vocabuli ego reprobare
non debeo, tanquam ab antiquis traditam.
Verum etiam eſt quod reſpectu Hiſpanorum
vel Maurorum, nitent corpore aliquantu-
lum albiores: reſpectu verò circumjacenti-
um provinciarum, videlicet Saxonum &
Anglorum, nullatenus à nitore corporum
dici poſſunt. Hujuſmodi igitur dictis anti-
quorum videtur, quòd non incongruè Galli
dicuntur propter proprietates quas habent
gallo communes: quæ ſunt utique triplices,
videlicet malæ, bonæ, & optimæ. Proprieta-
tes itaque galli mali ſunt iſtæ, ſuperbus, cla-
moſus, luxurioſus, inconſtans, pronus ad li-
tes, pronus ad pacem. unde etiam Galli qui has
proprietates habent, proni ſunt vel ad bella,
vel ad pacem, & ſunt de vili Gallicorum ſemi-
ne. Proprietates vero boni ſunt iſtæ, pulcher
corpore, ſed pulchrior plumatus quàm de-
plumatus. veſtitus quàm nudus, audax, hila-
ris. amativus & liberalis: & ideo quorum
Gallici has proprietates habẽt, de nobili Gal-
licorum proſapia proceſſerunt, & bona con-
ſuetudo in eis ſe mutavit in meliorem. Porrò
hæ ſunt proprietates galli optimi, circumſpe-
ctus, vigilans, ſe primo ante alias excitans gal-
linas, ſubditos ſuos bene regens, & fœcundãs:
granum ex palea eliciens, & illud propriè diſ-
tribuens. Hæ ſunt proprietates ſpirituales
& myſticæ, quibus pollent præ cæteris boni
& idu-

A & idonei p̃lati. Et hæc de interpretatione Gallorum & Galliæ.

Qui primitùs munitiones & caſtra ad Rhenum inſtitu e.

PRimò ſciendum eſt, quòd poſt Trojæ deſtructionem Æneas & Priamus, magni Priami nepos, cum multis tyrannis & magno exercitu peragrantes Africam, pervenerunt ad Italiam: in qua Æneas cum ſuo populo regnum cœpit inſtituere. Sic vera habet hiſtoria. Priamus verò tráſiens in Galliam, Gallicos qui ſupra Rhenum morabantur de terminis ſuis expulit, & verſus Occidentem retrocedere coegit; ibiq; munitiones & caſtra inſtituens, Trojam videlicet minorem, quæ nunc Xanthus dicitur, & Verona Boona nuncupatur. per diœceſim Colonienſem conjuges accepit cum ſuo exercitu, de mulieribus Teutonicis, eo quòd eſſent corpulentæ & habiles ad prolem fortiorem propagandam. Proceſſerunt enim à Teutonia Gigantes, ex quo Teutonici nuncupati ſunt. Et ex iis dictis mulieribus filios & filias genuerunt ac ipſorum idioma didicerunt.

De parte exercitus Priami.

TAndem reliquiæ exercitus Priami, cum Treverenſibus pacem firmaverunt, & amicitiam: ibi ſedem regni illius provinciæ id eſt Galliæ poſuerunt. Eſt etiam Treverenſis civitas, omnium civitatum & regnorũ
B totius Europæ antiquiſſima. Fundata erat octavo anoo nativitatis Abrahæ. à Trebeta filiò Nini. qui Semiramidem novercam fugiens, ne cum ipſa inceſtum cogeretur committere, illuc devenit: ibiq; civitatem conſtituit, quam pro ſuo nomine Treverim nominavit Exercitus autem Æneæ, qui in Italia apud Latinos reſederat, iſtos populos, videlicet exercitus Priami, qui Galliã occupaverãt. lingua Latina Germanos appellabat, eo ꝙ illi & iſti de tyrãnorum germine proceſſerant Tandem cum hi Germani multiplicati eſſent, miſerunt partem exercitus in Turingiam ultra Rhenum: & ibidem regnum inſtituentes, multo tempore reges habuerunt, reges Crinitos: quorum un⁹ erat Baſinus, de quo infrà mentionem faciam. Et propter has cauſas ſucceſſu temporis tota Teutonia, tanquam à digniori Germania eſt vocata.

Quare dicuntur Germani.

SAlvis igitur deſcriptionibus quæ dicunt, Germaniam Rhenũ habere in meridie, & eam eſſe dictam Germaniam à germinãdo, cùm tamen illis realis veritas quodammodo contradicere videatur.

De primo regno Germaniæ.

POſtremò cum regnum Romanorum adeò eſſet dilatatum, ut ferè totus mundus ei ſubderetur: venit Julius cum Romanis illam ſibi terram, videlicet primam Germaniam & totam Galliam ſubjiciens: & ibidem quàm A plura caſtra & civitates ædificans. totam Treverenſem, Colonienſem & Moguntinenſem diœceſim Romanis habitatoribus occupavit, antiquam germanitatem inter Romanos & illos Germanos renovando.

De pugna Germanorum contra Alanos.

POſtea autem quidam populi qui Alani dicti ſunt, ſe Romanis opponebãt: unde exiit edictum à Senatu & populo Romano, ut quicunque illos Alanos compeſcerent, immunes & liberi à tributo decem annis eſſent. Quo audito, Germani tam propter dignitatẽ Romanorum, quàm propter libertatem tuendam, Alanus cum exercitu copioſo ſunt aggreſſi, & ipſos Romano Imperio ſubdiderunt.

Quare Franci, & liberi Germani.

AB illo tempore præfati Germani liberi ſunt vocati: & propter hoc uſq; in præſentem diem, populus ille procurationes, exactiones violentas, decimas vel tributa naturaliter dedignatur, quia per hujuſmodi viles ſervi conditiones in aliquo ſuæ libertati derogetur. Iſti verò Franci, Germani & Gallici Comati (quæ omnia unam gentem ſignificant ſive determinant) cũ in tantũ germinaſſent ꝙ terra illa illos cõmodè capere nõ poſſet, miſerunt partem militiæ verſus Orientem ultra Rhenum, qui uſque hodie Franci orientales cum Francis Germanis in idiomate Teutonico concordant: licet illi craſſiori, & iſti modo B mitiori pronuncient, ſed habitu veſtium & aliis modis in moribus diſcordant.

De Francis qui Gallici dicuntur.

ALiam vero partem militię miſerunt verſus Occidentem inter Sequanam & Ligerim, fluvios famoſos: qui ibidem cum mulieribus Gallicis contrahentes. filios & filias genuerunt ex eiſdem, & earum mores & linguam Gallicam didicerunt: & uſq; modo Francigenæ, quaſi à Francis geniti: & eorum terra Francia nominatur, à Germanis ſive Frãcis idiomate diſcordantes, ſed exteriori habitu conformes.

In quibus differant Franci Gallici à Francis Germanis.

HOc excepto quod Francigenæ cultui veſtium, & aliis moribus juvenilibus. ſicut torneamentis & cantilenis & ornatui capillorum tanquam juniores vacant & dant operam: Franci vero tanquam ſeniores, ſerio ſe exercent, & diſcordia plurimùm occupantur, ex veteri Romanorum germanitate quodammodo.

De pluribus regnis Germaniæ.

IN iſta igitur provincia quæ Gallia dicitur, & modo à Germanis & Gallicis, Francis & Frãcigenis poſſidetur, quãdoq; unũ, quãdoq: plura fuerũt regna: aliquãdo ſimiliter, aliquã-

do

A do ſucceſſivè, ſicut modò & diù fuit in Hiſpania. ubi licet plures ſint reges, tamen unum dicitur regnum Hiſpanorum. Et hæc diverſitas regnorum & tegum in Gallia multas facit diverſitates & contrarietates. In ſcripturis geſta & antiquitates Gallicorum & Getmanorum & Francorum deſcripſerunt, indifferenter his populis hæc nomina imponentes.

De gentilibus Regibus Germanorum & Gallicorum.

PReterea ſciendum eſt, quòd à Priamo ſuprà dicto uſq; ad Pharamundũ, & à Pharamundo uſque ad Hildricum, omnes ptincipes Gallicotum & reges Romanorum gentiles erant & pagani. Hildricus, qui Hildricus rex Francorum, cùm eſſet lubricus & luxurioſus, Francorum cotrupit filias, & uxores violavit: propter quod ejicientes eum ex regno, quendam alium Egidium Valerianum nomine in regem elegerunt. Hildricus verò ad Baſinum regem Turingiæ profugit, ſuum avunculum: ibique inceſtum faciens, Baſini conjugem clàm cognovit. Poſt VII verò annos mortuus eſt Valerianus, & Franci Hildricum revocaverunt: quem Baſina ſecuta eſt, Baſino derelicto. Et ſucceſſu temporis concepit & pepetit filium quem Clodoveum nominavit. Hunc Clodoveum ſic de adulterio gentilium procreatum, beatus Remigius baptizavit. Et ab iſto Clodoveo omnes reges Francorũ Chri-
B ſtiani, & ex ſucceſſione hæreditaria uſque ad Hildricum ultrò ſucceſſerũt. In illo tempore reges frequenter habitabant in Gallia Togata, videlicet Pariſius, eo quòd Gallia Belgica ad prædicationem ſancti Martialis, diſcipuli ſancti Petri, ad cultum Chriſtianum jamdudum converſa, teges non curaret, ſed ſub regibus ſuis majoribus regebatur.

Pipinus Groſſus.

SUb iſto Hildrico Pipinus Groſſus, ſecundus fuit poſt regem Major domus regiæ, quæ nunc eſt Palatium tutiſſimum: à quo Palatio dicuntur nunc comites Palatini, qui olim Majores domus dicebantur. Hic autem Hildricus rex erat popularis, habẽs mores regales, & quotidie trahebatur ad theatrum & ſpectaculum, in vehiculo cum bubalis, & ſuper eodem apparatu veſtium utebatur. Pipinus autem Major domus per omnia vir militaris & ſtrenuus, regnum ſolicitè & regaliter gubernabat ſub eodem Hildrico. Unde factũ eſt, ut ad procurationem dicti Pipini Groſſi, Papa, Barones & fideles regis ab ipſius fidelitate abſolveret: qui Hildrico deſtituto, Pipinum in regem elegerunt.

De Capitolio Colonienſi.

PIpini verò Majoris domus principale domicilium erat in Colonia Agrippina, in loco ubi nũc eſt monaſterium ſanctæ Mariæ in Capitolio. Hoc ſiquidem Plectrudis dicti Pipini Groſſi conjũx, fundavit in honorem genitricis Dei, ibique conventum monialium congregavit, & ipſum locum multis divitiis & ornatu ſublimavit. Tandem præfatus Pipinus conjugem ſuam Plectrudem pro tempore deſeruit, & ilico concubinæ Alpaidi adhæſit. Super quo dum beatus Lambertus Tũgrenſium & Trajectenſium epiſcopus Pipinũ argueret, Dudo dux Ardennæ, fratet præfatæ Alpaidis, ſanctum Dei Lambertum interfecit. Quo audito, rex Pipinus, videlicet quòd Chriſti ſacerdos pro ſuo peccato martyrium ſubiiſſet, rubore & verecundia confuſus, reverſus eſt Coloniam ad Plectrudem conjugem ſuam, Alpaide gravida derelicta. Cùm autem Alpais peperiſſet, cucurrit nuncius ad regem, ut ſibi de nativitate talis filii nunciaret. Sed inveniens Regem inter nobiles & cum ſua cõjuge ſedentem, dixit: Vivat rex, quia Karil: ſubtili verborum tegumento innuens, quòd Alpais ſibi pulchrum filium pepetiſſet. Eſt enim Karil lingua Germanica homo robuſtus, membra habens magna. Reſpondit rex: Bonũ, Karil. Iſte fuit primus Carolus Martellus dictus, qui expulſis legitimis filiis patris ſui, Drogone & Grimoaldo, patri ſuo ſucceſſit. Erat autem iſte tyrannus, multas clero & Eccleſiæ injurias & damna inferens: propter quod accidit, ut dum ipſe moreretur, internuncius Papæ ſomniavit in urbe, quòd Carolus Martellus rex Francorum corpore & anima duceretur in infernum. Miſit ergo Papa nuncios ad epiſcopum Trevetenſem, qui aperto monumento ſerpentem invenerunt miræ magnitudinis, corpore non reperto.

Iſte Carolus genuit Pipinum Nanum, qui reſpectu patris & avi Nanus videbatur, ſed aliàs in corpore mediocris.

Pipinus Nanus.

PIpinus Nanus duxit in matrimonio Thetbergam, ſororem Michaelis Imperatoris Romanorum. Erat autem diebus illis Romanum imperium apud Græcos. Ex qua Thetberga Pipinus genuit Carolum magnum. Iſte Pipinus Romanos ab infeſtatione Longobardorum liberavit, & Romanam eccleſiam multis divitiis & devotis obſequiis ſublimavit. Quo defuncto, Carolus Magnus ejus filius, ſuccedẽs ei in regno, ut quidam dicunt, anno ætatis ſuæ 18. accidit ut Papa iteratò auxilium Græcorum & Imperatoris advocaret contra regem Longobardorum, quia ſimultas erat illo tempore inter Romanos & eccleſiam. Et dum Græci falſa fide Romanis auxilium denegarent, tunc iterum recurſum habebant ad Carolum Pipini filium, & Imperatoris Græcorum conſanguineum. qui defectum ſupplevit avunculi, & Longobardiam cum exercitu copioſo ingreſſus, ipſum regem cum uxore & filio captivos in ipſam urbem deduxit: propter quod primò proclamatus eſt in Patricium Romanorum.

Trans-

A *Translatio imperii ad Carolum.*

POſt hæc Papa Græcis regnum abjudicans, ipſum Carolum in Romanorum Imperatorem (ut dicitur) renitentem conſecravit, anno ſui regni *12*. Imperavit autem annis *42*. & ætatis ſuæ anno *72*. mortuus, & humatus Aquiſgrani, ubi ſui ſancti nominis memoria quolibet anno ſolenniter celebratur. Unde quicunq; deſiderat ſcire iſtius ſancti viri virtutum inſignia, & qualiter in regno hujus ſeculi ſocietatem meruit angelorum, ad præfatum locum (Aquiſgranum ſcilicet) tranſeat, ibi geſtorum ejus merita pro laude perlegens Deo omnipotenti referat, qui glorioſi nominis propugnatorem Carolum prodigiis & miraculis tā in morte quàm in vita multipliciter honoravit. Verùm qualiter dictum regnum Francorum diviſum fuerit in Lothoringiam, Franciam & Germaniam: & Lotharingicum regnum devolutum fuerit ad Germaniam, & qualiter alter frater fratrē, & cōſanguineus cō ſanguineum de ſuo regno exterminavit, & multa alia regna, & aliorum geſta tanquam impertinentia prætermitto: præcipuè quia multi de hac materia diverſa & contraria ſcripſerunt, quandoque geſta unius Regis vel gētis ob amorem vel invidiam, aut etiam ignorantiam aliis attribuētes. Quæ omnia diſcuſſioni legentium committo, nunc revertens ad propoſitum principale.

B *Qualiter ſanctus Carolus inſtituit & præcepit, ut Imperium Romanorum remaneret perpetuò apud electionem Principum Germanorum.*

FActum eſt quòd ſanctus Carolus Magnus imperator de conſenſu & mandato Romani Pontificis ordinationem ſibi divinitùs inſpiratam inſtituit, & præcepit ut Imperium Romanorum apud electionem canonicam principum Germanorum in perpetuum remaneret. nec nō etiā verum Sāctuarium Dei, id eſt, regnum eccleſiæ jure hæreditario poſſideret, conſiderans quòd ipſe de Græcorum Romanorum & Germanorum germine directa linea proceſſiſſet: & quòd ipſe pater ſuus Pipinus primò, & ipſe Carolus ſecundò per Francorum, id eſt, Germanorum auxilium, Romanam urbem & Eccleſiam Dei à Lombardorum infeſtatione liberaſſet.

Qui principes Electores.

SUnt hi principes Germaniæ, Archiepiſcopus Treverenſis, archicancellarius Galliæ: archiepiſcopus Colonienſis, archicancellarius Italiæ: archiepiſcopus Moguntinenſis, qui eſt archicancellarius Germaniæ: & omnes Palatini, à quo olim Majores domus dicebantur, à qua dignitate progenitores Caroli originem traxerunt principalem. Porrò quòd ipſe Carolus rex Francorum extiterit, & ab illis regnum ex ſucceſſione ad eum fuerit devolutum, deinde Imperium, fuiſſet indecens, quòd ipſe filios eorum hæredes dignitate regia penitùs denudaſſet. A

De inſtitutione Regis.

STatuit igitur, ut Francigenæ cum quadam regni portione Francorum regem haberēt, de regali ſemine jure hæreditario ſucceſſurum, qui in temporalibus ſuperiorem non recognoſceret: cui videlicet, tanquam Imperatoris poſteritas, ad homagium vel aliud obſequium non teneretur.

Quomodo ſtudium Pariſios ſit translatum.

HInc regi & ſuo hæredi, recompenſationis regni defalcati adjecit Studium Philoſophiæ & liberalium artium. quod ipſe de urbe Roma in civitatem Pariſienſem trāſplantavit. Et eſt notatu dignum, quòd debitus neceſſarius ordo requirebat, ut ſicut Romani tanquam ſeniores Sacerdotio, ſic Germani vel Franci tanquam juniores Imperio, & ita Francigenæ & Gallici perſpicaciores ſcientiarum ſtudio ditarentur. & ut fidem Catholicam, quam Romanorum conſtantia firmiter tenet, virtus & Germanorum magnanimitas imperialiter tenere præcipiebat: & eadem Gallicorum argutiam & facundiam ab omnibus eſſe tenendam firmiſſimis approbaret rationibus, & demonſtraret. His ſiquidem trib. ſc. Sacerdotio, Imperio & Studio, tanquam tribus virtutibus, videlicet naturali, vitali, & ſcientiali, catholica Eccleſia ſpiritualiter mirificatur augmentatur & regitur. His itaq; tribus tanquā fundamento, pariete & tecto, eadem eccleſia tanquam materialiter proficit. B

Quare Sacerdotium habeat unam ſedem, Studium unum, & Imperium quatuor.

ET nota, quòd ſicut eccleſiæ materiali unum fundamentum & unum tectum ſufficit, ſed unus paries nō ſufficit: ſic Sacerdotio una ſedes principalis, videlicet Roma, & Studio unus locus, videlicet Pariſius, ſufficit. Sed Imperii quatuor loca principalia ſancti Spiritus ordinatione novimus attributa, quæ ſunt, Aquiſgranum, Arelatum, Mediolanum, & urbs Roma. Studeant igitur illi quorum intereſt, ut hujuſmodi domus integra maneat, & intacta, ne (quod abſit) partibus diſſolvatur, & fur ille Antichriſtus, vel ſui præcurſores intrent aliunde quàm per oſtium, & gregem oviū interficiant cum paſtore.

Quare dicantur reges Francorum.

VErùm à tempore prænotato, reges Francigenarum ſe fecerunt, & tanquam à digniori reges Francorum appellari voluerunt. Illi autem qui uſque ad hæc tempora reges Francorum dicebantur, non ſunt dicti reges Francorum à Francis orientalibus, qui ſunt homines groſſi & incompoſiti: neque à

A Francigenis occidentalibus, qui ſunt homines delicati & compoſiti: ſed à Francis Germanis, qui in veſtibus à Francigenis, & in moribus à Romanis non multum diſcordant. Sciendum eſt, quòd & poſt diſceſſum vel tranſitũ ſancti Caroli, multis temporibus Imperatores Romanorum de progenie ſua, & de regno Francorum, & non aliunde per principes Alemaniæ ſunt electi. Et quòd, licet in multis locis legatur, quòd ille vel ille rex Frãcorum, vel Imperator Romanus talem vel talem filiũ ſuum ſubſtituit in imperio: hujuſmodi totum intelligendum eſt, fuiſſe factum de electione Principum, & conſenſu. Poſtremò verò ſurrexerunt quidam reges Francorum, qui converſi in ſpiritum perverſitatis, præſumebant ſacrum Imperium non ſecundum canonicam electionem, ſed quaſi hæreditario poſſidere, & ſuper eo pro ſucceſſione contendere. Unde factum eſt, ut Imperatores tales à defenſione reip Romanorum & à protectione ſanctæ Eccleſiæ torpeſcerent: & inſuper eccleſias quas eorum progenitores fundaverant, & multis poſſeſſionibus & multis privilegiis dotaverãt, invaderent & turbarent, veſtigiis patrum ſuorum penitus deviantes.

Quare ceſſaverunt principes Alemaniæ eligere Imperatorem de regno Franciæ.

B PRopter quod principes Germaniæ electores Imperii dedignantes, de domo illa nullum Imperatorem recipere vel eligere voluerunt: & ſic de aliquo tempore vacabat imperium, licet (ut prædixi) rex Francorum faceret Imperatorem ſe vocare. Hæc Lombardi ſentientes, qui olim à Carolo Magno regia dignitate juſtè privati fuerant & Romanorum imperio confiſcati, ad eam ſe erexerunt audaciam, ut ſibi aliquos reges de facto eligerent: quos non ſolùm reges, ſed etiam Imperatores non timerent appellare. Propter quam inſolentiam, Germani graviter excitati ſuper hujuſmodi turbatione juris ſui, & deformatione ſacri Imperii generale cõcilium habuerunt cum principibus & nobilibus Saxoniæ, eo quòd ipſi nobiles de Francorũ gente eſſent orti. Rex enim Carolus, dum ipſe gentem Saxonum prius gladio materiali quàm ſpirituali ad fidem Chriſtianam convertiſſet, & eos nulla arte vel potentia in cultu Chriſtiano tenere poſſet, quin frequenter quaſi fera beſtia ſui regis abſentia ad gentilitatis redirent errorem: ipſe de populo Francorum viros elegit catholicos, majores, medios & minores, numero ducenta decem millia, & illos in Saxoniam tranſplantavit, diſtribuens eiſdem poſſeſſiones & terras, prout uniuſcujuſque ſtatus & conditio requirebat: & vice verſa conſimilem numerum de populo Saxonum duxit in Frãciam inferiorem: cuilibet ibidem etiam de terris & poſſeſſionibus providebat, ut ſic Franci in Saxonia fidem Chriſti colerent, & Saxones in Francia candem colere cogerẽtur.

Propter hanc itaque cauſam ſuper ſtatu Imperii Germani à Saxonibus, tanquam à ſuis fratribus conſilium & auxilium requirebant. A Conſenſu itaque unanimi & voluntate concordi decretum extitit, ut ab illo die in antea principes Saxoniæ, videlicet ipſe rex Carolus, dux Saxoniæ & comes, ad Imperatoris electionem cum principibus Germaniæ intereſſe tenerentur.

De electione Principis Othonis Saxoniæ, & quomodo Imperium pervenerit ad domum Ducum.

QUo facto proceſſerunt ad electionem, & invocato ſancti Spiritus favore, Dominum Ottonem ducem Saxoniæ in regẽ Romanorum & futurum Imperatorem concorditer elegerunt. Qui quidem magnificè & imperioſe Francorum regibus & Lombardis ſuper Romano Imperio perpetuum ſilentium impoſuit. Et quia de vacationibus & oneribus Romanum Imperium eccleſias & Pontificem Dei in Italia & Germania ſublevavit, quia in multis ſcripturis ſufficienter exprimitur, non oportet hìc narrare Porrò ab iſto tempore, per annos plurimos de domo ducum Saxoniæ Imperatores eligi conſueverunt, propter prædicti Ottonis & quorundam ſuorum ſucceſſorum ſtrenuitatem & benignitatem, quam frequenter infideles & ſanctam Eccleſiam exercebant: tandem etiam ex illa propagatione Reges exierunt, qui propter ferocitatem & tyrannidem Romani Imperii indignos ſe fecerunt. B Unde factum eſt, ut domus ducum Saxoniæ non ſolùm Imperio, verùm & ipſo ducatu, & omni dignitate principatus per juſtam principum ſententiam privaretur.

Quomodo ducatus Vueſtphaliæ & Angariæ, eccleſiæ Colonienſi ſit adjectus.

ARchiepiſcopus ſiquidem Colonienſis Philippus nomine, Saxoniam intravit cum exercitu Germanorum fidelium ſuorum, tribus milibus militum electorum: exceptis armigeris, equitibus, & exercitu pedeſtri, cujus non erat numerus. Et hoc modo tribus annis continuis Henricum patrem Ottonis Imperatoris, de quo totaliter venerabilem mentionem facere oportet, qui utiq; regẽ Angliæ poteſtatibus & viribus anteibat, impugnans penitus triumphavit, manu potenti ducatum Weſtphaliæ ac ducatum Angariæ ſibi auferens: quos ducatus eccleſia Colonienſis uſq; in præſentem diem poſſidet, & per Dei gratiam in perpetuum poſſidebit.

Quomodo Imperium pervenit ad domum Ducum Sueviæ.

TRanſlato itaq; Imperio ſereniſſimi principis Otthonis IIII Imperatoris, culpis eorum exigẽtibus, Electores vota ſua in

Frea

A Fredericum ducem Sueviæ dederunt, poſt ipſum quoſdam de ſois ſucceſſorihus & hæredibus in Reges eligentes. Sed utrum dictus Fridericus prece, vel precio. vel vitio Electorum gratiam meruerit, neſcio. Sed ſcio, quod Imperarores ab illo tempore parum. vel nihil operati ſunt laude dignum vel vituperio, de pleno conſilio & aoxilio principum Germanorum. imo per Suevos & Bavaros ac ulteriores Alemanos Imperium lahorare cœpit. Gubernabant ita, ut deinceps non regnum Germaniæ ſed regnum Alemaniæ nuncuparetur: & ita ſub Suevorum Imperio poteſtas & authoritas imperialis augeri deſiit, & vehementius decreſcere incepit: cujus decrementi cauſam & occaſionem ego relinquo Guelphis & Gebelinis diſputandam.

De Friderico ultimo.

VErumtamen qualis Fridericus ultimus fuerit, Propheta inſinuat, ubi dicit: Denudaſti gentem ſive domum Imperii uſque ad fundamentum, &c. Dicunt etiam quidam, à longis temporibus vaticinatum eſſe in Germania, quod de hujuſmodi Friderico Germaniæ radix peccatrix erumperet Fridericus nomine qui clerum in Germania & ipſam Romanam eccleſiam humiliavit vehemẽter. Dicunt prætereaquidam, aliud eſſe ihidem vulgare prophetatum: quòd de Carilingis, id eſt, de ſtirpe regis Caroli, & de domo Regum quidam Franciæ Imperator ſuſcitabitur Carolus
B nomine quierit princeps & monarcha totius Europæ, & reformabit Eccleſiam & Imperium, ſed poſt illum nunquam alius imperabit. Qui hujuſmodi vaticiniis & incertis prophetiis vult fidem adhibere, adhibeat. Ego cõtentus ſum quòd creator præſidet ſuæ creaturæ, & quòd juſto Dei & irreprehenſibili agitur judicio, ut ſecundum merita cleri & populi alii habeant advocatum alii nullum, ſed pro rege tyrãnum, ad vindictam reproborum. & ad exercitium electorum.

Qualiter baculus ſancti Petri miſſus eſt ad Alemaniam, ex inſpiratione Spiritus ſancti.

IStis præhabitis, velut ab alio inchoandum eſt exordio: veruntamen eodem nitendo fine, concludere nartanda cum narratis. Cũ itaque beatus Petrus apoſtolus, ad prædicandam Gallicis ſanctæ Trinitatis fidem, tres viros ſanctiſſimos deſtinaverat. ſcilicet Eucharium. Valerianum, & Maternum: & cum hi tres in quandam Galliæ Belgicæ provinciam, quæ dicitur Elſatia. perveniſſent: accidit ut beatus Maternus, in villa quæ Legia dicitur, aliàs Olii, infirmatus moritur: cujus corpus, Eucharius & Valerianus terræ commendantes, eadem qua venerant via, cum magna feſtinatione, ad urbem Romanam ſunt reverſi. Et dum ſtarent in præſentia ſancti Petri, dicebãt ei: Pater ſancte, ecce noſter collega Maternus mortuus eſt, & ſepultus. Et quia ultro abſque tuo mandato procedere non expedit. ſupplicamus ut alium loco ſuo nobis adjungas. Et reſpondit Petrus: Non eſt ſic faciendum: ſed hæc facta ſunt, ut manifeſtetur gloria Dei coram gentihus. Accipite hũc baculum meum, & cum ſepulturæ ad locum perveneritis, extrahite corpus de ſepulchro: & ſupponentes ſibi baculum, dicite illi: Materne. mandat tibi CHRISTVS JESVS, filius Dei vivi, & ſervus ejus Petrus, ut ſurgàs, & injunctum tibi officium unà nobiſcum exequaris. Sanctus igitur Valerius & Eucharius, accepto haculo & mãdato Apoſtoli ad Legiam ubi Maternum ſepelierant, & die ſepulturæ ſuæ quadrageſima ſunt reverſi: & facientes ſicut præcepit eis Apoſtolus, dicebant: Materne, mandat tibi CHRISTVS. filius Dei vivi, & ſervus ejus Petrus. Quo dicto, mox cadaver illud, quod in ſepulchro quadraginta diebus jacuerat, ſpiritum recepit, & anima corpori ſe conjunxit, & recedit mors: ſurrexit, & ambulavit cum patribus ſuis ſanus & incolumis. Hoc ſigno viſo, ferè totus illius provinciæ populus glorificabat Deum: & baptiſata fuit illo die, in nomine Domini noſtri JESV CHRISTI, multitudo hominum copioſa. A

Hic Valerianus & Eucharius deceſſerunt.

SAncti igitur Eucharius & Valerianus ac Maternus, ubique virtutibus & ſignis ampliabant fidem CHRISTI, baptiſantes gentes in nomine ejus. Sed Eucharius & Valerianus infra duodecim annos deceſſerunt ab hoc ſeculo, regnantes cum CHRISTO. Maternus autem poſt diem reſurrectionis ſuæ. vixit annis XXXI: & populum Treverenſem. Tungrenſem & Colonienſem ad fidem CHRISTI convertit. Fecit etiam ihidem hoc miraculum, quòd in tribus his civitatibus, à ſe invicem ad modum triãguli plus quàm duas magnas diætas diſtantibus, ona die ſolenniter tres Miſſas celebrarit. Et cùm etiam populum Treverenſem baptiſaret, tanta ſimul multitudo confluxit, ut eos baptiſare oporteret in rivulo qui civitatem influit: qui tunc Belgis dicebatur. Et dum oleum ſanctum deficeret, miſſo cœlitùs oleo, totus ille rivulus conſecratus oleo ſacro omnibus apparebat. Et propter hoc idem rivulus Olevia, quaſi olei via dicitur, qui olim Belgis dicebatur. Et ab hoc rivulo Gallia Belgica nomen habet. licet alii dicant aliter. Porrò cùm ſanctus Maternus, poſt commiſſum ſibi officium, in Colonia moraretur. ſigno ab angelo dato, corpus ejus translatum eſt ad civitatem Treverenſem: & baculus beati Petri apoſtoli, cum quo reſuſcitatus fuerat. in partes duas eſt diviſus. Cujus pars inferior cum corpore Pontificis penes Treverim. ſuperior verò pars penes Coloniam, & qua decet reverentia, reſervatur. Et eſt cauſſa, quare Romanus epiſcopus baculum nõ habet Pontificalẽ, quem utique beatus Petrus in ſpiritu prophetico tranſmiſit ad Germanos. B

A *Allegoria ſive tropus hujus hiſtoriæ.*

IN hac igitur hiſtoria quædam ſunt literaliter admiranda, & quædam ſingulariter rememoranda. Quid autem dignius eſt miraculo, quàm quòd beatus Petrus in urbe remanens, per baculum ſuum, in Germania fratrem ſuum mortuum ſuſcitavit? & multitudinem gentium hujus beati miniſterio ad fidem CHRISTI convertit? Sed per Petrum apoſtolorum principem & fundamentum Eccleſiæ, nil niſi Regale ſacerdotium intelligimus: & per baculum paſtoralem per quem paſtor ſuſtentatur, ovis errans ad ovile reducitur, & lupus rapax repellitur. Niſi ſacrum Imperium, id eſt imperiale regimen, deſignatur per baculum: ſiquidem paſtor ſuſtentatur, dum Romanorum Imperator, terrena ſe induens poteſtate, ſummum pontificem & paſtorem ovium, ſua reverentia & honore ſublevat & exaltat. Per baculum etiam ovis errans ad ovile reducitur, velut Maternus mortuus reſuſcitabatur, dum quicunq; perverſi Chriſtiani perverſis moribus vel ſchiſmaticis, aut aliis erroribus à Romanæ eccleſiæ obedientia deviantes, de mandato Apoſtolico, per Imperatorem materiali gladio ad unitatem fidei revocantur. Per baculum, inimici Chriſtiani nominis, auctoritate Romani Pontificis, per Romanum Imperatorem conteruntur. Hunc itaque baculum beatus Petrus Romanus & Antiochenus epiſcopus, per Eucharium & Valerianum B tranſmiſit in Galliam Belgicam, dum Romanus pontifex magnifici Caroli Romanorum imperium de Græcis tranſtulit ad Germanos. Hujus igitur baculi partem inferiorem, ſed longiorem, habet eccleſia Treverenſis: ſuperiorem verò & breviorem, eccleſia Colonienſis: quia licet civitas Treverenſis antiquitate ſit longior, & præfulgeat quàm Colonienſis, multo tamen inferior eſt poteſtate & merito. Colonia ſuperiorem partem baculi tenet, quia non ſolùm Colonienſis archiepiſcopus Regem Romanorum eligit, ſed etiam electum præ omnibus aliis principibus primò tenetur & debet eum conſecrare: in hoc Romani pôtificis procurans officium, qui Regem electû canonicè in Imperatorem conſecrat Romanorum.

Quòd ex præcogitata deliberatione & induſtria non debeat Regalis vel Imperialis dignitas deleri.

EX prædictis igitur omnibus manifeſtum eſt, quòd ſicut eccleſia Romana eſt eccleſia Dei, ſic utique regnum Romanum eſt regnum Dei. De quo poteſt intelligi hoc quod dicit Jeſus diſcipulis ſuis: Vobis, inquiens, eſt datum noſſe myſterium regni Dei: illis autem qui foris ſunt (ſubaudi, vanitatibus ſeculi involutis) omnia fiunt in parabolis, ut videntes non videant, audientes non audiant, & intelligentes non intelligant. Si enim omnia quæ myſticè fiunt in hoc regno Dei, palàm cunctis demonſtrarentur: non ſolùm carnales & ſuperbi, quinimò ipſi potius veritatê verterent in deriſum. Cum ergo, tantorû Romanorum Imperatorum, erga ſanctam eccleſiam Romanam devotio & liberalitas non deberet ad memoriam tevocari, tunc abſque regno eſſet Scriptura: ac ſic ex præexcogitata deliberatione vel induſtria, non redintegrata memoria de Libro viventium deleretur. & quare ſaltem ſemel in anno pro Rege vel regno Romanorum generalis oratio non fieret? cùm etiam fieri côſuevit pro Sarracenis & Judæis, & hanc utique ingratitudinem & injuriam Rex tegum ſuo tempore ſibi factam reputaret.

Quòd Romanus Pontifex debet habere diligentiam de ſtudio Pariſienſi, & de Imperio, & de Sacerdotio.

INſuper, ut ego utar propoſitione ſingulari, cùm verecundius audeo ſic ſentire, quòd ad regnum univerſalis Eccleſiæ nil competentius expediat, quàm ut ſanctiſſimus pater Romanorum Pontifex, qui pro tempore fuerit, diligentiam adhibeat, ut Gallicum ſtudium Pariſienſe ſuo tempore floreat & fructificet ad confutandum hæreticorum verſutias & errores, & ut Germanorum imperium in ſuo dilatetur robore ad ſuppeditandas gentes & omnes barbaras nationes, & ut ſacerdotium Romanorum in ſuo robore conſiſtat & firmetur ad congregandos filios Eccleſiæ, ad amorem & obedientiam per gratias competentes, & juſticiam expeditam. B Hic non eſt attendenda clericorum ſtudentium indiſcreta diſſolutio, cum adoleſcentiores & delicatiores de cunctis mundi partibus in unum locû congregati, ſinguli ſecum mores ſuos ferant. Nec eſt attêdêda præſulum Germanorû ſæcularis converſatio, ipſi enim ſacerdotium repræſentant Samuelis, qui licet eſſet ſacerdos; tamen judicis officium exercebat ipſe, & regem elegit in Iſrael, & electum conſecravit. Præſules Germaniæ non ſunt illius vicarii, qui relicto ſindone nudus aufugit, ſicut epiſcopi Italici: ſed ejus vicarii qui dixit, Domine paratus ſum tecum in vita & in morte tecum ire. & in tempore tribulationis eduxit gladium, & amputavit ſervo Pontificis auriculam dextram. non amputavit ei pedem, ſed auriculam, ut oſtenderet quòd ei caput libentiſſimè amputaſſet. Ergo licet ipſi alii ad vocem ancillæ Chriſtum negent, tamen frequenter ſurgunt fortiores. Nihil enim inordinatum in operibus Creatoris. Et ſicut tempus pacis & belli, ſic & ſunt homines ad pacem & bellum deputati. Confidentius loquor, ſi Romani principes cum ſuis fidelibus, Romano Imperatori tanquam advocato Eccleſiæ fideliter aſſiſterent, ſicut in temporibus præteritis conſueverunt: tunc abſque dubio omnis poteſtas contraria eſſet parva: non ſolùm Græcia ſed etiam Chaldæi contremiſcerent cum Aegypto. Aves viſo flore cantant & lætan-

A lætantur, ſed ad Aquilæ intuitum ſilent & fu-
giunt: ſic omnes barbarę nationes aliorum
Regum inſignia deſpiciunt, ſed Germanorũ
& Romanorum aquilas timent naturaliter &
abhorrent. Inſuper non eſt advertenda Ro-
manorum civium conſuetudo & ſibi quaſi in-
nata diſcordia, licet ipſi propter amorem do-
minandi & habendi ſint diſcordes: tamen per A
Dei gratiam in fide catholica tenaciſſimè ſunt
concordes. Fateor me in præcedentibus ab a-
liorum ſcriptis in quibuſdam deviaſſe: ſed ſic-
ut ipſi in ſuis Originalibus credunt veri-
tatẽ uſurpaſſe: ſic ego nullã puto admiſiſſe fal-
ſitatẽ, petẽs tamen humiliter veniã de erratis.

FRATRIS JOHANNIS DE PARISIIS, DOCTORIS THEOLOGI, ORDINIS Fratrum Prædicatorum, Tractatus de Poteſtate regia & papali.

PROOEMIUM.

INTERDUM contingit, quod vi-
tare volens aliquem errorem, de-
labitur in errorem contrarium.
Sic enim legimus 16. quæſt. 1.
nonnullos aſſerentes quòd mo-
nachi, quia mundo mortui ſunt non poſsũt
(quia eis repugnat ratione qua monachi ſunt)
pœnitentias dare, nec Chriſtianitatem largiri.
Quẽ errorem aliqui vitare volentes, vel for-
tè ipſum prævenientes, dixerunt: Quòd mo-
nachis debetur ratione qua perfectionis ſtatũ
elegerunt, confeſſiones audire, abſolvere, ac
pœnitentias injungere ſalutares. Inter quos
duos errores doctrina ſana mediat, ponens
quòd nec monachis repugnat, nec debetur ra-
B tione ſtatus. Sed eis convenire poteſt, ſi eis à
ſuis ordinariis committatur, quibus de jure
debetur. Sic enim in libro de Duabus naturis
& una perſona Chriſti, dicit Auguſtinus: quòd
fides medium tenet inter duos errores contra-
rios, ſcilicet Neſtorii & Eutichetis. Modo
conſimili circa poteſtatem Eccleſiaſticorum
pontificum veritas medium ponit inter duos
errores. Nam error Waldenſium fuit, ſuc-
ceſſoribus Apoſtolorum, ſcilicet papæ & præ-
latis Eccleſiaſticis, dominium in temporali-
bus repugnare, nec eis licere habere divitias
temporales. Unde Eccleſiam Dei, & ſucceſ-
ſores Apoſtolorum & veros prælatos Eccleſiæ
Dei, duraſſe dicunt tantum uſque ad Sylve-
ſtrum papam: à quo donatione facta Eccleſiæ
per Conſtantinum Imperatorem, dicunt in-
cepiſſe Romanam eccleſiam, quæ modò ſecũ-
dum ipſos non eſt Dei eccleſia. Sed Dei Ec-
cleſiam jam defeciſſe. dicunt enim, quod in i-
pſis eſt continuata, & per ipſos reparata. Ad
hoc inducunt inter cætera, illud Matthæi ſex-
to: Nolite theſaurizare vobis theſauros in
terra. Et illud prima Timoth. 6. Habentes ali-
menta, & quibus tegamur, his contenti ſi-
mus. Et illud: Qui volunt divites fieri & cæ-
tera. Et iterum Matthæi ſexto: Non poteſtis
Deo ſervire, & mammonæ. Et ibidem: Nolite
ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis,
neque corpori, &c. Et illud: Reſpicite vola-
tilia cœli. Et illud Matthæi quinto: Nolite
poſſidere aurum, & cætera. Et illud Lucæ de-
cimoquarto: Niſi quis renunciaverit omni-
bus quæ poſſidet, & cætera. Et illud Actuum
tertio: Argentum & aurum non eſt mihi, &
cætera. Et his dicunt prælatos Eccleſiæ Dei,
ſucceſſores Apoſtolorum, non debere habere
dominium in divitiis temporalibus & terre-
nis.

Alius verò fuit error Herodis, qui audiens
Chriſtum regem natum, credidit ipſum eſſe
regem terrenum. Ex quo derivari videtur
opinio quorundam modernorum, qui in tan-
tum ſupra dictum errorem Waldenſium decli-
nant, ad oppoſitum totaliter deflexi: ita ut aſ-
ſerant, dominum Papam, in quantum eſt loco
Chriſti, in terris habere dominium in tempo-
ralibus bonis principum & baronum, & co-
gnitionem ſeu juriſdictionem. Dicunt et- B
iam, quod hanc poteſtatem in temporalibus
habet Papa excellentius quàm princeps ſecu-
laris: quia Papa habet eam ſecundum prima-
riam auctoritatem, ut à Deo immediatè prin-
ceps, aut habet eam à papa mediatè Et iterum
dicunt, quod papa non habet executionem
immediatam: niſi in aliquibus caſibus notatis
extrinſecè, qui filii ſunt legitimi. per venera-
bilem. princeps autem habet regulariter im-
mediatam executionem. Et qui aliter notave-
runt, locuti ſunt in favorem principum, quod
verum eſt deſerentes. Et ſi papa dicit, ſe ali-
quando juriſdictionem temporalem non ha-
bere: intelligendum eſt, quantum ad regula-
rem & immediatam executionem, vel quia
vult pacem principum & Eccleſiæ cuſtodire:
vel ne prelati ſint nimis proni ad intromitten-
dum ſe de temporalibus bonis & ſecularibus
negociis. Dicunt etiam, quod aliter ſe habet
papa ad bona temporalia, quàm principes &
prælati: & ſolus papa eſt verus Dominus tẽ-
poralium, ita quod poteſt pro libito abſolvere
uſurarium à debito uſuræ, & auferre ab alio
quod aliàs ſuum eſt. Et tenet factum ejus, li-
cet peccet, nec debeat hoc facere niſi pro cau-
ſa rationabili: id eſt pro defenſione Eccleſiæ,
& aliis hujuſmodi. Sed prælati cæteri & prin-
cipes non ſunt domini, ſed tutores, procura-
tores & diſpenſatores. Hæc autem opinio
quantum ad dominium in rebus. non ſolum
ex errore Herodis naſcitur: ſed videtur intra-
re Vigilantii errorem. Nam hoc tenent

A omnes, & tenendum eſt; quòd Domino papæ non repugnat ratione ſtatus ſui, id quod eſt perfectionis Evangelicæ. Conſtat autem, quòd ſi papa ratione ſui ſtatus, in quãtum ſcilicet papa, & Chriſti vicarius, eſt dominus omnium, abdicatio proprietatis & abjéctio dominii in temporalibus ei repugnat ratione ſui ſtatus, cum oppoſitum per ſe conveniat. Paupertas ergo & privatio dominii in rebus temporalibus ſive exterioribus, non eſt perfectionis Evangelicæ, ut dicit Vigilantius: de quo dicit Auguſtinus in libro de Agone Chriſtiano, quòd ſunt qui quæ ſua ſunt quærunt, quamvis catholici: aut ex ipſo Chriſti nomine gloriam quærentes hæretici. Ex quorum numero olim Vigilantius ſurrexit in Gallia, quæ antea errorum monſtris caruerat, paupertati divitum ſtatus æquare præſumens, ſicut olim Jovinianus in Italia matrimonium caſtitati. Videtur etiam hæc opinio aliquid habere de ſupercilio phariſæorum; qui populum decimas & ſacrificia Deo offerentem, non teneri ad cenſum reddendum Cæſari prædicabant, ut ab ipſis ditioribus effecti, pinguiores reciperent portiones, ut dicit Hieronymus. Hæc etiam opinio in hoc periculoſa videtur, quòd à converſis ad fidem, dominium rerum, quod priùs habebãt, transfert in ſummum pontificem. Ex quo fides ipſis minus reddetur gratioſa, & ipſi fidei detrahitur, cum per eam turbantur jura conditionis Chriſtianæ, ut dicit gloſſa, prima Petri

B 2. Ex hac etiam opinione timendũ eſt, ne dũ in domo Domini ſic negotiatio ingrediatur, ut Jeſus iratus & rigidus non aliter mundet templum ſuum, niſi flagello adhibito & de ſpelũca latronum faciat domum orationis: ut dicit Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Inter has autem opiniones tam contrarias, quarum primam erroneam omnes putant: puto ego quod veritas medium ponit, ſcilicet quod prælatis Eccleſiæ non repugnat habere dominiũ in temporalibus, & juriſdictionem, contra primam opinionem. Nec debetur eis per ſe ratione ſui ſtatus, & ratione qua ſunt vicarii Jeſu Chriſti & Apoſtolorum ſucceſſores: ſed eis convenire poteſt, habere talia ex conceſſione & permiſſione principum, ſi ab eis ex devotione aliquid fuerit collatum eis, vel ſi habuerint aliunde. Proteſtor autem, quòd nihil intendo dicere cum aſſertione aliqua contra fidem: nec contra bonos mores, vel ſanam doctrinam perſonæ, vel ſtatus ſummi pontificis reverentia. Et ſi aliquid hujuſmodi occurrerit inter dicta vel dicenda principaliter vel incidenter, volo pro non dicto haberi, volens hanc proteſtationem valere & currere, ac ſi eam ſpecialiter reſumerem ſuper quodlibet dicendorum. A

In hac autẽ materia ad declarationem prædictorum, ſic proceditur. Primò oſtendetur quid ſit regnum, & unde habuerit ortum. Secundò oſtendetur de ſacerdotio. Tertio, de ordine miniſtrorum ad unum ſupremum. Quarto, quid ſit prius tempore regnum vel ſacerdotium. Quinto, quod eorum ſit prius dignitate. Sexto, quod ſacerdotium non eſt prius cauſalitate. Et ibi primo declarabitur, quo modo Papa ſe habet ad bona exteriora Eccleſiaſtica, quoad dominium. Septimo, quomodo ipſe ſe habet ad bona laicorum. Octavo, quod ipſe non habet juriſdictionem à Chriſto in bonis laicorum, & quod Chriſtus eam non habuit. Nono, ponentur rationes ad contrarium, & ſolutiones earum. Decimo oſtendetur, quod dato quod Chriſtus habuit eam, tamen ipſam Petro non dedit. Undecimo ponentur quadraginta duæ rationes, dicentium quod papa habet juriſdictionem in bonis temporalibus laicorum. Duodecimo, præmittentur aliqua ad ſolutionem prædictorum, & ad intelligendum quam juriſdictionem vel auctoritatem habet Papa in temporalibus bonis, & ibi ponentur auctoritates Petro & aliis Apoſtolis commiſſæ à Chriſto. Decimotertio oſtendetur, quod illis auctoritatibus præmiſſis non habent prælati Eccleſiaſticam juriſdictionẽ in temporalibus, nec ob illas principes eis in temporalibus ſunt ſubjecti. Decimoquarto, ponentur rationes ad primum ſenarium rationum præmiſſarum. Decimoquinto, ad ſecundum ſenarium. Decimoſexto, ad tertium ſenarium. Decimoſeptimo, ad quartũ. Decimooctavo, ad quintũ. Decimonono ad ſextũ. Viceſimo, ad ſeptimũ. Viceſimo primo habebitur de donatiõe Cõſtãtini, & q͂ papa ꝓpter eã poſſit. Viceſimo ſecũdo oſtẽdetur, an licitũ ſit de hujuſmodi pertinẽtib. diſputare & judicare. Viceſimo tertio ponentur rationes aliorũ, quod papa non poſſit reſignare. Viceſimoquarto oſtendetur, quod poteſt. Viceſimoquinto, ſolventur rationes prædictæ. B

PRIMUM CAP. QUID REGNUM, ET UNDE HABUIT ORTUM.

CIrca primum igitur ſciendum, quod regnum propriè acceptum, ſic poteſt diffiniri. Regnum eſt, regimen multitudinis perfectæ, ad commune bonum ordinatum ab uno. In qua deſcriptione, regimen ponitur pro genere: multitudinis vero, ponitur ad differentiam regiminis, quo quilibet ſeipſum regit, vel naturali inſtinctu, ut contingit in brutis: vel ſua ratione, ut in ſolitariam vitam ducentib cõtingit. Perfectæ ponitur, ad differẽtiã multitudinis domeſticæ, q̃ non eſt perfecta: q̃a ſibi nõ ſufficit, niſi ad modicũ tẽpus, & nõ ad totã vitã, ſicut civitas, ſecundũ Philoſophũ in primo Politicorũ. Ad cõmune bonũ ordinatũ, ponitur ad differẽtiã Tyrãnidis, oligarchiæ

& De-

Democratiæ ubi rector ſolùm intendit bonu ſuum, & præcipuè in tyrannide. Ab uno ò. ponitur ad differentiam Ariſtocratiæ, id principatus optimorum, ſeu optimatum, ubi ſcilicet pauci denominantur ſecundùm virtutem. Quod regimen vocant aliqui Reſponſa prudentum, vel Senatusconſulta: ad differentiam Polycratiæ. vel Politiæ, ubi populus denomiuatur, vel plebiſcita. Nõ eſt enim rex, niſi qui ſolus dominatur, dicente Domino per Ezechiel. cap. 37. Servus meus David rex ſuper omnes erit. Eſt autem tale regimen à jure naturali, & à jure gentium derivatum. Nam cùm homo ſit animal naturaliter politicum ſeu civile, ut dicitur in primo Politicorum, quod ſecundùm Philoſophum oritur ex victu, veſtitu, defenſione, in quibus ſibi ſolus non ſufficit: & etiam ex ſermone qui eſt ad alterum, quæ homini debentur: neceſſe eſt homini, ut in multitudine vivat, & tali multitudine quæ ſibi ſufficiat ad vitam. Hujuſmodi autem non eſt communitas domus vel vici, ſed civitatis vel regni Nam in ſola domo vel vico non inveniuntur omnia ad victum, veſtitum, vel defenſionem neceſſaria ad totam vitam, ſicut in civitate vel regno. Omnis autem multitudo, quolibet quærente quod ſuum eſt, diſſipatur, & in diverſa diſpergitur: niſi ad bonum commune ordinetur per aliquem virum, qui curam habeat de bono communi: ſicut corpus hominis deflueret, niſi eſſet aliqua vis communis in corpore, quæ ad bonum commune o-
B mnium membrorũ intenderet. Propter quod Proverbiorum 11. dicitur, quòd ubi non eſt gubernator, populus corruet. Hoc autem eſt neceſſarium. nam nõ eſt idem, quod proprium eſt, & quod commune eſt. ſecundùm proprium quidem differunt homines: per commune autem uniuntur. diverſorum autem diverſæ ſunt cauſſæ. Et ideo oportet præter id quod movet ad proprium bonum uniuſcujuſque, eſſe aliquid quod moveat ad bonum commune multorum.

Eſt autem utilius regnum multitudinis, per unum qui præeſt ſecundùm virtutem, quàm per plures, vel paucos virtuoſos. quod patet tùm ex potentia: nam in uno principante virtus eſt magis unica, quàm in pluribus. & ideò fortior. Tùm ex unitate & pace, quæ intendi debet in regimine multitudinis. nam plures principantes non ſervant pacem multitudinis, niſi fuerint uniti & cõcordes Si ergo propter unumquodque tale, & illud magis, ut dicit Philoſophus: unus princeps ſeu principans ſecundùm virtutem magis poterit ſervare pacem. quàm plures. & non tàm de facili poterit turbari pax omnium. Tùm etiam, quia princeps unus intendens ad bonũ commune, habet oculum ad magis commune, quàm ſi plures dominentur, etiam ſecundùm virtutem. Et quantò plures excipiuntur, tantò reſiduum eſt minus commune: & quantò pauciores, tãtò reſiduũ eſt magis commune. Propter quod dicit Philoſophus, quòd inter principaliter intendentes ſuum bonum proprium, tyrannus eſt pejor: quia magis proprium intendit, & contemnit magis commune. A Tùm quia in naturali regimine videmus totum ad unum reduci, ut in mixto corpore unum elementum dominatur: in humano corpore heterogeneo, unum eſt principale membrum in toto homine, & anima continet omnia elementa: animalia etiam gregalia ut apes, & grues, quibus naturale eſt in ſocietate vivere, & obediunt naturaliter uni regi.

Ex quibus patet, homini neceſſarium eſſe, & utile. in multitudine vivere: & maximè tali quæ ſufficere poteſt ad totam vitam: ut eſt civitas & regnum, & regio & præcipuè ſub recto principante: propter bonum commune qui rex dicitur. Et patet etiam, quòd hoc regimen derivatur non ſolùm à jure naturali, ex eo ſcilicet quòd homo naturaliter eſt animal civile vel politicum, & ſociale in tantum, quòd ante Belum & Ninum, qui primitùs regnaverunt, homines non naturaliter, nec ut homines ſed more beſtiarum ſine regimine vivebant: ut narrat quoſdam dixiſſe Oroſius primo ſuo libro contra Paganos. Et Tullius conſimilia dicit in principio veteris rhetoricæ. Et Philoſophus dicit de talibus in Politicis, quòd non vivunt ut homines, ſed ut dii vel beſtiæ. Et cùm per verba communia ad vitam communem naturaliter eis convenientem (ut viſum eſt) à vita beſtiali non poſſent hujuſmodi homines revocari, homines magis ratione utentes, eorum compatientes errori, ad vitã communem ſub uno aliquo ordinatam, rationibus perſuaſoriis revocare conati ſunt, ut dicit Tullius: & ita revocatos certis legibus ad vivendum communiter ligaverunt: quæ quidem leges hîc jus gentium dici poſſunt Et ſic patet, quòd hujuſmodi regimen à jure naturali & gentium derivatur.

CAP. II.

QVID SIT SACERDOTIVM, & unde habuit ortum.

CÆterùm eſt conſiderandum, quòd homo non ſolùm ordinatur ad bonum tale quod per naturam poteſt acquiri, quod eſt vivere tantùm ſecundùm virtutem: ſed ulteriùs ordinatur ad finem ſupernaturalem, quæ eſt vita æterna, ad quam tota hominum multitudo viventium ſecundùm virtutem, ordinabilis eſt: ſecundùm quod patet in Symbolo fidei noſtræ. & ideo oportet unum aliquem eſſe, qui multitudinem fidelium dirigat ad hunc finem. Et ſi quidem ad hunc finem poſſet perveniri virtute naturæ humanæ, neceſſarium eſſet, ut ad officium regis humani pertineret, dirigere homines in hunc finem: quia hunc regem humanum dicimus, cui commiſſa eſt cura ſumma regiminis in rebus humanis. Sed quia vitam æternam non conſequetur homo per virtutem naturæ humanæ, ſed divinæ. ſecundùm illud Apoſtoli Romanorum 6. Gratia Dei vita æterna. Ideo perducere ad iſtum finem, non eſt humani regiminis, ſed divini.

A piſcopi debent Imperatorem eligere adjuncto ſibi Comite Palatino, à palatio quod eſt in civitate Treverenſi, quod olim fuit domus regni: à quo dicuntur Majores domus, qui modò dicuntur Comites Palatini. Et hi dicuntur Germani, quia de eodem germine nati cum Romanis, videlicet de germanis, Aenea ſcilicet & Priamo juniore. Dicuntur Germani, quaſi Romanorum germine germinati. Illius enim imperator illam terram Romano ſubegit imperio, & eam Romanis habitantibus occupavit. & propter hoc debitus ordo requirebat ut ſicut Romani tanquam majores ſacerdotium, ſic Germani tanquam minores regnũ obtinuerent: de eodem enim fonte ſive germine Regnum & Sacerdotium proceſſerunt. Quòd autem Saxoniæ dux & Brandeburgenſis Marchio ad Regis ſeu Imperatoris electionem ſunt vocandi, hoc eſt poſtmodum per quandam neceſſitatem introductum: quia ad tempus translationis Imperii de Græcis in Germanos, quæ facta fuit ſub Carolo rege magnifico, Saxones vel non erant, vel in fide novelli erant. ac ut tanto commodius in fide & fidelitate retinerentur, ad electionem admiſſi ſunt, cùm eſſent quoque potentes, & magnarum virium principes. Item nota, quòd cum Antichriſtus venturus non ſit, niſi prius Imperium deſtruatur: indubitanter omnes illi qui ad hoc dant operam ut non ſit imperium, quantum ad hoc; ſunt præcurſores & nuncii Antichriſti. Caveant ergo Romani & eorum

B Pontifices, ne peccatis & culpis ſuis exigentibus, juſto Dei judicio ſacerdotium ab ipſis auferatur. Caveant nihilominus præſules, & principes Germani, ne ipſi per ambitionem temporalis poteſtatis, jura ſibi & poſſeſſiones Imperii vendicent & uſurpẽt: quia, ſicut prius dictum eſt, neceſſe eſt ut veniant ſcandala; væ autem illis per quos ſcandala fiunt. Neceſſe eſt, quia tãtus ardor dominãdi & habẽdi cor eorũ obcæcavit ut nec velint facere veritatẽ q̃ noverunt, nec ab aliis audire quàm ignorant: ſicut ſcriptum eſt: Oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient, &c. Sunt quidam hujus temporis clerici & laici, ſubditi & prælati; qui annales principum & geſta veterum ignorantes, Gallorum, Germanorum, & Francigenarum & Francorum originem & differentiam neſcientes, ſpiritu indignationis inflati, hujuſmodi vel in corde vel in ore faciant quæſtionem: Qualiter ſummus Pontifex Romanum imperium per manus magnifici Caroli de Græcis tranſtulit in Germanos? populum tam rudem, ineptũ: qui cùm ſe ipſos neque in ornatu veſtium, nec in morum compoſitione regere ſciãt, quomodo regnum totius Eccleſiæ gubernabunt? Vel ideo utique Imperium remanſiſſe debuit apud Romanos: vel ſi transferendum fuit, tũc trãſferri potius debuit in Gallos: præſertim cùm hoc tempore Carolus fuerit rex Francorum, & Galli ſint homines qui omnibus conſideratis ſint cunctis hominibus præferendi. Ne igitur propter hujuſmodi cogitantium

ſuggeſtionem humana temeritas immutare A præſumat ſtatum ſacri Imperii (quod non eſt dubium, ſancti Spiritus ordinatione, ſecundum qualitatem ipſam & exigentiam meritorum humanorum gubernari & diſponi) videatur expediens, ut quædam antiquitates ex multorum ſcriptis collectæ recitentur, ad demonſtrandum quòd non eventu vel caſu fortuito, ſed magis ſanctorum principum actum eſt ſolertia, ut Romanum imperium non apud Romanos remanere debuerit, vel transferri in Gallos, ſed potius in Germanos. Unde primò dicendum eſt de Gallis, poſtea de Germanis, Francis, & Francigenis: & tandem quorundam regum nomina & geſta ſummariè & compendioſè perſequar, ut per hoc appareat veritas propoſitæ quæſtionis.

Diviſio Galliæ, & de Germanis, Francis ac Francigenis, & de habitu aut interpretatione eorundem.

SCiendum eſt, quòd Gallia Europæ provincia habens in Oriente Rhenum, magnum fluvium, in Meridie alpes Italiæ, in Occidente terminos Hiſpaniæ, & in Aquilone mare Britanniæ & Friſiæ. Et Gallia trifariè dividatur, videlicet in Galliam Comatam (illi enim Galli quadam negligentia comam creſcere permittebant) ipſa ſiquidem Gallia ornatui tegumentorum lineorum & laneorum multum intendebat. Et dicun- B tur Galli ſecundum quoſdam, à nitore corporum: γάλα enim Græcè, Latinè lac. & hanc expoſitionem vocabuli ego reprobare non debeo, tanquam ab antiquis traditam. Verum etiam eſt quod reſpectu Hiſpanorum vel Maurorum, nitent corpore aliquantulum albiores: reſpectu verò circumjacentium provinciarum, videlicet Saxonum & Anglorum, nullatenus à nitore corporum dici poſſunt. Hujuſmodi igitur dictis antiquorum videtur, quòd non incongruè Galli dicuntur propter proprietates quas habent gallo communes: quæ ſunt utique triplices, videlicet malæ, bonæ, & optimæ. Proprietates itaque galli mali ſunt iſtæ, ſuperbus, clamoſus, luxurioſus, inconſtans, pronus ad lites, pronus ad pacem: unde etiam Galli qui has proprietates habent, proni ſunt vel ad bella, vel ad pacem, & ſunt de vili Gallicorum ſemine. Proprietates vero boni ſunt iſtæ, pulcher corpore, ſed pulchrior plumatus quàm deplumatus, veſtitus quàm nudus, audax, hilaris, amativus & liberalis: & ideo quorum Gallici has proprietates habẽt, de nobili Gallicorum proſapia proceſſerunt, & bona conſuetudo in eis ſe mutavit in meliorem. Porrò hæ ſunt proprietates galli optimi, circumſpectus, vigilans, ſe primo ante alias excitans gallinas, ſubditos ſuos bene regens, & fœcundãs; granum ex palea eliciens, & illud propriè diſtribuens. Hæ ſunt proprietates ſpirituales & myſticæ; quibus pollent præ cæteris boni & ido-

A & idonei p̄lati. Et hæc de interpretatione Gallorum & Galliæ.

Qui primitùs munitiones & caſtra ad Rhenum inſtitu t.

PRimò ſciendum eſt, quòd poſt Trojæ deſtructionem Æneas & Priamus, magni Priami nepos, cum multis tyrannis & magno exercitu peragrantes Africam, pervenerunt ad Italiam: in qua Æneas cum ſuo populo regnum cœpit inſtituere. Sic vera habet hiſtoria. Priamus verò trãſiens in Galliam, Gallicos qui ſupra Rhenum morabantur de terminis ſuis expulit, & verſus Occidentem retrocedere coegit: ibiq; munitiones & caſtra inſtituens, Trojam videlicet minorem, quæ nunc Xanthus dicitur, & Verona Bonna nuncupatur, per diœceſim Colonienſem conjuges accepit cum ſuo exercitu, de mulieribus Teutonicis, eo quòd eſſent corpulentæ & habiles ad prolem fortiorem propagandam. Proceſſerunt enim à Teutonia Gigantes, ex quo Teutonici nuncupati ſunt. Et ex iis dictis mulieribus filios & filias genuerunt ac ipſorum idioma didicerunt.

De parte exercitus Priami.

TAndem reliquiæ exercitus Priami, cum Treverenſibus pacem firmaverunt, & amicitiam: ibi ſedem regni illius provinciæ, id eſt Galliæ poſuerunt. Eſt etiam Treve-
B renſis civitas omnium civitatum & regnorũ totius Europæ antiquiſſima. Fundata etat octavo anno nativitatis Abrahæ. à Trebeta filiò Nini, qui Semiramidem novercam fugiens, ne cum ipſa inceſtum cogeretur committere, illuc devenit: ibiq; civitatem conſtituit, quam pro ſuo nomine Treverim nominavit. Exercitus autem Æneæ, qui in Italia apud Latinos reſederat, iſtos populos, videlicet exercitus Priami, qui Galliã occupaverãt, lingua Latina Germanos appellabat, eo ꝙ illi & iſti de tyrãnorum germine proceſſerant. Tandem cum hi Germani multiplicati eſſent, miſerunt partem exercitus in Turingiam ultra Rhenum: & ibidem regnum inſtituentes, multo tempore reges habuerunt, reges Crinitos: quorum unus erat Baſinus, de quo infrà mentionem faciam. Ea propter has cauſas ſucceſſu temporis tota Teutonia, tanquam à digniori Germania eſt vocata.

Quare dicuntur Germani.

SAlvis igitur deſcriptionibus quæ dicunt, Germaniam Rhenũ habere in meridie, & eam eſſe dictam Germaniam à germinãdo, cùm tamen illis realis veritas quodammodo contradicere videatur.

De primo regno Germaniæ.

POſtremò cum regnum Romanorum adeò eſſet dilatatum, ut ferè totus mundus ei ſubderetur: venit Julius cum Romanis illam ſibi terram, videlicet primam Germaniam & totam Galliam ſubjiciens: & ibidem quàm A plura caſtra & civitates ædificans, totam Treverenſem, Colonienſem & Moguntinenſem diœceſim Romanis habitatoribus occupavit, antiquam germanitatem inter Romanos & illos Germanos renovando.

De pugna Germanorum contra Alanos.

POſtea autem quidam populi qui Alani dicti ſunt, ſe Romanis opponebãt: unde exiit edictum à Senatu & populo Romano, ut quicunque illos Alanos compeſcerent, immunes & liberi à tributo decem annis eſſent. Quo audito, Germani tam propter dignitatẽ Romanorum, quàm propter libertatem tuendam, Alanos cum exercitu copioſo ſunt aggreſſi, & ipſos Romano Imperio ſubdiderunt.

Quare Franci, & liberi Germani.

AB illo tempore præfati Germani liberi ſunt vocati: & propter hoc uſq; in præſentem diem, populus ille procurationes, exactiones violentas, decimas vel tributa naturaliter dedignatur, quia per hujuſmodi viles ſervi conditiones in aliquo ſuæ libertati derogetur. Iſti verò Franci, Germani & Gallici Comati (quæ omnia unam gentem ſignificant ſive determinant) cũ in tantũ germinaſſent, ꝙ terra illa illos cõmodè capere nõ poſſet, miſerunt partem militiæ verſus Orientem ultra Rhenum, qui uſque hodie Franci orientales cum Francis Germanis in idiomate Teotonico concordant: licet illi craſſiori, & iſti modo B mitiori pronuncient, ſed habitu veſtium & aliis modis in moribus diſcordant.

De Francis qui Gallici dicuntur.

ALiam vero partem militię miſerunt verſus Occidentem inter Sequanam & Ligerim, fluvios famoſos: qui ibidem cum mulieribus Gallicis contrahentes, filios & filias genuerunt ex eiſdem, & earum mores & linguam Gallicam didicerunt: & uſq; modo Francigenæ, quaſi à Francis geniti: & eorum terra Francia nominatur, à Germanis ſive Frãcis idiomate diſcordantes, ſed exteriori habitu conformes.

In quibus differant Franci Gallici à Francis Germanis.

HOc excepto quod Francigenæ cultui veſtium, & aliis moribus juvenilibus, ſicut torneamentis & cantilenis & ornatui capillorum tanquam juniores vacant & dant operam: Franci vero tanquam ſeniores, ſerio ſe exercent, & diſcordia plurimùm occupantur, ex veteri Romanorum germanitate quodammodo.

De pluribus regnis Germaniæ.

IN iſta igitur provincia quæ Gallia dicitur, & modo à Germanis & Gallicis, Francis & Frãcigenis poſſidetur, quãdoq; unũ, quãdoq; plura fuerũt regna: aliquãdo ſimiliter, aliquãdo

A do ſucceſſivè, ſicut modò & diù fuit in Hiſpania. ubi licet plures ſint reges, tamen unum dicitur regnum Hiſpanorum. Et hæc diverſitas regnorum & regum io Gallia multas facit diverſitates & contrarietates. In ſcripturis geſta & antiquitates Gallicorum & Germanorum & Francorum deſcripſerunt, indifferenter his populis hæc nomina imponentes.

De gentilibus Regibus Germanorum & Gallicorum.

PReterea ſciendum eſt, q̃ à Priamo ſuprà dicto uſq; ad Pharamundũ, & à Pharamundo uſque ad Hildricum, omnes principes Gallicorum & reges Romanorum gentiles erant & pagani. HILDRICUS, qui Hildricus rex Francorum, cùm eſſet lubricus & luxurioſus, Francorum corrupit filias, & uxores violavit: propter quod ejicientes eum ex regno, quendam alium Egidium Valerianum nomine in regem elegerunt. Hildricus verò ad Baſinum regem Turingiæ profugit, ſuum avunculum: ibique inceſtum faciens, Baſini conjugem clàm cognovit. Poſt VII verò annos mortuus eſt Valerianus, & Franci Hildricum revocaverunt: quem Baſina ſecuta eſt, Baſino derelicto. Et ſucceſſu temporis concepit & peperit filium quem Clodoveum nominavit. Hunc Clodoveum ſic de adulterio gentilium procreatum, beatus Remigius baptizavit. Et ab iſto Clodoveo omnes reges Francorũ Chriſtiani, B & ex ſucceſſione hæreditaria uſque ad Hildricum oltrò ſucceſſerũt. In illo tempore reges frequenter habitabant in Gallia Togata, videlicet Pariſiis, eo quòd Gallia Belgica ad prædicationem ſancti Martialis, diſcipuli ſancti Petri, ad cultum Chriſtianum jamdudum converſa, reges non curaret, ſed ſub regibus ſuis majoribus regebatur.

Pipinus Groſſus.

SUb iſto Hildrico Pipinus Groſſus, ſecundus fuit poſt regem Major domus regiæ, quæ nunc eſt Palatium tutiſſimum: à quo Palatio dicuntur nunc comites Palatini, qui olim Majores domus dicebantur. Hic autem Hildricus rex erat popularis, habẽs mores regales, & quotidie trahebatur ad theatrum & ſpectaculum, in vehiculo cum bubalis, & ſuper eodem apparatu veſtium utebatur. Pipinus autem Majordomus per omnia vir militaris & ſtrenuus, regnum ſolicitè & regaliter gubernabat ſub eodem Hildrico. Unde factũ eſt, ut ad procurationem dicti Pipini Groſſi, Papa, Barones & fideles regis ab ipſius fidelitate abſolveret: qui Hildrico deſtituto, Pipinum in regem elegerunt.

De Capitolio Colonienſi.

PIpini verò Majoris domus principale domicilium erat in Colonia Agrippina, in loco ubi nũc eſt monaſterium ſanctæ Mariæ in Capitolio. Hoc ſiquidem Plectrudis dicti Pipini Groſſi conjũx. fundavit in honorem genitricis Dei, ibique conventum monialium congregavit, & ipſum locum multis divitiis & ornatu ſublimavit. Tandem præfatus Pipinus conjugem ſuam Plectrudem pro tempore deſeruit, & ilico concubinæ Alpaidi adhæſit. Super quo dum beatus Lambertus Tũgrenſinm & Trajectenſium epiſcopus Pipinũ argueret. Dudo dux Ardennæ, frater præfatæ Alpaidis, ſanctum Dei Lambertum interfecit. Quo audito, rex Pipinus, videlicet quòd Chriſti ſacerdos pro ſuo peccato martyrium ſubiiſſet, rubore & verecundia confuſus, reverſus eſt Coloniam ad Plectrudem conjugem ſuam, Alpaide gravida derelicta. Cùm autem Alpais peperiſſet, cucurrit nuncius ad regem, ut ſibi de nativitate talis filii nunciaret. Sed inveniens Regem inter nobiles & cum ſua cõjuge ſedentem. dixit: Vivat rex, quia Karil: ſubtili verborum tegumento innuens, quòd Alpais ſibi pulchrum filium peperiſſet Eſt enim Karil lingua Germanica homo robuſtus, membra habens magna Reſpondit rex: Bonũ, Karil. Iſte fuit primus Carolus Martellus dictus, qui expulſis legitimis filiis patris ſui, Drogone & Grimoaldo, patri ſuo ſucceſſit. Erat autem iſte tyrannus, multas clero & Eccleſiæ injurias & damna inferens: propter quod accidit, ut dum ipſe moreretur. internuncius Papæ ſomniavit in urbe, quòd Carolus Martellus rex Francorum corpore & anima duceretur in infernum. Miſit ergo Papa nuncios B ad epiſcopum Treverenſem, qui aperto monumento ſerpentem invenerunt miræ magnitudinis. corpore non reperto.

Iſte Carolus genuit Pipinum Nanum, qui reſpectu patris & avi Nanus videbatur, ſed aliàs in corpore mediocris.

Pipinus Nanus.

PIpinus Nanus duxit in matrimonio Thetbergam, ſororem Michaelis Imperatoris Romanorum. Erat autem diebus illis Romanum imperium apud Græcos. Ex qua Thetberga Pipinus genuit Carolum magnum. Iſte Pipinus Romanos ab infeſtatione Longobardorum liberavit, & Romanam eccleſiam multis divitiis & devotis obſequiis ſublimavit. Quo defuncto, Carolus Magnus ejus filius, ſuccedẽs ei in regno, ut quidam dicunt, anoo ætatis ſuæ 18. accidit ut Papa iteratò auxilium Græcorum & Imperatoris advocaret contra regem Longobardorum, quia ſimultas erat illo tempore inter Romanos & eccleſiam. Et dum Græci falſa fide Romanis auxilium denegarent, tunc iterum recurſum habebant ad Carolum Pipini filium, & Imperatoris Græcorum conſanguineum. qui defectum ſupplevit avunculi, & Longobardiam cum exercitu copioſo ingreſſus, ipſum regem cum uxore & filio captivos in ipſam urbem deduxit: propter quod primò proclamatus eſt in Patricium Romanorum.

Trans-

A *Tranſlatio imperii ad Carolum.*

POſt hæc Papa Græcis regnum abjudicans, ipſum Carolum in Romanorum Imperatorem (ut dicitur) renitentem conſecravit, anno ſui regni *12*. Imperavit autem annis *42*. & ætatis ſuæ anno *72*. mortuus, & humatus Aquiſgrani, ubi ſui ſancti nominis memoria quolibet anno ſolenniter celebratur. Unde qnicunq; deſiderat ſcire iſtius ſancti viri virtutum inſignia, & qualiter in regno hujns ſeculi ſocietatem meruit angelorum, ad præfatum locum (Aquiſgranum ſcilicet) tranſeat, ibi geſtorum ejus merita pro laude perlegens Deo omnipotenti referat, qui glorioſi nominis propugnatorem Carolum prodigiis & miraculis tã in morte qnàm in vita multipliciter honoravit. Verùm qualiter dictum regnum Francorum diviſum fuerit in Lothoringiam, Franciam & Germaniam: & Lotharingicum regnum devolutum fuerit ad Germaniam, & qualiter alter frater fratrẽ, & cõſanguineus cõſanguineum de ſuo regno exterminavit, & multa alia regna, & aliorum geſta tanquam impertinentia prætermitto: præcipuè quia multi de hac materia diverſa & contraria ſcripſerunt, quandoque geſta unius Regis vel gẽtis ob amorem vel invidiam, aut etiam ignorantiam aliis attribuẽtes. Quæ omnia diſcuſſioni legentium committo, nunc revertens ad propoſitum principale.

B *Qualiter ſanctus Carolus inſtituit & præcepit, ut Imperium Romanorum remaneret perpetuò apud electionem Principum Germanorum.*

FActum eſt quòd ſanctus Carolus Magnus imperator de conſenſu & mandato Romani Pontificis ordinationem ſibi divinitùs inſpiratam inſtituit, & præcepit ut Imperium Romanorum apud electionem canonicam principum Germanorum in perpetuum remaneret. nec nõ etiã verum Sãctuarium Dei, id eſt, regnum eccleſiæ jure hæreditario poſſideret, conſiderans quòd ipſe de Græcorum Romanorum & Germanorum germine directa linea proceſſiſſet: & quòd ipſe pater ſuus Pipinus primò, & ipſe Carolus ſecundò per Francorum, id eſt, Germanorum auxilium, Romanam urbem & Eccleſiam Dei à Lombardorum infeſtatioue liberaſſet.

Qui principes Electores.

SUnt hi principes Germaniæ, Archiepiſcopus Treverenſis, archicancellarius Gallię: archiepiſcopus Colonienſis, archicancellarius Italiæ: archiepiſcopns Moguntinenſis, qui eſt archicancellarius Germaniæ: & omnes Palatini. à quo olim Majores domus dicebantur, à qua dignitate progenitores Caroli originem traxerunt priucipalem. Portò quòd ipſe Carolus rex Francorum extiterit, & ab illis regnum ex ſucceſſione ad eum fuerit devolutum, deinde Imperium, fuiſſet indecens, quòd ipſe filios eorum hæredes dignitate regia penitùs denudaſſet. A

De inſtitutione Regis.

STatuit igitur, ut Francigenæ cum quadam regni portione Francorum regem haberẽt, de regali ſemine jure hæreditario ſucceſſurum qui in temporalibus ſuperiorem non recognoſceret: cui videlicet, tanquam Imperatoris poſteritas, ad homagium vel aliud obſequium non teneretur.

Quomodo ſtudium Pariſios ſit translatum.

HInc regi & ſuo hæredi recompenſationis regni defalcati adjecit Studium Philoſophiæ & liberalium artium, quod ipſe de urbe Roma in civitatem Pariſienſem trãſplantavit. Et eſt notatu dignum, quòd debitus neceſſarius ordo requirebat, ut ſicut Romani tanquam ſeniores Sacerdotio, ſic Germani vel Franci tanquam juniores Imperio, & ita Francigenæ & Gallici perſpicaciores ſcientiarum ſtudio ditarentur. & ut fidem Catholicam, quam Romanorum conſtantia firmiter tenet, virtus & Germanorum magnanimitas imperialiter tenere præcipiebat: & eadem Gallicorum argutiam & facundiam ab omnibus eſſe tenendam firmiſſimis approbaret rationibus, & demonſtraret. His ſiquidem trib. ſc. Sacerdotio, Imperio & Studio, tanquam tribus virtutibus, videlicet naturali, vitali, & ſcientiali, catholica Eccleſia ſpiritualiter mirificatur augmentatur & regitur. His itaq; tribus tanquã fundamento, pariete & tecto, eadem eccleſia tanquam materialiter proficit. B

Quare Sacerdotium habeat unam ſedem, Studium unum, & Imperium quatuor.

ET nota, quòd ſicut eccleſiæ materiali unum fundamentum & unum tectum ſufficit, ſed unus paries nõ ſufficit: ſic Sacerdotio una ſedes principalis, videlicet Roma, & Studio unus locus, videlicet Pariſius, ſufficit. Sed Imperii quatuor loca principalia ſancti Spiritus ordinatione novimus attributa, quæ ſunt, Aquiſgranum, Arelatum, Mediolanum, & urbs Roma. Studeant igitur illi quorum intereſt, ut hujuſmodi domus integra maneat, & intacta, ne (quod abſit) partibus diſſolvatur, & fur ille Antichriſtus, vel ſui præcurſores intrent aliunde quàm per oſtium, & gregem oviũ interficiant cum paſtore.

Quare dicantur reges Francorum.

VErùm à tempore prænotato, reges Francigenarum ſe fecerunt, & tanquam à digniori reges Francorum appellari voluerunt. Illi autem qui uſque ad hæc tempora reges Francorum dicebantur, non ſunt dicti reges Francorum à Francis orientalibus, qui ſuut homines groſſi & incompoſiti: neque à

A Francigenis occidentalibus, qui ſunt homines delicati & compoſiti: ſed à Francis Germanis, qui in veſtibus à Francigenis, & in moribus à Romanis non multum diſcordant. Sciendum eſt, quòd & poſt diſceſſum vel tranſitū ſancti Caroli, multis temporibus Imperatores Romanorum de progenie ſua, & de regno Francorum, & non aliunde per principes Alemaniæ ſunt electi. Et quòd, licet in multis locis legatur, quòd ille vel ille rex Frācorum, vel Imperator Romanus talem vel talem filiū ſuum ſubſtituit in imperio: hujuſmodi totum intelligendum eſt, fuiſſe factum de electione Principum, & conſenſu. Poſtremò verò ſurrexerunt quidam reges Francorum, qui converſi in ſpiritum perverſitatis, præſumebant ſacrum Imperium non ſecundum canonicam electionem, ſed quaſi hæreditario poſſidere, & ſuper eo pro ſucceſſione contendere. Unde factum eſt, ut Imperatores tales à defenſione reip Romanorum & à protectione ſanctæ Eccleſiæ torpeſcerent: & inſuper eccleſias quas eorum progenitores fundaverant, & multis poſſeſſionibus & multis privilegiis dotaverāt, invaderent & turbarent, veſtigiis patrum ſuorum penitus deviantes.

Quare ceſſaverunt principes Alemaniæ eligere Imperatorem de regno Franciæ.

B Propter quod principes Germaniæ electores Imperii dedignantes, de domo illa nullum Imperatorem recipere vel eligere voluerunt: & ſic de aliquo tempore vacabat Imperium, licet (ut prædixi) rex Francorum faceret Imperatorem ſe vocare. Hæc Lombardi ſentientes, qui olim à Carolo Magno regia dignitate juſtè privati fuerant & Romanorum imperio confiſcati, ad eam ſe erexerunt audaciam, ut ſibi aliquos reges de facto eligerent: quos non ſolùm reges, ſed etiam Imperatores non timerent appellare. Propter quam inſolentiam, Germani graviter excitati ſuper hujuſmodi turbatione juris ſui, & deformatione ſacri Imperii generale cōcilium habuerunt cum principibus & nobilibus Saxoniæ, eo quòd ipſi nobiles de Francorū gente eſſent orti. Rex enim Carolus, dum ipſe gentem Saxonum prius gladio materiali quàm ſpirituali ad fidem Chriſtianam convertiſſet, & eos nulla arte vel potentia in cultu Chriſtiano tenere poſſet, quin frequenter quaſi feræ beſtiæ ſui regis abſentia ad gentilitatis redirent errorem: ipſe de populo Francorum viros elegit catholicos, majores, medios & minores, numero ducenta decem millia, & illos in Saxoniam tranſplantavit, diſtribuens eiſdem poſſeſſiones & terras, prout uniuſcujuſque ſtatus & conditio requirebat: & vice verſa conſimilem numerum de populo Saxonum duxit in Frāciam inferiorem: cuilibet ibidem etiam de terris & poſſeſſionibus providebat, ut ſic Franci in Saxonia fidem Chriſti colerent, & Saxones in Francia eandem colere cogerētur.

Propter hanc itaque cauſam ſuper ſtatu Imperii Germani à Saxonibus, tanquam à ſuis fratribus conſilium & auxilium requirebant. A Conſenſu itaque unanimi & voluntate concordi decretum extitit, ut ab illo die in antea principes Saxoniæ, videlicet ipſe rex Carolus, dux Saxoniæ & comes, ad Imperatoris electionem cum principibus Germaniæ intereſſe tenerentur.

De electione Principis Othonis Saxoniæ, & quomodo Imperium pervenerit ad domum Ducum.

Quo facto proceſſerunt ad electionem, & invocato ſancti Spiritus favore, Dominum Ottonem ducem Saxoniæ in regē Romanorum & futurum Imperatorem concorditer elegerunt. Qui quidem magnificè & imperioſe Francorum regibus & Lombardis ſuper Romano Imperio perpetuum ſilentium impoſuit. Et quia de vacationibus & oneribus Romanum Imperium eccleſias & Pontificem Dei in Italia & Germania ſublevavit, quia in multis ſcripturis ſufficienter exprimitur, non oportet hic narrare. Porrò ab iſto tempore, per annos plurimos de domo ducum Saxoniæ Imperatores eligi conſueverunt, propter prædicti Ottonis & quorundam ſuorum ſucceſſorum ſtrenuitatem & benignitatem quam frequenter in fideles & ſanctam Eccleſiam exercebant: tandem etiam ex illa propagatione Reges exierunt, qui propter ferocitatem & tyrannidem Romani Imperii indignos ſe fecerunt. Unde factum eſt, ut domus ducum Saxoniæ non ſolùm Imperio, verùm & ipſo ducatu, & omni dignitate principatus per juſtam principum ſententiam privaretur. B

Quomodo ducatus Weſtphaliæ & Angariæ, eccleſiæ Colonienſi ſit adjectus.

Archiepiſcopus ſiquidem Colonienſis Philippus nomine, Saxoniam intravit cum exercitu Germanorum fidelium ſuorum, tribus milibus militum electorum: exceptis armigeris, equitibus, & exercitu pedeſtri, cujus non erat numerus. Et hoc modo tribus annis continuis Henricum patrem Ottonis Imperatoris, de quo totaliter venerabilem mentionem facere oportet, qui utiq; regē Angliæ poteſtatibus & viribus anteibat, impugnans penitus triumphavit, manu potenti ducatum Weſtphaliæ ac ducatum Angariæ ſibi auferens: quos ducatus eccleſia Colonienſis uſq; in præſentem diem poſſidet, & per Dei gratiam in perpetuum poſſidebit.

Quomodo Imperium pervenit ad domum Ducum Sueviæ.

Translato itaq; Imperio ſereniſſimi principis Otthonis IIII Imperatoris, culpis eorum exigētibus, Electores vota ſua in Fre-

A Fredericum ducem Sueviæ dederunt, poſtipſum quoſdam de ſuis ſucceſſoribus & hæredibus in Reges eligentes. Sed utrum dictus Fridericus prece, vel precio, vel vitio Electorum gratiam meruerit, neſcio. Sed ſcio, quod Imperatores ab illo tempore parum, vel nihil operati ſunt laude dignum, vel vituperio, de pleno conſilio & auxilio principum Germanorum, imo per Suevos & Bavaros ac ulteriores Alemanos Imperium laborare cœpit. Gubernabant ita, ut deinceps non regnum Germaniæ ſed regnum Alemaniæ nuncuparetur: & ita ſub Suevorum Imperio poteſtas & authoritas imperialis augeri deſiit, & vehementius decreſcere incepit: cujus decrementi cauſam & occaſionem ego relinquo Guelphis & Gebelinis diſputandam.

De Friderico ultimo.

VErumtamen qualis Fridericus ultimus fuerit, Propheta inſinuat, ubi dicit: Denudaſti gentem ſive domum Imperii uſque ad fundamentum, &c. Dicunt etiam quidam, à longis temporibus vaticinatum eſſe in Germania, quod de hujuſmodi Friderico Germaniæ radix peccatrix erumperet Fridericus nomine qui clerum in Germania & ipſam Romanam eccleſiam humiliavit vehemẽter. Dicunt præterea quidam, aliud eſſe ibidem vulgare prophetatum: quòd de Carilingis, id eſt, de ſtirpe regis Caroli, & de domo Regum quidam Franciæ Imperator ſuſcitabitur Carolus
B nomine qui erit princeps & monarcha totius Europæ, & reformabit Eccleſiam & Imperium, ſed poſt illum nunquam alius imperabit. Quibujuſmodi vaticiniis & incertis prophetiis vult fidem adhibere, adhibeat. Ego cõtentus ſum quòd creator præſidet ſuæ creaturæ, & quòd juſto Dei & irreprehenſibili agitur judicio, ut ſecundum merita cleri & populi alii habeant advocatum alii nullum, ſed pro rege tyrannum, ad vindictam reproborum, & ad exercitium electorum.

Qualiter baculus ſancti Petri miſſus eſt ad Alemaniam, ex inſp. ratione Spiritus ſancti.

IStis præhabitis, velut ab alio inchoandum eſt exordio: veruntamen eodem nitendo fine, concludere narranda cum narratis. Cũ itaque beatus Petrus apoſtolus, ad prædicandam Gallicis ſanctæ Trinitatis fidem, tres viros ſanctiſſimos deſtinaverat, ſcilicet Eucharium, Valerianum, & Maternum: & cum hi tres in quandam Galliæ Belgicæ provinciam, quæ dicitur Elſatia, perveniſſent: accidit ut beatus Maternus, in villa quæ Legia dicitur, aliàs Olu, infirmatus moritur: cujus corpus, Eucharius & Valerianus terræ commendantes, eadem qua venerant via, cum magna feſtinatione, ad urbem Romanam ſunt reverſi. Et dum ſtatent in præſentia ſancti Petri, dicebãt ei: Pater ſancte, ecce noſter collega Maternus mortuus eſt, & ſepultus. Et quia ultro abſque tuo mandato procedere non expedit, ſupplicamus ut alium loco ſuo nobis adjungas. Et A reſpondit Petrus: Non eſt ſic faciendum: ſed hæc facta ſunt, ut manifeſtetur gloria Dei coram gentibus. Accipite hũc baculum meum, & cum ſepulturæ ad locum perveneritis, extrahite corpus de ſepulchro: & ſupponentes ſibi baculum, dicite illi: Materne, mandat tibi CHRISTUS JESUS, filius Dei vivi, & ſervus ejus Petrus, ut ſurgas, & injunctum tibi officium unà nobiſcum exequaris. Sanctus igitur Valerius & Eucharius, accepto baculo & mãdato Apoſtoli, ad Legiam ubi Maternum ſepelierant, & die ſepulturæ ſuæ quadrageſima ſunt reverſi: & facientes ſicut præcepit eis Apoſtolus, dicebant: Materne, mandat tibi CHRISTUS, filius Dei vivi, & ſervus ejus Petrus. Quo dicto, mox cadaver illud, quod in ſepulchro quadraginta diebus jacuerat, ſpiritum recepit, & anima corpori ſe conjunxit, & recedit mors: ſurrexit, & ambulavit cum patribus ſuis ſanus & incolumis. Hoc ſigno viſo, ferè totus illius provinciæ populus glorificabat Deum: & baptiſata fuit illo die, in nomine Domini noſtri JESU CHRISTI, multitudo hominum copioſa.

Hic Valerianus & Eucharius deceſſerunt.

SAncti igitur Eucharius & Valerianus ac Maternus, ubique virtutibus & ſignis ampliabant fidem CHRISTI, baptiſantes gen- B tes in nomine ejus. Sed Eucharius & Valerianus infra duodecim annos deceſſerunt ab hoc ſeculo, regnantes cum CHRISTO. Maternus autem poſt diem reſurrectionis ſuæ, vixit annis XXXI: & populum Treverenſem, Tungrenſem & Colonienſem ad fidem CHRISTI convertit. Fecit etiam ibidem hoc miraculum, quòd in tribus his civitatibus, à ſe invicem ad modum triãguli plus quàm duas magnas diætas diſtantibus, una die ſolenniter tres Miſſas celebravit. Et cùm etiam populum Treverenſem baptiſaret, tanta ſimul multitudo confluxit, ut eos baptiſare oporteret in rivulo qui civitatem influit: qui tunc Belgis dicebatur Et dum oleum ſanctum deficeret, miſſo cœlitùs oleo, totus ille rivulus conſecratus oleo ſacro omnibus apparebat. Et propter hoc idem rivulus Olevia, quaſi olei via dicitur, qui olim Belgis dicebatur. Et ab hoc rivulo Gallia Belgica nomen habet, licet alii dicant aliter Porrò cùm ſanctus Maternus, poſt commiſſum ſibi officium, in Colonia moraretur, ſigno ab angelo dato, corpus ejus tranſlatum eſt ad civitatem Treverenſem: & baculus beati Petri apoſtoli, cum quo reſuſcitatus fuetat, in partes duas eſt diviſus. Cujus pars inferior cum corpore Pontificis penes Treverim, ſuperior verò pars penes Coloniam, & qua decet reverentia, reſervatur. Et eſt cauſſa, quare Romanus epiſcopus baculum nõ habet Pontificalẽ, quem utique beatus Petrus in ſpiritu prophetico tranſmiſit ad Germanos.

A *Allegoria ſive tropus hujus hiſtoriæ.*

IN hac igitur hiſtoria quædam ſunt literaliter admiranda, & quædam ſingulariter rememoranda. Quid autem dignius eſt miraculo, quàm quòd beatus Petrus in urbe remanens, per baculum ſuum, in Germania fratrem ſuum mortuum ſuſcitavit? & multitudinem gentium hujus beati miniſterio ad fidem Christi convertit? Sed per Petrum apoſtolorum principem & fundamentum Eccleſiæ, nil niſi Regale ſacerdotium intelligimus: & per baculum paſtoralem per quem paſtor ſuſtentatur, ovis errans ad ovile reducitur, & lupus rapax repellitur. Niſi ſacrum Imperium, id eſt imperiale regimen, deſignatur per baculum: ſiquidem paſtor ſuſtentatur, dum Romanorum Imperator, terrena ſe induens poteſtate, ſummum pontificem & paſtorem ovium, ſua reverentia & honore ſublevat & exaltat. Per baculum etiam ovis errans ad ovile reducitur, velut Maternus mortuus reſuſcitabatur, dum quicunq; perverſi Chriſtiani perverſis moribus vel ſchiſmaticis, aut aliis erroribus à Romanæ eccleſiæ obedientia deviantes, de mandato Apoſtolico, per Imperatorem materiali gladio ad unitatem fidei revocantur. Per baculum, inimici Chriſtiani nominis, auctoritate Romani Pontificis, per Romanum Imperatorem conteruntur. Hunc itaque baculum beatus Petrus Romanus & Antiochenus epiſcopus, per Encharium & Valerianum B tranſmiſit in Galliam Belgicam, dum Romanus pontifex magnifici Caroli Romanorum imperium de Græcis tranſtulit ad Germanos, Hujus igitur baculi partem inferiorem, ſed longiorem, habet eccleſia Treverenſis: ſuperiorem verò & breviorem, eccleſia Colonienſis: quia licet civitas Treverenſis antiquitate ſit longior, & præfulgeat quàm Colonienſis, multo tamen inferior eſt poteſtate & merito. Colonia ſuperiorem partem baculi tenet, quia non ſolùm Colonienſis archiepiſcopus Regem Romanorum eligit, ſed etiam electum præ omnibus aliis principibus primò tenetur & debet eum conſecrare: in hoc Romani põtificis procurans officium, qui Regem electũ canonicè in Imperatorem conſecrat Romanorum.

Quòd ex præcogitata deliberatione & induſtria non debeat Regalis vel Imperialis dignitas deleri.

EX prædictis igitur omnibus manifeſtum eſt, quòd ſicut eccleſia Romana eſt eccleſia Dei, ſic utique regnum Romanum eſt regnum Dei. De quo poteſt intelligi hoc quod dicit Jeſus diſcipulis ſuis: Vobis, inquiens, eſt datum noſſe myſterium regni Dei: illis autem qui foris ſunt (ſubaudi, vanitatibus ſeculi involutis) omnia fiunt in parabolis, ut videntes non videant, audientes non audiant, & intelligentes non intelligant. Si enim omnia quæ myſticè fiunt in hoc regno Dei, palàm cunctis demonſtrarentur: non ſolùm carnales & ſuperbi, quinimò ipſi potius veritatẽ verterent in deriſum. Cum ergo, tantorũ Romanorum Imperatorum, erga ſanctam eccleſiam Romanam devotio & liberalitas non deberet ad memoriam revocari, tunc abſque regno eſſet Scriptura; ac ſic ex præexcogitata deliberatione vel induſtria, non redintegrata memoria de Libro viventium deleretur. & quare ſaltem ſemel in anno pro Rege vel regno Romanorum generalis oratio non fieret? cùm etiam fieri cõſuevit pro Sarracenis & Judæis, & hanc utique ingratitudinem & injuriam Rex regum ſuo tempore ſibi factam reputaret. A

Quòd Romanus Pontifex debet habere diligentiam de ſtudio Pariſienſi, & de Imperio, & de Sacerdotio.

INſuper, ut ego utar propoſitione ſingulari, cùm verecundius audeo ſic ſentire, quòd ad regnum univerſalis Eccleſiæ nil competentius expediat, quàm ut ſanctiſſimus pater Romanorum Pontifex, qui pro tempore fuerit, diligentiam adhibeat, ut Gallicum ſtudium Pariſienſe ſuo tempore floreat & fructificet ad confutandum hæreticorum verſutias & errores, & ut Germanorum imperium in ſuo dilatetur robore ad ſupprimendas gentes & omnes barbaras nationes, & ut ſacerdotium Romanorum in ſuo robore conſiſtat & firmetur ad congregandos filios Eccleſiæ, ad amorem & obedientiam per gratias competentes, & juſticiam expeditam. B Hic non eſt attendenda clericorum ſtudentium indiſcreta diſſolutio, cum adoleſcentiores & delicatiores de cunctis mundi partibus in unum locũ congregati, ſinguli ſecum mores ſuos ferant. Nec eſt attẽdẽda præſulum Germanorũ ſæcularis converſatio, ipſi enim ſacerdotium repræſentant Samuelis, qui licet eſſet ſacerdos, tamen judicis officium exercebat ipſe, & regem elegit in Iſrael, & electum conſecravit. Præſules Germaniæ non ſunt illius vicarii, qui relicto ſindone nudus aufugit, ſicut epiſcopi Italici: ſed ejus vicarii qui dixit, Domine paratus ſum tecum in vita & in morte tecum ire. & in tempore tribulationis eduxit gladium, & amputavit ſervo Pontificis auriculam dextram. non amputavit ei pedem, ſed auriculam, ut oſtenderet quòd ei caput libentiſſimè amputaſſet. Ergo licet ipſi alii ad vocem ancillæ Chriſtum negent. tamen frequenter ſurgunt fortiores. Nihil enim inordinatum in operibus Creatoris. Et ſicut tempus pacis & belli, ſic & ſunt homines ad pacem & bellum deputati. Confidentius loquor, ſi Romani principes cum ſuis fidelibus, Romano Imperatori tanquam advocato Eccleſiæ fideliter aſſiſterent, ſicut in temporibus præteritis conſueverunt: tunc abſque dubio omnis poteſtas contraria eſſet parva: non ſolùm Græcia ſed etiam Chaldæi contremiſcerent cum Aegypto. Aves viſo flore cantant & lætan-

A lætantur, ſed ad Aquilæ intuitum ſilent & fuginnt: ſic omnes barbare nationes aliorum Regum inſignia deſpiciunt, ſed Germanorũ & Romanorum aquilas timent naturaliter & abhorrent. Inſuper non eſt advertenda Romanorum civium conſuetudo & ſibi quaſi innata diſcordia, licet ipſi propter amorem dominandi & habendi ſint diſcordes: tamen per Dei gratiam in fide catholica tenaciſſimè ſunt concordes. Fateor me in præcedentibus ab aliorum ſcriptis in quibuſdam deviaſſe: ſed ſicut ipſi in ſuis Originalibus credunt veritatẽ uſurpaſſe: ſic ego nullã puto admiſiſſe falſitatẽ, petẽs tamen humiliter veniã de erratis. A

FRATRIS JOHANNIS DE PARISIIS, DOCTORIS THEOLOGI, ORDINIS Fratrum Prædicatorum, Tractatus de Poteſtate regia & papali.

PROOEMIUM.

INTERDUM contingit, quod vitare volens aliquem errorem, delabitur in errorem contrarium. Sic enim legimus 16. quæſt. 1. nonnullos aſſerentes quòd monachi, quia mnndo mortui ſunt non poſsũt (quia eis repugnat ratione qua monachi ſunt) pœnitentias dare, nec Chriſtianitatem largiri. Quem errorem aliqui vitare volentes, vel fortè ipſum prævenientes, dixerunt: Quòd monachis debetur ratione qua perfectionis ſtatũ elegerunt, confeſſiones audire, abſolvere, ac pœnitentias injungere ſalutares. Inter quos duos errores doctrina ſana mediat, ponens quòd nec monachis repugnat, nec debetur ra-

B tione ſtatus. Sed eis convenire poteſt, ſi eis à ſuis ordinariis committatur, quibus de jure debetur. Sic enim in libro de Duabus naturis & una perſona Chriſti, dicit Auguſtinus: quòd fides medium tenet inter duos errores contrarios, ſcilicet Neſtorii & Entichetis. Modo conſimili circa poteſtatem Eccleſiaſticorum pontificum veritas medium ponit inter duos errores. Nam error Waldenſium fuit, ſucceſſoribus Apoſtolorum, ſcilicet papæ & prælatis Eccleſiaſticis, dominium in temporalibus repugnare, nec eis licere habere divitias temporales. Unde Eccleſiam Dei, & ſucceſſores Apoſtolorum & veros prælatos Eccleſiæ Dei, duraſſe dicunt tantum uſque ad Sylveſtrum papam: à quo donatione facta Eccleſiæ per Conſtantinum Imperatorem, dicunt incepiſſe Romanam eccleſiam, quæ modò ſecũdum ipſos non eſt Dei eccleſia. Sed Dei Eccleſiam jam defeciſſe. dicunt enim, qnod in ipſis eſt continuata, & per ipſos reparata. Ad hoc inducunt inter cætera, illud Matthæi ſexto: Nolite theſantizare vobis theſauros in terra. Et illud prima Timoth. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Et illud: Qui volunt divites fieri & cætera. Et iterum Matthæi ſexto: Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ. Et ibidem: Nolite ſollicitieſſe animæ veſtræ, quid manducetis, neque corpori, &c. Et illud: Reſpicite volatilia cœli. Et illud Matthæi quinto: Nolite poſſidere aurum, & cætera. Et illud Lucæ decimoquarto: Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet, & cætera. Et illud Actuum tertio: Argentum & aurum non eſt mihi, & cætera. Et his dicunt prælatos Eccleſiæ Dei, ſucceſſores Apoſtolorum, non debere habere dominium in divitiis temporalibus & terrenis.

Alius verò fuit error Herodis, qui audiens Chriſtum regem natum, credidit ipſum eſſe regem terrenum. Ex quo derivari videtur opinio quorundam modernorum, qui intantum ſupra dictum errorem Waldenſium declinant, ad oppoſitum totaliter deflexi: ita ut aſſerant, dominum Papam, in quantum eſt loco Chriſti, in terris habere dominium in temporalibus bonis principum & baronum, & cognitionem ſeu juriſdictionem. Dicunt et- B
iam, quod hanc poteſtatem in temporalibus habet Papa excellentius quàm princeps ſecularis: quia Papa habet eam ſecundum primariam auctoritatem, ut à Deo immediatè princeps, aut habet eam à papa mediatè Et iterum dicunt, quod papa non habet executionem immediatam: niſi in aliquibus caſibus notatis extrinſecè, qui filii ſunt legitimi. per venerabilem. princeps autem habet regulariter immediatam executionem. Et qui alitet notaverunt, locuti ſunt in favorem principum, quod verum eſt deſerentes. Et ſi papa dicit, ſe aliquando jnriſdictionem temporalem non habere: intelligendum eſt, quantum ad regularem & immediatam executionem, vel qnia vult pacem principum & Eccleſiæ cuſtodire: vel ne prçlati ſint nimis proni ad intromittendum ſe de temporalibus bonis & ſecularibus negociis. Dicunt etiam, quod aliter ſe habet papa ad bona temporalia, quàm principes & prælati: & ſolus papa eſt verus Dominus tẽporalium, ita quod poteſt pro libito abſolvere uſurarium à debito uſuræ, & auferre ab alio quod aliàs ſuum eſt. Et tenet factum ejus, licet peccet, nec debeat hoc facere niſi pro cauſa rationabili: id eſt pro defenſione Eccleſiæ, & aliis hujuſmodi. Sed prælati cæteri & principes non ſunt domini, ſed tutores, procuratores & diſpenſatores. Hæc autem opinio quantum ad dominium in rebus. non ſolum ex errore Herodis naſcitur: ſed videtur intrare Vigilantii errorem. Nam hoc tenent

A omnes, & tenendum eſt; quòd Domino papæ non repugnat ratione ſtarus ſui, id quod eſt perfectionis Evangelicæ. Conſtat autem, quòd ſi papa ratione ſui ſtatus, in quãtum ſcilicet papa, & Chriſti vicarius, eſt dominus omnium, abdicatio proprietatis & abjectio dominii in temporalibus ei repugnat ratione ſui ſtatus, cum oppoſitum per ſe conveniat. Paupertas ergo & privatio dominii in rebus temporalibus ſive exteriorihus, non eſt perfectionis Evangelicæ, ut dicit Vigilantius: de quo dicit Auguſtinus in librò de Agone Chriſtiano, quòd ſunt qui quæ ſua ſuot quærunt, quamvis catholici: aut ex ipſo Chriſti nomine gloriam quærentes hæretici. Ex quorum numero olim Vigilanrius ſurrexit in Gallia, quæ antea errorum monſtris carverat, paupertati divitum ſtatus æquare præſumens. ſicut olim Jovinianus in Italia matrimonium caſtitati. Videtur etiam hæc opinio aliquid habere de ſupercilio pbariſæorum; qui populum decimas & ſacrificia Deo offerentem, noo teneri ad cenſum reddendum Cæſari prædicabant, ut ab ipſis ditioribus effecti, pinguiores reciperent portiones, ut dicit Hieronymus. Hæc etiam opinio in hoc periculoſa videtur, quòd à converſis ad fidem, dominium rerum, quod prius habebãt, transfert in ſummum pontificem. Ex quo fides ipſis minus reddetur gratioſa, & ipſi fidei detrahitur, cum per eam turbantur jura conditionis Chriſtianæ, ut dicit gloſſa, prima Petri

B 2. Ex hac etiam opinione timeudũ eſt, ne dũ in domo Domini ſic negotiatio ingrediarur, ut Jeſus iratus & rigidus non aliter muudet templum ſuum, niſi flagello adbibito & de ſpelũca latronum faciat domum orationis: ut dicit Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Inter bas autem opiniones tam contrarias, quarum primam erroneam omnes putant: puto ego qood veritas medium ponit, ſcilicet quod prælatis Eccleſiæ non repugnat habere dominiũ in temporalibus, & juriſdictionem, contra primam opinionem. Nec debetur eis per ſe ratione ſui ſtatus, & ratione qua ſunt vicarii Jeſu Chriſti & Apoſtolorum ſucceſſores: ſed eis convenire poteſt, habere talia ex conceſſione & permiſſione principum, ſi ab eis ex devotione aliquid fuerit collatum eis, vel ſi habuerint aliunde. Proteſtor autem, quòd nihil intendo dicete cum aſſertione aliqua contra fidem: nec contra bonos mo- A res, vel ſanam doctrinam perſonæ, vel ſtatus ſummi pontificis reverentia. Et ſi aliquid hujuſmodi occurrerit inter dicta vel dicenda principaliter vel incidenter, volo pro non dicto haberi, volens hanc proteſtationem valere & currere, ac ſi eam ſpecialiter reſumerem ſuper quodlibet dicendorum.

In hac aotẽ materia ad declarationem prædictorum, ſic procedirur. Primò oſtendetur quid ſit regnum, & unde habuerit ortum. Secuodò oſtendetur de ſacerdotio. Tertio, de ordine miniſtrorum ad unum ſupremum. Quarto, quid ſit prius tempore regnum vel ſacerdotium. Quinto, quod eorum ſit prius dignitate. Sexto, quod ſacerdorium noo eſt prius cauſalitate. Et ibi primo declarabitur, quo modo Papa ſe habet ad bona exteriora Eccleſiaſtica, quoad dominium. Septimo, quomodo ipſe ſe habet ad bona laicorum. Octavo, quod ipſe non hahet juriſdictionem à Chriſto in bonis laicorum, & quod Chriſtus eam non habuit. Nono, ponentur rationes ad contrarium, & ſolutiones earum. Decimo oſtendetur, quod dato quod Chriſtus babuit eam, tamen ipſam Petro non dedit. Undecimo ponentur quadraginta duæ rationes, dicentium quod papa habet juriſdictionem in bonis temporalihus laicorum. Duodecimo, præmittentur aliqua ad ſolutionem prædictorum, & ad intelligendum quam juriſdictionem vel auctoritatem habet Papa in temporalibus bonis, & ibi ponentur auctoritates Pe- B tro & aliis Apoſtolis commiſſæ à Chriſto. Decimotertio oſtendetur, quod illis auctoritatibus præmiſſis non habent prælati Eccleſiaſticam juriſdictionẽ in temporalibus, nec ob illas principes eis in temporalibus ſunt ſubjecti. Decimoquarto, pooentur rationes ad primum ſenarium rationum præmiſſarum. Decimoquinto, ad ſecundum ſenarium. Decimoſexto, ad tertium ſenarium. Decimoſeptimo, ad quartũ. Decimooctavo, ad quintũ. Decimonono ad ſextũ. Viceſimo, ad ſeptimũ. Viceſimo primo habebitur de donatiõe Cõſtãtini, & q̃d papa ꝓptereã poſſit. Viceſimo ſecũdo oſtẽdetur, an licitũ ſit de hujuſmodi pertinẽtib. diſputare & judicare. Viceſimotertio ponentur rationes aliorũ, quod papa non poſſit reſignare. Viceſimoquarto oſtendetur, quod poteſt. Viceſimoquinto, ſolventur rationes prædictæ.

PRIMUM CAP. QUID REGNUM, ET UNDE HABUIT ORTUM.

Circa primum igitur ſciendum, quod regnum propriè acceptum, ſic poteſt diffiniri. Regnum eſt, regimen multitudinis perfectæ, ad commune bonum ordinatum ab uno. In qua deſcriptione, regimen ponitur pro genere: mulritudinis vero, ponitur ad differentiam regiminis, quo quilibet ſe ipſum regit, vel naturali inſtinctu, ut contingit in brutis: vel ſua ratione, ut in ſolitariam vitam ducentib cõtingit. Perfectæ ponitur, ad differẽtiã multitudinis domeſticæ, q̃ non eſt perfecta: q̃a ſibi nõ ſufficit, niſi ad modicũ tẽpus, & nõ ad totã vitã, ſicut civitas, ſecundũ Philoſophũ in primo Politicorũ. Ad cõmune bonũ ordinatũ, ponitur ad differẽtiã Tyrãnidis, oligarchiæ

& De-

A & Democratiæ obi rector ſolùm intendit bonum ſuum, & præcipuè in tyrannide. A bono verò. ponitur ad differentiam Ariſtocratiæ, id eſt principatus optimorum, ſeu optimatum, ubi ſcilicet pauci denominantur ſecundùm virtutem. Quod regimen vocant aliqui Reſponſa prudentum, vel Senatusconſulta: ad differentiam Polycratiæ, vel Politiæ, ubi populus denominatur, vel plebisſcita. Nõ eſt enim rex, niſi qui ſolus dominatur, dicente Domino per Ezechiel. cap. 37. Servus meus David rex ſuper omnes erit. Eſt autem tale regimen à jure naturali, & à jure gentium derivatum. Nam cùm homo ſit animal naturaliter politicum ſeu civile, ut dicitur in primo Politicorum, quod ſecundùm Philoſophum oritur ex victu, veſtitu, defenſione, in quibus ſibi ſolus non ſufficit; & etiam ex ſermone qui eſt ad alterum, quæ homini debentur: neceſſe eſt homini, ut in multitudine vivat, & tali multitudine quæ ſibi ſufficiat ad vitam. Hujuſmodi autem non eſt communitas domus vel vici, ſed civitatis vel regni. Nam in ſola domo vel vico non inveniuntur omnia ad victum, veſtitum, vel defenſionem neceſſaria ad totam vitam, ſicut in civitate vel regno. Omnis autem multitudo, quolibet quærente quod ſuum eſt, diſſipatur, & in diverſa diſpergitur: niſi ad bonum commune ordinetur per aliquem virum, qui curam habeat de bono communi: ſicut corpus hominis deflueret, niſi eſſet aliqua vis communis in corpore, quæ ad bonum commune omnium
B membrorũ intenderet. Propter quod Proverbiorum 11. dicitur, quòd ubi non eſt gubernator, populus corruet. Hoc autem eſt neceſſarium. nam nõ eſt idem, quod proprium eſt, & quod commune eſt. ſecundùm proprium quidem differunt homines: per commune autem uniuntur. diverſorum autem diverſæ ſunt cauſæ. Et ideo oportet præter id quod movet ad proprium bonum uniuſcujuſque, eſſe aliquid quod moveat ad bonum commune multorum.

Eſt autem utilius regnum multitudinis, per unum qui præeſt ſecundùm virtutem, quàm per plures, vel paucos virtuoſos. quod patet tùm ex potentia: nam in uno principante virtus eſt magis unica, quàm in pluribus. & ideò fortior. Tùm ex unitate & pace, quæ intendi debet in regimine multitudinis. nam plures principantes non ſervant pacem multitudinis, niſi fuerint uniti & cõcordes. Si ergo propter unumquodque tale, & illud magis, ut dicit Philoſophus: unus princeps ſeu principans ſecundùm virtutem magis poterit ſervare pacem. quàm plures. & non tàm de facili poterit turbari pax omnium. Tùm etiam, quia princeps unus intendens ad bonũ commune, habet oculum ad magis commune, quàm ſi plures dominentur, etiam ſecundùm virtutem. Et quantò plures excipiuntur, tantò reſiduum eſt minus commune: & quantò pauciores, tãtò reſiduũ eſt magis commune. Propter quod dicit Philoſophus, quòd inter principaliter intendentes ſuum bonum proprium, tyrannus eſt pejor: quia magis proprium intendit, & A contemnit magis commune. Tùm quia in naturali regimine videmus totum ad unum reduci, ut in mixto corpore unum elementum dominatur: in humano corpore heterogeneo, unum eſt principale membrum in toto homine, & anima continet omnia elementa· animalia etiam gregalia: ut apes, & grues, quibus naturale eſt in ſocietate vivere, & obediunt naturaliter uni regi.

Ex quibus patet, homini neceſſarium eſſe, & utile, in multitudine vivere: & maximè tali quæ ſufficere poteſt ad totam vitam: ut eſt civitas & regnum, & regio & præcipuè ſub vero principante: propter bonum commune, qui rex dicitur. Et patet etiam, quòd hoc regimen derivatur non ſolùm à jure naturali, ex eo ſcilicet quòd homo naturaliter eſt animal civile vel politicum, & ſociale in tantum, quòd ante Belum & Ninum, qui primitùs regnaverunt, homines non naturaliter, nec ut homines ſed more beſtiarum ſine regimine vivebant: ut narrat quoſdam dixiſſe Oroſius primo ſuo libro contra Paganos. Et Tullius conſimilia dicit in principio veteris rhetoricæ. Et Philoſophus dicit de talibus in Politicis, quòd non vivunt ut homines, ſed ut dii vel beſtiæ. Et cùm per verba communia ad vitam communem naturaliter eis convenientem (ut viſum eſt) à vita beſtiali non poſſent hujuſmodi homines revocari, homines magis ratione utentes, eorum compatientes errori, ad vitã communem ſub uno aliquo ordinatam, rationibus perſuaſoriis revocare conati ſunt, ut dicit Tullius: & ita revocatos certis legibus ad vivendum communiter ligaverunt: quæ quidem leges hîc jus gentium dici poſſunt Et ſic patet, quòd hujuſmodi regimen à jure naturali & gentium derivatur.

Cap. II,

QVID SIT SACERDOTIVM, & unde habuit ortum.

CÆterùm eſt conſiderandum, quòd homo non ſolùm ordinatur ad bonum tale quod per naturam poteſt acquiri, quod eſt vivere tantùm ſecundùm virtutem: ſed ulteriùs ordinatur ad finem ſupernaturalem, quæ eſt vita æterna, ad quam tota hominum multitudo viventium ſecundùm virtutem, ordinabilis eſt: ſecundùm quod patet in Symbolo fidei noſtræ. & ideo oportet unum aliquem eſſe, qui multitudinem fidelium dirigat ad hunc finem. Et ſi quidem ad hunc finem poſſet perveniri virtute naturæ humanæ, neceſſarium eſſet, ut ad officium regis humani pertineret, dirigere homines in hunc finem: quia hunc regem humanum dicimus, cui commiſſa eſt cura ſumma regiminis in rebus humanis. Sed quia vitam æternam non conſequetur homo per virtutem naturæ humanæ, ſed divinæ. ſecundùm illud Apoſtoli Romanorum 6. Gratia Dei vita æterna. Ideo perducere ad iſtum finem, non eſt humani regiminis, ſed divini.

Digitized by Google

A Ad illum igitur regem pertinet hoc regimen, qui non ſolùm eſt homo, ſed etiam Deus: ſcilicet Chriſtus Jeſus, qui homines filios Dei faciens, introducit in vitam æternam. propter quod Rex appellatur, dicente Hieremia: Regnabit rex, & ſapiens erit. hoc autem regnum à Deo patre eſt ei creditum, quod non corrumpetur. Et quia ad curam regis pertinet, removere impedimenta pertingendi ad finem, & conferre remedia & adjutoria perveniendi: ideo Chriſtus ſeipſum offerens Deo patri, ut ſacerdos ſimul & ſacrificium, impedimentum univerſale per mortem ſuam removit, offenſam ſcilicet Dei patris pro communi peccato generis humani. Et propter hoc ſacerdos verus dictus eſt, pro hominibus ex hominibus aſſumptus, Hebræorum 5. Verùm quia cauſſam univerſalem oportet conjungi particularibus effectibus, neceſſarium fuit quædam habere remedia, per quæ illud beneficium generale nobis aliquo modo jungeretur.

Et illa ſunt Eccleſiæ ſacramenta, in quibus ſpecialis virtus paſſionis Chriſti continetur, ſicut virtus agentis in inſtrumento. Et ideo ipſa eſſe ſenſibilia conveniebat, ut homini provideretur ſecundùm ejus conditionem, quæ eſt, ad ſpiritualia & intelligibilia capienda deduci per ſenſibilia, ſecundùm illud Romanorum 1. Inſenſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, &c. Et ut inſtrumēta iſta verbo incarnato (cujus ut principalis agentis virtutem continent) proportionata eſſent, dum ſpiritualem virtutem continent ſenſibilibus ſignis.

Cæterùm quia Chriſtus præſentiam ſuam carnalem erat Eccleſiæ ſubſtracturus, neceſſarium fuit ut alios miniſtros inſtitueret, qui hujuſmodi ſacramenta hominibus miniſtrarent: qui ideo ſacerdotes dicuntur, quaſi ſacra dantes, vel ſacra docentes homines.

Hos autem miniſtros ideo oportuit non angelos eſſe, ſed homines, ſpiritualem virtutem ſibi collatā habentes. unde Apoſtolus Heb 5. Omnis pontifex ex hominibus & pro hominibus aſſumptus eſt, &c. Et hoc, ut miniſter & miniſterium convenirent, in quo eſt virtus ſpiritualis ſub ſenſibili elemento, & cauſſæ principali ſalutis hominum, verbo ſcilicet incarnato ſecundùm noſtram ſalutem, virtute & auctoritate operatur, in quantum Deus eſt, & homo.

Ex his patet, quòd ſacerdotium definiri poteſt in hunc modum: Sacerdotium eſt ſpiritualis poteſtas Eccleſiæ, miniſtris Eccleſiæ à Chriſto collata, ad diſpenſandum fidelibus ſacramenta.

Cap. III.

DE ORDINE MINISTRORUM ad unum ſummum: quòd non eſt neceſſe omnes principes ad unum reduci, ſicut miniſtros Eccleſiæ ad unum ſupremum.

Cæterùm, quia ſecundùm Apoſtolum 2. Corinth. 3. hæc poteſtas data eſt Eccleſiæ ad ædificationem: oportet hanc poteſtatem tamdiu durare in Eccleſia, quamdiu Eccleſia ædificatione indiget, ſcilicet uſque ad finem mundi. Et ideo ſic fuit data primò Chriſti diſcipulis, ut per eos derivari poſſet ad alios. Inter quos oportet eſſe aliquos miniſtros ſuperiores & perfectos, qui hujuſmodi ſacerdotium aliis conferant ordinando & conſecrando. A

Et hi ſunt epiſcopi ſuperintendentes: quilicèt non excedant ſimplices ſacerdotes, quantum ad verum corpus Chriſti conſecrandum: excedunt tamen in iis quæ ſunt ad fidem, vel fideles. Nam epiſcopi ſunt ſacerdotes magni, & perfecti: quia poſſunt alios facere ſacerdotes, quod non poſſunt ſimplices & inferiores, Et quidquid arduum circa fidelem populum eſt agendum, epiſcopis reſervatur: quorum auctoritate, etiam ſacerdotes poſſunt id quod illis committitur. Et in his quæ ſacerdotes agunt, utuntur rebus ab epiſcopis conſecratis: ut calice, altari & palliis, ut dicit Dionyſius de Eccleſiaſtica hierar. cap. de Sacerdotalibus perfectionibus. Manifeſtum eſt autem, quòd licèt populi diſtinguantur per diverſas diœceſes & civitates, in quibus præſunt epiſcopi diverſi in ſpiritualibus: tamen una eſt omnium fidelium Eccleſia, & unus populus Chriſtianus. Et ideo, ſicut in qualibet diœceſi eſt unus epiſcopus, qui eſt caput Eccleſiæ in illo loco vel populo: ita in tota Eccleſia, & in toto populo Chriſtiano, eſt unus ſummus Epiſcopus, Papa ſcilicet Romanus, Petri ſucceſſor: B ut ſic Eccleſia militans per ſimilitudinem à triumphante derivetur, ubi unus præſidet, qui præſidet toti univerſo. Apocalyp. 21. Ipſi populus ejus erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus. & Joelis 1. Congregabuntur filii Juda, & filii Iſrael pariter, ut ponant ſibi caput unum. Johan. 10. Fiet unum ovile, & unus paſtor. quod quidem de Chriſto intelligi non poteſt, ſed de aliquo alio miniſtro qui præſit loco ejus. Nam poſt corporalem ſubtractionem præſentiæ corporalis Chriſti, convenit interdum circa ea quæ ſunt fidei, quæſtiones moveri, in quibus propter diverſitatem opinionum vel ſententiarum divideretur Eccleſia: quæ ad ſui unitatem requirit fidei unitatem, niſi per unius ſententiam Eccleſiæ unitas ſervaretur. Hic autem principatum hujuſmodi habens, eſt Petrus, ſucceſſorque ejus: non quidem ſynodali ordinatione, ſed ex ore Domini qui Eccleſiæ ſuæ noluit deficere in neceſſariis ad ſalutem, ipſo dicente Johannis ultimo, ante aſcenſionem, Petro ſingulariter: Paſce oves meas. & Lucæ 22. ante paſſionem: Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos. Hunc autem ordinem ad unum ſupremū magis invenimus inter miniſtros Eccleſiæ, quam inter principes ſeculares: quia miniſtri Eccleſiaſtici divino cultui ſpecialiter deputati ſunt Domino, tanquam populus peculiaris. Et ideo ex divino ſtatuto eſt ordo omnium miniſtrorum ad unum. Non ſic autem fideles laici ſic habent ex jure divino, quòd ſubſint

in tem-

A in temporalibus uni Monarchiæ ſupremo: ſed ex naturali inſtinctu, qui ex Deo eſt, habent, quòd civiliter & in communitate vivant: & per conſequens, ut ad benè vivendum in communi rectores eligant diverſos quidem, ſecundùm diverſitates communitatum. Quòd autem ad unam ſupremam hierarchiam in temporalibus reducantur, nec ex inclinatione naturali, nec ex jure divino habent: nec eis convenit ita, ſicut miniſtris Eccleſiaſticis.

Primò quidem, quia ſicut in hominibus eſt diverſitas magna ex parte corporum non autem ex parte animarum, cùm omnes ſint in eodem gradu eſſentiali conſtitutæ, propter unitatem ſpeciei humanæ: ita ſecularis poteſtas plus habet diverſitatis ſecundùm ſecularitatem, & complexionum diverſitatem, quàm ſpiritualis, quæ minus in talibus variatur. Unde non oportet eſſe tantam diverſitatem in una, ſicut in alia.

Secundò, quia non tantùm ſufficit unus ad dominandum toti mundo in temporalibus, ſicut unus ſufficit in ſpiritualibus: quia poteſtas ſpiritualis cenſuram ſuam tranſmutare poteſt faciliter ad omnes, tàm propinquos quàm remotos, cùm ſit verbalis, non poteſtas ſecularis, gladium ſuum cum effectu tranſmittere tam faciliter poteſt ad remotos, cùm ſit manualis, facilius enim eſt verbum extendere, quàm manum.

Tertiò, quia temporalia laicorum non ſunt communitatis, ſed quilibet eſt dominus ſuæ B rei, tanquam per ſuam induſtriam acquiſitæ, ut infrà patebit: & ideò non indigent diſpenſatore communi, ſed quilibet ſuæ rei ſit ad libitum diſpenſator. Bona verò Eccleſiaſtica communitati ſunt collata, ut videbitur infrà: & ideò oportet quòd ſit aliquis unus qui cõmunitati præſit, ut bonorum omnium communis diſpenſator. non ergo tantùm convenit quòd præſit aliquis unus toti mundo in temporalibus laicorum, ſicut in temporalibus clericorum.

Quartò, quia omnes fideles conveniunt in una fide catholica, ſine qua non eſt ſalus: & ſæpè convenit multas quæſtiones oriri de pertinentibus ad ſalutem ſeu fidem in diverſis regionibus, ſicut regnis. Et ideò ne propter diverſitatem controverſiarum unitas fidei deſtruatur, neceſſe eſt (ut dictum eſt) unum eſſe ſuperiorem in ſpiritualibus, per cujus ſententiam controverſiæ terminentur. Sic autem non eſt neceſſe omnes fideles uniri, in aliqua republica communi: ſed poſſunt ſecundùm diverſitatem climatum, regionum & conditionum hominum, eſſe diverſimodi vivendi, & diverſæ Politiæ: & quod eſt virtuoſum in una gente, non eſt virtuoſum in alia. Sicut de ſingulis perſonis dicit Philoſophus in ſecundo Ethicorum, quòd aliquid eſt uni parum, quod alii eſt nimium. Sicut quod eſt nimium magiſtro gymnaſiorum, ſcilicet comedere decem minas ſeu uncias, eſſet parum Miloni, qui ſcilicet uno ictu de pugno, taurum victimam faciebat, ut dicit Commentator. Non eſt ergo ſic neceſſe mundum regi per unum in temporalibus, ſicut neceſſe eſt, quòd regatur per unum in ſpiritualibus: nec ita trahitur à jure naturali, vel divino. Unde Philoſophus in Politicis dicit, generationem regni eſſe naturalem in ſingulis civitatibus vel regionibus, non autem Imperii vel Monarchiæ. A

Auguſtinus etiam quarto de Civitate Dei dicit, quòd melius & magis pacificè regebatur reſpublica, cùm uniuſcujuſque, vel unumquodque regimen ſuæ patriæ terminis finiebatur. Et ibidem etiam dicit, quòd cauſſa deſtructionis Imperii Romani fuit ambitio propria dominandi, vel provocans alienas injurias: & ſic nõ ita trahitur à jure naturali, quod in temporalibus ſit unus monarcha, ſicut in ſpiritualibus. Nec huic obviat, quod 7. qu. 1. In apibus. ubi dicitur quòd unus debet præeſſe, & non plures: quia ibi loquitur de re una, ubi non expedit plures ex indiſtincto dominari. ſicut oſtendit de Remo & Romulo, qui ſimul & ex indiſtincto dominabantur: & ideò unus in alium fratricidium commiſit. Similiter ibidem oſtenditur per alia exempla.

Cap. IV.

QVID SIT PRIVS, REgnum vel Sacerdotium.

NUnc videndum eſt, quid prius fuit tempore, regnum vel ſacerdotium. Ad quod ſciendum eſt, quòd de regno loquendo propriè, prout nominant regimen non ſolùm domus, vel vici civitatis: ſed provinciæ, in qua B invenitur maximè ſufficientia eorũ quæ pertinent ad totam vitam. Et loquendo de ſacerdotio propriè, prius fuit tempore regnum ſacerdotio. Nam ut ait Aug. 16. de Civitate, cap. 17. primum regnorum fuit regnum Aſſyriorum, quod longè ante datam legem incœpit: quia in Aſſyria primò regnavit Belus, ſcilicet 65. annis, quo defuncto, filius ejus Ninus regnum amplians per totam Aſiam majorem, etiam in India regnavit 52. annis, 43. annos habens in regno, quando natus eſt Abraham. anno qui erat circiter 1200. ante urbem conditam. Simul ergo cum iſto regno incœpit regnum Sicyoniorum in Græcia, quod in ſui principio non fuit tantum: cujus primus rex fuit Egyaleus, cujus filius fuit Europs.

Eodem tempore invenitur de Deum verum colentibus, rex Salem Melchiſedech: quem Hebræi dicunt Sem, filium Noë: & dicunt eũ vixiſſe uſq; ad Iſaac.

His autem temporibus jamdudum antè veris regibus exiſtentibus, nondum erat ſacerdotium, nec fuit uſq; ad Mediatorem Dei & hominum Chriſtum Jeſum. Quod ex hoc patet. Nam apud gentiles ſi qui ſacerdotes dicebantur, non erant veri ſacerdotes: quia nec ſacrificia offerebãt vero Deo, ſed æſtimato. Deut. 32. Immolaverunt dæmoniis, & non Deo.

Si verò aliqui Levitici generis ſub lege in Dei populo dicebantur ſacerdotes, non erant veri ſacerdotes, ſed figura verorum ſacerdotum, & eorũ ſacrificia tantummodo figuralia: & ſa-

A & ſacramenta eorum non erant vera, ſed figuralia: eo quòd à peccato non mundabant: nec aperiebant, ſed figurabant, mundando quaſdam irregularitates, & aperiendo templum manufactum, per quod apertio templi nõ manufacti per Jeſum Chriſtum figurabatur. nec promittebant ſpiritualia, niſi ſub ſpecie temporalium: ſecundùm quod dicit Apoſtolus Hebræorum 11. Umbram habet lex futurorum bonorum.

Ante regem verò invenitur Melchiſedech, ſacerdos Dei ſummi: cujus ſacerdotium licèt perfectius & præſtantius eſſet ſacerdotio Levitico, tamen ſolùm fuit figurale, & non verum. Erat enim perfectius, quia Chriſti repræſentabat ſacerdotium: quantum ad illud, in quo excellebat ſacerdotium Chriſti, ſacerdotium Aaron: & ſacerdotium Aaron in ſignificando deficiebat à ſacerdotio Chriſti, ſcilicet quantum ad perpetuitatem: quia non legitur in Scriptura Melchiſedech habere initium vel finem, ſicut nec Chriſtus habuit. Et quantum ad multa quæ ponit Apoſtolus Hebræorum 7. ſed tamen tantùm erat figurale, & non verum, ſicut nec ſacerdotium Leviticum.

Accipiendo ergo verum ſacerdotium, non fuit ſacerdotium uſque ad mediatorem Dei & hominum Chriſtum Jeſum, cujus ſacerdotii participes nos effecit.

Eum igitur Abraham, ante cujus nativitatem fuerunt reges Aſſyriorum, Sicyoniorum, Ægyptiorum, & alii quidam, fluxerunt uſque B ad Chriſtum, ſecundum Methodium, duo millia annorum: vel ſecundùm alios, 1150.

Manifeſtum eſt, ante verum ſacerdotium, regnum duratione temporis fuiſſe: & reges veri erant (licèt cùm hoc illi qui ungebantur in propoſito Dei Chriſtum figurarent) cùm officium eorum eſſet ad vitæ humanæ civilis neceſſitatem, ſicut modò.

Eſt tamen ſciendum, quòd ſi ſacerdotium acciperetur largè & impropriè, prout legalis ſacerdos, vel quilibet alius figuralis vel æſtimativus ſacerdos dicebatur, ſimul currit & cadit ſacerdotium cum regno. Nam in numero Deum colentium Melchiſedech ſimul fuit rex Salem, & ſacerdos Dei ſummi: & ab ipſo ſecundum Hebræos, & ſecundùm magiſtrum in hiſtoriis per primogenitos continuatum eſt ſacerdotium uſq; ad Aaron.

Iſte autem Melchiſedech ſecundùm Hebræos genuit Arphaxat, duobus annis poſt diluvium, & fluxerunt à diluvio uſq; ad ſeptuageſimum annum vitæ Abrahæ, quando prima promiſſio ei facta eſt (ut habetur Geneſis 12. ſecundùm planum literæ) anno 470. vel ſecundùm alios, 430.

Apud alios verò, immò ſimpliciter, primũ regnum olim fuit regnum Aſſyriorum, ut ſuprà dictum eſt: cujus primus rex fuit Belus. Ninus autem filius ejus, ei ſuccedens in regno, patre defuncto idolum fecit nominatum Bel: à quo denominata ſunt idola cætera provinciarum, ut Beelphegor, Beelſebut, & alia hujuſmodi: inſtituitque ſacerdotes ſive flamines, per quos ſacrificia eis offerebantur. A

Ex his ſatis patet, regnum concurriſſe cum ſacerdotio, ſic accepto, ſcilicet æſtimato, vel figurali: diu tamen regnum præceſſiſſe ſacerdotium verum.

CAP. V.

QUID SIT PRIUS DIGNITATE, regnum ve ſacerdotium.

EX prædictis patère poteſt de facili, quid ſit prius dignitate, regnum vel ſacerdotium. Nam quod poſterius eſt tempore, ſolet prius eſſe dignitate, ut perfectum imperfecto, & finis eo quod eſt ad finem. Et ideò dicimus, poteſtatem ſacerdotalem majorem eſſe poteſtate regali, & ipſam præcellere dignitate: quia hoc ſemper reperimus, quòd illud ad quod pertinet ultimus finis, perfectius eſt & melius, & dirigit illud ad quod pertinet inferior finis. Regnum verò ad hoc ordinatum eſt, ut multitudo congregata vivat ſecundùm virtutem, ut ſuprà dictum eſt. Et cùm hoc ulterius ſacerdotium ordinatur ad altiorem finem, qui eſt Dei fruitio, cujus directionis cura credita eſt Chriſto, cujus vicarii & miniſtri ſunt ſacerdotes: & ideò dignior eſt poteſtas ſacerdotalis regali poteſtate. Et hoc conceditur communiter, 96. diſtinction. capitulo, duo quippe ſunt: Non tàm precioſius eſt aurum plumbo, quàm regia poteſtate ordo ſacerdotalis eſt altior. Et extrà de majoritate & obedientia, capit. Solitæ, B dicitur: Quia præferuntur ſpiritualia temporalibus, ſicut Sol Lunæ, ſic & cætera. Et Hugo de ſancto Victore, libro ſecundo de Sacramentis, parte ſecunda, capitulo quarto ait ſic: Quantum vita ſpiritualis dignior eſt quàm terrena, & ſpiritus quàm corpus: ita poteſtas ſecularis terrenam poteſtatem honore & dignitate præcellit. Et Bernardus ad Eugenium papam, capitulo primo: Quænam tibi videtur dignitas & poteſtas, dimittendi peccata, aut prædia dividendi: ſed non eſt comparatio, quaſi dicat: Major eſt poteſtas ſpiritualis, eà ergo dignitate præcellit. Nec tamen ſi principe major eſt ſacerdos dignitate, & ſimpliciter oportet quòd eo ſit major in omnibus. Non enim ſic ſe habet poteſtas ſecularis minor ad poteſtatem ſpiritualem majorẽ quòd ex ea oriatur vel derivetur: ſicut ſe habet poteſtas proconſulis ad Imperatorem, qui eo major eſt in omnibus, quia poteſtas ſua ab eo derivatur. Sed ſe habet ſicut poteſtas patrisfamiliàs ad poteſtatem magiſtri militum, quarum una non eſt derivata ab alia, ſed ambæ à quadam ſuperiori poteſtate. Et ideò in aliquibus poteſtas ſecularis major eſt poteſtate ſpirituali, ſcilicet in temporalibus nec quo ad iſta, eſt ei ſubjecta in aliquo, quia ab illa non oritur: ſed ambæ oriũtur ab una ſuprema poteſtate, ſcilicet divina immediatè: propter quod inferior non eſt omninò ſubjecta ſuperiori, ſed in his ſolùm in quibus ſuprema ſubjecit eam majori.

Quis enim diceret, quòd quia doctor litera-

rum,

A rum, vel inſtructor morum, ordinat omnes de domo ad nobiliorem finem, ſcilicet ad cognitionem veritatis: ideò & medicus, qui reſpicit inferiorem finem, ſcilicet corporum ſanitatem, ſit ei ſubjectus, in ſuis medicinalibus propinandis. hoc enim non oportet, cùm paterfamilias, qui utrumque in domo conſtituit, eum, quo ad hoc, non ſuppoſuerit ei.

Eſt ergo ſacerdos in ſpiritualib major principe, & econverſo in temporalibus princeps major ſacerdote: licèt ſimpliciter ſacerdos major ſit, quantum ſpirituale majus eſt temporali.

Et hoc etiam oſtendunt exempla prædictarum auctoritatum. Nam licèt aurum ſit precioſius plumbo, tamen plumbum non eſt ex auro cauſſaliter. Hoc etiam expreſsè dicitur ſecunda quæſtione ſeptima: nos ſi incompetenter. Eſt tamen conſiderandum, quòd illud quod dictum eſt. intelligamus de vero ſacerdotio Chriſti. Nam ſacerdotium gentilium, & totus divinus cultus eorum erat propter temporalia bona, quæ ordinantur ad bonum commune multitudinis, cujus cura regi incumbit. Et ideò ſacerdotes gentilium regibus ſubdebantur, & majus erat ſacerdotio regnum· ſicut ſuperior eſt poteſtas cui incumbit cura de communi bono, quàm poteſtas cui ſolùm incumbit cura de particulari. Similiter in veteri lege ſacerdotium ſolum bona temporalia promittebat immediatè, licèt non à
B dæmonibus, ſed à vero Deo exhibenda. Ideò etiam in veteri lege ſacerdotium indignius erat poteſtate regia, & ei ſubjectum: quia per ſacerdotem non dirigebatur rex ad aliquid alicujus bono multitudinis, cujus cura ſibi incumbebat, econverſo autem eſt in nova lege. Eſt autem conſiderandum, quòd mirabiliter ex divina providentia factum eſt, quod in urbe Romana. quam Deus præviderat fore principalem Chriſtiani ſacerdotii ſedem, iſte mos paulatim invaluit: ut civitatis rectores (etſi non ex debito juſticiæ, cùm ſimpliciter eſſent majores ſacerdotibus) pluſquam in cæteris locis voluntariè ſe ſubdebant: dicente Valerio, Omnia poſt religiones ponenda ſemper noſtra civitas duxit, etiam in quibus ſummæ majeſtatis conſpici decus voluit: quapropter non dubitaverunt ſacris imperia ſervire: ita ſe futura humanarum rerum regimen æſtimantia, ſi divinæ potentiæ benè atque conſtanter fuiſſent famulata. Quod, quia futurum erat ut in Francia plurimum vigeret religio ſacerdotii Chriſtiani, divinitùs eſt proviſum, quòd etiam apud Gallos, gentiles ſacerdotes (quos Druydes nominabant) totum Gallicum bellum definirent, ut ſcripſit Julius Cæſar de Gallico bello. Eſt igitur Chriſti ſacerdotium dignius regia poteſtate.

Cap. VI. A

QVOD SACERDOTIVM NON eſt prius regno cauſſalitate: & quomodo ſe habet Papa ad exteriora bona Eccleſiaſtica, quoad dominium.

ET quia aliqui præeminentiam ſacerdotii ſuper regiã poteſtatem vel dignitatem in tantum extollere volunt, ut dicant ſacerdotium non prius ſolùm dignitate, ſed etiam cauſſalitate. & poteſtatem ſecularem in ſacerdotali cõtineri. & ab ea inſtitui: reſtat oſtendendũ quomodo Papa, qui ſupremum locum tenet inter Chriſti ſacerdotes, habeat vel non habeat poteſtatem. Ubi primò oſtendetur, quomodo ſe habeat ad bona exteriora, quo ad divinis in rebus. Secundò, dato quòd non ſit verus dominus exteriorũ bonorum, ſed diſpenſator ſimpliciter, vel in caſu: an ſaltem habeat radicalem primariam auctoritatem, ut ſuperior, & ut juriſdictionem exercens.

Circa primum igitur, ſciendum eſt primò, quomodo ſe habeat ad bona temporalia Eccleſiaſticarum perſonarum, ut Eccleſiaſticæ ſunt. Ad quod ſciendum quòd bona Eccleſiaſtica, ut Eccleſiaſtica ſunt, collata ſunt communitatibus eccleſiarum, ſeu ipſis eccleſiis. & non perſonæ ſingulari: ita quòd in bonis Eccleſiaſticis nulla perſona ſingularis habet proprietatem & dominium, ſed ſola communitas: ut Eccleſia Carnotenſis, vel alia hujuſmodi eſt, habens dominium & poteſtatem in ipſis bonis ut ſibi propriis. Perſona autem ſingularis, non B ut ſingularis, ſed ut pars & membrum communitatis, habet in ipſis jus utendi ad ſuſtentationem, ſecundùm exigentiam & decentiam perſonæ ſuæ, & ſtatus: in quo tamen eſt differentia, quia eſt aliquod membrum ſimplex, ut ſimplex canonicus: & illud non habet niſi uſum. Et eſt aliquod membrum, quod eſt principale & caput totius communitatis, ut epiſcopus. nam non eſſet congregatio una. nec ordinata, niſi eſſet unum caput & membrum principale. & illud non ſolùm habet uſum in bonis communitatis ſecundùm exigentiã ſui ſtatus, modò prædicto: ſed habet adminiſtrationem & diſpenſationem generalem omniũ bonorum communitatis, approprians cuilibet quod ei debetur, ſecundùm debitã juſticiæ proportionem: diſpenſans etiam pro communi bono collegii bona fide. ut ſibi videtur expedire. & ita eſt in qualibet Eccleſia cathedrali. Verùm quia non ſolùm quælibet congregatio Eccleſiaſticorum virorum eſt una in ſpirituali unitate, imò omnes Eccleſiaſticæ congregationes habent quandam generalem unitatem, in quantum ſunt una Eccleſia, habens connexionem ad unũ principale membrũ cui incumbit Eccleſiæ cura generalis, ſcilicet dominũ papam: ideò ipſe tanquã principale caput, & principale membrum, & ſupremum univerſalis Eccleſiæ, eſt generalis diſpenſator omnium generaliter bonorum Eccleſiaſticorum, ſpiritualium & temporalium. Non quidem quòd ſit dominus eorum: ſed ſola communi-

A munitas univerſalis Eccleſiæ eſt domina & proprietaria illorum bonorum generaliter, & ſingulæ communitates & Eccleſiæ dominiũ habent in bonis ſibi competentibus. Similiter perſonæ ſingulares qualitercunque acceptæ, dominium nõ habent: licet principalia membra diſpoſitionem habeant non ſolùm reſpectu inferiorum, ſed etiam quantum faciunt fructus ſuos ex ſervitio pinguiores, ſecundùm exigentiam perſonæ vel ſtatus: vel forſan aliquid eis ultra appropriatur ab univerſali diſpenſatore ſic ordinate, vel diſcernente ſeu determinante bona fide, prout jura à papatu condita diſtinguunt bona Eccleſiaſtica quadrifariam; 12. q. 2. Ex his patet quòd malè dicunt, qui dicunt quòd nulla perſona ſingularis, alia à papa, nec collegium vel communitas habet jus & dominium in bonis Eccleſiaſticis: ſed ſolus papa, qui non ſolùm eſt adminiſtrator & diſpenſator univerſalis, ſed verus dominus & proprietarius bonorum Eccleſiæ: & de eis ordinare, & ea diſtrahere poteſt, prout vult, & tenet factum ſuum (licèt peccet, niſi faciat ex cauſſa rationabili.) Et cæteri prælati, vel etiam principes & communitates non habent dominium: ſed ſolùm ſunt talium bonorum procuratores, tutores & diſpenſatores. Hoc patet eſſe falſum, ex prædictis. Cùm dictum ſit, quòd papa non ſit dominus eccleſiaſticorum bonorum generaliter, nec prælati inferiores bonorum ſui collegii. Sed papa eſt diſpoſitor & diſpenſator univerſalis bonorum Eccleſiaſticorum: etiam ampliùs, facit ſibi fructus ſuos de
B bonis communibus pinguiores, ſecundùm exigentiam ſui ſtatus, quàm prælati inferiores, qui vocati ſunt in partem ſolicitudinis, nõ in plenitudinem poteſtatis. Unde Auguſtinus ad Bonifacium, de Prælatis loquens, omnes generaliter includens dicit: Si privatum vel privatim poſſidemus, quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt; ſed illorum quorum procurationem gerimus: non ergo proprietatem nobis uſurpatione damnabili vendicemus. Et Apoſtolus 1. ad Corinth. 4. non excludens Petrum ſeu papam: Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorũ Dei Et Bernhardus, loquens de bonis temporalibus, dicit ad Eugenium papam libro ſecundo: Eſto ut alia quacunq; ratione hoc tibi vendices, non tamen Apoſtolico jure: nec illud tibi dare, quod non habuit Petrus, potuit. Argentum, inquit, non eſt mihi, quod habuit, hoc dedit, ſcilicet ſolicitudinem ſuper eccleſias non (inquit) dominationem, audi ipſum: Non ut dominantes, inquit, in clero: ſed forma ſancti gregis, hæc Bernardus. Quod etiam ex hoc evidẽs eſt, quia clericis, ut clerici ſunt, & monachis, ut monachi ſunt, non repugnat habere dominium bonorum exteriorum, ſaltem in communi: quia ex voto non ſunt incapaces, ſicut aliqui religioſi. Cùm ergo fundatores eccleſiarum intenderunt dominium, & proprietatem bonorum, quæ dabant, transferre primò & directè in communitatem collegii, ſcilicet talis eccleſiæ, ad uſum Deo ſervientium, & non in dominum papam: manifeſtum A eſt, quòd communitas ipſa habet immediatũ & verum dominium in bonis ipſis, & non papa vel prælatus aliàs inferior.

Aliter enim, quo ad talia bona, non differret modus vivendi clericorum & monachorum, à modo vivendi fratrum Minorũ, qui ex voto ſuo ſunt incapaces dominii talium bonorũ in proprio & in communi. Habent enim tantùm uſum facti, ut dicit Nicolaus papa quartus. Et ne bona eis collata (quæ ex eo quòd conferuntur perſonis Eccleſiaſticis, ſunt facta eccleſiaſtica) ſint vaga & incerta, dominus papa ſuſcepit in ſe jus & dominiũ eorum.

Sed quæro, per quem poteſt hoc dominium papa ſuſcipere, cùm non habeat poteſtatem in temporalibus, nec bona eccleſiæ ſua ſunt, ſed communitatis? Abſit autem quòd ad bona exteriora non aliter ſe habeant clerici ſeculares, & alii religioſi: cùm etiam dicat papa Nicolaus in eadem decretali, quòd monachus monaſterio, & ſervus domino acquirit jus & dominiũ in re aliqua. Non ergo ſolus papa dominus eſt, imò nec dominus, ſed diſpenſator generalis: & epiſcopus vel abbas diſpenſator ſpiritualis, & immediatus. Communitas autem dominium verum habet in bonis Eccleſiaſticis: ampliùs non poteſt dici, quòd papa jus & dominium in talibus bonis habeat, non ut eſt perſona privata, ſed ut eſt perſona publica, & vicarius Chriſti, cujus ſunt omnia talia bona, ut domini principalis: & propriè, ut ejus vicarii generalis. Hoc enim dicere non valet, quia Chriſtus B ſecundùm quod Deus eſt, eſt dominus non ſolùm bonorum eccleſiaſticorum, ſed etiam omnium aliorum: ut autem homo, non habet communitatem & converſationem corporalem cum iis qui ſunt in Eccleſia. Nec illi qui conferunt bona eccleſiæ, intendunt jus & dominium transferre in Chriſtum, ſive ſecundum quod Deus: quia ſic omnia ſua ſunt: ſive ſecundùm quod homo, quia illis nunc non indiget: ſed in miniſtros Chriſti. & ideò talia bona ſunt Eccleſiæ, quantum ad proprietatem: ſed prælatorum, quantum ad diſpenſationem, ut dictum eſt. Ex quo etiam patet, quòd papa non poteſt ad libitum detrahere ſeu diſtrahere bona eccleſiarum, ita quòd quicquid ordinet, de ipſis teneat. Hoc enim verum eſſet, ſi eſſet dominus: ſed cùm ſit diſpenſator bonorum communitatis, in quo requiritur bona fides: non habet ſibi collatam poteſtatem ſuper ipſis, niſi ad neceſſitatem vel utilitatem eccleſiæ cõmunis. Unde Apoſtolus 2. Corinth. 13. Agam ſecundùm poteſtatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionẽ. propter quod ſi aliter pro libito diſtrahat papa, & non bona fide, de jure non tenet: & non ſolùm tenetur ad pœnitentiã de peccato, quaſi propter abuſum rei non ſuæ, ſed infideliter agit, & ad reſtitutionem tenetur, ſcilicet aliunde de patrimonio proprio, ſi haberet aliquid, vel acquireret (cùm ſit fundator rei non ſuæ) Et etiam ſicut monaſterium poſſet agere ad depoſitionem abbatis, vel eccleſia particularis

A ris ad depoſitionẽ epiſcopi, ſi appareret quòd diſſiparet bona monaſterii vel eccleſiæ: & quod infideliter non pro bono communi, ſed pro privato ea detraheret ſeu diſtraheret. Ita ſi appareret quòd papa bona eccleſiarum infideliter detraheret ſeu diſtraheret, ſcilicet non ad bonum commune, cui ſuperintendere tenetur, cùm ſit ſummus epiſcopus: deponi poſſet, ſi admonitus non corrigeretur, diſt. 40. can. Si papa, ubi dicitur: Cunctos judicaturus, à nemine judicandus eſt, niſi deprehendatur à fide devius. Ubi dicit gloſſa: q; ſi comprehendetur in quocunq; alio vitio, & admonitus non corrigatur, ſed ſcandalizet; vel ſcandalizaret eccleſiam, idem poſſet fieri. Sed fortè ſecundùm alios hoc fieri poſſet per ſolum concilium generale, argumentum 20. 1. diſtinct. can. nunc autem. Et ſiquidem ſciat papa alios viros Eccleſiaſticos vel ſeculares contra ſe ob indebitam diſpenſationem clamantes, eo modo quo poſſunt & debent, non poteſt eos de jure movere, vel deponere ab eis quod ipſorum eſt qualitercunque, cùm ad hoc non habeat auctoritatem à Deo. Et ſic dicentes . os ponunt in cœlum, & injutiam faciunt ſummo pontifici patri noſtro, qui voluntatem ſuam prædicant ſic eſſe inordinatam (cùm præſupponi debeat, voluntatem tanti patris non contrariam juri) ut ſcilicet ſine cauſſa rationabili vellet auferre alicui quod ſuum eſt, cùm aliter non poſſit de jure. Siquidem Deus non vult auferre, vel auferri ab aliquo quod ei dedit, niſi
B culpa exigente: quia, ut dicitur Roman. 11. ſine pœnitentia ſunt dona Dei. Propter peccata etiam hominum dixit: Pœnitet me feciſſe hominem. Propter peccatum Aegyptiorum ſpoliũ fecit Hebræorum. Nihil enim vult auferre vel auferri à viro juſto. Unde Job 36. judicium pauperibus tribuit: & non aufert à juſto oculos ſuos, & reges in ſolio ſuo ſolicitat in perpetuũ. Et ideo cum Deus dederit Petro vel papæ diſpenſationem exequendam bona fide, contra Dei voluntatem expreſſam non poteſt papa de jure pro libito, non interveniente culpa manifeſta, auferre jus adminiſtrationis, quod quis debitè & ritè recepit & habet. hæc ergo poteſtas eſt, quam habet papa in bonis Eccleſiaſticis.

CAP. VII.

QVOMODO PAPA SE HAbet ad bona laicorum.

EX prædictis patet ſatis, quomodo papa ſe habet ad bona laicorum: quia infirmius habet dominium in bonis exterioribus laicorũ, quàm clericorum: imò nec in illis eſt diſpenſator, niſi fortè in ultima neceſſitate eccleſiæ, in qua etiam non eſt diſpenſator, ſed juris declarator. Ad quod declarandum, conſiderandum eſt, quòd exteriora bona laicorum non ſunt collata communitati, ſicut bona Eccleſiaſtica: ſed ſunt acquiſita à ſingulis perſonis arte, labore, & induſtria propria. Et perſonæ ſingulares, ut ſingulares ſunt, habent in ipſis jus & poteſtatem, & verum dominium: & poteſt quilibet de ſuo ordinare, diſponere, diſpenſare, retinere, alienare pro libito ſine alterius injuria, cùm ſit dominus: & ideo talia bona non habent ordinem nec connexionem inter ſe, nec ad unum commune caput, quod habeat ea diſpenſare & ordinare vel diſponere, cùm quilibet rei ſuæ ſit ordinator pro libito. Et ideo nec princeps nec papa habet dominiũ vel diſpenſationem in talibus: verùm quia ob talia bona contingit interdum pacem communem turbari, dum aliquis quod eſt alterius, uſurpat: quia etiam homines interdum quæ ſua nimis amantes, ea non communicant pruut neceſſitati vel utilitati patriæ expedit: imò poſitus eſt princeps à populo, qui in talibus præeſt ut judex, diſcernens juſtum & injuſtum, & ut vindex injuriarum, & ut menſura in accipiendo bona à ſingulis ſecundùm juſtam proportionem pro neceſſitate vel utilitate communi. papa verò quia eſt ſupremum caput non ſolùm clericorum, ſed generaliter omnium fidelium, ut fideles ſunt, tanquam generalis informator fidei & morum in caſu ſummæ neceſſitatis, fidei & morum: in quo caſu omnia bona fidelium ſunt communicanda, & calices eccleſiarum: habet bona fidelium diſpenſare, & exponenda decernere, prout expedit neceſſitati communi fidei: quæ aliàs ſubverteretur, propter irruptionem paganorum, aut aliud hujuſmodi. & poſſet eſſe tanta neceſſitas, & tam evidens, quòd poſſet exigere decimas vel decimatas portiones à ſingulis fidelibus, B ſecundùm tamen debitam proportionem, ne aliqui plus debito gravarentur quàm alii, ad ſubveniendum communi neceſſitati fidei. & hujus papæ ordinatio non eſt niſi juris declaratio, Et poſſet etiam rebelles & contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compellere: & per talem modum, etiamſi de parochia aliqua eſſent fideles, de novo multiplicati in tantum, quòd curato parochiali non poſſent ſufficere antiqui redditus, ad quos fideles parochiæ tenebantur, eo quòd ad curam parochiæ oporteret ſacerdotem de novo tenere capellanos coadjutores: papa poſſet ordinare, quòd fideles illius parochiæ de bonis ſuis ſuperaddant uſque ad debitam ſufficientiam: in quo caſu, talis ordinatio eſſet juris declaratio. Extra verò caſus hujus neceſſitatis, pro communi bono ſpirituali non habet papa diſpoſitionem bonorum quæ terreni tenent, quæ ſcilicet quilibet diſponit de ſuo, put vult, & princeps in caſu neceſſitatis pro communi bono temporali. In caſibus verò non neceſſitatis, ſed alicujus utilitatis ſpecialis, vel ubi non conſtat quòd conferant bona exteriora laicorum, tali utilitati vel neceſſitati non habet papa compellere quenquam: ſed ſuper hoc poſſet dare indulgentias pro auxilio ferendo fidelibus. & non eſt aliud ei collatum, prout puto.

A

CAP. VIII.

QUOD PAPA NON HABET juriſdictionem à Chriſto in bonis laicorum, quia Chriſtus non habuit eam.

ET quia non eſt idem habere proprietatem & dominium in bonis exterioribus, & habere juriſdictionem, id eſt, jus decernendi quid ſit juſtum vel injuſtum in ipſis: ſicut habent principes poteſtatem judicandi & decernendi ſeu diſcernendi in bonis ſubditorum, licèt non habeant dominium in re ipſa: ideo nunc reſtat videndum, utrum papa à Chriſto habeat juriſdictionem & poteſtatem hujuſmodi, ut aliqui dicunt. Et ad oſtendendum, quòd non habeat eam à Chriſto, primò oſtendetur, quòd Chriſtus ut homo eam non habuit Secundò oſtendetur, quòd dato, quòd Chriſtus eam habuerit, tamen Petro eam non commiſit. Ad primũ ergo intelligendum, ſciendum eſt, quòd Chriſtus tripliciter poteſt intelligi. uno modo ſecundùm quod Deus eſt unus cum patre, & ſic fuit verus Rex non ſolùm hominum, ſed etiã omnium creaturarum: quia ei omnes ſubditæ ſunt Eccleſiæ. i. Unus eſt creator omnium altiſſimus, omnipotens rex, & hoc regnum ſeu hanc poteſtatem non contulit alicui creaturæ. Non enim contulit Petro, quòd eſſet creator. Alio modo poteſt conſiderari ut homo Deus: & ſic etiam dicitur Rex hominum, in quantũ per ea quæ in carne egit, nos perduxit ad participationem regni, non quidem mundi, ſed altioris, ſcil. cœli. & ſic non ſolùm ſacerdos, ſed Rex vocatus eſt, Hieremiæ 23. Regnabit rex, & ſapiens erit: & ſic eſt ab eo regale ſacerdotium derivatum, ſecundùm illud 1. Petri 2. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium: & quod ampliùs eſt, omnes fideles in quantum ſunt membra ejus, quaſi unum cum capite Chriſto, per fidem & charitatem reges & ſacerdotes dicuntur, ut innuit gloſſa ibi. & Apocal. 1. dicitur: Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes in ſanguine tuo. i. per fidem paſſionis tuæ: in tantum aut ampliùs, quàm alii miniſtri eccleſiaſtici hujus regalis ſacerdotii participes efficiuntur, in quantum non ſolùm ſacrificiũ ſpiritus contribulati & contriti motus Deo offeruntur, ſicut omnes juſti: ſed etiam exteriora ſacrificia, in quibus divina virtus ſpirituali modo continetur, offerunt pro ſe & pro populo, ut dictum eſt. ſupra cæteros. Etiam ad participationem regni dirigunt non ſolùm ex charitatis zelo, ſed ex officio docendo, & ſacramenta miniſtrãdo. Si verò tertio modo accipiatur, quòd Chriſtus rex fuerit ſecundùm quod homo, rex dico temporalis regni: quaſi dominium juriſdictionis, aliàs directivum, vel utile, vel univerſale habens in temporalibus bonis, omninò falſum eſt. Accepit enim paupertatem noſtram ſicut & cęteros defectus inde tentabiles, ut dicit Johan. Damaſcen9 lib. 3. unde Johan. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Auguſt. in glo. q. d. Audite gentes & Judæi, non impedio dominationem veſtram in hoc mundo. Chryſoſtomus etiam dicit: quoniam non tenet regnum, ut hic reges principatum, qui non eſt humanus, ſed multò major & clarior Et Leo papa in feſto Epiphaniæ, magi humano ſenſu æſtimaverunt regem in civitate regia eſſe quærendum: ſed qui formã ſervi acceperat, & qui miniſtrare venerat, non miniſtrari, præelegit ſibi Bethleem nativitati, Hieroſolymam paſſioni. Unde deceptus Herodes, audiens Regem natum, timuit ne rex eſſet, qui ſibi dominium temporalium uſurparet. Ideo Chryſoſtomus ſuper Math. Non conſideravit Herodes prophetiam Micheæ: Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquã minima es in principib. Juda: ex te enim exibit dux, qui regat populum meum Iſraël, & dies ejus à diebus ſeculi. Si ergo integram prophetiam contuliſſet, conſiderans quòd non erat rex terrenus, cujus dies à diebus ſeculi erant, in tantum errorem non exarſiſſet. Propter quod etiam Euſebius dicit, quòd errant Herodiani, dicentes, Chriſtum, quia unctus, eſſe regem temporalium bonorum: quia non eſt unctus materiali unguento, ut reges hujus mundi: ſed ſpirituali oleo lætitiæ præ principibus ſuis. & ideo non eſt rex hujus ſeculi, ſed illius ſeculi, de quo dicit Propheta Daniel: Poteſtas ejus, poteſtas æterna, &c. & regnum ejus, quod non corrumpetur. Et Lucæ 1. Regni eius non eſt finis. Ampliùs Luc. 12. ait quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem. At ille dicit ei: Homo quis me conſtituit judicem aut diviſorem ſuper vos? videte & cavete ab omni B avaricia. Et ſic patet per ſanctos expoſitores, quòd Chriſtus nõ habuit in temporalibus auctoritatem vel judicium: ſed dare voluit, & dare habuit virtutis documentum. Unde Bernardus dictam auctoritatem exponens ad Eugenium lib. 2. de Conſideratione: Non monſtrabitur, inquit, ubi aliquando quiſpiam Apoſtolorum ſederit judex hominum, aut diverſorum terminorum, aut diſtributor terrarum. Stetiſſe denique lego Apoſtolos judicandos, ſediſſe judicantes non lego: erit illud, non fuit. Et infrà: Ut ſciatis, inquit, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, &c. Ampliùs ſuper illud Matthæi 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ, &c. dicit Hieronymus, quòd ſolvit tributum pro ſe & Petro: & Deo reddidit quæ Dei ſunt, patris faciens voluntatem. Et Hilarius ibidem dicit: Divitias noſtras dare Cæſari, Deo autem conſcientiæ puritatem vel innocentiam ſervare juſſit. Si dicatur, quòd ſolvere non tenebatur, ſed ſolvit vitare volens ſcandalum, ſicut dicitur de didrachmate cenſus, Matthæi 17. evaſio non valet. Illud enim didrachma non ſolvebatur Cæſari, ſed templo à primogenitis Iſraël, propter mortem primogenitorum Aegypti. Et quia putabant Jeſum eſſe primogenitum Joſeph, & Petrum videbant principalem & primum quaſi inter Apoſtolos & Chriſti diſcipulos: ideo ab utroque didrachma petebatur. Sed nec Chriſtus tenebatur, cùm non eſſet filius Joſeph: nec Petrus, cùm non eſſet patris ſui primo-

A primogenitus Ex eo ergo quòd principalis diſcipulus illud didrachma ſolvit, ſolum propter vitandum ſcandalum: ſecus autem eſt de tributo ſolvendo Cæſari, quod Chriſtus totiens juſſit ſolvi: Urbanus etiam papa adducit iſtam auctoritatem de didrachmate invento in ore piſcis, ad oſtendendum, quòd omnes clerici & Eccleſiæ tenentur ſolvere tributum Imperatorum, de exterioribus bonis, 23. q. ultra tribu. Ex quibus patet, quòd cùm Chriſtus, ut homo, non habuerit dominium in temporalibus, quòd ſacerdos quicunque, ut Chriſti vicarius, non habet in eis poteſtatem à Chriſto, cùm eis non contulerit. quod ipſe non habuit in ſeipſo, dicente in Johan. Amen amen dico vobis, non eſt ſervus major domino ſuo, neq; Apoſtolus major eo qui miſit illum. Et Matthæi 10. dicitur: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neq; ſervus ſupra dominum.

Cap. IX.

RATIONES, QVOD CHRIſtus habuit juriſdictionem in bonis laicorum. Et reſponſiones ad eas.

SUnt autem forſan contrarium dicentes. ex hoc ſumentes argumentum. quòd Matthæi 21. legitur, ipſum cum funiculo ejeciſſe vendentes & ementes de templo: hoc enim nun feciſſet, niſi auctoritatem habuiſſet. Unde dicitur 1. q. 3. ex multis, quòd ibi auctoritatem ſui præcepti denuncians dixit: Nolite facere
B domum patris mei, domum negociationis. Item ipſe miſit diſcipulos ſuos ut tollerent aſinam & pullum, & adducerent ad eum, dicentes: Quia dominus his opus habet Item Matthæi 8. legitur, quòd miſit dæmones in porcos, qui ſtatim ſe præcipitaverunt in mare: ſed nec dominũ porcorum requiſivit. Item Matthęi ultimo dicitur quòd poſt reſurrectionem dixit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Gloſſa: Qui priùs fuerat mortuus, & crucifixus. Ampliùs aſſumnnt illud Pſalmi, ut ſit verbum Patris ad filium: Poſtula & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, reges eos, &c. Ex his accipiunt, quòd Chriſtus, ſecundùm quòd homo, habuit poteſtatem in rebus temporalibus. Quæ omnia de facili ſolvuntur, ſi conſideretur, quòd aliquid debetur Chriſto ut Deus eſt, quod ei non convenit ut eſt homo: quamvis per ſingula dici poſſit. Quòd enim primò dicitur de ejectione venditorum: reſpondetur ſecundùm illud quod dicitur in Gloſſa, ubi dicitur, quòd Chriſtus quædam fecit ut Imperator, quædam verò alia ut ſacerdos. de Conſecra. diſtinct. 2. ſacerdos: non quia una eademque perſona illa duo exerceat, vel gerere debeat: ſed hoc ideo fecit, ut oſtẽderet quòd utraq; poteſtas ab eo proceſſit ut ſcilicet Deus erat. Hæc enim duo, imperium & ſacerdotiũ, ab uno ſunt: ut in authen. quomodo oportet epiſcopos. in principio, collatione 2. Chryſoſtomus verò ſuper Matthæum dicit, quòd hoc fecit Chriſtus quaſi auctoritatem habens in quantum Deus: ſignificans, quòd in templo
A Dei non debent eſſe miniſtri niſi ſpirituales, qui Dei portant imaginem: non qui portant imaginem hominis terreni, ut non ſit in domo Domini negociatio, vel donorum cupiditas, ne ingrediatur Jeſus iratus & rigidus & non aliter mundet templum ſuum niſi flagello adhibito, & de ſpelunca latronum faciat domum orationis. Similiter quod dicitur de aſina, reſpondetur, quòd auctoritatem habuit ut Deus. Unde gloſſa ſuper illud. Dominus his opus habet, dicit: Dominus dicitur abſolutè & ſimpliciter, ad inſinuandum, quòd non ſolùm erat Dominus jumentorum, ſed & hominum: cui jumenta omnia ſunt ſubjecta. Similiter dici poteſt ad illud quod dicitur de porcis. quamvis fortè porci ſylveſtres erant, non habentes dominum, pro eo quòd de porcis nihil veniebat ad uſum hominum: quia carnes porcinas Judæi non comedebant. Quòd verò dicitur, Data eſt mihi omnis poteſtas: reſpondetur ſecundùm Hieronymum, quòd cùm dicitur Omnis poteſtas, intelligenda eſt non temporalis, ſed ſpiritualis. Unde Hieronymus: In cœlo & in terra data eſt ei omnis poteſtas, ut qui antè regnavit in cœlis. per fidem credentium regnet in terris. Quomodo autem regnet per fidem credentium, dicetur in ſequenti argumento Vel dicendum ſecundum Remigium, quòd illi qui mortuus fuerat. data erat in incarnatione omnis poteſtas ſ quòd Deus eſſet, qui eſt omnipotens. & hoc quidem evidens erat in cœlo angelis: ſed non fuit evidens in terra, niſi poſt reſurrectionem, quando miſit prędicatores verbi Dei, annunciantes Chriſtum, & ipſum eſſe Deum omnipotentem prædicantes Et ideo tunc fuit ſibi data per communicationem idiomatum, omnis poteſtas in cœlo & in terra: non quidem quoad exiſtentiam, quia hanc habuit à principio. ſed quoad evidentiam ſeu innoteſcentiam. Quòd dicitur, Poſtula à me. & c. reſpondeo: Loquitur de regno. quod per fidem dirigit nos in cœlum. Unde illud, Dabo tibi gentes, &c. exponitur. i. Gentes per fidem tibi adhærentes. Similiter illud, Reges eos in virga ferrea: Gloſſa Inflexibili juſticia, ſ quæ eſt per fidem, nam juſtus ex fide vivir. Et illud, Tanquam vas figuli confringẽs eos: Gloſſa, à luto carnalitatis & peccati mundando eos. Sic enim à Chriſto in membris ſuis excutitur jugum legis & peccati, ſecundùm gloſſam. Nec eſt intelligendum, quòd Chriſtus regnet per fidem in hominibus. quaſi ex eo quod aliquis convertitur ad fidem, ſit ſubditus Chriſto, vel ejus vicario, in temporalibus bonis, ſicut ſolent homines ſuis regibus ſubdi: ſic enim Chriſtus regnum mutaret æternum, ut timuit Herodes: ſed pro tanto dicitur regnare per fidem, quia id quod in hominibus eſt ſupremum & principale, ſcilicet intellectum, Chriſto ſubjiciunt, ipſum in fidei obſequium captivantes. & iſte eſt intellectus ſanctorum. Unde Chriſtus per fidem non dicitur regnare in poſſeſſionibus, ſed in cordibus.

B

A

Cap. X.

QVOD CHRISTVS NON CONtulit omnem poteſtatem ſuam Petro; quàm etiam in quantum homo habuit.

DAto etiam, quòd Chriſtus prædictam auctoritatem & poteſtatem habuerit, eam tamen Petro non commiſit. Et ideo papæ, ratione qua eſt ſucceſſor Petri, prædicta poteſtas non debetur, imò ſunt poteſtates diſtinctæ, epiſcopalis & regalis vel temporalis, non ſolùm re, ſed etiam ſubjecto. Et regalis major eſt in temporalibus, non habens ſuper ſe ſuperioré, ſicut nec papa in ſpiritualibus. Quod quidem declarari poteſt ex comparatione Eccleſiæ ad Chriſtum. nam Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, Epheſ. 5. & ſecundùm Ambroſium intelligitur Eccleſiæ caput, non ſolùm ſecundùm divinitatem, ſed ſecundùm humanitatem: quæ autem ſunt indiſtincta in capite, interdum ſubjecto diſtinguuntur in membris. ſicut patet, quòd omnes ſenſus ſunt in capite, non ſic autem in aliquo alio membro. Et hoc quaſi regulariter verum eſt, quòd aliqua ſunt magis diſtincta in principatis, quàm in principio: & in effectibus, quam in cauſſa: & in inferioribus, quàm in ſuperiore. Et ideo non ſequitur, Si Chriſtus ſecundùm quòd homo utramque poteſtatem habuerit, quòd utramque Petro contulerit: ſed ſpiritualem tantùm Petro contulit, & temporalem vel corpo- B ralem Cæſari dimiſit, quam à Deo accepit. Et hoc à majori oſtenditur. Nam Chriſtus ſecundùm quod homo, aliquam poteſtatem habuit in ſpiritualibus, quam conferre potuit Petro & cæteris miniſtris Eccleſiæ: & tamen non dedit illam, quam poteſtatem Theologi vocant poteſtatem excellentiæ, quæ in ſolo homine Chriſto fuit: ut eſt, effectum ſacramenti conferre ſine ſacramento, ſine verbo vocali, vel quòd in nomine ejus ſacramenta conferrentur, vel quòd nova ſacramenta poterat inſtituere. Hanc enim poteſtatem in ſpiritualibus conferre potuit Petro, & tamen non contulit: ut dicunt omnes Theologi. Et Richardus de ſancto Victore, in 6. libro de Remiſſione peccatorum, dicit, quòd Chriſtus potuit peccata dimittere, nos verò non, ſed remittere. Igitur multò minùs eſt neceſſe, ſi poteſtatem habuit Chriſtus in temporalibus, quòd eam Petro contulerit: & præcipuè hoc non eſt affirmandum, cùm hoc non inveniatur expreſſum: ſed de poteſtate ſpirituali, qua ſolùm poteſt ſolvere à peccatis. Unde omnia argumenta, quæ ideo Petro aliquid attribuũt, quia Chriſtus hoc potuit etiam in quantum homo, nullius momenti ſunt, niſi inveniatur expreſſum. Hoc etiam patet ex perfectione ſacrificii Novi Teſtamenti. nam quantò aliquid habet eſſe perfectius, tantò magis habet eſſe diſtinctum. Sic enim videmus in naturalibus, quod in plantis non eſt ſexus ita perfectus, ſicut in animalibus: ideo in eadem planta poſſunt eſſe mas & fœmina: & non diſtinguuntur ſubjecto, ſicut in animalibus in quibus A habent eſſe diſtinctum ſubjecto (niſi ſit error naturæ, ut in hermophroditis.) In veteri verò Teſtamento, in quo erat ſacerdotium minùs perfectum, erant poteſtates ſacerdotales & regales diſtinctæ re & ſubjecto: ergo multò magis Deus voluit eas diſtinctas eſſe ſubjecto in novo Teſtamento. Hoc etiam apparet ex comparatione Eccleſiæ, quæ à Deo eſt inſtituta ad opera artis. Videtur enim domus eſſe imperfecta, & habere penuriam rerum, & non ſufficiens ſibi in vita, ſi una perſona ad miniſteria diverſa deputetur. Unde Philoſophus dicit ſexto Politicorum, quòd pauperes, quia non habent copiam ſervorum nec abundant in iis quæ requiruntur ad perfectionem domus, utuntur filiis ut ſervis, & uxoribus ut ancillis. Eccleſia autem ſancta Chriſti domus dicitur, quæ perfecta eſt, ſecundùm illud Baruch ca. 4. O Iſrael, quàm magna eſt domus Dei. Et in Matthæo dicitur: Domus mea, domus orationis vocabitur. Cùm igitur à Deo ſit ſufficienter inſtituta, inconveniens eſt in ea tam diverſa miniſteria uni committi, ſacerdotale ſcilicet officium, & regale dominium: in quo etiam reges Deo miniſtrant, ſecundùm illud Romanorum 13. Non ſine cauſſa gladium portat, miniſter enim Dei eſt. Abſit enim, ut in his quæ à Deo inſtituta ſunt, aliud tale ponamus, quale indecens eſt ponere in operibus artis & naturæ. Dicit enim Philoſophus in 1. Politicorum: quòd natura nihil facit, quale faciebant fabri, facientes Delphicum gladium, id eſt, ad B duo officia ſervientem. Apud Delphos enim fiebant gladii propter pauperes, qui eis ad duo officia ſerviebant: Natura autem nihil tale facit, multò minùs auctor naturæ. Unde Philoſophus dicit, quòd unumquodque organorum optimè perficiet opus ſuum, ſi non multis operibus ſit ſerviens. Hoc etiam apparet, ſi conſideremus, quare conferens noluit illas duas poteſtates eſſe penes unum. Nam propter duo, voluit iſtas poteſtates eſſe diſtinctas re & ſubjecto, ut non eſſent in una eademque perſona ſecundùm primariam auctoritatem. Unum eſt, ut propter mutuam indigentiam & ſubminiſtrationem membrorum Eccleſiæ, dilectio & charitas ſerventur, ſine qua membra Eccleſiæ non vivunt: dum princeps indiget ſacerdote in ſpiritualibus, & è converſo ſacerdos principe in temporalibus. quod non eſſet, ſi unus utrumque haberet. Et hoc inſinuat Apoſtolus Romanorum 12. dicens: Omnes unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, habẽtes & donationes differentes. Si enim totum eſt oculus, ubi eſt manus: & ſi totum eſt manus, ubi eſt oculus? Aliud eſt, ne natura temporalis auctoritatis ipſum reddat minùs ſolicitum circa regimen ſpiritualitatis. Et hoc tangit Apoſtolus 2. ad Timoth. 2. dicens: Nemo militans Deo, implicat ſe negociis ſecularibus, &c. Utramque autem rationem tangit Gratianus 10. diſtinct. cap. quoniam idem. Et Nicolaus papa idem omninò dicit, 30. diſtinct. ad

unicum.

A unicum. Item, eandem poteſtatem acceperunt omnes Apoſtoli cum Petro. Matthæi 18. Et habetur 21. diſtinctione, in novo, ubi dicitur, quòd ligandi ſolvendíque poteſtatem Petrus primus accepit, cæteri verò cum eodem pari conſortio bonorem & poteſtatem acceperunt. Et in collatione hujuſmodi Cbtiſtus non poſuit aliquam reſtrictionem reſpectu aliorum à Petro: licèt ex modo loquendi appareat, quòd vellet Petrum Eccleſiæ principaliorem, & caput Eccleſiæ, & boc propter unitatem Eccleſiæ conſervandam. Et ſic intelligendum eſt, ſic ſe habere, quòd ſicut in Apoſtolis tunc quidquid potuit unus, ſicut Petrus, potuit alius: ita & nunc de jure communi, quidquid poteſt papa, poteſt quilibet epiſcopus, niſi quòd papa poteſt ubique, alii verò epiſcopi in ſuis diœceſibus tantùm. Sed nullus dicit, quòd cæteri epiſcopi, in quantum ſunt vicarii Chriſti, & ſucceſſores aliorum Apoſtolorum, habeant auctoritatem & dominium in bonis temporalibus laicorum. Et quod appellari poſſit à principe in cauſſa temporali ad epiſcopum illius loci, vel ad presbyterum parochiæ, quem dicunt aliqui eandem poteſtatem habere in parochia ſua, quam habet epiſcopus in diœceſi: ſic igitur nullus debet hoc dicere de papa generaliter. Item, petentibus diſcipulis quis major eſſet futurus in regno Chriſti (regnum ejus, regnum hujus mundi intelligeutes) reſpondit, Reges gentium dominantur eorum, &c.
B Vos autem non ſic. Quod verbum exponens Betnardus, ad Eugenium papam libro ſecundo, dicit: Planum eſt, quòd Apoſtolis interdicitur dominatus: ergo & tu tibi uſurpare cave aut domiuus apoſtolarum, aut apoſtolicus dominatum: planum eſt, quia ab utroque prohibetis. Si utrumqne ſimiliter habere voles, perdes utrumque. Alioquin non te exceptum illorum numero putes, de quibus conqueritur Dominus, dicens: Ipſi tegnaverunt, & non ex me: principes extiterunt, & non coguovi. Et infrà: Forma Apoſtolica hæc eſt, dominatio interdicitur, indicitur miniſtratio. Et infrà adhuc: Exi ô Eugeni, exi inquam mundum. Ager enim mundus eſt: isque tibi creditus eſt. Exi in illum non tanquam dominus, ſed tanquam villicus, videte & procurare, unde exigendus es reddere rationem. Non à Chriſto, vel ejus vicario Petro, habet ſummus pontifex dominatum. Item idem eodem libro: In criminibus, non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra: quoniam propter illa, non propter iſtas, accepiſtis claves tegni cœlorum. Et infrà: Habent hæc infima & tertena judices ſuos, reges & principes tetræ. Qnid ergo fines alienos invaditis? Quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis? Non quia indigni vos, ſed quia indignum vos talibus inſiſtere, quippe potioribus occupati. Ampliùs ſummi pontifices dicunt, dictas poteſtates ſubjecto eſſe diſtinctas, ſcilicet temporalem & ſpiritualem, diſtinct. 10. quoniam idem octog. d. cùm ad verum. Et ca. duo. Et ſic ſunt diſtinctæ, quòd vna in aliam non reducitur: ſcilicet ſicut ſpiritualis immediatè eſt à Deo, ita & ſecularis. Unde imperium à ſolo Deo eſt, ut habetur 23. quæſt. 4. quæſivit. Et quia papa non habet gladium ab Impetatore, nec Imperator habet gladinm à papa. diſtinct. octog. 6. ſi imperator. Nam exercitus facit Imperatorem. diſtinct. 23. legimus. Et quòd à principe in temporalibus non appellatur licitè ad papam. Et quòd temporalia non tangunt ſuam juriſdictionem, ut dixit Alexander extr de appellationibus, ſi duobus. & extrà. qui filii ſunt legitim. cauſſam. Et ab epiſcopo appellatur in temporalibus ad principem: extrà, de foro competent. verum. Et cognoſcitur de his epiſcopus tanquam judex ſecularis: extr. de judic. cæterum. & in Authent. quomodo oport. epiſcop. in princ. col. 1. Et eccleſia ſolvit tributum Imperatori. 10. quæſt. 1. magnum. ubi Ambroſius allegát exemplum de Chriſto qui ſolvit tributum. Et allegat etiam illud Apoſtoli Rom. 13. Omnis anima poteſtatihus ſublimioribus ſit ſubjecta: & illud 2. Petri 2. Eſtote ſubditi dominis veſtris. ſive regi quaſi præcellenti. &c. Et id eadem quæſtio. 100. tributum. Et multa conſimilia poſſent adduci, ad oſtendendum, dominum papam non habere utrumque gladium, nec juriſdictionem in temporalibus, niſi ſibi concedatur à principe ex devotione. Et hoc dicunt expoſitores juris Canonici, qui ſtatum in eccleſia habuerunt, etiam in caſu in quo minus videtur. Quærit B enim Hoſtien. extr. de hæretic. ca. vergentis, ubi mandat dominus papa hæreticorum confiſcari bona, Qnid ad papam de temporalibus? Et reſpondet cum domino ſuo Innocentio, Quòd revera nihil ad eum. Sed hoc fecit de aſſenſu Imperatoris, qui tunc Paduæ præſens conceſſit. Mirum etiam videtur, quòd Conſtantinus imperator dediſſe dicitur imperium Italicum eccleſiæ, & totam juriſdictionem temporalem: & quòd eccleſia illud tanquam datum, ſi hoc habuit, de jure recepit tunc enim non fuiſſet facta beato Sylveſtro donatio: ſed redditio ejus quod ſuum erat. cujus contrarium ſentit Eccleſia. diſtinct. 96. Conſtantinus.

Cap. XI.

EVASIONES QVORVNDAM, dicentium poteſtatem ſecularem eſſe à papa, & in papa, cum eorum reprobatione.

Sunt aliqui credentes evadere aliqua prædictorum per brevem diſtinctionem. Dicunt enim, quòd poteſtas ſecularis eſt penes papam immediatè, & ſecundùm primariam auctoritatem, ſed non haber papa executionem immediatè, ſed eam dat principi. Ita quòd ſecularis princeps, quantum ad ipſam poteſtatem, recognoſcere debet à papa: ſed quantum ad executionem, papa recognoſcit à principe ſeculari. Et hæc ſunt verba eorum, per quæ ſol-

A vere nituntur aliqua prędictorum. Suot verò aliqui ſententes, quòd papa habet à Deo juriſdictionem temporalem ſecundùm primam auctoritatem, ſed executionem nõ habet: ſed Imperator executionem habet, non quidem à papá, ſed à Deo. & per boc volunt ſolvere aliqua prædictorum. Sed iſta evaſio eſt omninò abſurda. Nec etiam convenit dictis ipſorum: qoia ſi eccleſia recognoſceret executionem à principe ſeculari, tunc princeps ſecularis haberet judicare de debita executione papæ, & ab eo poſſet auferre executionem: quod ipſi negãt, quia dicunt ipſum à nemine judicari. Item, ſi Deus dedit papæ poteſtatem ſecularem, ſecundùm primam auctoritatem: ſed non executionem, quia ei non convenit: quomodo accipit à principe, quod Deus judicat ei non convenire? Et quomodo dat ei, quod ab eo reaccipiat? Item, ſi papa habet à Deo poteſtatem ſecularem immediatè, & princeps habet executionem à papa immediatè: ergo princeps eſt miniſter papæ, ſicut papa miniſter Dei vel Chriſti: quod videtur inconveniens, & contra ſcripturam Canonicam. dicitur enim Romanorum 13. de rege & principe: Si malefeceris, time, non enim ſine cauſſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, & vindex malorum in ira, &c. & ideo præſtatis tributa: miniſter enim Dei eſt (non dicit papæ) ſed Dei. In hoc enim Chriſto ſervitis: Gloſſa, ſed Deo. Item priùs fuit poteſtas regia ſecundùm ſe, & quantum ad executionem, quàm papalis: & priùs fuerũt reges Franciæ in Francia, B quàm Chriſtiani: ergo poteſtas regia nec ſecũdùm ſe, nec quantum ad executionem, eſt à papa: ſed eſt à Deo, & à populo regem eligente in perſona vel in domo: & ſic, ſicut antè. Dicere enim quòd poteſtas regia priùs eſſet à Deo immediatè & poſtea à papa, eſt valde ridiculoſum. Nõ enim poteſt hoc eſſe, niſi Chriſtus Petro dederit poteſtatem conferendi regiam poteſtatem: quod non eſt verum, ut ſuprà dictum eſt Indubitanter ergo eſt à Deo, ſicut antè. unde glo. ſuper illod 2 Petri 2, Subditi eſtote omni creaturę, &c. dicit: Fides & religio nõ turbant jura conditionis. Et Ambroſius in gloſſa ſuper illud Roman. 13. Omnis anima, &c. dicit: Licèt omnes fideles unum ſint in Chriſto, differunt tamen in converſatione. Ampliùs etiã, poteſtas inferiorum pontificum & curatorum magis videtur eſſe à Deo mediante papa, quàm regia poteſtas, eo quòd immediatiùs dependẽt prælati Eccleſiaſtici à papa, quàm priocipes ſeculares: ſed poteſtas prælatorum inferiurum non eſt à Deo mediante papa, ſed immediatè à Deo, & à populo eligente vel conſentiente. Nõ enim Petrus (cujus ſucceſſor eſt papa) miſit alios Apoſtolos, quorum ſucceſſores ſunt alii epiſcopi: nec 72. diſcipulos, quorum ſucceſſores ſunt presbyteri curati: ſed eos Chriſtus immediatè miſit Joan. 20 & Lucæ 10. Nec Petrus inſufflavit in alios Apoſtolos, dans eis Spiritum ſanctũm & poteſtatem dimittendi peccata, ſed Chriſtus Joan. 20. & deinde 21. In novo dicitur, quòd omnes à Chriſto ſimul eandem & æqualem acceperunt poteſtatem,

A Paulus etiam dicit, ſuom Apoſtolatum non accepiſſe à Petro, ſed à Chriſto, ſeu à Deo immediatè. ad Galat. 1. Paulus, inquit, Apoſtolus non ab hominibus, neqoe per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum, & Deum patrem. & infrà: Neque ab homine illud accepi, nec didici. Et infrà dicit, quòd poſt vocationem ſuã ad evangelizandum mundum viderat Petrum uſque poſt annos tres, quando venit Hieroſolymam videre Petrum. Poteſtas ergo regia multò minùs eſt à papa, qualitercunque. Ampliùs, quia contingit quandoque, quòd aliquis babeat poteſtatem aliquid faciendi, & non actum propter impedimeota: verbi gratia, aliquis habet potentiam conficiendi, cui non convenit actus propter defectum materiæ, quia non habet panem: vel propter ſuſpenſionem, vel propter defectum corporalem, quia mutus eſt, non potens proferre verba iſta. Iſta tamen ſunt impedimenta, ſupervenientia collationi poteſtatis. nam nullus ſapiens conferret alicui ordinem ſacerdotii, dum ſciret ipſum habere aliquod impedimentorum prædictorum regulariter. Non ergo videtur dicendum, quòd papa habeat immediatè à Deo poteſtatem gladii ſecularis, cujus executio ei regulariter non convenit. Sic enim Deus magis ſuperflueret in ſuis operibus quàm natura, quæ nulli dat virtutem ſine actu: quia cujus eſt potentia, ejus eſt actus, ut dicitur in libro de Somno & vigilia: & inſipientior eſſet Deus homine. De nullo etiam loco Scripturæ canonicæ poſſunt accipere prædictam diſcretionem: niſi fortè B velint accipere dictum Bernardi, poneotis quòd papa babet gladium materialem in nutu. Sed dictum hoc, quod non eſt magnæ auctoritatis, magis eſt contra eos, quàm pro ipſis. Et ſignanter dicit Bernhardus, quòd papa materialem gladium habet in nutu: quia ubi innuit papa propter neceſſitatem boni ſpiritualis, Imperator debet exercere juriſdictionem ſecularis poteſtatis. Si tamen nolit, vel non videtur ſibi expedire, papa ooo habet aliud facere: quia non babet ipſum in juſſu, ſed Imperator tantum: ſicut ipſemet dicit, & infrà dicetur magis. Poſſem etiam ad boc trahere illud 1. Corinth. 6. Secularia judicia ſi babueritis, contemptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituere ad judicandum. Ex quo videtur trahi, quòd clerici habeant conſtituere contempribiles. i. laicos in cauſſis ſecularibus. Sed iſtud in nullo eſt pro ipſis: quia Apoſtolus non loquitur clericis ſpecialiter, ſed loquitor generaliter fidelibus, ipſos ſcilicet reprehendendo: quia in cauſſis ſecularibus conſtituebant perſonas cõtemptibiles, i. ignaras ad judicandum, unde compellebantur fideles recurrere ad judicium infidelium: quaſi inter fideles oon eſſet ſapiens aliqnis, qui judicare poſſet. Unde illud Conſtituite, expoſuit Gloſſa ooo bortativè dictum ſed irouicè. q. d. Ita facitis: conſtituitis enim tales contemptibiles & ignaros, & ita compellitis fideles recurrere ad judicium infidelium. Unde

ſubdit

A ſubdit Apoſtolus: Ad verecundiam veſtram dico, quia non ſit inter vos ſapiens. Et certè ita vult Apoſtolus, qnod fideles etiam laici conſtituant io cauſis ſecularibus induſtrias perſonas ad judicandum: & ita oibil eſt ad ptopoſitom. Vel dato, quod loquatur viris Eccleſiaſticis: adbuc uon eſt ad propoſitum. quia non intendit, quia viri Eccleſiaſtici conſtituete habeant judices in ſeculatibus judiciis indiſtinctè, ſed ſolum ubi data eſt eis juriſdictio à principe in tempotalibus bonis. tunc enim debent inſtituete in talibus contemptibiles, i. laicos, qui judicent de talibus: & non debét de talibus immediatè ſe ſottomittere: ſicut eeiam hodie obſervatut, quia ponunt ballivos ſeculates. Unde Apoſtolus non dicit, Cum habuetitis ſecularia judicia, &c. ſed dicit, Si habueritis: inſinuans, q̃ talia judicia eis non debentur, niſi eis fuetit conceſſum vel permiſſum à principe: & tunc debent judicare pet contemptibiles perſonas, i. laicos, ſecundum tenorem legum, & debitum terreni juris, ut dicit expteſsè Hugo de Sacramentis, lib. a. parte 2. cap. 7. cujus verba ſuut hæc: Notandum tamé, quod principes terrenis poſſeſſionibus, quas in ſubjectos vel ſuis ſubjectis poſſident, aliquando concedunt ipſi eccleſiæ ſolam utilitatem, aliquando utilitatem & poteſtatem. Utilitatem ſine poteſtate concedunt, quando fructum poſſeſſionum ad uſum Eccleſiæ transferri decetnunt: ſed poteſtatem juſticiæ exercendæ, in ipſa poſſeſſione,

B ad ejus juriſdictionem tranſire non permitteunt. Aliquando autem utilitatem & poteſtatem ſimul tribuunt: poteſtatem tamen exercendæ juſticiæ. judicia autem ſecularia per Eccleſiaſticas perſonas exercere non ſinunt: poſſunt tamen habere miniſtros laicos perſonas, pet quos, vel pet quas jura & judicia ad terrenam poteſtatem pertinentia, ſecundum tenotem legum & debitum juris terreni exerceant. Quod vetò alii dicebant, quod princeps babet executionem ſine poteſtate à Deo, non à papa, nou videtut rationabile. Non enim videtur rationabile, quod Deus det alicui poteſtatem ſioe actu pet ſe vel per alium: & alii executiooem ſine poteſtate & auctoritate. Non etiam eſſet contra nos hæc opinio: qoia ad minus ſecundum eum noo appellabitur à principe ad papam.

Cap. XII.

RATIONES DICENTIUM, Papam habere juriſdictionem in temporalibus bonis exterioribus.

NUnc videndum eſt, quibus innituntut fundamentis, qui dicunt ſacerdotes, & præcipuè papam, babere poteſtatem primariam in temporalibus, & ipſam à ſummo pontifice derivari ad priucipem ſeculatem. Allegant enim illud Hieremiæ 1. & habetur extrà de magiſt. & obedientia, cap. ſolite. quòd dictum eſt Hieremiæ ſacerdoti de ptoſapia ſacerdotali nõ regali. qoia de ſacerdotibus erat, qui erant in Anathot: Ecce conſtitui te ſupet geotes & tegna, nt evellas & diſperdas, & deſtruas & diſſipes, & ædifices & plantes. Ex quo dicunt, papam, qui ſupremus eſt ln gradibos eccleſiarum, ſacerdorum poteſtatem habere amovendi teges terræ, & conſtituendi. Item dictum eſt Petro Matth. 16. & 18. Quodcuoque ſolveris ſuper terram, &c. quod dictum eſt indiſtinctè, ut dicunt. Item 2. Corint. 6. dicitur: Neſcitis quooiam angelos vos judicabitis? Gloſſa: quanto magis ſecularia? Item, Geneſ. 1. Fecit Deus duo luminaria magna, ſolem (ſcilicet papam) ut ptæeſſet diei, vel in ſpiritualibus, & lunam, ſcilicet Imperatotem vel tegem, ot ptæeſſet nocti, quæ non habet niſi lumen mutuatum à ſole. Ergo quod imperator vel tex ptæſit in tempotalibus, hoc habet per poteſtatem quam accipit à papa. Item, Zacbarias papa depoſuit regem Francorum, & loco ejus ſubſtituit Pipiuum fratrem ejus. 15. quæſt. 6. alius. Item 22. d. c. 1. dicit Nicolaus papa, qnod Chriſtus Petro tam cœleſtis quam tetteni impetii jora conceſſit. Item Imperatot jurat papæ, ut habetur d. 63. tibi domino. Et papa deponit Imperatotem. 15. qoæſt. 6. alius. Item papa eranſtulit imperium de oriente in occidens: extrà, de electione, ca. venerabilem. Item, à judice ſe-

B culari interdum appellatut ad papam: extrà, de fotn competenti. licet. Item. papa abſolvit milites à juramento, quod fecerunt domino tẽporali. Et quandoque omnes Francigenas à juramento fidelitatis abſolvit. 15. q. 6. alius. & 1. q. quia poſtulatus. Item papa habet cognoſcere de omnium delicto. Cõſtat autem. quod delictum committi poteſt in temporalibus: ut cum aliqois indebitè ſibi vendicat alienum, ergo, &c. Item. cum unus princeps injuriatur alteri de feudo, poteſt injuriam paſſus boc denunciare ſummo pontifici, in quo caſu papa cognoſcere habet: extrà, de judiciis. ca. novit. ergo cognoſcete habet de temporalib. Item, Mattb. 18. dicitor: Si peccaverit in te fratet tuus, vade. &c. & infrà: Quod ſi te non audierit, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit. ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Eccleſia ergo judicare habet indiſtinctè, ubi injuria ſibi denunciatut. Item, Theodoſius imperatot ſtatuit, & Carolns innovavit quod quicunque litem habens, ſi in judicio elegerit ſacroſanctæ ſedis antiſtitem. illico ſine ulla dubitatione, etiamſi pars altera refragetur, ad epiſcoporum judicium cum ſermone litigantium dirigatut: extra, de judiciis. ca. oovit. Item, in Deutero. dicitut, & habetur extra, qui filii ſunt legitimi. pet venerabilẽ. quod ſi difficile & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris iotet ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram: & judiciũ ioter perſonas videris variũ, venies ad ſacerdotes Levitici genetis, & ad judicem q fuerit illo

A tempore. qui judicabit tibi judicii veritatem: & facies quæcunque dixerint, qui ibi ſunt in loco quem elegit Deus: ſequeriſque eorum ſententiam qualiter, &c. Item, Qui poteſt majus: poteſt & minus: cum ergo papa poſſit in ſpiritualibus, poterit in temporalibus. Item, temporalia ordinantur ad ſpiritualia, & interdum eis conferunt: papa ergo, qui curam gerit de ſpiritualibus, habet etiam de temporalibus judicare. & ordinare, ſaltem in quantum ad ſpiritualia valent. item, papa mutat & transfert legata indiſtincta. Et etiam ad papam pertinet, reſtitutiones facere de bonis defunctorum, quando perſonæ ignotæ ſunt quibus debetur. & ita ad eum oportet ordinare de temporalibus. Amplius, arguunt aliqui ſic: corporalia reguntur per ſpiritualia, & ab ipſis dependent. quod oſtendunt ex multis. nam corpora cœleſtia per angelos adminiſtrantur, & in homine anima regit corpus & movet: quare ſimiliter ſpiritualis poteſtas cauſalitatem habet ſuper temporalem: & temporalis à ſpirituali, ut à cauſa dependet, cum talis poteſtas ſit magis propter regimen vitæ temporalis. Et rationem hanc videtur tangere Hugo de ſacramentis lib. 2. parte 2. cap. 4. dicens ſic: quanto vita ſpiritualis dignior eſt quàm terrena, & anima quàm corpus: tanto ſpiritualis poteſtas terrenam ſive ſecularem poteſtatem honore ac dignitate præcellit. Nam ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem & inſtituere ut ſit, & ju-

B dicare habet ſi bona non fuerit; ipſa verò à Deo primùm inſtituta eſt: & ſi deviat à ſolo Deo judicari poteſt. Sic enim ſcriptum eſt, ſpiritualis homo omnia dijudicat, & ipſe à nemine judicatur: & ita ſpiritualis poteſtas ſecularem inſtituit & judicat. Item, idem arguunt ex ordine finium in artibus enim ordinatis ars, ad quam pertinet ultimus & principalis finis, imperat aliis, ad quos pertinent fines ſecundarii. Sed ſecularis poteſtas intendit bonum multitudinis, quod eſt vivere ſecundum virtutem ad quod poteſt venire virtute naturæ, per ea qua huic adminiculantur. Poteſtas autem ſpiritualis intendit bonum multitudinis ſupernaturale, ſcilicet æternam vitam vel beatitudinem. & in ipſam dirigit. Finis verò ſupernaturalis potior eſt & principalior quolibet alio fine: ergo ſpiritualis poteſtas quæ miniſtris Eccleſiæ collata eſt, ſuperior eſt non ſolum dignitate ſed etiam cauſalitate, poteſtate ſeculari: & ei habet præcipere, qualiter debeat operari. Ulterius ex iſto medio concludunt, quod papa tradit leges principibus, ſecundum quas ſecularem juriſdictionem exequi & exercere debeant: nec poſſunt ſeculares principes aliunde accipere leges, niſi à papa fuerint approbatæ. Dicunt etiam, quòd ideo ſpiritualis poteſtas dicitur regale ſacerdotium: quia Chriſtus rex eſt & ſacerdos, & ejus vicarius poteſtatem habet regalem & ſacerdotalem: quia per ipſum regalis poteſtas inſtituitur, ordinatur, ſanctificatur & benedicitur. Propter hoc enim dicunt, quod in veteri Teſtamento, ut dicit A Hugo, primùm à Deo inſtitutum eſt ſacerdotium poſtea verò per ſacerdotium inſtitutum poteſtas regalis jubente Domino eſt ordinata. Et adhuc ſacerdotalis dignitas regalem poteſtatem ſanctificat per benedictioné, & format per inſtitutionem. Oſtendunt etiam per Auguſtinum de Civitate Dei lib. 2. cap. 21. ubi dicit: quòd ſine vera juſticia non poteſt regi reſpublica: vera autem juſticia non eſt, ubi Chriſtus non eſt rector: & ſic non eſt reſpublica recta & vera, niſi populi Chriſtiani: in qua non ſpectat de jure gubernatio, niſi ad papam, qui eſt Chriſti vicarius. Et ſic dicunt, papam utramque habere juriſdictionem à Deo immediatè. Amplius dicunt ſic: Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Rom. 8. Utraque poteſtas à Deo eſt: ergo ordine quodam, ſ. ſecularis mediante ſpirituali, & non immediatè à Deo. Amplius dicunt, & videtur eſſe rationabile, cum una ſit Eccleſia, & unus populus Chriſtianus, & unum corpus myſticum, quòd ſit unum caput, à quo ſpiritualiter & temporaliter membra dependeant. Et ideo dicit, quòd poteſtas in Eccleſia ſive ſecularis ſive temporalis dependet ex uno, apud quem utraque reſidet: & iſte eſt papa, ſucceſſor Petri, & vicarius Chriſti Item adducunt pro ſe Bernhardum ad Eugenium papam, libro 4. dicentem ſic: Quid tibi denuo gladium uſurpare tentas, quem ſemel juſſus es reponere in vaginam: quem tamen qui B tuum negat; non ſatis videtur attendere verbum Domini, ſic dicentis: Converte gladium tuum in vaginam, tuus eſt ergo, & forſitan ipſe tuo nutu, etſi non tua manu evaginandus. alioqui ſi ad te nullo modo pertineret: & is apoſtolis dicentibus, Ecce gladii duo hic, non reſpondiſſet Dominus, Satis eſt: ſed, Nimis eſt: uterque ergo Eccleſiæ eſt, & temporalis & ſpiritualis. Sed is quidem pro Eccleſia, ille verò & ab Eccleſia exercendus: ille ſacerdotis ore, iſte militis manu, ſed ſanè ad nutum ſacerdotis, & juſſum Imperatoris. Ex quibus patet, papam immediatè habere utranque juriſdictionem, quam ad primariam auctoritatem, licet executio gladii materialis ad Imperatorem pertineat. Amplius præter prædicta, arguit quidam dominus Johann. de Cremona doctor, ut dicitur in Decreto, quod Dominus à principio rexit mundum per ſe: & Evam Adam, Chaim punivit, & hoc uſque ad diluvium. Ex tunc verò rexit per Noe, cui præcepit facere arcam, & regere eam: & hic Noe ſacerdos erat, ut ipſe dixit: quia ædificavit altare Domino, & ſacrificium obtulit. Poſtea autem rexit per Abraham & alios patriarchas, qui fuerunt ſacerdotes, Deo ſacrificia offerentes. unde Abraham bis Domino ædificavit altare, & fuit presbyter, ut notatur octog. 4. capit. 3. Deinde rexit per Moyſem & Aaron, qui punierunt Pharaonem rexerunt populum Iſrael & in deſerto in temporalibus & ſpiritualibus.

& ii

A & ii ſacerdotes erant , ut in pſalmo : Moyſes & Aaron in ſacerdotibus ejus, &c. Videtur ergo, quòd ſacerdotes novæ legis, cum non ſint minoris auctoritatis, babeant regere in utriſque. Item arguitur ſic : Habens dominium ſuper finem , haber etiam in bis quæ ordinantur ad finem : ſed temporalia ordinantur ad ſpiritualia ut ad finem, papa verò babet dominium in ſpiritualibus, ergo, &c. Item ſic : Chriſtus dedit animas Petro: ſed corpus eſt propter animam . & ei ſubjectum: bona verò exteriora & temporalia ſunt propter corpus, & ei ſunt ſubjecta: ergo, de primo ad ultimum omnia exteriora ſunt papæ ſubjecta. Et hoc etiam videtur dicere Apoſtolus 1. ad Corinth. 3. Noſtra ſunt omnia, nos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. Exemplo autem Dei (ubi dicit Gloſſa : quam tamen iſte pro ſe non allegat) omnia quotquot ſunt in mundo, noſtra ſunt. Item dicit iſte , quod Imperatores à principio aliquod jus habuerunt in imperio: ipſi tamen propter peccata quæ commiſerunt in ſanctos, ipſos occidendo, & præcipuè ſummos pôtifices, privati ſunt jure imperii , & jus imperii ad Eccleſiam trâslatum eſt: quia privilegium meretur amittere, qui commiſſa ſibi abutitur poteſtate. undecima quæſtion. tertio capit. privilegium. Item dicit iſte, quod dominium quod nunc habet Eccleſia, & olim ipſum non habebat : ſignificatum fuit Lucę decimoquarto, ubi dicitur, quòd paterfamiliâs parato convivio miſit filium

B ſuum in vicos & plateas , dicere invitatis ut venirent : & cum boc factum eſſet, dixit iterum paterfamiliâs ſervo ut exiret in vias & ſepes , & compelleret omnes intrare ut impleretur domus tota. In primo ſignificatur Eccleſia, quantum ad ſtatum ſuum primum, quando non habebat auctoritatem compellendi, quia erat ſubjecta. Sed in ſecundo ſignificatur ſtatus Eccleſiæ modernus, in quo habet auctoritatem plenariam compellendi & imperandi in omnibus : ut exponit Auguſt. & babetur vigeſimaterria quæſt 4. ca. diſplicet. Et conſimilia adducunt quidam de illo Pſalmo : Quare fremuerunt gentes. fremuiſſe dicuntur primò gentes & Judæi contra Chriſtum : in quo ſignificatur primus ſtatus Eccleſiæ. Poſtea dicitur, Dirumpamus vincula eorum, &c. & infrà, Et nunc reges intelligite : uſque , Apprehendite diſciplinam, &c. in quo ſignatur ſtatus Eccleſiæ modernus, in quo papa Chriſti vicarius habet dominium ſuper reges terræ, qui ei debent totaliter eſſe ſubjecti, licet à principio hanc poteſtatem non habuerit. Adjungunt etiam aliqui, quod Dominus à principio Petrum & Andream vocando convertit : ſed ultimum Apoſtolorum , ſcilicet Paulum, convertit ad terram proſternendo : & boc adaptant modo conſimili, ſicut & præcedentia. Item adjungunt aliqui ad diminutionem regiæ poteſtatis, & ad exaltationem papalis dignitatis, quod Dominus populo Iſrael à principio inſtituit ſacerdotes : ſed non inſtituit eis regem , ſed ſolum permiſit eorum arbitrio, dicens Deutero. decimoſeptimo, Conſtituam mibi regem ſuper me, &c. Et hoc permiſit Dominus, indignatus ad petitionem ipſorum: ut patet per boc quod dicit ad Samuelem primo Regum octavo : Non te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. Ex quo patet , regnum ſive regimen regale non eſſe acceptum à Deo, ſed ipſum ſolum permiſit indignatus: & magis eſſet Deo acceptum, quod per ſolum pontificem mundus in omnibus regeretur. Unde Oſeę octavo dicitur de regibus : Regnaverunt, & non ex me : principes extiterunt, & non cognovi eos. Item ut diminuant regiam poteſtatem, & trahant eam ad papam , aſſumunt illud Geneſ. 47. quod cùm tempore famis cunctorum Ægyptiorum triticum emeret ſibi Pharao , atque ſub eadem fame ſuæ ſervituti ſubjiceret : ſacerdotibus tamen iſta neceſſaria ſubminiſtravit, ut nec poſſeſſionibus, nec libertatibus nudarentur: quaſi Domino ex tunc pronunciante, vel prænunciante , ſacerdotes in omni gente liberos eſſe oportere. Quod verbum ſic dictum accipitur ab Urbano papa, 24. q. ultim. ca. tribuunt. ad probandum , quod temporalia clericorum non videntur imperialibus exactionibus ſubjicienda. Item, ſi papa citet epiſcopos alicujus regionis ad curiam, & rex, à quo tenent feudalia, dicat ſe eis indigere , & eos retinere velit, tenentur obedire papæ. 23. q. 7. in ca. reprehenſibilem. & ſic ſaltem in tali caſu non tenentur princi-

B pi, ſed papa videtur eos eximere. Item dicunt, quod papa poteſt à regibus auferre collationem præbendarum , quæ ſibi competere dicuntur de jure patronatus , & de conſuetudine. Quod probant, tum quia collatio beneficiorum eſt ſpirituale quoddam, vel ſpirituali annexum, ſicut jus decimarum : & ita nō cadit in laicum. tum quia dos Eccleſiæ non debet eſſe oneroſa. tum quia conſuetudo non præjudicat juri privato : de jure vero privato competit ordinario beneficiorum Eccleſiaſticorum, & non laicæ perſonæ. tum quia conſuetudo vel conditio inhoneſta, & contraria ſubſtantiæ contractus , pro non adjecta habetur : & ſic cum dicta conditio ſit inhoneſta, pro non adjecta haberi debet tum quia Eccleſia gaudet jure minorum: & ideo cum reputet ſe gravatam de talibus conventionibus & diſſimulationibus , petere poteſt reſtitutionem in integrum: & ſic papa loco Eccleſiæ poteſt repetere prædicta , & inhibere ne amodo reges dicta beneficia conferant. Et ad confirmationem ſuæ ſententiæ , dicunt iſti, quod papa debet eſſe perfectus in utraque vita, activa ſcilicet & contemplativa , multo plus quàm quilibet alius prælatus. perfectus autem eſſe non poteſt in activa vita, niſi babeat dominium in temporalibus directum & univerſale : quia ad vitam activam pertinet adminiſtratio temporalium. Item dicunt , quod clerici plus vigent ratione & intellectu quàm laici : & tales debeant regere in utriſque. I-

tem

A tem dicunt quod contrarium loquentes, dicunt in favorem principum ſpe vel timore, & ſecundum conſcientiam. Item dicit ille de Cremona, quod quaſi hæretici vitari debent, & etiã judicari, dicentes Papã non habere poteſtatem in temporalibus, quia hoc dicunt ut eccleſia non poſſit hæreticos cohercere per brachium ſeculare. hæc ſunt quæ audire vel colligere potui ad hanc partem.

Cap. XIII.

AD horũ verò ſolutionis evidẽtiã præmittẽda ſunt ſcilicet qualẽ poteſtatẽ acceperũt à Chriſto Apoſtoli & diſcipuli Domini: & in ipſis epiſcopi & ſacerdotes alii. Nã ut dicit gloſſa Luc. *10.* Sicut in Apoſtolis forma eſt epiſcoporũ, ſic in 72 diſcipulis forma eſt presbyterorum ſecundi ordinis & omnis poteſtas ſacerdotalis ad hos duos ordines reducitur. Eſt ergo ſciendum quod ſicut patuit ex p̃dictis in 2 ca. Sacerdotium non eſt aliud quàm poteſtas ſpiritualis Eccleſiæ, collata ad diſpẽſandum fidelibus ſacramenta gratiam continentia qua ordinant tibi vitam æternam. Sicut autem natura, quæ non deficit in neceſſariis ideo non dat alicui potentiam niſi det ſufficientia adjutoria, per q̃ potentia illa modo cõvenienti poſſit exire in ſuam operationẽ (unde Philoſophus habet ꝓ incunvenienti, ꝙ natura det alicui potentiam aliquam animæ, & nõ
B det ei organa per q̃ operatio animæ impleatur) ita Deus, cum minus deficiat q̃ natura cũ prædicta poteſtate dat ſacerdotibus illa, ſine quibus illi prędictam poteſtatem exercere nõ poſſint. Sunt autem quinque talia. Unum eſt ex parte ſacramẽtorum, materiæ corporalis ſanctificatio, vel conſecratio. Nam ſecundũ Hugonem & magiſtrum Sententiarum, ſacramẽtum eſt ſenſibile elementum, ſanctificatum & conſecratum per verbum Dei. Duo autẽ ſunt ex parte fidelium, quibus ſacramenta miniſtrentur: quorum unum eſt. debita informatio ſeu eruditio eorum per doctrinam, ut ſciãt quomodo vivere debeant, ut dignè recipiant ſacramenta: quia non conſerunt, niſi diſpoſitis. Aliud eſt, contẽnentium coercio: ut qui propter turpe quod eſt in peccatu vel propter monitiones, & eruditiones ſalutares non diſcedunt à turpi, ipſi per pœnas judicum terreantur. Ex parte verò miniſtrorum ſacramentã miniſtrantium, ſimiliter duo requiruntur. unum eſt, ipſorum diſtinctio, & ordinatio debita. Nam ſi multitudo debita miniſtrorum non eſſet ordinata & diſtincta per unum, in hoc habentem auctoritatem, eſſet confuſio: & negligeretur communis utilitas. ſi quilibet miniſtrorum poſſet exercere juriſdictionem ſuam ubique. Nam homines non conſoeverunt ita eſſe ſoliciti de cõmuni, ſicut de ſibi appropriato: eſſet etiam diſſenſionis materia in populo, & inter miniſtros, ſi omnes miniſtri curam haberẽt indiſtinctè de omni populo. ſicut in primitiva eccleſia erat, ubi unꝰ dicebat. Ego ſum Pauli alius verò dicebat. Ego ſum Apollo. 1. Cor. 1. Et ideo neceſſaria eſt diſtincta miniſtrorum ordinatio, per aliquem unum habentem auctoritatem in hoc. Aliud verò eſt, quo ad neceſſitatẽ vitæ, vel ſuſtentationem. Et ſecundum iſta in Evangelio accepimus ſex poteſtates collatas Apoſtolis & diſcipulis Domini, & in ipſis ſucceſſoribus eorum miniſtris ſcil. eccleſiaſticis. Prima eſt poteſtas conſecrationis, q̃ interdum dicitur character vel poteſtas ordinis. quam contulit Dominus in cœna, quãdo tradens corpus ſuum ſub ſpecie panis, eis dixit: Hoc facite in meam commemorationẽ, 1. Corinth. 11. Alia eſt poteſtas adminiſtrationis ſacramentorum; & præcipuè ſacramenti pœnitentiæ, quæ eſt poteſtas clavium vel ſpiritualis juriſdictionis in foro conſcientiæ: & cõſiſtit in auctoritate diſcernẽdi leprã & nõ leprã, & in potẽtia abſolvẽdi à culpa, & cõmutãdi reatum pœnæ æternæ in reatum pœnæ temporalis. Et hæc poteſtas in ſpirituali foro promiſſa fuit Petro Matth 16. ubi dicitur Tibi dabo claves regni cœlorũ. & Matth. 18 promiſſa fuit omnibus, cum dicitur: Quæcunque alligaveritis &c. Collata verò fuit eis, cum dictũ eſt eis Johan. 20. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Et cum hoc dixiſſet, inſufflavit dicens: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c. Et hæc poteſtas ſecundũ aliquos cum poteſtate conſecrationis. eſt una ſecundum eſſentiam poteſtatis, differens ſecundum diverſos actus corporis myſtici: & eſt complementum ſacerdotalis dignitatis, vel poteſtatis. B Unde in ordinatione ſimpliciũ ſacerdotum, & in ordinatione epiſcoporum, qui ſunt magni ſacerdotes, eadem verba proferũtur: ſcilicet, Accipite Spiritum ſanctũ. quorũ, &c. Tertia eſt ſcilicet poteſtas ſive auctoritas apoſtolatus ſive prædicationis, q̃ tradit eis Dominus, dicens Matthæi ultimo: Euntes p̃dicate, &c & Marci ultimo: Eũtes docete oẽs gentes, &c. Quarta poteſtas eſt judiciaria poteſtas, ſcilicet correctionis in foro exteriori, per quam timore pœnæ peccata corriguntur pręcipuè q̃ ſunt in ſcandalo Eccleſiæ. Et hæc poteſtas data eſt Mat. *18.* ubi dicitur: Si peccaverit in te frater tuus &c. uſq; ibi: Quod ſi te nõ audierit dic Eccleſiæ. quod ſi Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. ubi dicit Gloſſa: Objurgatiu plurimorum ipſum corrigat Et ſequitur: Amen dico vobis, quodcunq; alligaveritis, &c ubi notatur auctoritas diſcernendi in dictu, data Eccleſiæ, cũ dicitur, Dic Eccleſiæ: ſcilicet ut cognoſcat. & auctoritas cohercẽdi ſeu puniẽdi per eccleſiaſticã cẽſurã, cum dicitur. Quòd ſi Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus &c. Cujus Cõfirmationem ſubjungit dicens: Amen dico vobis q̃cũq; vel quodcũq; alligaveritis &c Gloſſ. Vinculo anathematis. Et eſt ſignãter cõſiderãdũ, ꝙ in iſtis trib. actib. ſacerdotes habent perfectam poteſtatẽ hierarchiſãdi populũ fideliũ: ſcilicet illuminãdi per doctrinã, purgãdi per collectionem, & perficiẽdi per ſacrametorũ adminiſtrationem. Poteſtas quinta eſt, ſcilicet diſpoſitionis

Digitized by Google

A his miniſtrorum, ſecundum quoſdam quo ad determinationem juriſdictionis Eccleſiaſticę, ut vitetur confuſio. Et hæc collata eſt Petro & ſucceſſoribus ejus. Johan 21 ubi dictum eſt ei: Paſce oves meas. Poteſtas enim clavium, & juriſdictionis poteſtas, collata erat omnibus æqualiter, & ſine determinatione. & poterat quilibet uti ea in quemlibet peccatorem cum effectu: cum peccator ſit debita materia, ſuper quam habet cadere juriſdictionis actus: ſicut abſolutio ſive panis triticeus ſine determinatione eſt materia, ſuper quam cadit actus poteſtatis ordinis. Unde & beatus Paulus ubique ſine determinatione populum hierarchiſabat: ut patet in ſuis Epiſtolis. Et quia confuſio, ut dictum eſt, inde ſequi poterat: ideò Dominus hæc prævidens, contulit Petro & ſucceſſoribus ejus auctoritatem diſponendi miniſtros Eccleſiæ & determinandi juriſdictionem, dicens, Paſce oves meas: ut ſcilicet paſtor generalis, ad quem diſpoſitio & regimẽ generale ovium & ovilis pertineret. hoc enim nulli alii dictum eſt. Quidam tamen rationabiliter dicunt, quòd non quilibet peccator eſt materia, ſuper quam debet vel poteſt cadere cum effectu actus clavium, & poteſtas juriſdictionis: ſed peccator ſubditus. & ideo prædicta poteſtas non habet effectum in peccatore, niſi ſuppoſita ſubjectione, quæ facit hominem eſſe debitam materiam, ſuper quam clavis poteſt habere actum ſuum cũ effectu: ſicut poteſtas ordinis non habet effectum, niſi
B ſuper panem triticeum. Et hęc juriſdictio ſive prælatio data eſt Petro ſuper totam Eccleſiam, cũ dictum eſt ei, Paſce oves meas: i. ſis paſtor & prælatus, & Eccleſiam tibi ut paſtori committo & ſubdo. Unde Theophilus, finito prandio commiſſionem ovium Petro commendat, & nulli alii. Idem dicit Greg. etiam ſimile. Et ſic, licet vel quamvis omnes Apoſtoli eandem habuiſſent à Chriſto & æqualem poteſtatem clavium & juriſdictionis: tamen juriſdictionem ſive materiam ſubjectam non habuit niſi Petrus, & cui committere voluit. Et ſecundum hanc viam per illud verbum, Paſce oves meas, non eſt data Petro poteſtas determinandi juriſdictionem prius ab omnibus habitam: ſed juriſdictio ſoli Petro data eſt. quam tamen poſtea diviſim Dominus aliis dedit, vocans alios in partem ſolicitudinis. Secundum verò primam opinionem, quòd quilibet epiſcopus non abſolvit extra ſuam diœceſim, eſt ex ordinatione Petri ſeu Eccleſiæ determinantis & probibentis: quia ſine prohibitione aliàs poſſet: & adhuc ſi faceret, teneret factum, cum habeat poteſtatem ex ſua ordinatione, & materiam debitam, ſcilicet peccatorẽ: ſed malè faceret, trãſgrediendo Eccleſiæ ordinationem. Sicut Latinus ſacerdos, verba ſacramentalia proferens ſuper panem fermentatum conficeret: ſed peccaret tranſgrediendo Eccleſiæ ſuæ ordinationem, determinantis ſibi panem triticeum azymum. Concordat autem dicta poſitio dominio rerum temporalium, ut ſicut appropriatio rerum temporalium eſt ſolum per poſitionem hominum, qua remota non poſſum dicere, Hoc eſt meum: ſed, Omnia ſunt communia. ita amota ordinatione Eccleſiæ, hic populus non plus eſt iſtius epiſcopi quàm alterius: ſed eſt cujuslibet ſacerdotis, & indifferenter à quolibet poteſt abſolvi. Appropriatio autem facta eſt per Eccleſiam, ex auctoritate data Petro, ibi, Paſce oves meas. Secundum verò opinionem aliam, quòd quilibet epiſcopus non abſolvat extra diœceſim, non eſt ex Eccleſiæ ordinatione tantum, ſed propter defectum materiæ: quia extra diœceſim non habet populum ſubjectum. unde intendens abſolvere extra diœceſim ſuam, & verba proferens ſuper peccatorem, non abſolvit: ſicut nec ſacerdos conficeret proſequendo verba conſecrationis ſuper lapidem, vel panem non triticeum. Sunt verò tertii, dicentes quòd per illud verbum, Paſce oves meas, data eſt Petro auctoritas ſolum docendi & ædificandi, & prælatis convenit executio. Executio autẽ eſt eis præcepta, cum dictum eſt: Ite docete, &c. Unde gloſſ. Paſce oves meas. verbo & exemplo: non corporali cibo, vel pabulo. Alia vero poteſtas, quæ ſexta eſt, convenit eis ex debito præcedentium: ſcilicet poteſtas accipiẽdi neceſſaria ad congruentem vitæ ſuſtentationem, ab iis quibus ſpiritualia miniſtrant: & hæc poteſtas data eſt, imò deberi declarata Petro & aliis apoſtolis, Matth. 10. ubi poſtquam dixerat, Euntes prædicate, &c. ſubjunxit, qualiter ad temporalia ſe baberent, dicens: B Gratis accepiſtis gratis date. Gloſſ: Sicut ego vobis ſine precio do talem poteſtatem. & vos gratis date, ne Evangelii gratia corrumpatur. Et ſequitur: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neqne pecuniam in zonis veſtris. Gloſſa: Qui alios ad contemptũ hortamini divitiarum. ſequitur, Neq; peram in via, neq; duas tunicas, neq; calciamenta, neq; virgam. Gloſſa: Auxilium baculi prope neceſſitatis amputat, ne curent de craſtino, qui docent omnia regi à Deo. Et ſubditur, Poteſtas eis data, cum dicitur: Dignus enim eſt operarius cibo ſuo. Gloſſa: Ecce quare præcepit eis nil ferre quia omnia debentur eis. & alia Gloſſa ibi dicit: Tantum neceſſaria accipite, quãtum ad neceſſitatem ſufficit, ut inde ſecuri melius æternis vacetis. De hac etiam poteſtate accipiẽdi neceſſaria ad ſuffragationem vitæ, habetur Marci *6*. & Lucæ *10*. Hæ igitur ſunt poteſtates, quas acceperunt Apoſtoli à Chriſto. Aliam autem poteſtatem non acceperũt ab eo, ut puto, niſi miracula faciendi ad confirmationem fidei: in qua non neceſſariò ſuccedunt eis epiſcopi & ſacerdotes. propter fidei confirmationem ſic manifeſtam, ut jam non indigeat miraculis confirmari.

Cap. XIV.

His declaratis, videndum eſt quid poſſint in tẽporalibus, & ſuper principes, epiſcopi & ſacerdotes ex prædictis poteſtatib. eis cõmiſſis. Et videtur quod de nulla dictarũ pote-

A poteſtatum habent directè poteſtatem in temporalibus: neque juriſdictionem temporalem ſuper principes; niſi quod poſſunt accipere neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem. Quod quidem videndum eſt per ſingulas poteſtates: De prima quidem poteſtate, quæ eſt poteſtas conſecrationis; evidens eſt hoc, cum ipſa ſit totaliter ſpiritualis, & æqualiter in omnibus epiſcopis & ſacerdotibus & degradatis & ſuſpenſis. Quod patet ex hoc; quòd reconciliati iterum non ordinantur. Ex quo manifeſtum eſt, quòd per talem poteſtatem nihil habent juriſdictionis vel dominii in temporalibus. Secunda verò poteſtas; ſcilicet clavium in foro conſcientiæ, eſt ſpiritualis. unde Joan. 20. Accipite Spiritum ſanctum, &c. Gloſſa Chryſ. dicit: Collata fuit poteſtas ſpiritualis tantum dimittendi peccata: nec poteſt aliquid in temporalibus, niſi cum in foro conſcientiæ, cum ad ſatisfactionem inducit, ſicut & cæteras poteſtates corporales. Ex quo patet, quòd nullus eſt ei ſubjectus ſimpliciter, ſed ſub multiplici conditione: ſcilicet ſi peccaverit, & ſi pœnitere noluerit: & ſi quidem obedire noluerit, non poteſt eum coercere ex prædicta poteſtate, ſicut judex ſecularis poteſt imponere pœnam pecuniariam vel emendam etiam nolenti; & ipſum ad hoc compellere. Tertia verò poteſtas ſeu auctoritas; ſcil. prædicationis, omnino eſt ſpiritualis: nec omnino habet dominium, cum non ſit poteſtas dominii, ſed auctoritas magiſterii: ſicut Apo-

B ſtolus dicit 2. Timoth. 1. Poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus & magiſter gentium. Bernardus ad Eugenium lib. 3: Apoſtolis ſeu viris Apoſtolicis interdicitur dominatus. & ibidem: Domabis lupos, & non dominaberis ov bus. eſto ut alia quacunque ratione hæc tibi vendices: loquitur de temporalibus, ſed non Apoſtolico jure. neque enim tibi ille dare potuit, quod non habuit: quod habuit, hoc dedit ſolicitudinem dixi ſuper eccleſias: Audi ipſum apoſtolum Petrum: Non ſicut dominantes in clero, ſed forma facti gregis. Per hanc tamen auctoritatem docendi indirectè, poſſunt in temporalibus, in quantum inducunt homines ad pœnitentiam, & reſtitutionem æris alieni, & ad erogationem temporalium, ſecundum quòd exigit ordo charitatis: De quarta verò poteſtate, in foro judiciali exteriori eſt tota difficultas. propter quod intelligendum eſt, quòd illa duo importat, ſcilicet auctoritatem diſcernendi ſeu corrigendi: quæ ſignificatur, cum dicitur, Dic eccleſiæ: & poteſtatem coercendi, cum dicitur, Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus. hæc enim ſunt duæ claves in foro exteriori. De prima ergo ſciendum, quòd judex eccleſiaſticus, ut eccleſiaſticus eſt in foro exteriori, non cognoſcit regulariter niſi de ſpiritualibus cauſis, quæ eccleſiaſticæ vocantur: & non de temporalibus, niſi ratione delicti. quod tamẽ ſic intelligitur. quod ſit delictum: nec oportet de hoc fieri exceptionem, cum de nullo delicto cognoſcat Eccleſia, niſi ſecundum quod reducitur ad ſpirituale & Eccleſiaſticum. Dupliciter enim peccatur in temporalibus: uno quidem modo, peccato oppoſitionis ſeu erroris. ut cum tenetur, quod uſura non eſt peccatum mortale: vel tenetur, quod poſſumus alienum vendicare quocunque titulo: vel cum circa talia aliquis dubitat, an ſit licitum, vel illicitum ſecundum Deum. & cum omnia talia determinentur per divinam legem, ſecundum quam habet judicare judex Eccleſiaſticus: non eſt dubium, quod ad ſolum judicem Eccleſiaſticum pertinet cognitio talium. Alio modo, peccato vendicationis detinẽdo, ſive impendendo alienum ut ſuum: & talium cognitio ad judicem ſecularem pertinet ſolùm, qui ſecundum leges humanas judicat ſeu civiliter, ſecundum quas fiunt approbationes rerum, & vendicationes, ne res humanis uſibus neceſſariæ negligantur, ſi omnibus & ſingulis eſſent communes: & ne, ſi communes eſſent ex indiſtincto, non ſervaretur pax de facili inter homines. Unde propter hoc facta eſt rerum hujuſmodi approbatio per Imperatores ut dicit Auguſt. ſuper Joan. & habetur diſt. 8. cap. quo jure. Tolle, inquit jura Imperatorum: & non potes dicere, Hæc res mea eſt. de jure enim naturali eſt una omnium libertas & communis omnium poſſeſſio. Et ita de peccato in temporalibus non judicat vel cognoſcit judex Eccleſiaſticus, ſed ſecularis tantum: niſi fortè aliunde quàm à Chriſto conceſſum ei fuerit, vel permiſſum. Et hoc nota-

B vit Bernardus ad Eugenium dicens: Non in poſſeſſionibus. ſed in criminibus poteſtas veſtra eſt: ut ſuprà cap. 10. Et ſuper illud Matthæi 18. Et in ore duorum vel trium ſtet omne teſtimonium. dicit Gloſſa, Ut probent illud eſſe peccatum, ſi negaverit eſſe peccatũ. ſic enim, ſi non acquieſcit, dicendum eſt Eccleſiæ, & non aliter, quæ judicat de peccato. Et 26. diſtinct. cap. duo. ubi papa loquitur Imperatori, dinoſci inter hoc, te ex illorum pendere judició. ſ. ſacerdotum. Gloſſa, Quo ad ſpiritualia. & hoc etiam notaverunt ſummi pontifices. extrà, qui ſunt filii legitimi c. lator. ubi dicitur, Judex ſecularis ſive dominus quæſtionem de hæreditate debet decidere. Et c. cauſam debet: Etſi attendentes, quod ad regem pertinet, non ad Eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus judicare, ne videamur juri regis Anglorum detrahere, qui ipſorum judicium ad ſe aſſerit pertinere. extrà. de judiciis, cap. novit, dicit papa: Non intendimus judicare de feudo, cujus ad ipſum regem ſpectat judiciũ, niſi fortè jure communi, &c. Et extr. de appellat. ſi duobus. dicitur, quod ad papam non eſt appellandum à judice ſeculari, niſi in terra Eccleſiæ ſubjecta, vel conceſſa. Dicere vero quod talia dicunt ſummi pontifices ex humilitate, eſt omnino pernicioſum: & hoc eſt ponere os in cœlum. quia Philoſophus hoc attribuit in 4. Ethicorum, peccato ironiæ, quæ opponitur virtuti. Dicit etiam tales humiles non eſſe virtuoſos, ſed timidos & blanditores. Et Auguſtinus in lib. de verbis Apoſtoli,

dicit

A dicit ſic: Cum humilitatis cauſa mentiris, ſi non eras peccator antequàm mentieris, mentiendo peccator efficieris Et ſuper Johannem: Non ita timeatur arrogantia, ot veritas relinquatur. Et Gregorius dicit, Incauti ſunt humiles qoi ſe mentiendo illaqueant. De poteſtate verò correctionis ſeu cenſuræ Eccleſiaſticæ ſciendum, quòd non eſt niſi ſpiritualis directæ: quia nullam pœnam in foro exteriori poteſt imponere niſi ſpiritualem, niſi ſub conditione & per accidens: licet enim judex Eccleſiaſticus habeat homines in Deum reducere, & à peccato retrahere & corrigere: hoc tamen non habet niſi ſecundum viam à Deo ſibi datam, quæ eſt ſeparando à ſacramentis, & participatione fidelium. & hujuſmodi ad cẽſuram Eccleſiaſticam pertinent. & dicitur, Niſi ſub conditione, ſ. ſi quis pœnitere velit, & pœnitentiam pecuniarium acceptare. non enim poteſt judex Eccleſiaſticus ratione delicti imponere pœnam corporalem vel pecuniariam, ſicut facit judex ſecularis: ſed ſolum, ſi ille velit eam acceptare. Si enim non vult eam acceptare, compellet eum judex Eccleſiaſticus per excommunicationem, vel aliam pœnam ſpiritualem, quæ eſt ultima quam poteſt inferre: nec ultrà poteſt aliquid facere, niſi dico per accidẽs. quia ſi eſſet hæreticus & incorrigibilis, & contemptor Eccleſiæ cenſuræ. poſſet papa aliquid facere in populo unde privaretur ille ſeculari honore, & deponitur à populo. Et hoc faceret papa in crimine Ec-

B cleſiaſtico, cujus cognitio ad ipſum pertint excommunicando, ſ. omnes qui ei ut domino obedirent: & ſic populus ipſum deponeret, & papa per accidens. Sic etiam econverſo, ſi papa eſſet criminoſus, & ſcandaliſaret Eccleſiam & incorrigibilis eſſet, princeps poſſet ipſum excommunicare indirectè, & deponere ipſum per accidens, movendo ſ. ipſum per ſe & per cardinales. Et ſi quidem papa acquieſcere nollet. poſſet aliquid facere in populo, onde compelleretur cedere, vel deponeretur à populo: quia Imperato poſſet ſub hypotheca rerum, vel pœna corporum iohibere omnibus & ſingulis, ut nullus ei obediret vel ſerviret ut papæ. & hoc quidem poteſt uterque in alterum. Nam uterque, ſ. papa & Imperator, univerſalem & ubique habent juriſdictionem: ſed iſte ſpiritualem, & ille temporalem. & tamen in hoc diſtinctio eſt adhibenda. quia obi rex delinqueret in ſpiritualibus, ſ. io fide matrimonio, & aliis hojuſmodi quorum juriſdicto ad judicem Eccleſiaſticum pertinet, papa habet ipſum monere: & ſi ipſe inveniatur pertinax & incorrigibilis, poteſt ipſom excommunicare, & ultrà nõ poteſt plus niſi per accidens: quia ſi fuerit contemptor, poteſt facere in populo ut dictum eſt Ubi verò rex peccaret in temporalibus, quorum cognitio ad Eccleſiaſticum non pertinet, tunc non habet ipſum corrigere primò, ſed barones & pares de regno: qui ſi non poſſunt, vel non audent, poſſunt invocare auxilium Eccleſiæ: quæ requiſita à paribus in juris ſubſidium poteſt monere principem, & procedete contra ipſum modo prædicto. Similiter verò, ubi

A papa delinqueret in temporalibus, quorum cognitio ad principem ſecularem pertinet, ut ſi mutuaret ad uſuram, vel mutuantibus faveret, & præcipoè in iis quæ per leges civiles ſunt prohibita: Imperator ſi eſſet, baberet ipſum primò corrigere immediatè monendo, & poſtea puniendo. nam ad principem pertinet omnes maleſactores corrigere primo iure. Roman. 13. Non enim ſine cauſa gladium portat. miniſter enim Dei eſt, vindex malorum in iram. Gloſſa ſuper illud Rom. 13. Ideoque tributa præſtatis: dicit, quòd ad hoc ioſtituti ſunt, ur booi laudentur, mali vero puniantur. Et Hieronymus ſuper Hieremiam, & habetur 23. q. 7. Regum officium proprium eſt, facere judicium & juſticiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos & peregrinos & pupillos & viduas, qui facilius opprimuntur à potentibus. Unde commendabiliter Henricbus imperator duos de papatu altercantes, non ſolum Canooica cenſura, ſed imperiali auctoritate depoſuit: ut legitur in Chronicis Romanorum. Et dicitur, quod primo jure habet Imperator ratione delicti p̃cipuè civilis, papam immediatè corrigere: quia de privilegio à principibus indulto, clerici non oiſi per ſuos epiſcopos judicantur ꝙ privilegium primo impetravit Julius papa, ꝗ ſecundus fuit poſt Sylveſtrum, adhuc Conſtãtino viveote ut dicitur in Cbronicis Quidam

B tamen dicuot bòc eis deberi jure divino, & nõ privilegio principum: juxta iſtud pſalmi. Nolite tangere Cbriſtos meos. quod ipſi exponũt de ſacerdotibus. Alii tamen expoſuerunt de regibus, qui tunc ungebantur. Et ſic legitur 2. Reg 2. David interfecit Doec Idumæum, quia dicebat ſe interfeciſſe Chriſtum Domini, id eſt Saulem. Si vero in ſpiritualibus delinquat papa, conferendo beneficia Eccleſiaſtica ſimooiacè, eccleſias diſſipando, privando perſonas Eccleſiaſticas & capitula juribus ſuis. vel etiam malè docendo & ſentiendo circa ea quæ ad fidem & bonos mores pertinent: tũc primo monẽdus eſſet à cardinalibus, qui ſunt loco totius cleri: & ſi incorrigibilis eſſet, oec poſſent per ſe amovere ſcãdalũ de eccleſia, tũc in ſubſidium juris haberent ſupplicando invocare brachium ſeculare: & tuoc Imperator requiſitus à cardinalibus, cum ſit membrum eccleſiæ, deberet procedere contra papam, ex quo eccleſia noo habet gladium ſecularem. Alio modo, non quidem manu, nec juſſu, ſed outu & ſupplicatione, ut dicit Bernardus ad Eugenium: ſic etiã duo gladii mutuo ſe juvare tenentur ex communi charitate, quæ membra eccleſiæ onit. Colligitur hoc 26. diſtinct. ad verum. & 24. q. 5. priocipes. & capitulis ſequentibus. Et ſic legimus in Chronicis, quod Conſtantinus ſecuodus qui poſt ambitionem papatus cum feciſſet multa eccleſiæ ſcandala, per priocipes eſt depoſitus, & zelo fidelium oculis eſt privatus. Similiter Johannes 12. cũ eſſet venator, & lubricus, frequeoter de ſua

A correctione admonit⁹, nec correctus, per Imperatorem & clerum de papatu depoſitus eſt: cui adhuc viventi ſucceſſit Leo papa Sic etiã 4. Regum legitur, quod cum ſacerdotes reciperent oblationes à populo, pro reparatione ſartatectorum templi, nec ea repararent: rex Oſias prohibuit populo. ne ultrà offerrent, & poſuit famulos ex parte ſua, qui oblata reciperent: & ſic de pecunia reparavit ſartatecta tẽpli, & pecuniam diſtribuit operariis. Ex bis patet quòd tota cenſura Eccleſiaſtica eſt ſpiritualis, ſcilicet excommunicando, ſuſpendendo, interdicendo: nec aliquid ultrà poteſt. niſi indirectè, & per accidens, ut dictum eſt. Et ꝙ tota cenſura Eccleſiaſtica ſit ſpiritualis, patet etiam per hoc quod dicitur Matthæi 18. Si eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, &c. Gloſſa ut objurgatio plurimorum ipſum corrigat. Et ſequitur: Amen dico vobis, quæcũq; ligaveritis, &c Gloſſa: vinculo anathematis. Chryſoſtomus ibi dicit: Vide qualiter incorrigibilem duplicem duplicibus alligavit neceſſitatibus, pœna ſ. quæ eſt hæc, ſcilicet projectione ab eccleſia, quam notavit cum dicit, Sit tibi quaſi ethnicus & publicanus: & ſupplicio futuro, quod eſt, ligatum eſſe in cœlo, ut multĩtudine judiciorum corrigatur culpa fratris. hæc eſt ſententia Apoſtoli, i. Cor. 5. dicẽtis: Is qui frater nominatur inter vos, & eſt fornicarius, aut avarus aut idolis ſerviens, aut maledicus aut ebrioſus, aut rapax. cum hujuſmodi nec cibum ſumite. Ecce quod ultra ex-

B communicationem non procedit Apoſtolus, etiam in culpis gravibus. & inſtruens omnes epiſcopos 1. Timoth. 3. dicit: Hominem hæreticum poſt unam & ſecundam correctionem devita, ſciẽs quia ſubverſus eſt, qui hujuſmodi eſt Ubi nota quòd non dicit, Combure: ſed, Devita. Ex quibus patet, quòd prædicta poteſtas eſt ſpiritualis: nec principes ratione hujus ſunt papæ ſubjecti, niſi ut ſuprà dictum eſt. Similiter de poteſtate Petro tradita, per illud verbum, Paſce oves meas: patet, quod eſt ſpiritualis tãtum & nihil ad principes de ea qualitercunq; exponatur ſcilicet primo vel ſecũdo vel tertio modo. Sexta vero poteſtas, ſ. accipiendi neceſſaria ad debitam vitæ ſuſtentationem, eſt temporalis: & magis debet dici jus, quod eis debetur in ſtipendium vitæ, in quo non ſunt principes ſubjecti, ſed debitores ſicut cęteri fideles qui ab eis ſpiritualia recipiũt. Et licet hoc ſit eis debitum, tamen hoc jus nõ petebãt Apoſtoli per mudum auctoritatis, ſed per modum ſupplicationis: hoc tamen poteſt papa decernere debitum eis eſſe, & ipſi poſſũt hoc petere ſecundum debitam facultati poſſeſſionem. Et etiam per cenſuram Eccleſiaſticam, poteſt papas rebelles compellere ad reddendum.

Cap. XV. A

QUO PONUNTUR SOLUtiones ad primum ſenarium rationum præmiſſarum.

QUod ergo primo dicitur de Hieremia, Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna: reſpondetur, Dupliciter exponitur. Aliqui dicunt hoc fuiſſe dictum in perſona Chriſti, eo quòd Hieremias interpretatur excelſus Domini. Sic enim de Salomone multa dicuntur, quæ verificata tamen fuerunt in Chriſto per Salomonem ſignificato, ut dicit Aug. 18. de Civitate Dei: ipſe ergo Chriſtus per Hieremiam ſignificatus, poſitus eſt ſuper gentes & ſuper regna mundi & diaboli, dum in excelſo montis poſitus, ea ſibi oblata cõtempſit. vel ſuper ea poſitus eſt in membris ſuis, qui fide ſibi adhærentibus regum & regnorum ſævitiam vicerunt patiendo, fidei conſtantia armati, juxta illud: Sancti per fidẽ vicerunt regna. & illud Salomonis, Melior eſt patiens viro forti vel ſi de perſona Hieremiæ intelligatur, conſtat quod nullum regem ex quacunque cauſa de ſolio depoſuit. Sed intelligitur poſitus ſuper gentes & regna: quaſi habens auctoritatem ſuper ea. in annunciando & prædicando vera, ſicut dictum eſt de David & Chriſto in Pſalmis: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper montem, ſ. ejus, prædicans præceptum ejus. Licet etiam poſitus B fuerit ſuper gentes & regna vincendo per patientiam, cum in manu acceperit calicem plenum vini meri, & propinare juſſus ſit omnibus nationibus. Unde ſequitur, Ut evellas. Gloſſa: Mala. & deſtruas & diſperdas & diſſipes. intelligitur regna diaboli & ædifices, intellige Eccleſiam: non ſcandalizes. & plantes intellige bona. ſic exponitur à ſanctis, non de evulſione & deſtructione regum mundi, & ſubrogatione aliorum: ſed de deſtructione vitiorum, & plantatione fidei & morum. Sicut accipitur illud 1. Corinth. 3. Dei ædificatio eſtis, Dei agricultura eſtis. Et etiam dicitur fuiſſe de ſacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, quod interpretatur reſpõſio: quia hoc magis faciunt ſacerdotes de fide & moribus reſpondendo, quàm de potentia ſeculari dominando: ideo etiam ibi præmittitur, quòd tetigit Dominus os ſuum, & dedit verba in ore ejus: quia prædicta magis habent facere ſacerdotes verbo & doctrina ut magiſtri, quàm manu & potentia ut domini.

Et confirmatur hæc expoſitio per Bernhardum ad Eugenium papam ſecundo libro, ubi exponit qualis eſt papalis principatus. Accingere, inquit, gladio tuo: goldia ſcilicet ſpiritus, quod eſt verbum Dei. & infrà: Sic enim domabis lupos, & non domioaberis ovibus.

Quod dicitur ſecundo. Quodcunque ſolveritis, &c. reſpondeo ſecundum Chryſoſtomum & Rabanum, per hoc non intelligitur ali-

A aliqua poteſtas data, niſi ſpiritualis, abſolvendi ſcilicet à vinculo peccatorum. Stultum autem eſſet intelligere, quòd per hoc datur poteſtas abſolvendi à vinculo debitorum. Amplius, ſecundum Hieronymum non eſt intelligendum, hanc poteſtatem habere effectum, clave errante. Unde dicit, quòd presbyteri & epiſcopi poteſtatem habent: non intelligẽtes de Phariſæorum ſupercilio quod aſſumpſerunt, ut vel damnent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbitrentur: cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur. Et hoc declarat ibidem Hier. per exemplum, quod ponit de ſacerdotibus legis, qui non mundabant vel mundos faciebant: ſed ex officio ſuo mundos & immundos judicabant. Richardus etiam de ſancto Victore in lib. de Remiſſione peccatorum, cap. 8. expedit illud dicens: Non dicit Dominus, Quodcunq; volueris & ſolvere & ligare: ſed, Quodcũq; ligaveris & ſolveris. ligat autem & abſolvit ſacerdos ſententia juſta, non injuſta. Quod autem tertio dicitur, Neſcitis quoniam angelos judicabitis, &c. Reſponſio ſecundum Ambroſium & alios ſanctos expoſitores Apoſtolus loqtur nõ clericis ſpecialiter, ſed generaliter fidelibus q eligebãt in cauſis ſecularib. judices infideles in ſcãdalũ fidei noſtræ, & quaſi inter fideles nõ eſſet ſapiẽs ad judicãdũ: & hoc meritò reprehendit. Quod verò dicitur quarto, Fecit Dominus duo luminaria &c. myſtica eſt expoſitio ſecundum Dionyſium Myſtica autẽ
B theologia non eſt argumentativa, niſi accipiatur ejus probatio ex alia Scriptura. Amplius, propriè dicta myſtica expoſitio à ſanctis non invenitur, ſed fortè contraria. Unde dicit Iſidorus ſuper Geneſim in Gloſſa, quod per ſolẽ intelligitur regnum & per lunam intelligitur ſacerdotium. Unde dicit, Splendor quidem ſolis ſignificat excellẽtiam, plebem obtemperantem regi lunæ ſplendor oſtendit tanquam ſynagogam eccleſiæ: principes ejus & omnia fundata ſunt in regni ſtabilitate, tanquam in fundamento firmata. Dato etiam quod ita ſit, ſicut aſſumitur, pro nobis eſt. nam licet luna non illuminet noctem niſi lumine quod accipit à ſole, tamen luna habet virtutem propriam à Deo ſibi datam, quam à ſole non habet: ut quòd infrigidet & humectet, cujus contrariũ facit ſol: & in propoſito ſuo modo. nam princeps illuminationem & informationem de fide habet à papa & eccleſia: tamen poteſtatem habet ſibi propriam & diſtinctam, quam non habet à papa, ſed à Deo immediatè. Quod autem dicitur quintò, quòd Zacharias papa depoſuit regem Francorum, & inſtituit loco ejus Pipinum. &c. Gloſſa ordinaria exponit: Deponentibus cõſenſit. Non enim legitur, quòd Zacharias regem Franciæ depoſuerit. Sed legitur in Chronicis, quòd Hildericus regnabat in Francia totus deſes & remiſſus: Pipinus verò ſolus gubernabat Franciæ principatum, & Major domus dicebatur, Carolo fratre ſuo exiſtente monacho. Miſerunt ergo barones ad Zachariam papam, ut diſcerneret de eorum dubio, quis ſcilicet potius deberet eſſe rex: A an ille qui ocio deditus, ſolo nomine regebat: an ille, qui omne pondus regni ſuſtinebat? Quibus cum reſpondiſſet papa, quòd ille qui regni gubernacula utilius regeret: Franci mox incluſo rege Hilderico & uxore ſua in monaſterio, ſibi Pipinum regem conſtituerunt: & ipſum ſanctus Bonifacius Maguntinus archiepiſcopus unxit in regem, ſicut habet Chronica Martini. Aliorum autem Chronica habent, quòd poſtquam Hildericus quatuor annis regnavit, ex devotione in monachum eſt tonſuratus: & tunc Pipinus princeps in regem eſt inũctus electione baronum & auctoritate papæ decernentis ſuper dubio procerũ: quod etiam facere potuiſſent ſine papæ aſſenſu ex cauſa rationabili. Ex quibus patet, quod papa nunquam regem Franciæ depoſuit: niſi exponatur, id eſt, deponentibus conceſſit, ſicut exponit Gloſſa. Nec oportet ex talibus factis ſingularibus, quæ interdum ex devotione ad Eccleſiam, vel perſonam, vel ex favore, vel ex cauſa alia, & nõ ex debito juris fiunt, argumenta ſumere: cum legatur in eiſdem hiſtoriis, quòd Bonifacius Romanæ eccleſiæ miſertus, præſidens obtinuit apud Phocam imperatorem, ut eccleſia Romana eſſet caput omnium eccleſiarum: quia eccleſia Cõſtantinopolitana ſcribebat ſe eſſe primam omnium. Ex quo poſſet modo conſimili ſumi argumentum, quòd ad Imperatorem pertinet primatum Eccleſiæ transferre, & de eccleſiis ordinare. Legitur etiã à Sozomeno ſcri- B ptũ in Tripartita hiſtoria, quod Conſtantinus imperator conſilio clericorum intererat: quod etiam Euſebius narrat in Eccleſiaſticica hiſtoria. ubi etiam dicit, quod cum ex omnibus ferè locis epiſcopi congregati eſſent diverſis ex cauſis, & jurgia inter ſe quædam detuliſſent. frequenter appellabatur, & à ſingulis libelli offerebantur. At ille videns, quòd per hujuſmodi jurgia cauſa ſummi negocii fruſtraretur, diem certum ſtatuit, qua unuſquiſque epiſcoporum, ſi quam querimoniarum habere videretur, deferret: & hoc facto cum receſſiſſent. ſuſcepit à ſingulis libellos: quos ſimul omnes in ſinu ſuo continens, nec in eis quid contineretur aperiens, ait ad epiſcopos: Deus vos ſacerdotes conſtituit, ac poteſtatem vobis dedit de nobis judicandis, & nos rectè à vobis judicamur. vos autem, qui nobis à Deo dati eſtis dii, non poteſtis ab hominibus judicari: quia non eſt conveniens, quod homo de Deo judicet: ſed Dei inter vos exſpectate judicium. De quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, &c. His ergo omiſſis jurgiis, ea quæ adhuc ſunt diſtinguite. Cumque hoc dixiſſet, omnes ſimul querimoniarum libellos juſſit exuri. Nunquid ergo propter hoc ad principem pertinet, intereſſe conſiliis epiſcoporum, & diſſenſiones & cauſas eorum modo conſimili determinare, an non? Hugo etiam Floracenſ. libro quinto dicit, quod Conſtantinus ſanxit & inſtituit in Teſtamento ſuo, ut omnia quæ ad Ec-

A cleſiaſticum pertinent ordinem, Romani epiſcopi judicio diſpoſitionem recipiant. Et in epiſtola Conſtantini ad omnes Catholicos epiſcopos, quam inſcribit beatus Iſidorus, dixit Conſtantinus imperator: Decernentes ſancimus, ut Romana ſedes principatū obtineat ſuper quatuor ſedes præcipuas, Antiochiam Alexandrinam, Conſtantinopolitanam Hieroſolymitanam: & in Teſtamento ejuſdem Conſtantini, quòd eccleſia ſancta tam gratanter amplectitur, & in corpore decretorum inſeritur, dicit & ordinat quòd pontifex Romanos pro tempore, quicunque fuerit excelſior cunctis mundi ſacerdotibus exiſtat: & quæcunque ad cultum Dei vel Chriſtianorum, fideique ſtabilitatem procuranda ſunt, diſponat. Nunquid dicimus propter talia, quòd eccleſia Romana habeat ab Imperatoribus primatum eccleſiarum, vel ſuper Eccleſias & diſpoſitionem earum? Abſit Amplius, in primo concilio Hieroſolymitano, quæſtione legalium legitur, quòd poſt multam diſceptationem hinc inde, poſtquam Petrus ſurgens ratione oſtendit, jugum legis fidelibus non eſſe imponendum: Jacobus auctoritate pontificali protulit diffinitivam ſententiam, quia quæſtio illa mota erat in Eccleſia Hieroſolymitana, cujus erat epiſcopus: nec poterat ad alterum transferri, niſi per appellationem. & ita inquit Jacobus, Judico, &c. Dicemus ergo, quod licet Romana eccleſia ſit caput, quòd non habet talem exercere juriſdictionem, niſi in caſu appellationis in eccleſiis B epiſcoporum. Legitur etiam, quod tempore Henrici imperatoris Romani juraverunt, non ſe papam electuros ſine Imperatoris aſſenſu. Eſt igitur hoc obſervandum? conſtat quod nō. Hæc autem induxi, ut appareat quia nō oportet ex talibus factis ſingularibus, quæ variis cauſis fieri poſſunt, argumenta juris ſumere. Quòd vero ſexto arguitur de Nicolao papa, dicente quod Chriſtus Petro cœleſtis terrenique imperii jura conceſſit: Reſpondeo, Ubi quæritur de poteſtate papæ in temporalibus, efficax eſt teſtimonium Imperatoris pro papa: & non eſt multum efficax teſtimonium papæ pro ſeipſo, niſi dictum papæ fulciatur auctoritate Scripturæ ſacræ, vel ſcripturæ Canonicæ. Et in materia ubi Imperator dicit contrarium manifeſtè, etiam cæteri pontifices, ut in propoſito, non recipitur tale dictum. Poteſt tamen verbum Domini Nicolai papæ habere incluſivam veram multipliciter. Uno modo, quia pro communi utilitate boni ſpiritualis, modo ſuperius dicto, poſſet indicere collectam à fidelibus faciendam, non ſolum de bonis clericorum, ſed etiam de bonis laicorum. Secundo modo poteſt accipi vel intelligi quod Dominus Petro dedit jura cœleſtis terrenique &c. in inquantum dedit ei poteſtatem abſolvendi & ligandi cujus ſententia, abſolutio, ligatio, clave non errante appropriatur in cœlis: ſicut exponitur illud verbum ſibi dictum in traditione clavium, Quodcunque ligaveris ſuper terram, &c. Et ita exponunt gloſſæ Matthæi 18. Nec videtur, A quod Dominus papa aliunde dictum verbum acceperit, niſi ab illo verbo Domini ad Petrum: Et tibi dabo claves regni cœlorum: præcipuè cùm dicat dominus papa, Quod beato Petro clavigero regni &c. Quaſi alludens verbis, quibus Petro commiſſa eſt poteſtas. Et ideo cum ſancti per illud verbum non dent Petro poteſtatem aliam quàm ut dictum eſt, poteſtatem ſcilicet ſpiritualem ut dicit univerſitas expoſitorum ibidem, & Matthæi decimo: non eſt tenendum, quod dominus papa aliud intendat. Poſſet etiam aliter tertio verificari dictum domini papæ, quod ideo dicitur Chriſtus dediſſe Petro jura cœleſtis terrenique, & cætera: quia dedit ſpiritualem poteſtatem conjungendi cives terreni regni, civibus regni cœleſtis. ſub quo ſenſu loquitur de Chriſto Maximinus in Sermone Epiphaniæ dicens: Hic eſt rex ille magnus. qui venit cœleſti imperio ſociare terrenum. Inveniuntur etiam quidam juriſtæ, verbum Nicolai papæ exponere ſic: Petro conceſſit Chriſtus jura cœleſtis & terreni imperii id eſt jus imperandi cœleſtibus & terrenis, clericis & laicis, qui ſunt etiam duo parietes eccleſiæ, quibus ambobus ſummus pontifex in ſpiritualibus noſcitur imperare.

Cap. XVI.

B

Quod autem dicitur ſeptimo, quod Imperator jurat papæ, reſpondeo, Imperator Otho non juravit papæ, niſi de regno Italiæ, quod ab ipſo ſeu ab eccleſia ſuſcepit in feudum. Juravit etiam reddere terram ſancti Petri, ſi quam tenebat. Sed nihil facit ad cæteras partes mundi, vel quæ non ſunt de imperio, vel quæ non cadunt ſub dominatione Conſtantini. Quod dicitur octavo, quod papa deponit Imperatorem: reſpondeo, Verum eſt illum quem ipſe poſuit qui ab ipſo accepit feudum, & ex cauſa rationabili: tamen iſta argumenta ſunt de facto, & dicunt quid factū non tamē quid fieri debeat. E contrario autem multa argumenta poſſunt fieri de facto ut dictum eſt in ſolutione 5. argumenti. Quod vero dicitur quod papa tranſtulit imperium, poſſet ſolvi ſicut prius. Poteſt nihilominus dici, quod Conſtantinus nunquam dedit imperium Eccleſiæ ſimpliciter: ſed dedit urbem, & quaſdam provincias occidentales, & ſigna imperialia, ut de ipſis provinciis diſponeret: ſedemque ſuam tranſtulit Conſtantinopolim, cum tota dignitate imperii. Quod vero de[illegible]mo dicitur, quod poſtea papa imperium de Græcis tranſtulit ad Germanos: reſponſio Non tranſtulit veritatem, ſed nomen: quia indignabantur Romani quod imperium vel imperii nomen ab eis Conſtantinopolim er[illegible]t translatum & ideo Carolo quem pro ſua defenſione vocaverant victoriis habitis laudes acclamaverunt, & Im-

A Imperatoris ei nomen dederunt. Et ex tūc fuit quaſi diviſum imperium, dum duo dicerētur Imperatores. Amplius, non fuit factum per ſolum papam, ſed populo acclamante & faciente, cujus eſt ſe ſubjicere cui vult ſine alterius prejudicio. Ideo hoc fuit factum ex cauſa neceſſaria pro ſui defenſione, contra infideles & paganos, ubi per alium non videbantur poſſe defendi, quod de jure poterant. nam populus facit regem, & exercitus Imperatorem. Et quid plura? hoc factum eſt ſpeciali Dei conſilio, pro Eccleſiæ defenſione, ut monſtratum fuit, & perſuaſum Conſtantinopolitano Imperatori per angelum in ſpecie militis armati ſibi apparentem. quæ autem lege privata dicuntur, nulla ratio eſt ut lege publica cōſtruantur. hæc verò omnia ad factum pertinentia declarantur in lib de Coſmographia, & in Chronicis Hugonis Floracen. lib. quinto, & in Chronicis Sigeberti. Quidquid autem de hoc factum ſit. papa non ordinavit, niſi de eo quod ſibi à Cōſtantino collatum fuerat: quod concedo fieri poſſe de jure. Quod autem dicitur decimo, quod papa legitimavit in tēporalibus: reſpōdeo, Diſpenſare poteſt in temporalibus in terra propria, ubi habet juriſdictionē: alibi verò non, niſi per conſequentiam, ut notat Johannes Andreæ. Vel melius, quod nec etiam per conſequentiam poteſt, in terra non ſubjecta ſibi Et ponit Richardus, quod diſpēſando in ſpiritualib. diſpenſat, per conſequētiam: & indirectè in temporalibus, in terra

B ſubjecta. ubi concedendo majus, intelligitur concedere minus. quando utrumque poteſt: ſed extrà non poteſt, niſi in ſpiritualibus legitimare. Et ſic notat Gloſſa ordinaria ibidem. Tento tamen, quod ſi aliqui ſunt illegitimati, quia nati ex matrimonio perſonarum illegitimarum, ad contrahendum matrimonium ex prohibitione Eccleſiæ: papa poteſt cum talibus ubique diſpēſare, & eos legitimare in ſpiritualibus & temporalibus, in quantum poteſt illud matrimonium ratificare, & perſonas legitimas facere ad contrahendum Si verò fuerint illegitimi, ex matrimonio perſonarum illegitimarum ad contrahendum ex jure naturali vel divino, nōn poteſt diſpenſare ubiq; cum eis in temporalibus legitimando. Quod vero dicitur 11. quod papa aliquando abſolvit milites à juramento fidelitatis, dicitur quod ad hoc eſt argumentum de facto, quod tantum introducitur de Francigenis. Reſpondeo, ꝗ illud fuit ma[illegible] declaratio juris, quod ſ. juramentum in tali caſu non ligabat: quam abſolutio à juramento fidelitatis. Hoc enim fuit factum de conſenſu regis, qui fortè conſcius de ſua ineptitudine, volens omnino vacare, monachicam ſeu monaſticam vitam elegit. In quo caſu Barones potuerunt ad alterius electionem procedere prout fuit per papam declaratum & [illegible]onſultum. Conſiderandum tamen eſt, qu[illegible]d vaſallus duplici vinculo obligatus eſt Domino, naturali ſcil. ratione rei, quam accipit à Domino cum honore vaſſ[illegible]æ, & ſub determinata conditione, & vinculo juratorio: à naturali verò vinculo non poteſt abſolvere papa, licet poſſet declarare quod in tali caſu. ſ. ubi princeps eſſet hæreticus, non tenetur vaſallus dominum ſequi: ſed debet ſe obligare, & reddere feudum ſed de obligatione juratoria poteſt ex cauſa rationabili, & evidenti, & bona fide. & non aliter tenet obligatio apud Deum: quia papæ, ut dictū eſt ſuprà, non eſt collata poteſtas in deſtructionem, ſed ad ædificationem. Quicquid tamen ſit, de juramento ſemper manet obligatio naturalis, quæ rem ſequitur, niſi reddatur feudum. Quod dicitur duodecimo, quòd papa habet cognoſcere de omni delicto: reſpondetur, Patet ex prædictis, cap. nono, in principio: quia verum eſt, ubi quæſtio movetur de peccato, an ſcilicet hoc ſit peccatum, vel non peccatum, licitum, an illicitum. hoc enim determinatur ex naturali vel divino jure. & ſic cognoſcit ut Eccleſiaſticus. Si autem cognoſcat de peccato venditionis, quæ determinatur ſecundum leges humanas: vel intelligitur papa cognoſcere in foro cōſcientiæ, ubi debet credere confitenti.

Cap. XVII.

Quod vero dicitur 13. de denunciatione: ideo reſpondetur. denunciatio enim nō dat papæ juriſdictionem: quia ſic ex toto poſſet adnihilari juriſdictio principum, cum omnis cauſa papæ poſſet denunciari apertè: ſed ut dicit papa ibidem, non intendit judicare de feudo, cujus ad ipſum regem Francorum ſpectat judicium. niſi fortè juri communi per ſpeciale privilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum. B Sed decernere de peccato, cujus ad ipſum papam pertinet ſine dubitatione cenſura, ſicut ipſe dicit: & ad hoc vadunt probationes quas adducit. Quod vero dicitur decimoquartò, Si peccaverit in te, &c. dic Eccleſiæ: reſpōſio, Chryſoſtomus exponit Eccleſiæ, id eſt iis qui eccleſiæ præſident. Si verò Eccleſia accipiatur non ſolum pro congregatione clericorum, ſed generaliter vocetur Eccleſia communitas fidelium: ſic Eccleſiæ præſunt, & Eccleſiaſticus judex in ſpiritualibus, & ſecularis in temporalib. Vel poteſt dici, quod loquitur quando eſt quæſtio de peccato. Unde dicit Gloſſa ſuper illud, Ut in ore duorum vel trium &c. Si dixerit non eſſe peccatum, ut probēt illud eſſe peccatum. ſic enim, ſi non acquieverit, dicendum eſt Eccleſiæ: quæ judicat de peccato. Quod dicitur decimoquinto de Theodoſio: reſpondeo ſicut notant juriſtæ, lex illa Theodoſiana abrogata eſt. quia ratio legis viget: cujus rationis noticia utilis eſt, ut ſciatur quantam devotionem habuit legislator erga Eccleſiam: & ad hoc oſtendendum, inſeritur in corpore Decretorum undecima quæſtione prima, quicunque.

Amplius etiam poſſumus attendere, quòd ex ſtatuto principum contingere poteſt, quòd judex Eccleſiaſticus de talibus cognoſcat:

A ſed ſi de ſtatuto principum ei contingit, non poteſt concludi, quod ei conveniat ſecundum ſe ut eſt Chriſti vicarius: ſed magis contrariũ poſſet concludi, & poſſet dici, quod principes poſſent, licet non deberent ab Eccleſiaſticis judicibus ſua privilegia & gratias antecesſorũ ſuorum revocare: ſicut e converſò pontifices revocant, vel revocare poſſunt gratias ſuas à principibus. Quod autẽ dicitur decimoſexto, de illo verbo Deut. Si difficile, &c. unus caſus eſt ſpecialis, in quo recurri poteſt à ſeculari judice ad Eccleſiaſticum: ſcilicet ſeculari dubitante, præcipuè ubi eſt quæſtio de peccato: vel dicendum, quod non remittitur ad ſacerdotẽ tantum, ſed etiam ad judicem qui fuerit pro illo tempore, per quem intelligitur judex ſecularis: ut unus judicet in cauſis ſpiritualibus, alius verò in temporalibus. Unde ſignanter dicit, ad ſacerdotes Levitici generis, & ad judicem, &c. Et ita exponit Gloſſa. Quod verò decimoſeptimo dicitur, papa poteſt maj⁹, &c. iſtud eſt verum in majóri & minori ordinatis per ſe: ut ſi epiſcopus poteſt ordinare ſacerdotem, ergo & diaconum: non autem tenet in iis quæ ſunt diverſi ordinis vel generis: ut ſi pater meus potuit generare hominem, ergo & canẽ: vel ſi ſacerdos poſſit aliquem abſolvere à peccato, quod poſſit eum abſolvere à debito pecuniæ. Quod autem dicitur decimooctavo, quòd temporalia ordinantur ad ſpiritualia, &c. reſponſio patet ex prædictis ſuprà cap. 7.

B Cap. XVIII.

Quod verò dicitur decimonono, de legatis & reſtitutionibus: reſpondeo, legata in quantum ſunt ad pias cauſas, ad jus Eccleſiaſticum pertinent. & hoc eſt ſpirituale ſpeciale, ut dicunt Eccleſiaſtici viri, & præcipuè quando ſunt totaliter indiſtincta. tunc enim poſſunt per Eccleſiaſticum determinari, juxta voluntatem expreſſam teſtatoris. Quod autem transferri poſſint, ut ſi teſtator leget centum libras pauperibus infrà civitatem vel diœceſi Pariſiorum, quòd poſſit ratione talis indiſtinctionis dare pauperibus in Carnotenſi diœceſi, non video quòd poſſit de jure voluntatem teſtatoris mutare. Principi tamen qui utrique diœceſi præeſt, ex cauſa rationabili poſſet transferri & dari: quia eſt aliquis diœceſis nominatæ. De reſtitutionibus autem faciendis, non video quin poſſint fieri per providentiam ſeu prudentiam quorumlibet virorum bonorum in pios uſus, pro utilitate terræ, ſi neceſſitas immineat, vel utilitas expoſcat: & præcipuè per providentiam principis, qui utilitati communi invigilat, ex quo pro communi utilitate vel neceſſitate erogantur, propter hoc quod perſonæ ſunt ignotæ. Tamen quia licèt de culpa uſuræ judex Eccleſiaſtic[illegible] oſcat, ratione qua culpa eſt, & quod reſtitui debet judicare habeat: tamen ratione fo[illegible] ſa[illegible] imp[illegible] ner[illegible] eſtitutionem & emendam ad p[illegible] ipem pe[illegible] net, qui eſt juſticia animata, & cuſtos juſticiæ: & idem in aliis contractibus. ſicut in quo minus videtur A convincere hæreticos judicem, ad Eccleſiaſticum pertinet. extrà, de hæreticis. ad abolendã. & cap. ſequenti, vergentis. licet principes de negligentia exequendi, à papa reprehendantur & puniantur: quia, ut notat Innocentius. factum eſt de Imperatoris præſentis conſenſu. Tum etiam quia epiſcopus civitatis habet ab Imperatore facultatem exigendi, & conſequendi bona executionis, & exequendi cum teſtator perſonam ad exequendum non deſignavit. C. de ſacroſanctis epiſcopis. nulli licere: ita tamen, quod cũ epiſcopus hujuſmodi pecunias fuerit conſecutus, quantitatem & tempus quo eas receperit, apud rectorem provinciæ publicare debebit, ut ibidem dicitur. Tum quia lex de petenda hæreditate. l. hæreditas, ad quam Canoniſtæ per ſe remittunt, defenſionem & executionem piarum voluntatum ultimarum. ſicut. &c. quæ ad pias cauſas pertinent, non ſolum ad pontificem, ſed ad principalem pertinere oportet, in fine dicens, quod principali & pontificali, id eſt principis & pontificis auctoritate compelluntur hæredes ad executionem extremæ voluntatis. Tum quia in tali caſu cum ſit reſtitutio æris alieni, magis videtur pertinere ad juſtas cauſas, quàm ad pias. Et ideo puto, quod non oportet quod per ſolum Eccleſiaſticum judicem talis reſtitutio fiat: ſed magis ad principẽ pertinet, licet etiam poſſet fieri per providentiam quorumlibet bonorum virorum. Quod autem arguitur vigeſimo, quod corporalia reguntur per ſpiritualia, & ab ipſis dependent ut B à cauſa. Reſponſio: Argumentum, ut ſit factũ, multipliciter deficit.

Primo, quia ſupponit, quod poteſtas regalis ſit corporalis, & non ſpiritualis, & habeat curam corporum, & non animarum: quod falſum eſt, ut patet ex ſupradictis, cum ordinetur ad bonum commune civium non quodcunque, ſed quod eſt vivere ſecundum virtutem. unde dicit Philoſophus in Ethicis, quod intentio legiſlatoris eſt homines bonos facere, & inducere ad virtutem. & etiam in Politicis dicit, quod ſicut anima melior eſt corpore, ſic legiſlator melior eſt medico: quia legiſlator habet curam animarum, medicus corporum.

Secundo deficit argumentum, quia non quælibet poteſtas ſecularis à qualibet ſpirituali inſtituitur, movetur & dirigitur. nam in domo ordinata doctor literarum, & inſtructor morum, cujus poteſtas eſt ſpiritualis, non inſtituit medicum: ſed ambo à patrefamiliâs inſtituuntur. nec etiã dirigit medicum, in quantum medicus eſt: ſed ſolum per accidens, in quantum accidit medicum velle caſtum vel literatum fieri. Sic papa non inſtituit regem, ſed uterque eſt à Deo inſtitutus ſuo modo: nec eum dirigit per ſe ut rex eſt ſed per accidens inquantum [illegible] nvenit regem fidelem eſſe, in quo inſtruitur [illegible] papa de fide, & non de regimine. Unde ſubjicitur papæ in ii[illegible] in quib[illegible] ſubjicit eum poteſtas ſuprema, ſ[illegible] in ſpiritu[illegible]bus tantum. Patet etiã argumentũ deficere &

magis

A magis eſſe pro nobis, qoàm contra nos ſi conſideremus exemplum: quia licèt corpora cœleſtia moveantur in ſuum finem, & adminiſtrentur per angelos: tamen non ſunt producta per angelos, ſed immediatè à Deo. & ita debent concludi, quòd poteſtas terrena eſt à Deo immediatè, licèt ipſa ad beatam vitam dirigatur per poteſtatem ſpiritualem. Quòd verò vigeſimoprimò dicitur de Hugone, dicente, quòd ſpiritualis poteſtas inſtituit temporalem: dici poteſt, quòd dicta Hugonis non ſunt authentica, & modicum roboris afferunt. Dici tamen poteſt, ut dicit Auguſtinus 1. de Civitate Dei: Mos ſacræ ſcripturæ eſt, dicere rem fieri, qoando manifeſtatur. pro tanto ergo dicit Hugo, quòd poteſtas ſpiritualis regiam inſtituit, non quidem ipſam efficiendo ut ſit, cùm ſit à Deo, & Apoſtolo conſentiente & eligente: ſed quia in ungendo ipſum inſtitutum & electum manifeſtat. Quòd autem dicitur 22. quòd ſpiritualis homo omnia dijudicat, & ipſe à nemine judicatur, &c. licèt illa auctoritas frequenter aſſumatur, & in diverſis caſibus pro auctoritate domini papæ: tamen non eſt ad propoſitum, quia non accipitur ibi homo ſpiritualis à poteſtate ſpirituali, quam habet Eccleſiaſticus judex: cùm habens interdum hanc poteſtatem ſpiritualem, ſit animalis, ut ibi accipitur: ſed dicitur animalis homo vita vel ſenſu. Vita autem animalis dicitur, cùm vita alicujus fertur per animæ laſciviam, & non continetur rectore ſpiritu. Scien-B tia quidem animalis homo eſt, qui ſecundùm phantaſiam corporum, vel legis literam, vel rationem phyſicam de Deo judicat. Spiritualis verò dicitur vita & ſcientia. Vita quidem dicitur ſpiritualis, qui ſecundùm Deum habens rationem, animam ſuam regit. Spiritualis autem ſcientia eſt, qui non ſecundùm humanum ſenſum, ſed Spiritui ſancto ſubjectus per fidem, de Deo judicat certiſſimè & fideliter. Vnde talis judicat omnia. Gloſſa: Certa fide occultorum. Et ipſe à nemine judicatur. Gloſſa: intelligitur, an benè vel malè intelligat, vel à nemine judicatur, i. reprehenditur. & ſic exponunt Hieronymus & Aug. & litera Apoſtoli hoc oſtendit. Quòd verò dicitur 23. de ordine finium: reſpondeo: Multipliciter deficit argumentum.

Primò quidem, quia ars ad quam pertinet ſuperior finis, movet & imperat arti, ad quam pertinet finis inferior, non quidem ſimpliciter, ſed quantum ei competit ad neceſſitatem ſui finis ultimi: & hoc aliqualiter eſt conceſſum ſuperiùs in propoſito. Item plus deficit, quia ars illa ſuperior non ſemper imperat neceſſariò inferiori, movendo per modum neceſſitatis & inſtituendo eam: ſed ſolùm ei imperat per modum dirigentis. & ſicut medicus pigmentarium informat, & judicat de ipſo an benè conficiat pigmenta, & debitè, ſed ipſum non inſtituit, nec deſtituit: ſed eſt aliquis ſuperior utrohique, apud quem eſt totus ordo civitatis, ut rex vel dominus civitatis: & iſte, ſi pigmentarius non conficiat pigmenta prout medico competit, habet ipſum deſtituere, ſicut & conſtituere. Et ita eſt in propoſito. Totus mundus eſt quaſi una civitas in qua Deus eſt ſuprema poteſtas, quæ papam & Imperatorem inſtituit: quare, &c. A

Tertiò deficit argumentum: quia licèt aliquid coloris habeat, ubi illud quod pertinet ad artem inferiorem, non habet rationem boni vel appetibilis ſecundùm ſe: ſed ſolùm ut ordinatur ad finem ſuperiorem, quem reſpicit ars ſuperior. Sicut ſe habet confectio medicinarum, quam facit pigmentarius, ad ſanitatem, quam intendit medicus: tamen dicta ratio nihil coloris habet, ubi illud quod ad inferiorem artem pertinet, habet in ſe rationem boni & appetibilis ſecundùm ſe, cujuſmodi eſt vivere ſecundùm virtutem. Nam multa ſunt bona & appetibilia ſecundùm ſe, quæ tamen ad aliud ordinabilia ſunt: ut dicitur in 8. Ethicorum, de amicitia: & in 10 dicitur idem de ſcire & videre, & aliis hujuſmodi.

Quartò deficit dicta ratio, quia dato quòd valeat in aliquibus partibus ordinatis, ubi inferior finis non ducit in ſuperiorem, niſi determinato modo. Et ideo deficere ſecundùm illum determinatum modum, eſt deficere ſimpliciter, & inutile remanere reſpectu illius finis: tamen ubi finis inferior habet diverſos ordines ad ſuperiorem, non oportet, quòd ſi deficiat ſecundùm unum ordinem, quòd poteſtas conſtituta in illo, deſtituatur tanquam inutilis: quia eſt alius ordo ejus ad finem, qui fortè, ſolùm notus eſt ſupremæ poteſtati: pro-B pter quem ordinem vult inferre poteſtatem manere tanquam utilem, & ſic eſt de poteſtate regia: quia ſecundùm eam populus non ſolùm dirigitur in Deum, ſecundùm quod rex ea utitur ut rex eſt: ſed etiam ea utitur ut tyrannus, in quantum ſcilicet tyrannia principum eſt in ultionem peccatorum: ut dicit Job, quòd regnare facit Dominus hypocritam propter peccata. vel in probationem patientiæ ſubditorum, vel in compulſionem eorum ut ad Deū refugiant, qui ſolus poteſt corda regum immutare in melius, dicente Salomone: Cor regis in manu Domini eſt, & quocunque voluerit inclinabit illud. qui etiam & tyrannos, quos reputat converſione indignos, poteſt auferre, ſecundùm illud Salomonis: Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Et per Ezechielem dicit: Liberabo gregem meum de ore eorum, quæ paſcunt ſemetipſos. Quòd autem dicitur 24. quòd papa habet facere leges, eo quòd princeps non poteſt facere leges, vel eis uti quouſque fuerint per papam approbatæ: Dico quòd falſum eſt, ut dicit expreſſè Leo papa, ſcribens Lothario Auguſto diſtinct. 10. de capitulis di. Sic de capitulis & præceptis imperialibus veſtris & prædeceſſorum veſtrorum irrefragabiliter cuſtodiendis & conſervandis, quantum valuimus & valemus. Chriſto propitio & nunc & in æternum conſervaturos modis omnibus profitemur: & ſi fortè quislibet vobis aliter dixerit, vel dicturus fuerit, ſciatis ipſum pro certo

A mendace: nec per Canones ſemper legibus derogatur niſi quoad caſus ſpirituales. Nec papa poteſt leges tollere, niſi quoad ſuum forum, ut dicit Jo. & alii. Dicere autem, ut iſti magiſtri dicunt, quòd papa tradit leges principibus & quòd princeps non poteſt legem aliunde ſumere, niſi per papam fuerint approbatæ: eſt omninò deſtruere regimen regale & politicum & incidere in errorem Herodis, timentis & putantis Chriſtum regem deſtruere terrenum quia ſecundum Philoſophum in 1 Politicorum, principatus tunc ſolùm dicitur regalis, quando quis præeſt ſecundùm leges quas ipſe inſtituit. Cùm verò præeſt nō ſecundùm arbitriū ſuum, ſed ſecundùm leges, quas cives vel alii inſtituerunt, dicitur principatus civilis vel politicus, & non regalis. Si ergo nullus princeps regeret, niſi ſecundùm leges à papa traditas, vel ab eo primò approbatas: nullus principaretur principatu regali vel politico, ſed ſolùm papali: quod eſt regnum deſtruere, & omnem principatum antiquum evacuare.

Cap. XIX.

QUòd autem dicitur 25. q. ſacerdotiū dicitur regale, quia ſacerdotes ſunt reges: dicendum, quòd ſacerdotium ut patet ex prædictis, dicitur regale à regno, non quidem mundi, ſed cœli, ad quod ordinat & dirigit. vel ſecundùm intentionem beati Petri, hoc dicitur omnibus fidelibus juſtis: qui in quantum ſunt unum cum Chriſto capite, in ipſo ſunt reges & ſacer- B dotes, attribuendo membris quod eſt capitis, ſecundùm regulam Tyconii. Vel ideo dicuntur regnum, quia in ipſis regnat rex eorum Chriſtus: & ſacerdotes dicuntur, quià offerunt Deo ſacrificia laudis & ſpiritus contribulati: quod etiam conferunt omnes juſti. Quòd autem dicitur viceſimoſextò de veteri lege, in qua rex inungebatur per ſacerdotem: reſpondeo, Non eſt de neceſſitate poteſtatis ſecularis, quod inungatur. cùm ante reges inunctos in populo illo fuerint duces, ut Moyſes, & Joſua, & ſucceſſores eorum, de quibus Dominus providebat. Non eſt etiam de neceſſitate regis, qui perfectiorem habet auctoritatem, quòd inungatur: cùm aliæ gentes reges habeant, qui non inunguntur. In populo autem illo reges inungebantur in myſterium & repræſentationem regis Chriſti, de populo naſcituri, qui onctus oleo gratiæ præ participib. ſuis: oleo (dico) ſignificato per oleum quo reges de populo ungebantur: quod etiam apud reges Chriſtianos, qui ſe membra Chriſti profitentur, obſervatur. Non enim eſt inconveniens, quòd reges in populo Dei ſint veri reges, & tamen ſint figura altioris regis. Auguſtinus: Hæc verò unctio regia fieri præcipiebatur per ſacerdotem. ut ſignificaretur. quòd de populo illo erat naſciturus. qui ſimul foret rex & ſacerdos, ſcilicet Chriſtus. hæc autem quæ inſtituta erant in populo illo, cùm pleraq; eorum eſſent figuralia. non ſunt trahenda ad populum Chriſtianum. Unde & in novo Teſtamento non legimus, quòd ſacerdotes inungere debeant reges: nec etiam obſervatur in A omnibus regibus Chriſtianis, ut patet in regibus Hiſpaniæ. Et ideo argumentum nihil eſt ad propoſitum. Aug. Illa inunctio erat conſecratio regum. Conſecrare autem ſecundùm papam, eſt Deo dare. Ex quo patet, quòd per hoc non concluditur, quòd ſacerdotium ſit majus in temporalibus & cauſſis ſeculi, quàm regia poteſtas. ſed ſolùm in cauſſis Dei: ſicut per hoc, quòd regum peccata oblatione ſacerdotis expiabantur. non probatur quòd ſacerdotium ſit majus regia poteſtate, niſi ſolùm in iis quæ à Deo ſunt: ut 2. q. 6. nos. Quòd etiam iſtud argumentum non concludat, patet: quia in veteri lege ſacerdotes qui reges inungebāt, indubitanter regibus ſubdebantur. Quòd autem dicitur 27. quòd ſine Chriſti juſticia non poteſt eſſe reſpub. dicendum eſt quòd virtutes morales acquiſitæ, poſſunt eſſe perfectæ ſine theologicis, nec ab ipſis perficiuntur, niſi quadam accidentali perfectione, ut innuit Auguſt in lib. Sententiarum Proſperi: & ideo ſine rectore Chriſto eſt perfecta & vera juſticia quæ ad regnum requiritur. cùm regnum ordinetur ad vivere ſecundùm virtutem moralem acquiſitam, cui accidit quòd perficiatur per interiores virtutes quaſcunque. Vel ideo dicit Auguſt. quòd non eſt vera juſticia, ubi nō eſt Chriſtus rector: non quia eſſe non poſſit, ſed quia non erat juſticia etiam moralis acquiſita apud illos qui juſticiam ſervare credebant dæmonibus & idolis ſervientes, contra quos dicit Auguſt. quòd veram juſticiam non ſervabant. Po- B teſt etiam eſſe, quòd non regeretur Reſpub. populi Chriſtiani rectè, niſi rector ſit papa, qui eſt Chriſti vicarius in ſpiritualibus, nec taliter juſticia ſervaretur, niſi ei ſicut juſtū eſt in ſpiritualibus obediretur. Quòd verò dicitur 28. quòd oportet illas poteſtates eſſe à Deo ordine quodam: reſpondeo, Ordinem habent, ut dictum eſt, dignitatis, non cauſſalitatis. cùm una non ſit ab alia, ſicut omnes angeli à Deo ſunt producti ordine quodam dignitatis, in quantum unus in naturalibus ſemper eſt nobilior altero: ſed non eſt ibi ordo cauſſalitatis quo unus ſit ab alio, cùm omnes ſint à Deo immediatè creati. Intentio tamen Apoſtoli videtur eſſe de ordine cujuslibet ad finem ſuum proprium, & non de ordine unius ad alterum.

Quod patet ex hoc quod ſubjungit de principe. quod miniſter Dei eſt in vindictam, &c. Quod autem dicitur 29. de vero capite dici poteſt, quod una eſt Eccleſia, unus populus Chriſtianus, unum corpus myſticum: non quidem in Petro, vel Lino, ſed in Chriſto, qui ſolus propriè & maximè eſt caput Eccleſiæ, à quo diſtributa eſt utraque poteſtas dicta, quoad diverſos gradus ſecundùm Pſalm. Omnia ſubjecit ſub pedibus ejus. Et Epheſ. 2. Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius. ubi dicit Ambroſius, quòd Chriſtus eſt caput Eccleſiæ. Poteſt nihilominùs ſummus pontifex, quantum ad exteriorem miniſtrorum exhibitionem, dici caput Eccleſiæ, quantū ipſe eſt principalior

mini-

A miniſtros. à quo ut à principali Chriſti vicario in ſpiritualibus totus ordo miniſtrorum dependet, ut ab hierarcha & architecto: ſicut Romana Eccleſia indubitanter eſt caput omnium eccleſiarum. Non eſt autem caput, quantum ad regimen in temporalibus ſeu diſpoſitionem temporalium: ſed quilibet rex eſt in hoc caput regni ſui. & Imperator Monarcha ſi fuerit, eſt caput mundi. Eſt etiam hic conſiderandum, quòd ex Eccleſiaſtica hierarchia, quia oportet habere unum Monarcham ſummum pontificem, nituntur aliqui oſtendere, reges & principes eſſe ſubditos papæ in temporalibus: ita quòd in papa ſit utraque poteſtas, ſpiritualis ſ. & temporalis. quod ipſi proſequuntur diffusè. Sed in veritate, ex ipſa Eccleſiaſtica hierarchia ſecundùm beatum Dionyſium in infimo gradu ſunt laici cum ſuis regibus, quaſi imperfecti: perfectibiles tamen: ſupra quos ſunt perfectiores, ut viri Eccleſiaſtici: & in ſupremo eſt ſummus Monarcha, omnium ſcilicet dominus papa.

Conſtat autem ſecundùm doctrinam ejuſdem Dionyſii, quòd infimi non reducuntur ad ſupremos, niſi per medios: nec ſupremi perficiunt hierarchiæ infimos immediatè. ſed mediantibus mediis. Summus ergo pontifex non habet poteſtatem generalem & immediatam ſuper laicos, niſi quam habent medii de hierarchia immediatam, & magis contractam, ut epiſcopi vel abbates. Quamvis enim in an-
B gelica hierarchia ſupremus Monarcha, qui eſt Deus, aliquid poſſit circa infimum angelorum, quod circa ipſum non poteſt aliquis mediorum, ut creare, & in nihilum redigere: tamen hoc non poteſt in quantum hierarcha, ſed in quantùm Deus creator. Cùm ergo in iſtis mediis perfectionibus non ponant aliqui utramque poteſtatem. ſpiritualem ſ. & temporalem, ſed ſpiritualem tantùm: clarum eſt ex iſta ordinatione Eccleſiaſticæ hierarchiæ, quòd ſummus pontifex ut hierarcha eſt, non habebit poteſtatem niſi ſpiritualem, licèt generaliorem, quia ubique potentem. Et propter hoc Bernhardus ad Eugenium lib. 4. prædictum ordinem hierarchiacum attendens, nullam poteſtatem ponit in papa, quam non poterat in prælatis inferioribus, licèt in papa ponat ſummam. Unde dicit ſic: Erras, ſi ut ſummam, ita & ſolam à Deo inſtitutam, veſtram Apoſtolicam dignitatem exiſtimas * ſi nullo. ſanctis * di[illegible]ntis ab eo qui ait: Non eſt poteſtas niſi à Deo. Proinde quod ſequitur, Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: etſi principaliter pro te facit, non tamen ſimpliciter. Deinde idem ait, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non ait, Sublimiori, tanquam in uno: ſed, Sublimioribus, tanquam in multis. Non tua ergo ſola à Domino ſunt: & mediocres ſunt, & inferiores. Ecce manifeſtè in iſto ordine hierarchico nullam poteſtatem dat papæ, quam non det mediis prælatis, licèt eam in papa ponat ſummam.

Ex quo patet, quòd cùm dicti medii prælati non habeant poteſtatem niſi à Chriſto ſpiritualem, non poteſt eſſe quòd papa ſingulariter habeat temporalem per hoc quod eſt totius Eccleſiæ ſummus ſeu ſupremus hierarcha. A Et hoc dicunt ſancti Matth 16. quòd Chriſtus nõ dedit aliquam poteſtatem Petro, quam non dederit cæteris Apoſtolis, & epiſcopis & ſacerdotibus eccleſiæ: licèt Petrus dicatur ſpecialiter claves eccleſiæ accepiſſe propter principalitatem, quam à Chriſto accepit, ut dicit Rabanus. Et Gloſſa, propter hoc etiam quod dictum eſt Petro ſoli Matth. 16. dictum eſt etiam per eadẽ verba omnibus, Matth. 18. Quodcunque ligaveris, &c. Et Johannis 20. dicendum eſt omnibus: Accipite Spiritum ſanctũ, quorum remiſeritis &c. ubi dicit Chryſoſtomus, quòd collata fuit poteſtas ſpiritualis tantùm. Hanc autem digreſſionem hic feci propter aliquos magnos, qui propter unitatem Eccleſiaſticæ hierarchiæ nituntur oſtendere, papam habere utrumque gladium.

Eſt etiam conſiderandum, quòd ex dicto ordine hierarchiæ, Bernardus ubi ſuprà reprehendit papam: quia dictum ordinem Eccleſiaſticum perturbat, dum abbates & inferiores epiſcoporum eximit, eos immediatè ſibi ſubdens quòd in cœleſti hierarchia, ad quam extrahitur eccleſiaſtica, non invenitur. Quòd etiam non poſſit de jure fieri, ſentire videtur, cùm papæ in Moyſe dictum ſit à Domino: Inſpice, & fac ſecundùm exemplar quod tibi à Domino in monte oſtenſum eſt: hoc enim diſpenſationem, non diſſipationem indicat: cùm tamen papæ non ſit credita diſſipatio, ſed diſ- B
penſatio. Sed Bernardo ſic ſentienti, non conſentio ex toto. Quòd verò 30. dicitur de duobus gladiis: reſpondeo, Non eſt hic niſi quædam allegatio allegorica, ex qua non poteſt ſumi argumentum: quia ſecundùm Dionyſium, myſtica theologia non eſt argumentativa. Et Aug. dicit in epiſtola ad Vincentium, quòd allegoria non ſufficit ad probationem alicujus, niſi cùm ejus habeatur aliunde auctoritas manifeſta. Poſſum etiam dicere, quòd per illos duos gladios intelligunt omnes myſticè verbum Dei, juxta illud Apoſt. Epheſ. 6. Accipite loricam fidei. & gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei. Quòd autem dicitur Duo gladii, propter novum & vetus Teſtamentum: & per duos gladios intelligunt gladium verbi & gladium inſtantis perſecutionis. De quo dicitur Lucæ 2. beatæ Virgini, Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Et 2. Regum 12. Non recedet gladius de domo tua: & ii ſufficere tunc dicebant. Et horum unus erat Apoſtolorum paſſivè, quia ab eis ſuſtinendus, ſcilicet gladius perſecutionis: alius autem erat eorũ propriè, quia ab eis pro tempore competenti evaginandus, ſcilicet gladius verbi Dei. Dato autem quòd per illos duos gladios, quos habebant Apoſtoli, intelligantur duæ poteſtates, ſcilicet ſpiritualis & temporalis: quæ licèt dicantur ibi eſſe tamen non dicuntur ambæ eſſe Petri vel alterius Apoſtoli. nam unum eorum non tetigit Petrus, ſ. ſecularem, qui ſuus non erat.

A Alium verò tetigit, ſcilicet ſpiritualem, quem ſolus Dominus dixit eſſe ſuum, & tamen non ſtatim evaginandum à Petro. unde dictum eſt ei: Pone gladium tuum in vaginam. quia certè non debet ſtatim, ſed cum magna deliberatione, & in neceſſitate magna judex Eccleſiaſticus uti ſuo mucrone ſpirituali, ne cõtemnatur. Poſito igitur quòd per illos duos gladios myſticæ illæ duæ poteſtates intelligantur, pro nobis eſt: quia cùm eſſent duo, Petrus non habuit ſuum niſi unum. propter quod etiam dicit Deus Matth. 10. Nõ veni pacem mittere, ſed gladium. vel ſignanter dicit Gladium, non gladios. & in perſona Chriſti dictum eſt in Pſalmo: Accingere gladio tuo ſuper, &c. Et Apoc. 1. de filio ſedente in medio candelabrorum. & 19. de illo qui dicitur verbum Dei: dicitur quod ex ore ejus exibat gladius, ex utraq; parte acutus. Ecce ergo quòd à Chriſto non habet niſi unum. Poteſt nihilominùs dici: ꝙ duo gladii ibi dicuntur fuiſſe, & ad Apoſtolos pertinere, quia unus Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus convenit per ſe, quem à Chriſto habent: alius verò ſuus eſt aptitudine, quia eis non repugnat: & ex commiſſione & permiſſione principum ſuus erat futurus.

Poteſt etiam dici, ꝙ dicta auctoritas Bernardi pro nobis eſt, quia dicit quod utrunque eſt Eccleſiæ: ſed materialis pro Eccleſia, ſpiritualis verò ab Eccleſia exercendus: iſte ſacerdotis, is militis manu, ſed ſanè ad nutum ſacerdotis & juſſum Imperatoris, ubi ſignanter di-
B cit, Ad nutum ſacerdotis, & non per manum, vel ad juſſum ejus: quia in hoc non habet auctoritatem jubẽdi vel compellendi, ſed ſolùm innuendi, ſi voluerit Imperator.

Cap. XX.

AD 31. quòd arguit Johannes de Cremona, reſpondeo: Quamvis multa jactet ſe dicturum, tamen abſque dubio tam rudia ſunt dicta ſua, quòd mihi non videntur repetitione digna: ſed diſcurramus per ſingula. Quòd ergo primò dicit, quòd Dominus principio rexit mundum per ſemetipſum uſque ad diluvium, & poſtea per ſacerdotes Noe, Abraham, Moyſem, & alios hujuſmodi: dico ꝙ deficit multipliciter. Primò, quia ſupponit prædictos fuiſſe ſacerdotes: quod quidem de Noe falſum eſt manifeſtè, cùm nec ſacerdos fuerit, nec officiũ aliquod ſacerdotis legatur feciſſe, non obſtante quòd legatur quòd erexit altare Domino: quia erigere altare Domino, vel orare, ſeu invocare Dominum, non ſunt actus proprii ſacerdotum, cùm etiam non ſacerdotibus conveniant. Jacobi 5. Orate pro invicem, ut ſalvemini. Etſi etiam fuiſſet Noe ſacerdos, non ideo dici pòteſt quòd mundum rexerit Deus per ſacerdotem: quia non legitur Noe ædificaſſe altare Domino, niſi poſtquam ædificaverat & rexerat arcam. De Abraham vero & Moyſe conſtat quòd nõ fuerunt ſacerdotes veri, cùm nullum ſacrificium oblatum fuerit ante veram Chriſti hoſtiam, qui primus fuit verus ſacerdos, ut ſuprà cap. 4. patuit: nec etiã fuerunt ſacerdotes regales & ſingulares dignitate & A
officio ſicut Aaron, cùm nondum eſſent inuncti. nec ſacrificia adhuc erant inſtituta, licèt in neceſſitate, & propter defectum ſacerdotum, prædicti aliquos actus ſacerdotum fecerint: ut quòd Moyſes inunxit Aaron, vel aliquid hujuſmodi, propter quod Moyſes ſacerdos dicitur in Pſalmo: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus ejus. Quòd verò Abraham dicitur presbyter, non eſt ad propoſitum: quia, ſicut dicitur diſtinct. 94 ca. 3. presbyter vocatur non tantùm ætate, ſed ſapientia.

Secundò deficit dicta ratio: quia dato quòd fuiſſent ſacerdotes, tamen erant à Deo conſtituti ut principes: & ideo in temporalibus regebant populũ non ut ſacerdotes, ſed ut principes. Nec oportet, quòd ſi tunc poteſtates diviſæ erant ſimul indiſtinctè in ſubjecto, ꝙ ita nunc eſſe debeant in uno: quia hoc erat propter imperfectionem illius ſacerdotii quod tamen voluit Dominus poſtea magis ac magis eſſe diſtinctum à poteſtate ſeculari, quantò magis acceſſit ad perfectum. Unde temporibus regum & judicum duæ poteſtates erant ſubjecto diſtinctæ. & multò magis nũc eſſe debent, ut ſuprà dictum eſt Capitulo decimo.

Quòd autem dicitur triceſimo ſecundo, de habente dominium ſuper finem, & ſuper ea quæ ſunt ad finem: patet quòd argumentum nullum eſt. idem enim eſt modus arguendi ac ſi diceretur: Iſte eſt dóminus omnium equorum, ergo & omnium frenorum qui fiunt propter equos: quod non ſequitur, ſicut cuilibet B
patet. Peccat etiam argumentum in materia, quia non eſt verum, quòd papa ſit dominus ſpiritualium, quia miniſter eſt tantùm. 1. Corinth. 2. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti. & diſpenſatores, ſcilicet Eccleſiæ. Nõ oportet autem, quòd ſi ſpiritualium & temporalium unus eſt dominus, quòd eorum ſit tantùm unus miniſter: ſed erunt plures. 1. Corinth. 12. Diviſiones adminiſtrationum ſunt, unus autem Dominus: & omnes diviſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Adhæc etiam adaptari poſſunt rationes, ad argumentum de finibus datæ ſuprà. Quòd verò additur, quòd Deus animas Petro dedit, frivolum eſt. neque enim ei dedit ut eſſet dominus earum, ſed inſtructor & defenſor contra ſpirituales lupos. Unde Bernardus ad Eugenium: Domabis lupos, & non dominaberis ovibus. Et Petrus dicit: Non ut dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo. Quòd verò ſubjungit de Apoſtolo dicente, Veſtra ſunt omnia: non eſt ad propoſitum, quia non loquitur Petro vel papæ ſingulariter, ſed omnibus fidelibus, præcipuè juſtis: quorum ſunt omnia, quantum ad aliquam utilitatem vel operationem in bonum, eo modo quo omnia ſunt juſtorum, 33. q. 6. ca. 1. vel ideo ita dicit, quia ut dicit Glo. ſuper illud 1. Corinth. 12. Charitas non quærit quæ ſua ſunt, quærit omnia communia: ut quod aliquis nõ habet in ſe, habeat tamẽ in alio cui unũ eſt per charitatẽ.

Quòd

A Quod autem dicitur 33. de peccato Imperatorum, quòd propter peccata eorum translatum eſt jus imperii ad papam: reſpondeo. hoc totum ridiculoſum eſt. ptimò, quia ut oſtendit Aug. 4. de Civitate Dei, regna & impetia vult Deus eſſe communia bonis & malis, felicitatem non niſi bonis: & ita non eſt de jure divino, quòd Imperatores propter peccata ſua jure imperii ptiventur. Secundò, quia non omnes Imperatores prædicta flagitia cōmiſerunt. nec eorum peccata aliis obfuiſſe debuerunt: & præcipnè, quia in imperio nō ſuccedunt ut hæredes, ſed ab exercitu vel populo ritè eliguntur. Tettiò etiam, quia aliqui papæ in venti ſunt flagitioſi & hæretici, & juſtè depoſiti: nec tamen malicia eorū obfuit aliis ſucceſſoribus. eorū verè & debitè electis. Quartò, quia dato ꝙ Imperator culpa ſua privetur jure ſuo, tamē nihil juris ex culpa ejus papæ in imperio accreſcit. Nam ut dicit Auguſt. Homo peccādo juſtè diabolo ſubditur, nō tamen juſtè diabolus dominabitur eidem. Et pręcipuè tenet hoc in propoſito, quia dominatio ſacerdotibus interdicta eſt, ut ſuprà patuit. Qnintò. quia falſum eſt quod in fine argumenti inſinuatur, ſ. ꝙ imperatorib. debeatur ex privilegio. hoc enim privilegiū imperatoribus datū à clericis nuſquā audivimus: ſed de jure eis debebatnr imperiū, populo ſeu exercitu faciēte, ut d. 23. legimus: & Deo inſpirante, quia à Deo eſt. 23. q 4. quęſitū: & Commentator 8 Eth. c. 10. dicit, ꝙ rex eſt à populi voluntate: ſed cùm eſt rex ꝙ dominetur eſt na-
B turale. Quòd 34. dicitur de majori poteſtate, quam habet nunc Eccleſia, quàm haberet in principio reſpondeo, quantū ad hoc quod argumentū innititur allegoriæ: patet ꝙ nullius eſt efficaciæ, quia ut dicit Aug in Epiſtola ad Vincentiū: Allegoria non ſufficit ad ꝓbationem. niſi cùm de hoc habeatur auctoritas manifeſta. Et ideo dicit ꝙ myſtica theologia non eſt argumentativa Ampliùs, ſuper illud Luc. 14. de parabola cōvivii: & Pſalmus, Quare fremuerunt gentes. &c. magis videtur ſecundùm moralē ſenſum accipi Chriſti perſecutio, quā nunc ſuſtinet in membris ſuis à malis. & ejus dominatores in membtis ſuis in futuro, quando in cœlo omnia ei ſubjecta erunt. ſecundùm Apoſt. Heb. 2. quàm illud quod iſti accipiunt. Si tamen totum accipiatur pro ſtatu militantis Eccleſiæ ad diverſa tempora. ut iſti accipiunt, adhuc non eſt proeis: quia ſicut dicit Aug. de Ver. do. nō loquitut Dominus quaſi nunc poſſit Eccleſia compellere Jndæos & gentiles ad fidem: vel quòd nunc non ſit Eccleſia ſubjecta in temporalibns regibus & principibus de jure, ſicut olim: ſed loquitur de hęreticis, qui per ſepes intelliguntur. Nam qui ſepes cōſtruunt, diviſiones quærunt. ii enim de jure ſunt ab eccleſia compellendi redire. Sed hoc nō faciebat Eccleſia in principio propter defectum potentiæ. eo quòd reges & ptincipes non ſic erant favorabiles Eccleſiæ, ſicut nunc ſunt: & ideo cum favote principum non poſſunt. Et ſic tractatur iſta matetia 24. q. & 6.

Quòd verò objicitur 35. de regis permiſſione, & Dei indignatione: reſpondeo. Argumentum deficit. Dominus enim eum ſacerdotio vel antè inſtituit regem In populo illo, licèt non cum plena poteſtate: ut patet in Moyſe & Joſue, & ſucceſſoribus eorum, qui toti illi populo præerant. Unde dicebat Moyſes Nnm. 27. Provideat Dominus ſpirituum omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc. Et de ſingulis judicibus qui poſt Joſue fuernnt, legitur quòd Deus ſuſcitavit ſalvatorem, & quòd ſpiritus Dei erat in illis: ut patet Judic. 2. Erant igitur à Deo inſtitnti, & nou judicio Judæorū commiſsi: & erant reges alio modo. in quantū toti populo illi præerant ſingulatiter, vel ſpecialiter quod eſt ſpecies regui: nō erat tantū tegimē reginm purū, eo quòd commiſcebatur ariſtocratiæ. in qua plures dominantut ſecundùm virtutem: & democratiæ, id eſt, principatui populi, ut videbitur, cùm etiam poſtea ad eorum petitionem eis dedit habere regem cum plenitudine poteſtatis. Adhuc electionem eis non commiſit, ſed reſervavit: ut patet Denter. 17. ubi dicitur: Conſtitues regem, quem Dominus Deus elegerit. Non eſt etiam contra regiam dignitatem, quòd ad petitionem eorum, quaſi indignatus, regem conceſſit. 1. Reg. 7. quia similiter argui poſſet de ſacerdote: quia cùm Moyſes Domino diceret Exod 4. Obſecto Domine, mitte quem miſſurus es: Dominus iratus in Moyſem ait: Aaron frater tuus Levites ſcit quòd eloquens ſit, ipſe erit tibi in occurſum. &c. B

Sed quare ergo indignatus conceſſit eis regem? Dicendum. ꝙ non ideo, quia tegale regimeu ei diſpliceret ſimpliciter ut malum: ſed ideo, quia illum populum ſibi elegerat ut peculiarem. Deut 6. & inſtruxerat eis tegimen melius puro regali, ſaltem illi populo propter duo. Primum eſt, quia licèt regimen regium, in quo unus ſimpliciter principatur ſecūdùm virtutem, ſit melius quolibet alio regimine ſimplici. nt oſtendit Philoſophus in 3. Politicorum: tamen ſi fiat mixtum cum ariſtocratia & democratia, melius eſt puro, iu quantum in regimine mixto omnes aliquā partem habent in principatu. Per hoc enim ſervatur pax populi, & omnes talem dominationem amant & cuſtodiunt, ut dicitnr in 2. Politicorum: & tale erat regimen à Deo optimè inſtitutum iu populo: quia erat regale, in quantum unus præerat ſimpliciter omnibus ſingularitet, ut Moyſes vel Joſue. Erat etiam aliquis de ariſtocratia; qui eſt principatus aliquorū optimorū principantiū ſecundum virtutem, in quantū ſub illo viro eligebantur 72. ſeniores: Deut. 5. Eraut etiam ibi aliqui de democratia, i. principatu populi, in quantum 72. eligebantur à populo, & de toto populo, ut dicitur ibidē: & ſic erat optimè mixtum in quantū omnes in regimine illo aliqnid habebant. ſive aliquam partem. Et ſic certè eſſet optimū regimen Eccleſię, ſi ſub uno papa eligerentur plures ab omni provincia, & de omni provincia, ut ſic in regimine eccleſię omnes haberent partem ſuam.

Aliud

A Aliud etiam erat, propter quod tale regimen erat melius illi populo, quàm purum regale: quia licèt regimen regale ſit optimum in ſe, ſi non corrumpatur, cùm propter magnam poteſtatem, quæ regi conceditur, de facili regnum degeneret in tyrannidem, niſi ſit perfecta virtus ejus cui talis poteſtas conceditur.

Nam ut dicitur decimo Ethicorũ, Viri virtuoſi eſt bene ferre bonas fortunas. Hæc autem perfecta virtus in paucis reperitur, & præcipuè in populo illo, eo quòd Judæi crudeles eſſent, & ad avariciam proni per quæ vitia maximè deceditur in tyrannidem. Et ideo Dominus à principio nõ inſtituit eis regem cũ tanta plenitudine poteſtatis, ſed judicem & gubernatorem in eorum cuſtodiam modo prædicto: quia ſic eis magis competebat. Et ideo, poſtea ad petitionem eorum regem inſtituit, quaſi indignatus: quia ſcilicet regimen aliud aliquid eis utilius abjiciebant.

Quòd autem in eodem argumento ſubjungitur de regibus, Oſee 8. Regnaverunt, & non ex me: non eſt ad propoſitum, quia loquitur de malis regibus. Et ſimile poſſet dici de malis prælatis Eccleſiaſticis: Qui non intrant per oſtium in ovile ovium, vel qui abutuntur accepta auctoritate.

Et ampliùs dici poſſet, quòd dicta aoctoritas pro nobis eſt: quia Bernardus ad Eugenium lib. 2. eam exponit de papa & prælatis Eccleſiaſticis, quærentibus dominatũ, dicens: Planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus: B ergo tu tibi audes uſurpare aut apoſtolatus dominatum, aut dominatus apoſtolatum: planè ab utroque, vel ab altero prohiberis. alioquin non te exemptum putes illorum numero, de quibus Dominus conqueritur, ſic dicens: Ipſi regnaverunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognovi eos. Quòd verò 36. dicitur de terra ſacerdotis, quæ ſub Pharaone libera erar à tributo & cenſu: dicendum eſt, quòd per hoc denunciabatur, ſacerdotes debere eſſe liberos quoad onera principalia, & quoad mãſionem ſive manſum Eccleſiæ, & quoad ea quæ eis donantur ut ſacerdotes ſunt, & miniſtri Dei pro redemptione animarum: & non quoad ea quæ titulo emptionis vel aliter acquiruntur Eccleſiæ, quæ cum onere ſuo tranſeunt ad eos, us notatur 33. q. ultim. tributum. & alio ca. ſecundùm Canonicam: & hoc eſt eccleſiis indultum ab Imperatoribus & principibus, ur ibidem dicitur.

Cap. XXI.

Quòd autem 37. opponitur de epiſcopis vocatis à papa, qui remanſerunt de mandato Imperatoris, & ſuper hoc reprehenduntur à papa: dicendum, quòd ſicut notavit Johannes ibidem, & infrà, eadem quæſt. quo auſu, iſtud intelligitur de illis tantùm epiſcopis, qui Levitica portione ſunt contenti; de aliis autem regalia tenentibus, vel poſſeſſiones alias, cùm talia tranſeant cum ſuo onere, non intelligitur. immò tales dominis ſuis obedire tenentur, ſicut cæteri. & hanc diſtinctionem ponit expreſsè capitulum ſequens. Sed notandum, A quòd hoc etiam videtur perſimile, quòd monachus translatus ad epiſcopatum, magis ſubjectus eſt archiepiſcopo, quàm abbati ſuo, & ei plus debet obedire. Similiter monachus tranſiens ad curam parochiæ alicujus, in iis quæ ad curam illius parochiæ pertinent, magis obedire tenetur epiſcopo illius loci, quàm abbati: & poteſt epiſcopus ipſum viſitare & corrigere. Sic epiſcopus accipiens feudalia, præcipuè ſciente & permittente ſummo pontifice, magis tenetur obedire temporali domino, quàm ſummo põtifici: imò in caſu ubi jam præcipit ei princeps aliquid de pertinentibus ad onera feudorum, videtur exemptus à papa, ſicut monachus ab abbate. Ita etiam determinat Hugo de ſancto Victore, de ſacram. parte 2. c. 7. dicens, quòd principes dotantes eccleſiam non poſſunt in ipſam totaliter transferre dominium ſic, quòd nihil de dominio retineant, cujus verba ſunt hæc: Poteſt eccleſia miniſtros habere laicas parochias, per quas jura & judicia ad terrenam poteſtatem pertinentia, ſecundùm tenorem legum, & debitum juris humani exerceat: qui ſi ratio poſtulaverit, & neceſſitas, & illis ipſa poteſtas debeat patrocinium, & illi ipſæ poſſeſſiones debeant in neceſſitate obſequium. Sicut enim poteſtas regia patrocinium quod debet alteri, non poteſt dare: ſic ipſa poſſeſſio etiam ab Eccleſiaſticis perſonis obtenta, obſequium quod regiæ poteſtati pro patrocinio debetur, jure negare non poteſt. ſicut ſcriptũ eſt: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. B Sed fortè dicetur, quòd ſunt aliqui qui merentur iſto jure privari, quia impedient ſpirituale donum, ſ. impediendo ne epiſcopi vadant ad curiam, quando illi ſunt vocati pro aliquo negocio ſpirituali: vel quando oportet eos vel alios ibi ire pro diſpenſatione ſuper irregularitate, vel pro alia cauſſa hujuſmodi. conſtat enim quòd impedire hujuſmodi tranſitum, eſt impedire bonum ſpirituale. Ampliùs, per tales arctationes paſſuum, & tales leges ne aliqui portent extra regnum pecunias, infertur damnum curiæ Romanæ: & ſic poteſt papa conqueri legitimè. & talia prohibere, & reputare principem talem hoſtem ſuum, qui talia facit.

Reſponſio, prohibere ſimpliciter, & univerſaliter impedire, ne quacunq; ex cauſſa aliquis tranſeat, eſſet impedire ſpirituale bonum in caſu. Sed ſi prohibeatur cum exceptione, ſ. niſi ex cauſſa rationabili de licentia principis, qui cauſſam audiat, non eſt impedire bonũ ſpirituale. Si etiã per tales arctationes damnificetur curia Romana, quia non accipit conſueta ſervitia: nõ ideo debet reputari princeps injuſtè agere, & nocere eccleſiæ, niſi faciat ſola intentione nocendi: quia ſi faciat hoc pro ſuo, vel terræ ſuæ commodo, licèt inde per conſequentiam damnum aliis contingat, ſibi eſt licitum: quia cuilibet licitum eſt uti jure ſuo. Argumentũ habetur ad hoc: aliquis habèt fontem orientem in fundo ſuo, qui diverſus per rivos rigat hortos vicinorum ſuorum. iſte facit

A aquam deſcendere vel currere per diverſa loca domus ſuæ, & ſic impeditur ne currat ad hortos vicinorũ, nunquid hoc eſt ei licitum? Dicit lex quòd ſic: licet aliis incommodum eveniat, quia utitur jure ſuo. Eſto etiam, quòd faciat hoc princeps intentione nocẽdi, adhuc in caſu eſt ei licitum ſi ſi pręſentib. probabilib. vel evidentib. argumentis appareat, quod papa ad hoc vocaret prælatos, ut cũ ipſis aliquid machinari intenderet contra ipſum, vel contra regnum ſuum. Eſt enim licitũ principi, abuſum gladii ſpiritualis repellere, eo modo quo poteſt, etiam per gladium materialem: præcipuè ubi abuſus gladii ſpiritualis vergit in malũ Reipublicæ, cujus cura regi incumbit. aliter enim ſine cauſa gladium portaret.

Quod verò dicitur 38. de collatione beneficiorum: dicendum, quòd collatio iſta competere poteſt laico ex conſuetudine, ſicut præſentatio de jure ſcripto. nam nõ plus repugnat laico unum, quàm aliud. & poteſt competere de jure patronatus, ſi hoc fuerit in conſuetudine habitum, vel conceſſum ab eccleſiis. Sicut enim dicitur 8. Ethicorum: Benefacienti, etſi nõ ex debito juſticiæ, ex quo actiones naſcuntur inter homines: tamẽ ex debito honeſtatis debetur ſuperabundanti honor, indigẽti verò retributio lucri. & inde eſt, quòd fundatoribus eccleſiarum, & patronis ratione beneficii accepti, eccleſiæ à principio ex debito juſticię non erant obligatæ: tamen ex debito honeſtatis eis voluerunt cõcedere aliquid ho-
B noris. & aliquid utilitatis. Honoris quidem, præſentando ad beneficia, quod invenitur cõceſſum patronis in jure ſcripto expreſſe & generaliter. tamen quibuſdam excellentioribus patronis, ut magis foveretur eorum devotio ad eccleſias fundandas, eſt per diſſimulationẽ conceſſum rationabiliter: & quia illud quod rationabiliter eſt conceſſum, licet ex gratia, & non ex debito juſticiæ, in longam & præſcriptam conſuetudinem tractum convertitur in jus commune, eo quòd (ut dicit Plato in Timæo) Quod ſemel rationabiliter eſt inſtitutũ, non eſt divinæ voluntatis immutari debere. Ideo dicta præſentatio ad beneficia Eccleſiaſtica omnibus patronis debetur generaliter: & collatio quibuſdam excellentibus, qui hoc ex conſuetudine habuerunt. debetur ſpecialiter, & de jure, ut eis auferri non poſſit ſine injuria: imò ſi quis auferre vellet eis ſine cauſa evidenti & rationabili, indubitanter non poſſet. ſed ſemper teneret patroni collatio, quicquid ageretur contra hoc à quocunq;. Nam ut dictum eſt ſuprà, Deus non dedit poteſtatem Petro vel miniſtris Eccleſiaſticis in bonis eccleſiæ, ad ordinandum pro libito: ſed pro bona fide, & ad ædificationem. & non ad deſtructionem, ut dicitur 1. Corinth. Deus enim non vult. quod ritè alicui eſt collatum, ei auferri, niſi culpa interveniente. nam ſecundum Apoſtolum Rom 11. Sine pœnitentia ſunt dona Dei. & Job. 33. dicitur: Non auferet à viro juſto oculos ſuos, & reges in ſolio ſuo conſtituit in ſempiternum: propter peccata enim fecit vaſa Ægyptiorum ſpolia Hebræorum. Et ideo ex A
quo fuit principio patronis conceſſum expreſſe vel interpretativè per longam diſſimulationem, & ex cauſa rationabili: quia ex debito quo benefaciẽti excellenti honor debetur, etjam ut potentes proniores efficerentur ad dotandas eccleſias, non eſt dubium, non eſſe propriè à Chriſto commiſſum quod talia revocari poſſint ſine evidenti & magna culpa: ſuper quam princeps monitus, inveniretur incorrigibilis, & præcipue cum ex hoc eccleſiæ ſumpſerunt magnum emolumentum. Quod ergo arguitur, quod collatio non cadit in laicum, cum ſit idem quod ſpirituale: reſpondeo, dicendum quod ſpirituale non dicitur propriè, niſi in habitudine ad ſpiritum divinum, per cauſalitatem, ſeu per concomitantiam: unde ſacramenta Eccleſiaſtica ſic ſpiritualia ſunt. ut adminiſtratio ſacramentorum: quia gratiam ſpiritualem contingunt & cauſant: ſpirituali vero annexum dicitur, quod habet ordinem ad dictum ſpirituale, vel per conſequentiam, ut jus decimarum: vel per antecedentiam, ut jus patronatus, & collatio prebendarum. Primum ergo quod eſt ſpirituale, propriè non cadit in laicũ aliquo modo, nec ſecundum quod eſt annexum ei per conſequentiam, quia tale dependet ex ſpirituali officio. Nam ratione ſpiritualium officiorum competit alicujus decimarum. & ideo ſicut ſpirituale officium non cõpetit laico; ita nec jus prædictum, licet fructus corporales qui nomine decimarum appellantur, laico competere poſſunt de conceſ- B
ſione eccleſiæ. Sed tertium quod annexum eſt ſpiritualibus officiis per antecedentiam, ut præſentatio, vel collatio, ſeu jus conferendi, quia non ſic dependet à ſpirituali, ſed econverſo poteſt competere laico præcipuè, & ex conceſſione eccleſiæ, vel ex promiſſione, & ex longa conſuetudine præſcripta, poteſt rex ſibi jus acquirere, cum ſibi non repugnet: quia ſi ei repugnaret, ei non poſſet convenire ex cõceſſione cujuſcunq;. ſicut nec adminiſtratio ſacramentorum, vel jus decimarũ poteſt competere laico auctoritate cujuſcunq;: nec ſic onerosa eccleſiis, ſed interdum fructuoſa. & præcipuè eccleſia ſciente & permittẽte. Quod autem dicitur, quod dos non debet eſſe oneroſa: reſpondeo, quod ex hoc non ſit oneroſa, niſi patrono, cui incumbit onus defenſionis eccleſiæ: nunc vero non eſt oneroſa, cum plus ex hoc habeat commodi, quam incommodi. Et quod dicitur, quod conſuetudo non præjudicat juri: reſpondeo, Dicta conſuetudo cum non ſit damnoſa in miniſtris eccleſiæ, ſed in pluribus fructuoſa, non præjudicat juri publico in genere, licet videatur præjudicare in ſpecie. Nam licet videatur præjudicare epiſcopis, qui privantur collatione beneficiorũ, quæ de jure communi eis debetur: tamen eccleſiæ aliunde ex hoc emolumentum accipiũt præponderans, ratione defenſionis & dotationis & fundationis, & ideo nõ præjudicat ſimpliciter. Vel ut dicit Philoſophus 8. Ethicorũ, hoc facimus, quod per amicos facimus: & ideo

A Eccleſiaſticus conferre dicitur, licet nõ per ſe, ſed per patronum laicum, cui ab eo conceſſum eſt rationabiliter: quæ conceſſio non eſt revocabilis, niſi ſicut dixi. Et quod opponitur de conſuetudine contraria ſubſtantiæ cõtractus, & inhoneſta: reſpõdeo, Dicitur quòd hic nullus eſt contractus. nec conditio, quia patroni non dant ſub conditione vel modo. ſed ſimpliciter, licet obligatio ſequatur collationem jã factam: nec eſt hic aliquid inhoneſtum, cum per violentiam non ſit ab Eccleſiis extortum, ſed ab eccleſia ſic patronis liberaliter conceſſum, licet ex debito honeſtatis quo cujuſque beneficio excellenti debetur honor, & indigẽti retributio lucri. ut dicitur 8. Eth. Si etiã eſſet contraria ſubſtantiæ contractus, vel doni, ut dicit argum. non ideo ſequitur intentum, quòd ſic pro nũc nõ adjecta habeatur, & quòd donum non maneat. hoc enim cõvenit in cõditione inhoneſta. quæ non eſt contraria ſubſtantiæ contractui: ut, contrabo tecum, ſi occideris hominem. Sed ubi eſt conditio oppoſita contraria ſubſtantiæ doni, donum vel contractus non tenet: ut ſi dicatur, Contraho tecum. ſi venenum aut ſterilitatem procures, vel aliud hujuſmodi: & ideo ſecundum illud donatio facta eccleſiis non tenuiſſet, ſed rediret totum ad donatores. Quòd verò dicitur, quòd eccleſia gaudeat jure minorum, & reputat ſe deceptam: reſpondeo, Non ſufficit ad reſtitutionem, quòd ſit minor, niſi oſtendat ſe læſam. hoc certè eccleſia facere non poſſet, cum B appareat evidẽter, quòd ex dicta promiſſione facta eſt locupletior. Amplius, ſecundum magnos juriſtas, Eccleſia ponitur in ultimo momento 25. annorum à tempore læſionis factæ, ut ſic infrà quadriennium, quod vocatur tempus utile, tantum reſtituatur, & non ultra, niſi fraus probetur interveniſſe. Alii verò dicũt, quòd reſtituenda ſit uſq; ad 15. annos, ponentes eam in anno 14. Alii autem uſq; ad 30. ponentes eam in primo die minoris. Amplius, dicit Goffredus quòd eccleſia à minore differt in hoc, quòd eccleſia præſcribit. & præſcribitur contra eam: ſed minor ſemper ſervatur illæſus, præterquàm in longiſſima præſcriptione, quæ quidem contra minorem currit, ſed reſtituitur: contra eccleſiam verò erit præſcriptio 40. annorum, nec eſt reſtituenda. Quod autem dicitur triceſimo nonò, quòd papa debet eſſe perfectus in vita activa: reſpondeo. Ex hoc ſolum ſibi convenit de rebus ſuis, & non de rebus alienis: & prædicare aliis, res eorũ eſſe diſtribuendas, ſecundum quod exigit ordo charitatis. Quod 40. opponitur de clericis qui magis pollent ratione: reſpondeo, Si ſic eſt, nõ ideo præcipuè debent regere in omnibus, ſed in majoribus & in melioribus, ſcil. in ſpiritualibus. Quod autẽ dicitur 41. quòd aliter loquẽtes loquuntur in favorem principum: reſpondeo, Quamvis in caſu aliquo veritas ſit ſubticenda ſicut Moyſes reticuit veritatem de repudio uxoris, Mat. 19. tamen nulli licitum eſt in caſu quocunq;, contra conſcientiam docere, vel ſcribere in doctrina religionis: & ideo dicere quòd tanti viri, inter quos aliqui fuerunt ſummi pontifices. ſcripſerunt contra cõſcientiam ſuam in favorem principum. vel ob timorem eorum, eſt ponere os in cœlum. A Magis autem probabiliter poſſet econtrariò dici, quod tales doctores qui ſic indebitè ampliant auctoritatem papæ, loquuntur timore vel favore ipſius, cũ ſint perſonæ Eccleſiaſticę, qui magis poſſunt per ipſum promoveri. Et præcipuè cum ipſi dicant, licet malè, quòd ſummus pontifex gratioſe amplectitur ſuam poteſtatem extendentes, & reprimit obloquentes, quod nunc faciunt reges & principes. Quòd autem ultimò dicit ille de Cremona, tales pro hæreticis habendos, qui dicunt papam nõ habere. &c. Dicendum, quòd iſte eſt temerarius in judicando, cum dicit, nos ita dicere, ut eccleſia non poſſit cohercere hęreticos. hoc enim falſum apparet, cum eccleſia poſſit invocare brachium ſeculare contra hæreticos. extrà, de hæreticis. ad abolendam & vergentem. Magis autẽ poſſet dici. quòd iſte anathema eſſet, & non longè ab hæreſi, ſcilicet cùm pertinacia ſuum dictum aſſereret. Nam papam habere utrumq; gladiũ, non continetur in ſacra Scriptura, quæ eſt regula fidei. & Deut. 4. dicit Dominus, Nõ addetis ad verbum quod vobis loquor, neq; auferetis ab eo. Et in congeſtis primæ Nicenæ ſynodi dicitur, quòd perlecto ſymbolo Nicenæ ſynodi decrevit ſancta ſynodus aliam fidem nulli licere proferre, vel conſcribere, vel componere, pręter diffinitam à ſanctis patribus, qui in Nicena ſynodo congregati ſunt à Spiritu ſancto. B

Et ſubditur anathematis pœna. Et idem recitatur in geſtis cõcilii Chalcedonẽſis. Amplius, cũ fides Chriſtiana ſit catholica & univerſalis, non poteſt ſummus pontifex hoc ponere ſub fide ſine concilio generali: quia papa non poteſt diſcernere ſtatuta concilii di. 19. Anaſtaſius. nam licet concilium non poſſit propriè legem imponere. extrà, de electione, ſignaſti. & 35. quæſtione 6. veniam. tamẽ non intelligitur in us quæ fidei ſunt, eo quod orbis major eſt urbe & papa, conciliũ majus eſt papa ſolo.

Cap. XXII.

De donatione Conſtantini.

Viſo, qd poſſint viri Eccleſiaſtici, eo quod ſint Chriſti vicarii: videndum eſt quid poſſint ſummi pontifices ex dono Conſtantini imperatoris magni. Dicunt enim, quod Sylveſtro ſucceſſoribuſque dederit imperium occidentale & imperialia ſigna: ut palatiũ ſuum, & coronã & alia hujuſmodi. Et ideo volunt aliqui quod ratione hujus doni. ſummus pontifex imperator eſt, & Dominus mundi: & quod poteſt reges cõſtituere & deſtituere, ſicut Imperator. & præcipuè imperio vacante. Ut autem iſta melius pateant premittẽda ſunt aliqua ad factũ pertinentia, quæ in Chronicis & Eccleſiaſticis hiſtoriis, de hac translatione & donatione leguntur: ut melius videatur, quid

A quid per donationẽ illam poſſit dominus papa, præcipuè ſuper regem Franciæ.

Eſt quidem ſciendum de donatione prædicta, quòd ſicut accipitur ex Chronicis Hugonis Floriacenſis, & in lib. de Coſmographia, & ex epiſtola Conſtantini ad epiſcopos: & ex teſtamento ejuſdẽ, ipſe Conſtantinus non dedit niſi certam provinciam, ſcilicet Italiam cũ quibuſdam aliis, ubi Francia non includitur: & imperium tranſtulit ad Græcos, ubi novam Romam ædificavit. Cæterùm de translatione à Græcis ad Germanos facta per Romanos, & papã in perſona Caroli Magni, ut dicunt: ſciendum eſt ex Chronicis ſupradictis, quòd non fuit translatio facta, quin remaneret imperium apud Græcos ſecundum rem, & apud Occidentales ſecundum nomẽ: vel quod fuit facta diviſio imperii, ut duo Imperatores dicerentur, Romanus ſcilicet, & Conſtantinopolitanus. Eo quod Romani leguntur ex triplici cauſa ab imperio Græcorum receſſiſſe, ſcilicet propter defenſionem Reipublicæ, quam acceperant à Carolo Magno, Conſtantino imperatore negligente: & ex odio Irenæ imperatricis, quæ filium ſuum Conſtantinum & filios filii exocnlavit, ut ſola imperaret, provocati, & ex translatione Imperii ad Græcos ab eis per Conſtantinum imperatorẽ facta indignati, & graviter ferentes imperium Græcorum, laudes imperii Carolo Magno victori declamaverunt. Ex quibus ergo ſuppoſitis apparet, ꝙ ex dicta donatione & trãslatione, papa nihil B poteſt ſuper regẽ Franciæ, propter quatuor.

Primò quidem, quia dicta donatio non fuit niſi de portione determinata, in qua Francia non includebatur, nec translatio fuit facta totius imperii ſive monarchiæ mũdi ad Germanos, cum etiam poſt translationẽ prædictam quæ magis fuit diviſio Imperii, vel nova imperii appellatio, quàm tranſlatio, remanſerũt adhuc Imperatores apud Græcos.

Secundò, quia dicta donatio nihil valuit propter quatuor, quæ in Gloſſa juris civilis ponũtur: & ut juriſperiti communiter dicũt, quia Imperator ideo dicitur ſemper Auguſt. quia ejus eſt augere Rempublicam, & non minuere. & ita dicta donatio non videtur tenuiſſe, præcipuè quia exceſſiva & immenſa, licet aliàs in remuneratione facta & cum moderatione tenuiſſet. 9. diſtinctione. tutũ, cu plures. & infrà primis. Nec obſtat quod dicit lex, quùd menſura donationis eccleſiæ eſt univerſalis, ut in authent. de rebus eccleſiæ non alienãdis. ſinimus. Illud enim intelligitur, quãdo donatur de patrimonio Cæſaris, & nõ quãdo donatur de patrimonio fiſci. quia pro ſtatu Reipublicæ cõſtituendo inſtitutum eſt, & ab univerſitate, quæ ſemper debet manere: de quo non poteſt largiri, niſi cum moderamine, & ex certis cauſis. in Authentica. quomodo oportet epiſcopos & clericos. col. 2. Vel intelligitur in principe non donante eccleſiæ, ſed permutante cum re Eccleſiaſtica: ubi non eſt periculum: ſi res principis ſit major, & non commenſurata ita ab eccleſia acceptæ.

Secundò, quia Imperator eſt adminiſtrator A Imperii & Reipùblicæ, ut dicunt jura. per legẽ regiam ab Hortenſio latam: ut de conſtit. principũ l. 1. Si nõ imperii adminiſtrator, eſt imperii diminutor nõ valet, &, in tit. procem. Inſtit.

Tertiò, quia ſi donare lex eſt, C. de donatione inter virum & uxorem. L. donationes. Lex enim facta per unum, ſeu ab uno, revocari poteſt per ſucceſſorem: quia par in parem nõ habet imperium, ut ff. de arbitris leg. nam & magiſtratus. Dicta ergo donatio firma non fuit.

Quartò, quia eàdem ratione qua unam partem poteſt dare, & ſucceſſor poteſt & aliam, & ſic imperiũ deminoraretur & ſpoliaretur donis ſuis, quod eſt inconveniens: quia expedit quod imperium ſit locuples. L. legatus. ff. de off. præſidis, & in Auth. ut judices ſine quoquo ſuffrag collatione ſecunda Ex quibns dicunt Juriſtæ, quòd donatio non valuit.

Quòd verò Deo diſplicuerit, ex hoc ſumitur argumentũ, quod legitur in vita beati Sylveſtri papæ, quòd in donatione illa audita eſt vox angelorum, dicentium in aëre: Hodie in Eccleſia venenum effuſum eſt. Itẽ beatus Hieron. dicit de iſto Conſtautino, quòd ab ipſo uſque in præſens tempus, eccleſiarum rapinæ & totius orbis diſcordia ſecuta eſt. Dicit etiam Hieron. de eodem, quòd in tantam crudelitatem poſtea verſus eſt, ut filium ſuum Criſpum interficeret, & uxorem ſuam Fauſtam, extremò etiam tempore vitæ ſuæ ab Euſebio Nicomediæ baptizatus eſt. & ſic bis baptizatus fuit, & amplius in Arrianum dogma declinavit: B & hoc idem dictum in Chronicis ſuis multi alii Chronicorum veraces ſcriptores & fide digni imitantur. Quod autem aliqui defendere volunt, quòd illud de filio ſuo intelligi debet, patet eſſe falſum: tum quia beatus Hieron. ſatis poſtea loquitur de ipſo Conſtantino. Conſtat autem, quòd ab illo Conſtantino non incœpit rapina eccleſiarum, cum ipſius tempore fuerit eccleſiæ magna perſecutio. Conſtat etiam ex Chronicis, quòd ſolus Cõſtantinus, & non filius ejus, uxorem habuit Fauſtam nomine. Non invenitur etiam iſte Conſtantinus familiaris fuiſſe Euſebio Nicomediæ epiſcopo: ſed alius Cõſtantinus, qui mortuus in ſua eccleſia eſt ſepultus, & ideo illa ſceleroſa dicũt Hierònymus & alii de Conſtantino magno, quãvis affectus pietatis ſuæ reddiderit eũ bonæ memoriæ apud beatum Greg. in Regiſtro. Greci etiam ad eum devotionem conceperunt ex eo, quod ad ipſos Imperium tranſtulit, & Conſtantinopolim apud eos fundavit.

Tertio apparet, quod ex dicta donatione nihil habet papa ſuper regem Franciæ, dato etiã quod valuiſſet, & generalis de toto imperio fuiſſet: quia licet Gallici inveniãtur tẽpore Octaviani Auguſti imperio Romano fuiſſe ſubjecti, tamen Franci nunquam. Hoc enim legitur in diverſis hiſtoriis, quod poſt excidium duodecim milia Trojanorum duce Antenore, à quo primo dicti ſunt Antenoridæ, ad partes Pannoniæ juxta Mæotidas paludes pervenerunt, ubi civitatẽ Sicambriam ædificaverunt,

A ſemper Imperio Romano infeſti: ibiq; manſerunt uſq; ad tẽpora Valentiniani imperatoris. à quo inde expulſi, pro eo quod tributa Romanis juxta morem cæterarum gentiũ ſolvere recuſaverunt: egreſſi autem inde cum ſuis ducibus Marcomiro, Symone & Genebando, venerunt & habitaverunt juxta ripam Rheni in cõfinio Germaniæ & Alemaniæ. quos cũ multis præliis idem Valẽtinianus poſtmodum devincere nõ potuiſſet, proprio nomine eos Frãcos, i. feroces appellavit. Et ab illo tẽpore virtus Francorum in tantum excrevit, ut totam Germaniam & Galliã uſq; ad juga Pyrenæi, & ultrà ſubjugarent: & Galliam habitantes eãq; Franciam nominãtes, nullis Romanis nec aliis quib. cunq; fuerunt ſubjecti. Quarto, ex dicta donatione dato quod valuerit, & toto imperio facta fuerit, & dato quod Frãci tunc fuiſſent imperio ſubjecti, quod non dicimus: adhuc papa nihil poteſt ſuper regnũ Franciæ, cũ nõ ſit Imperator. Et amplius, dato quod eſſet, Franci præſcripſerunt cõtra Imperatorem uſque ad dies iſtos. Tenuerunt enim ſic regnum Franciæ reges ſancti, & tã longo tẽpore & bona fide, ut patet de beato Ludovico per eccleſiã meritis ſuis evidẽtibus canonizato: qui ita tenuit, & eccleſia canonizando approbavit, quicquid dicant aliqui theologi: cũ jure humano ſit appropriatio rerũ & ſubjectio hominum ſecundũ Auguſtinum. jura humana poſſunt facere commune vel alienum, quod meum eſt, ex cauſa rationabili non eſſe meum, & transferre dominium. Ex quo enim jura

B imperialia ſtatuerunt. quod aliquid poſt tantum tempus in præſcriptione transferatur, dominium transfertur. Et hoc pro communi utilitate, vel in odium negligẽtis, & in favorem bonæ fidei poſſeſſoris, & ne lites in infinitum protendantur & multiplicẽtur: nec in hoc aliquis tenet alienum, ſed ſuũ, quod ſuum factum eſt pręſcriptione legitima. Et ideo, dato quod regnum Franciæ aliàs fuiſſet ſubjectũ Romano imperio: tamen præſcripta eſt ſubjectio. Quod etiã patet ex Chronicis Sigisberti & aliorũ. Ibi enim legitur: quod Carolus Magnus totam Italiam ſub jure regni Francorum ſubegit. Legitur etiam in hiſtoriis Romanorũ, quod olim Imperium fuit apud Francos. Et tamen conſtat, quod Italia nunc non eſt ſubjecta Francis: quod nnn eſt niſi propter aliquam temporis præſcriptionem, quæ in talib. locum habet.

Ex prædictis etiam apparet, nõ valere quod dicunt aliqui Juriſtæ de præſcriptione jurisdictionis & ſubjectionis, quod ſubjectio quæ Imperatori debetur, præſcribi non poteſt: ſed illa tantum quæ debetur baronibus inferioribus: ita tamen, quod ſubjectio remaneat ad ſuperiorem. Cujus rationem allegant, quia cum plures diſſentiant faciliter, nõ expedit ut plures regimẽ habeãt, ſed quod unus toti mundo principetur: & ideo iſta utilitas præſcriptione tolli nõ debet. Sed parũ valet iſta ratio, ut patet ex dictis ſup. capitulo q a verũ eſt, quod plures diſſentiunt faciliter in re una: & ita melius eſt regimẽ regũ, quã Ariſtocraticũ ut ſuprà dictum eſt cap. t. Melius autem eſt, plures pluribus regnis dominari, quàm unũ toti mundo. A

Quod ex hoc etiam apparet, quòd tempore Imperatorum nunquam fuit mundus in tanta pace, quanta fuit poſtea, & antè: ſed frater fratrem, & mater filium occidebat, & econverſo. & cętera horribilia ſcelera per mundũ currebant, & diſſenſiones permaximæ, de quibus non oportet modo narrare per ſingula. Mirũ etiam eſt, ſi præſcribi non poſſit contra imperium Romanorum, ut dicunt illi cum ante regnum Romanorum fuerint regna & imperia, ſcilicet Babyloniorum, quod incœpit à Nino, tempore Abrahæ: Carthaginenſe, tẽpore Judith, Macedonum ſive Græcorum ab Alexandro tempore Machabæorũ: & quodlibet prædictorum eſt æquè à Deo, ſicut imperium Romanorum.

Si igitur, non obſtante quod Græci habuerunt imperium à Deo, Romani pręſcribunt & præſcripſerunt contra Græcos, & uſurpare tẽtaverunt Græcos expellendo: quare non poſſunt alii homines præſcribere contra imperiũ Romanorum, etiam eorum dominium à ſe abjiciendo. præcipuè cum eis ſe non ſubjecerũt voluntariè, ſed violentia Romanorum? Sicut de Gallicis legitur, quòd nunquam, antequã venirent Franci, voluntariè ſe ſubjecerunt Romanis: ſed ſemper rebelles fuerunt, prout potuerunt, modò quidem Romanos vincendo, modo econverſo. Si ergo Romani per violentiam acceperunt, nunquid juſtè per violentiam etiã abjici potuit dominium eorum, B vel etiam contra eos præſcribi?

Si verò aliquis dicat, quòd Deo ordinante ceſſare debuit imperium aliorum, & creſcere debuit imperium Romanorum: quare non ſic poteſt dici de Romano imperio, quod ceſſare debeat Deo ordinante ut illi qui antè Romanis qualitercunque fuerunt ſubjecti, amplius non debeant ſubjici, ſi diſcedere velint & poſſint? imò expreſſius videtur haberi in Scriptura de imperio Romanorum. quòd deficere voluerit, quàm de alio. Dicitur enim Num. 24. in prophetia Balaã: Venient in triremibus de Italia, & ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabunt Hebræos, & ad extremum etiã ipſi peribunt. ubi dicit Magiſter in hiſtoriis: Sicut monarchiam prædixit Romanorum hic, & ſic in fine tẽporum deſtructionem eorum. Similiter in Danielem ubi agitur de imagine quadriforma, percuſſa in pedibus, dicit Gloſſa: quod regno Romanorum nihil fortius fuit, & nihil in fine debilius aut fragilius erit.

Cap. XXIII.

AN LICITUM SIT DE pertinentibus hujuſmodi diſputare & judicare.

NUnc vero inquirendum videtur, ſi ſit reprehenſibile judicare de factis Papæ: & quod aliqui dicũt, quod hoc eſt tãgere montẽ, & ponere os in cœlũ. Dicũt etiã, Dioſcorum perpetuo condemnatũ per conciliũ generale, quia papam Leonem reprehendit, & judicare voluit. Sed

A Sed circa hoc eſt conſiderandum, quòd cõtra papam poteſt intelligi, eſſe quadrupliciter, diſcuſſio & judicium, ſcil. de ſtatu, de poteſtate de poteſtatis abuſu, & perſonali defectu. De ſtatu quidem papæ, ſ. an ſit papa, vel non. dico quòd diſcutere licet, cum poſſit venire in dubium propter defectũ electionis, cujus tamen forma eſt certa, in qua poteſt error incidere, ſicut circa electionem cujuslibet alterius prælati Eccleſiaſtici. Et iterum papa propter defectum perſonæ, cum interdum poſſit aliquis eſſe, quòd eſſet à ſede repellendus, ut ſi eſſet fœmina vel hæreticus, ſicut fuerunt aliqui, qui ob hoc non enumerentur in Catalogo paparum: & tãto magis eſt neceſſarium veritatem iſtorum requirere, quanto magis periculoſum eſſet in hoc veritatem nõ agnoſcere. Hoc tamen eſt obſervandum. ut exceptiones in talibus fruſtratoriè & ſupinè non admittantur, quod ex tempore exceptionum factarum, & ex perſonis excipientib. maximè obſervetur. Si verò contra perſonam, vel electionem ſummi pontificis, poſt diſcuſſionem diligentem à literatis & ab illis quorum intereſt factam, inveniretur aliquid illegitimum contra ſtatuta, non eſſet diſſimulandum, ſed monendus cedere: & ſi nollet, poſſet excipi, & generale concilium peti, & ad ipſum concilium appellari: imò in tali caſu deberet, ſi pertinax inveniretur cum violentia, advocato brachio ſeculari à ſede removeri, ne prophanarentur Eccleſiæ ſacramenta.

B Sic enim legitur in Chronicis Romanorum põtificum de Benedicto nono, & Cadelo Portuenſi epiſcopo, Conſtantino ſecundo, & aliis quibuſdam propter intruſionẽ per brachiũ ſeculare commendabiliter à ſede depoſitis: ſed quis judicabit eum hæreticum? Reſponſio: Si dixerit, & affirmando tenuerit aliquid, quod eſt contra id quod eſt in Symbolo fidei per eccleſiam alias approbato, jam dicitur judicatus. nam qui non credit, jam judicatus eſt. De poteſtate verò domini papæ, quid poſſit, vel quid non poſſit, credo quod non ſit reprehenſibile inquirere veritatem, cum ignorantia ſit periculoſa, & non ſit certum in quibuſdam: ut, utrum poſſit diſpenſare cum bigamo, vel utrũ poſſit diſpenſare in ſolenni voto continentiæ, cum inveniatur alius papa de facto diſpenſaſſe aliquando: & cum aliquis papa dicat, quod non poſſit. extrà. de ingredientib. monaſterium, & multa etiam alia infinita ſunt de poteſtate papæ dubia, de quibus eſt utile dubitare, & etiam prout per rationes videtur alicui humiliter judicare. De poteſtatis vero ſive abuſu & perſonali defectu ſuo, an ſcilicet præbẽdas cõferat pro communi neceſſitate Eccleſię, vel bono ſuo privato: & utrum ſit caſtus, ſobrius, vel ſceleroſus: ſi non ſit evidens aut manifeſtũ, abſq; dubio non licet judicare: ſed ſemper in meliorem partem interpretandum eſt, & trahendũ, etiamſi prima facie aliquid mali coloris occurrat. Et minus eſt licitũ de papa, quam de aliis quibuſcunq;. Si vero ſit factum ex genere ſuo malum, & manifeſtum, ut in continentia vel homicidium, vel ex lege prohibitũ, nõ poteſt judicari per modum auctoritatis ab aliquo citando vel excommunicando, cum ſuperiorẽ non habeat. Unde Dioſcorus, qui Leonem papam excommunicavit, ut dicitur 21. per generale cõcilium eſt perpetuo condẽnatus. Per modum etiam judicii & correctionis dicunt aliqui, quod non eſt judicandus: quia ſi homicidiũ Samſonis, quod ex ſe malum eſt, interpretamur quod inſtinctu divino fuit factũ: multo magis omne factũ ſanctiſſimi patris interpretari debemus in bonum. Et ſi quidem fuerit furtum, vel aliud ex ſe malum interpretari debemus, quod divino inſtinctu fiat, cujus nutu regitur Eccleſia ſancta magis quàm ſingularis perſona. Sed beatus Auguſtin. ſatis reſpondet in primo de Civitate Dei Nam homicidium Samſonis, ut dicitur, interpretamur factum inſtinctu Dei, qui per ipſum Samſonẽ alia miracula operabatur. Ideo dicitur, Si papa errat privando eccleſias jure ſuo, diſpergẽdo gregem Domini, ſcandalizando Eccleſiam ex quocunq; facto ſuo, poteſt de facto ſuo judicari, perſuaderi & reprehendi à quocunq;: quod ſi non ex officio, tamen ex charitatis zelo, non pœnam imponendo, ſed cum reverentia exhortando: quia affectus q perſonæ debetur, nõ min⁹ ei debetur ratione majoris ſtatus, ad quem aſſumptus eſt: & ideo ratione ſtatus, ſicut populo ad quem aſſumptus eſt, non tenetur minus omnib. ad charitatis affectum, licet auctoritate ſervata ſecundum Auguſtinũ. Ita econverſo, cum alicui delinquenti teneatur quilibet ad correctionem fraternã, ex charitatis zelo & debito ipſi facto: papæ nõ minus tenetur quilibet impendere charitatis affectum, licet cum humilitate & reverentia. B

Unde Galat. 2. cum veniſſet Petrus Antiochiã, in facie reſtitit ei Paulus, quia reprehenſibilis erat nec ideo quis poneret os in cœlum: neq; os ponitur in eum, i. contra eum, quando corrigitur. Sed pro eo nec debet aliquis timere de papa, quòd propter hoc ſcandalizetur, quia ſcandalum paſſivũ non cadit in viris perfectis, ſed in puſillis tantum: unde timere in hoc ſcandalum papæ, eſt in hoc tenere de papa, quòd eſt puſillus, & minus perfectus quã quilibet alius, quẽ aliquis audet corripere delinquentem: & ideo tales ſecũdum veritatem ponunt os in cœlũ: qui talia prædicant de ſanctiſſimo patre, quòd eſt vindicativus, & quòd graviter portat omnem hominẽ facta ſua qualiacunque judicantem: quòd certè non eſt timendum, cum non ſit puſillus, ſed perfectus, & aliis perfectior. Sed quid ſi papa dicat, quòd reputat talem hæreticũ, qui tener aliquid de quo ſunt opiniones, & dicat hoc ſine concilio generali: vel ſi dicat quòd reputat hæreticum omnem hominẽ aſſerentem regẽ Francię vel aliquẽ hujuſmodi nõ eſſe ſubjectum? Reſpõſio: Verba ſummi pontificis indefinitè dicta, ſemper debent trahi ad aliquẽ ſanum ſenſum, quantũ poteſt fieri: unde dicta verba non debent accipi ſic, quòd nõ poſſit ad eũ appellari, vel quod ſit divinum habens in rebus ipſis, vel

Google

A quod papa ſe habeat intromittere de tuo & meo. hoc. n. eſſet manifeſtè contra Scriptùram & contra omnem doctrinam, & novitas quædam: quā non proferret ſummus pontifex, niſi cum magna maturitate, & habito prius concilio generali, & diſcuſſione facta ubiq; per literatos. & ideo debet intelligi in ſano ſenſu, ſcil. ratione delicti, ubi quæſtio movetur de peccato: vel debet intelligi in foro cōſcientiæ, ut dictū eſt ſuprà, quouſq; ſuper hoc aperuerit intentionem ſuā. Si verò finaliter aperiat intétioné ſuā in tam novo & injurioſo ſenſu (quod abſit) debet cum patientia tolerari, quantum poteſt ſine periculo juſticiæ & veritatis. juxta illud Matth 5. Quicunq; angariaverit te mille paſſus, vade cum illo & alia duo millia: & debet ad eum baberi refugium, qui ſicut cor regis, ita & cor papę haber in manu ſua: & poteſt ipſum quoque ſi voluerit inclinare & vertere ad ipſum papam, ſicut & regem de ſede amovere. Si tamen periculū Reipublicæ ſit in mora, quia ſcilicet trahitur populus ad malam opinionem, & eſt periculū de rebellione, & papa commoveat populum indebitè per abuſum gladii ſpiritualis. Ubi etiā non ſperatur, quòd deſiſtat aliter, puto quod in hoc caſu Eccleſia contra papam debet moveri & agere in ipſum: princeps vero violentiā gladii papæ, poſſet repellere per gladium ſuum, cum moderamine: nec in hoc ageret contra papā, ſed contra hoſtem ſuum, & hoſtem reipublicæ: ſicut Aioth Judæus, qui Eglom regem Moab interfecit, ſa-
B gitta infixa in femore ej⁹, eo quòd gravi ſervitute populum Dei premebat, non eſt reputatus interfeciſſe rectorem, ſed malum & hoſté. hoc enim agere, non eſt contra Eccleſiam agere, ſed pro Eccleſia.

Sic enim commendabiliter populus zelo fidei cōmotus, Conſtantinum papā, qui eccleſiæ in ſcandalū erar, oculis privavit & depoſuit. Sic & Henricus Imperator Romam vadés, Benedictū nonum, & alios duos qui contentionibos ſuis ſcandalizabant eccleſiā, imperiali & canonica cenſura depoſuit. & Clementé ſecundum Romanæ eccleſiæ papam conſtituit, ut legitur in Chronicis Romanorum.

Cap. XIV.

QUOD PAPA POSSIT reſignare.

NUnc, quia ſupponere videbar ſuperius, quòd ſummus pontifex renunciare poteſt, & deponi, & viveus poteſt fieri de papa non papa: videndum eſt, quibus rationibus uſi ſunt, qui dicebant papam non poſſe reſignare voluntariè, nec deponi ſola auctoritate inferiorum prelatorum: ut in iſto capitulo ponātur rationes ad duos articulos diſtinctæ, ſuperius in iſto principio hujus Tractatus poſitos: eo quòd ſunt multæ rationes, quæ utrumque cōcluduut. Sit igitur prima ratio eorū, Quòd papa renuuciare nō poteſt: quia papatus à ſolo Deo eſt: quæ auté à Deo ſunt, vel ab alio ſuperiori alicui cōmittūtur, ab aliquo inferiori removeri non poſſont: & ſic papalis dignitas à A nullo inferiori removeri poteſt. Secunda ratio eſt, quod nullus poteſt auctoritatem vel poteſtaté auferre, quam conferre nō poreſt: ſed auctoritaté papalem nullus poteſt conferre niſi Deus: ergo nec etiā auferre. quod tamé fieret, ſi papa renūciare poſſet. Tertia ratio eſt ex decre. inter corporalia. de transl. epiſc. quæ expreſſe innuit, quod depoſitio epiſcoporū, vel translatio epiſcopatuum ſoli papæ reſervatur, & non niſi in quantum Deus. i. Dei vicarius: ergo removetur papa ab officio, quia papatus omnes dignitates excellit, per ſolum ſuperiorem, ſicut Deum. poteſt fieri quod nulla ratio eſſe videtur, quod Dominus velit epiſcopos ſolum per ſuperiorem papam, inquantum eſt Deus, & papā ipſum poſſe removeri per inferiores ſe: imò videtur quòd Deus velit, quòd ipſe ſolus per ſeipſom poſſit papam amovere, qui ſolus eo eſt ſuperior. Quarta ratio eſt, Sūma virtus creata per ſummam virtutem poteſt tolli: ſed papatus eſt ſumma virtus creata: ergo, &c. Quinta ratio eſt, quia nec papa, uec tota univerſitas creaturę poteſt facere, quòd pōtifex non ſit pontifex: ergo minus poteſt facere, quòd ſummus pōtifex non ſit ſummus pōtifex. Sexta ratio eſt, quia papa nun eſt papa niſi per legem divinam, & non per legem creaturæ nec omnium creaturarū ſimul: ergo nullo modo videtur quòd papa poteſt eximi quin ſit papa. Ex quo enim papa conſenſit, & ſe ſpōte ſubjecit, non poteſt eſſe non papa per creaturam aliquam vel omnes ſimul. Septima ra- B tio eſt quia nullus poteſt tollere votum alicujus. niſi ille qui eſt ſuper votū: ſed papatus eſt votū ſuper omnia vota, quia papa vovet ſe gerere curam univerſalis Eccleſiæ, & gregis Dominici, & quòd de ipſo reddet rationem: ergo ab ipſo ſolo poteſt ab ipſa obligatione abſolvi. non enim aliàs alicui ſuperiori obligatus poteſt ſeipſum abſolvere: ſed ſolus ſuperior eum abſolvere poteſt Octava ratio eſt, nullus videtur ſeipſum poſſe abſolvere à peccato: ergo nec à papatu: quod eſſet, ſi voluutariè renunciare poſſet. Nona ratio eſt. quia papalis obligatio non videtur poſſe tolli niſi per majorem poteſtatem, quàm ſit papalis: qua tamen nulla major niſi de: ergo, &c. Decima ratio, quia nulla dignitas Eccleſiaſtica poſt legitimam confirmationem poteſt tolli, niſi per ejus ſuperiorem: ſed papa non habet ſuperiorem niſi Deum, ergo Undecima ratio eſt, eo quòd Apoſtolus vult. quòd Chriſti ſacerdotium eſt æternum, quia Chriſtus vivit in æternum: ergo nullo modo poteſt eſſe vita ſummi ſacerdotis ſine ſummo ſacerdotio quod tamen falſum eſſet, ſi papa renunciare poſſet.

ISTA SUNT MEDIA, QUÆ VIdere potui ad hanc partē, quòd papa non poſſit renunciare, vel depon.

NUnc verò oſtendendum multipliciter exéplis & rationibus. & auctoritatibus, quòd papa puſſit renunciare, & invitus deponi.

A poni. De renunciatione ponit exemplum de beato Clemeute: de quo legitur in geſtis Romanorũ pontificũ, quòd renunciavit, & poſt Linum & Cletum cathedram recepit, ita quòd Clemens fuit immediatus poſt Petrum. ſed eo renunciante receperunt cathedram Linus & Cletus, poſt quos fuit quartus à beato Petro. Iſtud tamen exemplũ poteſt capere calumniã, eo quòd Aimo in Chriſtianorum regũ memoriam & in aliis quibuſdam hiſtoriis dixiſſe legitur, quod Linus & Cletus non ſederunt ut põtifices, ſed ut ſummi põtificis coadjutores: quib. beat⁹ Petrus in vita ſua Eccleſiaſticarum rerum diſpenſationem tradidit, ipſe verò tantum orationi & prædicationi vacabat.

Et ideo prædicti Linus & Cletus tanta auctoritate dotati, metuerunt in catalogo ſummorum pontificũ reponi. Et ſic ſecundũ iſtos Clemens nõ renunciavit, ſed immediatè poſt Petrũ cathedtam tenuit uſq; ad Anacletũ, vel uſq; ad Evariſtum: puto tamen verius eſſe primum. & quòd ideo fortè Clemens reſignare voluit, quia Petro adhuc vivẽte, ab ipſo in papam fuit ordinatus, ut ipſe ſcribit ad beatum Jacobum Hieroſolymitanum epiſcopũ Aliud exemplum poteſt poni de Marcellino, qui fuit tempore Diocletiani: hic renunciavit, ut dicitur in Gloſſa ordinaria. 6. q 1. ca. nõ autem. Et 21. diſt non autẽ dicitur, quòd ſeipſum depoſuit. ſua enim renunciatio, fuit quædam depoſitio. Ipſemet, ut dicit Hugo ex geſtis pontificum contra ſeipſum ſententiam tulit dictando B & cõtra ſe ipſum eã proferẽdo, dicens: Ego Marcellinus ob ſcelus idololatriæ; quod ego infelix cõmiſi judico me condemnandũ & deponendum: anathematizo etiam quicunque corpus meum tradiderit ſepulturæ. Exemplũ etiã poteſt poni de Cyriaco papa, de quo legitur, quòd cum Urſula & 11. millibus virginum martyrizatus eſt Scribitur etiam de eo, quòd nocte quadam ſibi revelatum eſt, quòd cum illis virginibus eſſet palmam martyrũ recepturus: tunc clero & cardinalibus congregatis, omnib. invitis, & præcipuè cardinalibus, coram omnibus renunciavit & dignitati & officio. Sed iſte Cyriacus in catalogo paparum nõ annumeratur: quia credebant ipſum non propter devotionem ſed propter oblectamentum virginum dimiſiſſe epiſcopatum. Auctoritates etiã ſanctorum ſunt ad hæc idem, unde Gloſſa ordinaria 7. quæſt 1. non autem movet quæſtionem in propria forma, numquid papa renũciare poſſit? Et dicit quòd ſic, aſſignans pro ratione, quòd Marcellinus renunciavit, & etiã Clemens. Hugo etiam movet eandem ibi diſt. ſed quid. de renunciatione papæ. nunquid renunciare poteſt quia vult tranſire ad religionem, vel eſt æger vel ſenex? Et reſpondet quòd utiq; poteſt renunciare: aſſignans pro cauſa, quòd Marcellinus renunciavit, & Clemens. Et ſimiliter 21. diſtin. ca. non autem. movet eandem quæſtionem Hugo: & reſpõdet quòd ſic, ſi expediret, & aliàs peccaret.

Ad hoc etiam poſſunt adduci rationes ex parte cauſæ finalis: quia non eligitur aliquis in papam, niſi propter bonum commune Eccleſiæ & gregis Dominici, ad hoc etiam præeſt ut proſit. Si ergo poſtquam fuit in papatu, invenerit ſe, vel inventus fuerit ineptus totaliter, & inutilis, vel ſuperveniat impedimentum: ut inſania, vel aliud ſimile, debet petere ceſſionem à populo vel à cœtu cardinaliũ, qui in tali caſu eſt loco totius cleri & totius populi: qua obtenta vel non obtẽta cedere tenetur, aliter enim quod ex charitate inſtitutum eſt, contra charitatem militaret, ſi inutiliter & ad malum eccleſiæ & ad damnum animæ ſuæ reſidens renunciare non poſſet. Hoc enim generaliter eſt verum, quia nulla obligatio facta voluntariè præjudicare poteſt charitati, vel obligationi: quia quiſque tenetur ſolicitus eſſe de ſalute animæ ſuæ: ſicut religioſus qui determinatam regulam novit. ſi videatur ſibi & animæ ſuæ expediens, ad artiorem tranſire poteſt, petita licentia à ſuperiore, & ea obtenta vel non obtenta tranſire poteſt ad eam liberè. 19. q. 2. duæ ſunt leges. Qui privata lege ducitur, nulla ratio eſt ut lege publica conſtringatur.

Et ideo ſi perpendit mollicies animi, vel ineptitudo in ſcandalum Eccleſiæ, vel quòd turbet Eccleſiam, ſeu quod dividat gregem Domini, faciens diviſiones, & ſuſcitans ſcandala, & ſi admonitus non deſiſtat, etiam compellendus eſt ad ceſſionem. extr. de renunciatione decedendi. Et cum in poſtulationibus.

Non eſt igitur irrationabile dicere, quòd papa poſſit cedere invito populo & reclamante. ſicut fecit beatus Cyriacus: & quòd ipſe invitus etiam de conſenſu populi in tali caſu poſſit deponi. quia cum ipſe papa, & quilibet alius prælatus præſit non propter ſe, ſed propter populum ut ſcilicet proſit, efficacior eſt conſenſus populi in hoc caſu ad deponendum eum etiam invitum, ſi totaliter inutilis videatur, & ad eligendum alium, quàm ejus voluntas ad renunciandum voluntarius vel invitus populo nolente. B

In depoſitione tamen, qua deponitur voluntarius & per populum, cum majori maturitate eſt incedendum quàm in ceſſione vel renunciatione voluntaria: quia ad renunciationem ſufficit, quòd cauſam alleget coram collegio cardinalium, quod eſt in hoc caſu loco totius Eccleſiæ.

Sed ad deponendum decet, quod fiat per concilium generale: ut patet vigeſimaprima diſtinctione. ca. non autem. ubi dicitur, quod convocatum fuit concilium generale ad depoſitionem Marcellini. Credo tamen, quod ſimpliciter ſufficeret ad depoſitionem hujuſmodi collegium cardinalium: quia ex quo conſenſus eorum facit papam loco eccleſiæ, videtur quod ſimiliter poſſit eum deponere, ſiquidem fuerit cauſa rationabilis, & deponunt eum meritoriè. ſi verò non fuerit ſufficiens, peccant. Dicere autem quod aliqua hic adducta non tenent contra papam, qui non habet ſuperiorem, non valet, ut patebit ſolvendo argumentum.

A Ad primum ergo cum dicitur, quod papatus à ſolo Deo eſt, reſpondeo: Dicendum eſt, quod poteſtas papalis poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo ſecundum ſe, & ſic eſt à ſolo Deo, quia ſolus Deus poteſt hanc poteſtatem dare hominibus, quod abſolutus vel ligatus in terra ſit abſolutus vel ligatus in cœlo. Alio modo poteſt conſiderari, ut eſt in iſto vel in illo: & ſic eſt à ſolo Deo, eo modo quo omnia opera noſtra Deo attribuimus. Iſaiæ 16. Omnia opera noſtra operat' es in nobis Domine. ipſe enim eſt, qui operatur omnia in nobis, & velle & perficere: ſed quæ ſic ſunt, à ſolo Deo ſunt: ſicut ei ſoli attribuitur omne opus noſtrum. ſi operamus, non deficimus in opere quod in nobis eſt, non excludit operationem noſtrã, nam cooperatores Dei ſumus. Igitur licet papatus ſit à ſolo Deo, in ſe tamẽ in hac perſona vel illa, eſt per cooperationem humanam, ſ. per conſenſum electi & eligentiũ. & ſecundũ hoc per conſenſum humanum poteſt deſinere eſſe in iſto vel in illo: ſicut cùm anima rationalis ſit à ſolo Deo per creationem, tamẽ quod ſit in hoc corpore, cooperatur humidum radicale, & naturæ diſpoſitio, in diſponendo & organizãdo corpus: & ideo per operationem naturalem poteſt deſinere eſſe in illo corpore, quãdo ſ. calor naturalis conſumpſit in tantũ humidum, quòd corpus ſit ineptum pro anima rationali. Ad rationem, cũ dicitur quòd ſolus Deus poteſt conferre papatum, ergo & auferre: dicendum eſt, ut ad primam, & per idem exem-

B plum poteſt etiã addi illud exemplum: nam ſolus Deus dat gloriam, & tamen oportet quod ibi homo cooperetur: quia qui fecit te ſine te, non juſtificabit te ſine te. Et poteſt aliquis auferre ſibi gratiam ſuam per actum ſuum.

Ad tertiam rationem, de illa decretali, inter corporalia, de transl. epiſc. ubi poſitio, translatio & ceſſio epiſcoporũ reſervatur ſoli papæ: reſpondeo: Hoc magis eſt ad concludendum, quod papa poſſit ſine auctoritate ſuperioris renunciare, quã quod non poſſit: quod enim exigentia rerum hoc habeat, ut per quem aliquid conſtruitur, per hoc eadem contrario modo ſe habentia deſtruãtur: ſicut fit cõjugium quoddam inter prælatum & eccleſiam per conſenſum eligentium & electi, ita per diſſenſum diſſolvitur. Unde quilibet epiſcopus inveniẽs ſe mollẽ & ineptum ad curã & regimen eccleſiæ ſuæ, allegata cauſa coram populo vel capitulo ſuo poſſet reſignare, niſi eſſet à ſuperiore ei ꝓhibitũ, & ei ſpecialiter reſervatum de epiſcopis & archiepiſcopis, per illam decretalem, inter corporalia. Et quia de papa non invenitur prohibitũ, ſicut de epiſcopis inferioribus: ideo papa poteſt reſignare & deponi ſine auctoritate cujuſcunq; ſuperioris. In talib. enim quæ fiunt ſecundũ exigentiam rei & cauſę, hoc eſt licitum, quod non eſt prohibitum: in illis verò quæ ſupra rei & cauſę conditionẽ ſunt, non eſt aliquid licitum quòd non fuerit conceſſum: ut ordinare de eccleſiis quæ pertinent ad papam, qui eſt caput eccleſiæ. eſt ſuper conditionem epiſcoporum inferiorum. Unde nulli eorum eſt licitum, niſi ſpecialiter ſibi ſit conceſſum. Non eſt igitur ſimile de papa, de quo non eſt reſervatũ ſuperiori: nec ei prohibita eſt reſignatio & de inferioribus epiſcopis, quibus interdicta eſt, & ſuperiori reſervata. Poteſt nihilominus aliter reſponderi ad hoc argumentum, & ad alia quædam, quòd ubi apparet manifeſtè cauſa rationabilis, ſicut ubi eſt defectus manifeſtus, ſupponitur conſenſus & auctoritas Dei ad renunciationem & depoſitionem, ſicut in ejus confirmationem ſupponitur. A

Eſt tamen conſiderandum, quòd ex decretali prædicta poſſet aliquis prædictum argumentum fortificare ſic: quia ibi dicitur, quòd fortius eſt vinculum ſpirituale inter epiſcopũ & eccleſiam, quàm carnale inter virum & uxorem ſuam. Si ergo vinculum carnale inter virum & uxorem nulla humana poteſtate vel auctoritate vel conſenſu quorumcunque interveniẽte poteſt ſolvi: ergo nec vinculum ſpirituale papæ ad eccleſiam. In epiſcopatu enim contrahitur matrimonium ſpirituale, in electione ratificatur, in confirmatione & conſecratione cõſummatur. Reſpondeo: Vinculum ſpirituale dicitur fortius carnali, quia dignius, & non quia durabilius. Poteſt enim ſolvi ſpirituale matrimonium etiam poſt conſecrationem, epiſcopi translatione. ut 7. q. 1. mutationes: & ca. paſtoralis. depoſitione: & 1. d. poſtquam. ceſſione. ut extrà de renunciatione in multis locis. Nõ ſic autem matrimonium carnale. Vel ideo dicitur fortius, quia plus adigit & conſtringit quam carnale. prælatus enim B majorem curam debet habere de eccleſia ſua, cum ſit bonum commune, quàm vir de ſua uxore, cum hoc ſit bonum particulare. Vel dicitur fortius, quia de ſe fortius eſt, quàm carnale. quòd enim carnale ſit durabilius, quia conjuges non poſſunt ſeparari quãdiu vivunt, hoc potiſſimè habet ex mandato Chriſti, qui hoc præcepit in Evangelio dicens: Quos Deus cõjunxit, homo non ſeparet. propter quod Apoſt. 1. Cor. 7. dicit: Præcipio non ego, ſed Deus. uxorem à viro non diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut cum viro reconciliari. Ratio autem quare mandavit Deus non ſolvi matrimonium carnale, eſt, quia ex ejus ſolutione licet interdum poſſet provenire bonũ perſonale, tamen hoc eſſet in malum cõmune: quia inde inducerentur homines communiter ad dimittẽdum uxores. ſecus verò eſt de matrimonio ſpirituali. Si enim perſona cũ eſt inutilis & ſcandalizativa, non poſſet reſignare depoſitioni, & alius eligi, hoc eſſet in malum commune: quia cum talis præeſſet hoc eſſet in bonum particularis perſonę, ideo iſtud non prohibuit. imo ſi intelligatur ratio legiſlatoris prohibendo matrimonium carnale non diſſolvi, præcepit ſpirituale diſſolvi: quando manifeſtè apparet, quod obeſt bono cõmuni.

Ad quartam rationem, quæ videtur ſpecialiter probare, quod papa non poſſit deponi voluntarius, quia papatus eſt ſumma virtus creata: reſpondeo, Hic dicerent aliqui, quod argumentum concludit verum: quia licet renuncia-

A nunciare poſſit, tamē invitus deponi non poteſt, niſi fortè ſit hæreticus: quia ſic pro mortuo habetur, & ita ſe habēs non poteſt eſſe caput Chriſtianorum. Et hoc ipſi oſtendunt per hoc, quod habetur in d. c. nunc autem: ubi dicitur, quod nullus ritè poteſt ab his qui ſunt inferioris dignitatis vel ordinis, judicialibus ſubmitti diffinitionibus. Et ibidem etiam dicitur de Marcellino papa, quod nullus epiſcoporum auſus eſt in eum proferre ſententiam: ſed ſibi dicebant, Non noſtro judicio, ſed ore tuo judica cauſam tuam. & rurſum dixerunt, Non audiri in noſtro judicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam. Et rurſus inquit. Ex ore tuo condemnaberis. propter quod in Legēda ejus dicitur, quod ſeipſum depoſuit, & depoſitus poſtea eſt reelectus. Sed iſtud non intelligitur, quia cum papa præſit eccleſiam ſi poteſt renunciare nolente eccleſia, ut dictum eſt de beato Cyriaco: quare non poteſt voluntarius deponi per eccleſiam, ſi cauſa ſubſit neceſſaria. Amplius, caſu ſpecialis eccleſiæ, ubi epiſcopus nullo tempore ad ſanæ mentis officium redit: vel etiam ſi interdum redit, & requiſitus cedere noluerit, poteſt & debet alium eligere. 7. quæſt 1. qualiter. c. quamvis triſte. & ibidem Johan. & extrà de renunci. c. quod cedendum. Ergo à ſimili, collegium cardinalium vice totius Eccleſiæ poterit papam invitum deponere. Item diſtinct 40. c ſi papa, dicitur: Cunctos judicaturus, à nemine judicandus. niſi deprehendatur à fide devius. ubi

B dicit Gloſſa, quod ſi deprehenderetur in quolibet alio vitio, & admonitus non corrigeretur, & eccleſiam ſcandalizaret, & incorrigibilis eſſet, inde poſſet accuſari & deponi: quia talis contumacia hæreſi æquipollet. Itē, ſi in hæreſim lapſus, deponi poteſt, quia pro mortuo habetur: quare non ſimiliter, ſi in vitium labatur, de quo non exhibet ſe corrigibilem, cum talis etiam pro mortuo habeatur: & nihil ei reputetur, dicente Auguſtino, quod peccatum nihil eſt, & nihil fiunt homines cū peccant. Pro defectu etiamſi requiſitus noluerit renunciare, alius ordinandus eſt ipſo invito, quia ſic videtur malignari.

Quod vero dicitur de Marcellino, quod nō auſi fuerunt eum condemnare: hoc fuit, quia pœnituit, & corrigi voluit. Et quia nihil erat probatum contra eum, niſi quantum ex ore ſuo voluntariè confitebatur, & ideo ex ore ſuo judicatur.

Quod ergo dicitur in principali argumento, quod papatus eſt ſumma virtus creata, & ſic non poteſt auferri. Reſpondeo: Licet ſit ſumma virtus in perſona, tamen eſt ei æqualis vel major in collegio, ſive in tota eccleſia. Vel poteſt dici, quod poteſt deponi à collegio, vel magis à generali concilio, auctoritate divina, cujus cōſenſus ſupponitur & præſumitur ad eū deponendū. ubi apparet manifeſtum ſcandalū. & incorrigibilitas ipſius præſidētis.

Ad quintam rationem, ubi dicitur, quod non poteſt fieri, quin ſummus pōtifex ſit ſummus pontifex: ſicut quod pontifex non ſit pōtifex: reſpondeo, Non eſt ſimile: quia ſacerdos A & pontifex non dicunt, niſi ea quæ ſunt ordinis, ſcilicet characterem ſacerdotalem vel poteſtatē fundatam ſuper ipſo charactere, licet diverſimode: quia in ſacerdote imprimitur character quaſi imperfect⁹, ſup quo fundatur poteſtas cōficiendi, ſed non faciendi aliū ſacerdotem ſibi ſimilem in poteſtate conficiendi.

Epiſcopo autem confertur characteris perfectio, in quo fundatur ſacerdotalis poteſtas perfecta: qua poteſt alium ſacerdotem facere. & ita epiſcopus eſt vir perfectus, ſacerdos vero ſimplex ut puer.

Epiſcopus etiam eſt ſacerdos non quilibet, ſed magnus, & ſponſus Eccleſiæ: quia poteſt quaſi generare ſibi ſimiles, ſcilicet ordinando ſacerdotes.

Archiepiſcopus vero, patriarcha, ſicut primas, & papa, non important ex nomine ſuo ultra ſacerdotium & epiſcopatum, aliquid, quod pertineat ad poteſtatem ordinis, vel ejus augmentum vel perfectionem: ſed ſolum dicunt ex nomine ſuo gradus juriſdictionis, archiepiſcopus quidem in ſua provincia, primas in regno, papa in tota Eccleſia Et quia poteſtas ordinis eſt indelebilis, & ejus perfectio indelebilis, eo quod ſuper characterem, & ſuper characteris perfectionem fundatur: ideo nulla virtute fieri poteſt, quod ſacerdos nō ſit ſacerdos, vel quòd epiſcopus non ſit epiſcopus. Juriſdictio verò ſicut poteſt augeri vel minui, ita & deleri & tolli: & ideo ammota juriſdictione papa deſinit eſſe papa, & ſummus pō- B tifex deſinit eſſe ſummus pontifex, licet non deſinat eſſe pontifex.

Ad ſextam rationem, cum dicitur quòd papa non eſt papa, niſi per legem divinam, & nō per legem alicujus creaturæ: & quòd ex quo ſubjecit ſe legi ſpontè, non poteſt non eſſe papa per aliquam creaturam, vel per omnes: reſpondeo, Hæc ratio duplici innititur fundamento. unum eſt, quòd papa eſt papa per legem divinam, quę eſt immutabilis, & ideo non poteſt deſinere eſſe papa. Aliud eſt quòd ſubjecit ſe legi ſpontè. quæ eſt, in ea perpetuari.

Quantum ad primum fundamentum, reſponderi poteſt, quòd non obſtante quòd papa eſt papa per legem divinam, quæ eſt immutabilis, tamen poteſt non eſſe papa: quia licet divina lex ſit immutabilis formaliter & in ſe, ſecundum quod inferiora reducuntur in Deum per ſuperiora, & ſic inferiores prælati per papam: tamen mutabilis eſt materialiter, in iſto ſcilicet vel in illo, ut in Cœleſtino vel Bonifacio: quia ad hoc cooperatur creatura, ut dictum eſt ſuprà. Quòd ergo papa ſit ſuper omnes, eſt de lege divina, & non poteſt contrarium fieri: ſed quòd iſte vel ille ſit papa, mutabile eſt, quia ad hoc cooperatur conſenſus eligentium & electi.

Quantum ad ſecundum fundamentum, reſponderi poteſt, quòd papa ſubjecit ſe legi ſpontè Eccleſiæ, quæ eſt, in ea perpetuari, quantum ad ea quæ ſunt ordinis: quia ſemper poteſt ea facere quæ ſunt ſpiritualia, ſcilicet

ordinare

A ordinare: quia ſi quem ordinet, ordinatus eſt. Sed quantum ad ea quæ ſunt juriſdictionis ex lege ſponte, non eſt perpetuò & immobiliter ſubditus eccleſiæ, quia juriſdictio poteſt auferri. Ratio autem, quare illa quæ ſunt ordinis, non poſſunt auferri, & ea quæ ſunt juriſdictionis auferri poſſunt, eſſe poteſt, quia ea quæ juriſdictionis ſunt, non ſunt ſuper naturam & conditionem negocii, & ſuper conditionem hominum: quia non eſt ſuper conditionem hominis, quòd homines præſint hominibus, immò naturale eſt quodammodo. In talibus autem quod non eſt prohibitum, eſt conceſſum, ut per eaſdem cauſas deſtruatur, per quas conſtruitur, modo contrario ſe habentes. Et ideo ſicut per conſenſum hominum juriſdictio datur, ita per contrarium conſenſum tollitur. Ea autem quæ ſunt ordinis, ſunt ſuper naturam & conditionem negocii & rerũ, ut quòd ad probationem talium verborum character vel poteſtas ſpiritualis imprimatur in anima: & ideo in talibus quod nõ eſt expreſsè conceſſum, eſt negatum: unde quia expreſsè collatum eſt, quòd ad tale verbum talis character imprimatur, ideo ſic fit. Sed quia nõ immediatè expreſsè invenitur collatũ, quòd per quemcunq; modum auferatur: ideo impreſſio vel collatio characteris, ſuper quo fundatur poteſtas ordinis, eſt indelebilis.

Per hoc ergo quòd papa legi ſpontè ſe ſubjecit, perpetuari habet in ea, quantum ad illa quæ ſunt ordinis, ut quantum ad ſacerdotium

B & epiſcopatum, in quibus imprimitur characteris perfectio: ſed quantum ad ea quæ ſunt papatus vel ſummi pontificatus, cum papatus & ſummus pontificatus non addant niſi juriſdictionem, non oportet quòd perpetuetur, cũ juriſdictioni renunciare poſſit.

Ad ſeptimam rationem de voto, quod papa emiſit: reſpondeo, Votum papæ, quòd ſcilicet univerſaliter habebit curã gregis Dominici, debet intelligi, quamdiu erit in officio, ſcilicet quamdiu erit papa. Sic enim illi qui fiunt, poteſtates communiter jurant ſe tenere ſtatuta communitatis, & ſervare communitates illas in ſtatu bono: quæ omnia intelligẽda ſunt, A quamdiu durat officium eorum. Juramentum enim quo aliquis juraret, quòd ſemper eſſet in officio tali vel papatu, & ſimpliciter vel abſolutè haberet curam de propoſito ſemper, eſſet illicitum: quia militare poſſet contra bonum commune, utpote ſi videret ſe inſufficientem, & bonum commune languere, & perire ſub ſe.

Ad octavam rationem, quòd nullus poteſt ſe abſolvere à peccato: reſpondeo, Non eſt ſimile: quia abſolvere ſe à peccato, eſt aſcendere: ſed ſe abſolvere à papatu, eſt deſcẽdere. Nõ valet autem argumentum, ſi aliquis non poteſt aſcendere, quòd nõ poſſit deſcendere. Vel poteſt dici, quòd homo abſolvit ſe à culpa in cõtritione: & quòd ſi teneatur confiteri alii à quo abſolvatur, hoc eſt ſolum ex Domini præcepto. Jaco 5. Confitemini alterutrum. &c. Et Luc. 17. dixit Dominus leproſis per quos peccatores intelliguntur, ut oſtenderent ſe ſacerdotibus.

Ad nonam rationem, quòd papalis obligatio non poteſt tolli niſi per majorem: reſponſio patet, ſicut ad alias: quia papæ obligatio nõ eſt niſi conditionata, ſcilicet quãdiu eſt in officio.

Ad decimam, quòd nulla dignitas Eccleſiaſtica poſt legitimam confirmationem tolli poteſt, niſi per ſuperiorem: reſponſio Planum eſt quòd hoc intelligitur de dignitate, quæ confirmatur per ſuperiorem: ſed aſcenſus papæ ſine ſuperiore, cõfirmatio ejus eſt: & ideo deſcenſus ejus ſine ſuperiore, ceſſio eſt.

Ad undecimam, de ſacerdotio Chriſti æterno: reſponſio, Patet ex prædictis. nam ſacerdotium Chriſti fuit æternum, quia Chriſtus vivit in æternum ratione oblationis: & ſic cõcedo de papa, quod ſacerdotiũ ejus durat ſemper, quamdiu vivit: quia indelebilem habet characterem, & ſemper erit ſacerdos, & poterit offerre in altari: ſed papatus ejus non neceſſario eſt, quamdiu vivit. ſed poteſt cedere, vel ex magna cauſa deponi: quia papatus ultra epiſcopatũ & ſacerdotiũ nominat juriſdictionẽ, quæ mutabilis eſt, & ſine hac papa non poteſt eſſe papa. B

FINIT TRACTATVS DE POTESTATE REGIA ET PAPALI, A MAGISTRO JOHANNE DE PARIſiis Ord. Prædicatorum, Doctore theologo.

MARSILII PATAVINI TRACTATVS DE TRANSLATIONE IMPERII, TEMPORE LVDOVICI Bavari editus.

PRIMUM Capitulum eſt, de intẽtione narrandorũ. Secundũ, qualiter Romanum imperiũ per 33. Imperatores permanſit. Tertiũ, quare orientales, videlicet Perſæ, Arabes, Chaldæi, & aliæ cõfines nationes, à dominio Romani imperii receſſerunt. Quartũ, qui fuerint principales populi, qui ſeditionẽ hujuſmodi ex antedictis occaſionib' excitarunt. Quintũ, de principio & ordinatione trãslationis imperii, de Græcis in Francos. Sextũ, qualiter Pipinus tempore Zachariæ papæ de Majori domus in regem Francorũ extitit ſublimatus. Septimũ, qualiter Pipinus rex Francorũ ad petitionẽ eccleſiæ Romanę adivit Italiã, advers' Aſculphũ regẽ Lombardorũ: ipſumq; devicit, & tẽporalia eccleſiæ Romanæ reſtituit. Octavum, qualiter tempore Adriani Papæ Carolus magnus, orbis Patricios conſtitutus fuit, & ipſique ſedis Apoſtolicæ diſpoſitio conceſſa fuerit.

A fuerit. Nonum, qualiter Imperii Romani translatio de Græcis in Francos facta fuerit. Decimum qualiter Imperium translatum fuit à Francis ſeu Gallis in Germanos. Undecimũ, qualiter Germani Electores Imperii fuerunt inſtituti. Duodecimum, eſt Epilogus dictorum.

Caput I.

QUoniam in eo quem Defenſorem pacis habemus, tractatum fecimus de Romani & cujuslibet alterius principatus inſtitutione, nova translatione, ac alia quavis circa principatum mutatione: diximusq́; per quem, & quomodo ſecundum rationem ſeu de jure fieri debet, & poteſt: nunc autem in his perſtringere volumus ſermonẽ de ſedis Imperialis translatione, collectum diligenter ex Chronicis hiſtoriis quibuſdam per venerabilem Landulphum de Columna, Romanum ſatrapam, conſcriptum. Et quia ejus ſcripturæ in quibuſdam noſtra ſententia diſſonat, præſertim in quibus jura læſis Imperii ſecundum ſententiam propriam, abſque demonſtratione ſufficienti. Dicemus igitur de Imperialis Romanæ ſedis translatione, per quẽ vel quos & qualiter de facto proceſſerit à Romanis in Græcos: deinde verò à Græcis in Gallicos, ſive Francos: noviſſimè autem à Francis in Germanos. Autẽ tamen oportet attendere, quòd Romanum Imperium in una ſui ſignificatione quinq; ſignificat. Monarchiam, ſeu regalem B principatum Romanæ urbis, ſive civitatis tãtum: qualis fuit ab origine ſua, quemadmodum ex ſequentibus apparebit. In alia vero acceptione ſignificat Imperium Romanum univerſalem & generalem totius mundi, vel plurimarum ſaltem provinciarum monarchiam: qualis fuit Romanæ urbis totius orbis principatus, in ejus proceſſu, ſecundum quã etiam acceptionem de ipſius translatione tractare propoſitum magis eſt nobis. A prioribus itaq; ſecundum ordinem incipientes, narrabimus primo Romanæ urbis ſive civitatis originem, ejuſq; exordium exiguæ monarchiæ: deinde augmentum ipſius, ad totius orbis monarchiam, & principatum ſupremũ: poſthęc autem ipſius translationem ex ſede in ſedem, ſeu ex gente in gentem: ſecundum tempora deſcribemus. De Romæ ergo urbis ortu & patria ſtructuraq; dicturi, ex probatis ſumamus hiſtoriis, quod Aeneas poſt excidium magnæ Troiæ profugus, per mare Italiam petiit, & in ea Romanum Imperium fundavit in loco ubi Roma nunc eſt & in eo, quia ſibi complacuit, ſementem Romani generis ſeminavit. Quod quidem ſemen proceſſu temporis in plantam excellentiſſimam creſcens, per univerſa climata ramos expandit: velut ſinapis, quod ex minimu ſuper olera reliqua mirabiliter exaltatur. Sub cujus quidem umbra, plãtæ omnes, id eſt reges & principes & tyranni, cum populis omnibus, in pacis pulchritudine quieſcebant. Romani vero, qui ab Aenea deſcenderunt, armorum exercitio, diſciplina caſtrorum, uſu militiæ, libertate quieta, juſticiæ cultu, legum reverentia, finitimarũ gentium amicitiis, maturitate conſiliorum, gravitate verborũ & operum obtinuerunt, ut orbem ſuæ ſubjicerent ditioni. Nam Romanus populus, à rege Romulo in Cæſarẽ Auguſtũ per ſeptingentos annos ita per univerſum orbem virtuosè ac potenter arma circũtulit, ut omnia regna mundi ſua virtute anteiret: ita ut qui ejus magnifica geſta legũt, nõ unius populi, ſed totius humani generis facta legere videantur: ſic etiã, ut ad cõſtituendum ejus imperium humana virtus atque fortuna contendiſſe credantur. A

Caput II.

IMperium Romanum à Julio Cęſare, ſecundum quoſdã, ſed verius ab Octaviano Auguſto, primo Romanorum Imperatore, ſumpſit initium. Nam ſecundum hiſtoriæ veritatem, Julius Cæſar licet primus fuerit, qui ſibi arripuit Romanorum monarchiam: tamen nõ fuit Imperator, ſed potius reipublicæ violator & uſurpator. Et ptopterea non ponitur in catalogo Principum Romanorum. Imperium autem uſque ad magnum Conſtantinũ per triginta tres imperatores, & trecentos quinquagintaquatuor annos, & quinque menſes ſine mutatione, Romæ permanſit. Conſtãtinus vero pręd ictus imperii ſui anno 7. ſedem mutavit Imperii, ipſam in Orientem transferens apud Byzantium civitatem, Conſtantinopolim nunc nominatam: quæ etiam ſecundum imperialia jura Romæ veteri prærogativa lætatur, ibiq́; ſedem imperialẽ ſtatuit Conſtãtinus. & Romam beato Sylveſtro tunc Romano pontifici, ejusq; ſucceſſoribus diſponendã commiſit. Et ut in quibuſdam narratur hiſtoriis, clericis quoq; Romanæ urbis ad inſtantiam beati Sylveſtri quaſdam ſenatorias dignitates contuliſſe fertur. Ii verò, qui tunc clerici Romanæ vocabantur eccleſiæ, nunc Cardinales appellantur: ſed ante Sylveſtrum ſimpliciter Clerici, ſeu ſacerdotes Romanæ eccleſiæ vocabantur. Qui tunc, quantum ad decorem & dignitatem, titulos non habebant: ſed bene, quantum ad onus, videlicet officium prędicandi, mortuos ſepeliendi, baptizandi, & pœnitentias injungendi, titulos habuerunt. Hæc enim longè ante Sylveſtrum à temporibus Cleti & Anacleti, Dionyſii & Marcellini, fuerant inſtituta. Sed à tempore Sylveſtri receperunt dignitatis titulos, & illam prærogativam, quam Senatus habebat tempore Cõſtantini. Utrum autem convenienter, aut non, ex noſtro Defenſore pacis videbitur intueri. Cum iis autem attendendum, quòd Martinus Polonus ponit in Chronica ſua numerũ Cardinalium, & dicit, quòd ſint 52. videlicet 6. epiſcopi, 28. presbyteri, & 18. diaconi. quorũ quidã ſunt aſſiſtẽtes ſummo pontifici, ut epiſcopi, q̃ domino papæ in ſolẽnitatib' aſſident, & cathedris utũtur. Quidã ſunt aſſiſtẽtes, ut presbyteri: qui per ſeptimanas miſſis & horis B

interſunt

A interſunt. Quidam verò ſunt inſiſtentes, ut diaconi inſiſtunt miniſteriis. Ipſi namque papam induunt, & ei circa altare deſerviunt: ſed ſecundum aſſignationes titulorum factas, primò per Cletum, poſtea per Anacletum, & demùm per Marcellinum, plures inveniuntur. Sed in hoc, quantum ad præſens, vis non eſt. Quòd autẽ beatus Sylveſter hos clericos primò nominaverit cardinales, communiter dicunt hiſtoriarum Scriptores. Ante enim, ut jam dictũ eſt, vocabantur presbyteri urbis Romæ, ut patet ex Eccleſiaſtica hiſtoria Euſebii. Et per id quod legitur etiã de Novatiano presbytero Romanæ eccleſiæ, qui aſpirans ad ſummam pontificiam, promotionem Cornelii papæ niſus eſt impedire.

Caput III.

Tenuit quoq; Conſtantinus: ejusq; ſucceſſores Imperatores Romani, pacificè dominium Orientis, uſque ad 20. annum Imperatoris Heraclii, quo tempore omnes Orientales populi à dominio Latinorum receſſerunt. Sed quia cauſa propter quam receſſerũt, & modus per quem receſſerunt, communiter ignorantur: idcircò conveniens judicavi, cauſam & modum deſcribere, quib. dicti Orientales ſe à Græcis & Latinis in dominio & cultu divinorum diviſerunt. Cauſa ſiquidẽ, quare Orientales, videlicet Perſæ, Arabes, Chaldæi, & aliæ confines nationes à dominio Ro- B mani Imperii receſſerunt, fuit tyrãnicus principatus Heraclii. Nam poſt magnam victoriam de Perſis habitam, Heraclius Perſas & alias orientales nationes nimis crudeli dominatu premebat: propter quod rebellandi occaſionem cõcorditer aſſumpſerunt. Sed ut ab obedientia prædicta recederent firmiter, ut nũquam ad eandem revocarentur amplius, conſilio Machometi tũc inter Perſas divitis & potentis, diverſum cultum aſſumunt, ut tam diverſæ crudelitatis & fidei ſectæ ad priſtinũ dominium de cætero non redirent. A' Jeroboam fortè ſumentes exemplum, qui decem tribubus ipſum ſequentibus diverſum cultum tradidit, ut in priſtinum dominium non redirent. Quod etiam, vel conſimiliter, Græci fecerũt. Volentes enim ab eccleſiæ Romanę obedientia ſeparari, acceperunt diverſum cultum ſive ritum in Eccleſia miniſtrãdi, & ſic in diverſos errores ſunt prolapſi ſciẽter. Omnes enim eorum calogeri, qui conſervant & nutriunt ſchiſmata, vel ſunt Neſtoriani, aut Eutychetis, aut Jacobitæ, aut Hebionitæ. Sic ergo factum eſt de illis populis & nationibus, in quibus jam dicta rebellio & inobedientia cõtigerunt. Nam ut talis eſſet rebellio duratura, ſchiſmata induxerunt: ut nõ ſolum ab Imperio, ſed etiam à Chriſtianiſmo recederent, accipientes etiam communia quædam ex lege Moyſi, quædam ex lege Evangelii, ut patet in Alcorano. Unde attendendum, quòd quædam hæreticorum ſectæ multum fuerunt familiares Machometo & legi Sarracenorum, ſicut in prædicto Alcorano continetur. velut Neſtoriani, A quos Machometus mandat honorari. Unde Richardus in Chronicis ſuis narrat, quod quidam monachus Græcus Neſtorian⁹, cui nomen Sergius, lõgo tẽpore inſtruxit Machometũ. & hinc eſt quòd Neſtoriani magna habent monaſteria in dominio Sarracenorum.

Caput IV.

Cauſa igitur & modo præſcriptis, quibus Orientales à dominio Græcorum & Latinorum receſſerunt, videamus qui fuerunt principales populi, qui ſeditionem hujuſmodi ex antedictis occaſionibus excitarunt: qui etiam non ſolum rebellionis & inobedientiæ ſuppreſſerunt audaciam, ſed cum hoc regiones Romani Imperii & Imperatori vicinas hoſtiliter invaſerũt. De his Richardus in Chronica ſua, Martinus, Iſidorus & Admonis de geſtis Francorum, concorditer dicunt, quòd principalis gens in prædictam audaciam elevata, de Arabia & radice montis Caucaſi eſt progreſſa: quæ gens, ſecundum Hieronymum in Chronicis, Nabathea nominatur. à Nabaoth primogenito Iſmahelis. Unde non Sarraceni, ſed Agareni, ſive Iſmahelitæ dici deberẽt. Hęc natio devaſtans regiones Imperii, pervenit uſque in Syriam & Judæam. contra quam egreſſa eſt innumera militia Imperatoris Heraclii, quę tota fuit cęſa per hoſtes, & fuerunt 15000 proſtratorum de exercitu Imperatoris prædicti. Verùm humanitatem hanc hoſtes feciſſe B leguntur, quod per legatos omnia ſpolia Imperatori remiſerunt. Heraclius autem ſpoliis recuſatis, in adjutorium accitis Alanis (qui dicuntur de montibus Caſpiis exiviſſe, ſecũdum hiſtorias, ibidem per Alexandrum Magnum incluſi) exercitum reparavit, & infinitam pugnatorum multitudinem congregavit. Sarracenis quoque duo duces præerant, qui 20000. pugnatorum in bellum inſtruxerant. Cumque uterque exercitus non procul ab invicem conſiderent, paratus & inſtructus nocte quæ diem belli præceſſerat, in caſtris Græcorum 5002. pugnatorum exanimata ſubitò reperta ſunt in ſtratis ipſorum. Quo terrore ac metu percuſſa exercitus reliqua multitudo, in diverſis fugit locis, totum Imperium hoſtib. relinquens. Heraclius accepto nuncio tantæ cladis, diffidens ſe poſſe reſiſtere, præ triſticia in morbum incidit: & quaſi deſperãs in ægritudinem prolabitur animæ. ac ſecundũ quaſdam hiſtorias Eutycetis commaculatur errore: & cum filia ſororis ſuæ, nomine Martina, copulavit ſe in matrimonio. Aliæ verò hiſtoriæ tradunt, quòd ante prædictum conflictũ, prædicto fuerit maculat⁹ errore. His peractis, multiplicatur exercitus Arabũ & Nabathæorũ, ex diverſis provinciis, affinibus videlicet Chaldæis, Ammonitis & Moabitis: quibus Machometus adjũgitur, qui tenebat in Arabia principatũ, ut ſcribit Richard⁹ in Chronicis. Hic Machomet⁹ magicis artibus inſtruct⁹, ut fertur, ſua, ut credo, cũ prudẽtia, verius prętextu con-

A xtu cōtemptus Imperii, perſuadet eiſdem de modo vivendi ad ſuū augendū dominium populumq́; multiplici ſua arte deludit & avertit à fide: aſſerens ipſos principatum tenere non poſſe, niſi à Chriſtiana fide ſe diverterēt, & ſua documenta ſectarentur & ſervarent: ſimulans quoq; aliquid divini numinis in ſe habere. ſicque quibuſdam præſtigiis per ipſum oſtenſis, homines fallens, tanquā propheta in dicto populo communiter habebatur. Quibus etiā ludibriis quondam nobilem & potentem viduam, nomine Cadigam, Grotozamæ provinciæ, ſeduxit in tantum, ut eam ſibi matrimonio copularet: per quā illius regionis obtinuit principatum. Judæos etiam multos ſic decepit, ut ipſum crederent ſuum eſſe Meſſiam. Iis verſutiis, ſuaq́; potentia & ampliatione legis circa venerea, & largis promiſſionibus circa futura populos ſeducebat, & armorū potentia ad ſuam perſidiam compellebat. Lege enim data per Machometum, populi qui arma ſumpſerant contra Imperium, ſi quas regiones occupabāt, eas legem Machometi credere compellebant: nolentes verò fateri, neci tradebant. Unde de Arabia intraverunt in Ægyptum, & ibi populum ſubverterunt. Deinde tranſeuntes in Aphricam, ſimile fecerūt. Inde etiam in Hiſpaniam venientes, eam in parte fidem priſtinam dimittere coëgerūt: & ſic multiplicati ſunt ſuper numerum plus violentia belli, quàm prædicatione ſermonis.

Caput V.

B Mortuo ergo Heraclio, & Imperio ſic diſformato potentia, quantum ad dominiū Orientis, remanſit ſedes Imperialis in Græcia, apud Conſtantinopolim, uſq; ad tempora Cōſtantini 6. & Leonis filii ſui, per 33. Imperatores, cōputato magno Conſtantino, & per 451. annos de Imperio Conſtantini. nam tantum à mutata ſede de Roma in Græciam ſupervixit. Hoc tēpore Leonis papæ tertii translatio Imperii de Græcis ad Francos, fuit æqualiter inchoata. Et quoniam hiſtoria hæc propter ſcribētium varietatē ignota eſt communiter, idcirco aliâs ſciendum, quòd primitiva diſcordia trāslationis hujus, fuit diſcordia inter imperatorem Leonem tertium, & Romanam eccleſiam, circa venerationem Eccleſiaſticarum imaginum. Leo enim tertius Imperator dicebat, Chriſti & ſanctorū imagines minimè venerandas: quia ſpecies idololatriæ videbatur. Gregori⁹ verò tertius, qui tunc Romanę pręſidebat eccleſię, affirmavit, Chriſti & ſanctorū imagines venerandas. In hoc ſiquidem propoſito Leo imperator prędictus perſeveravit ſic, quòd de Conſtantinopoli Romam veniens, omnes Chriſti & ſanctorum imagines, quas Romæ reperit, abſtulit, & ſecum Conſtantinopolim aſportavit, eaſq; per ſentētiam igne cremavit. Propter quod dictus Gregorius, prædictum Leonem anathematizarē præſumpſit & totam Apuliam, totamq́; Italiam & Hiſpaniam ab ejus obedientia ſeparari ſuaſit: & quantum in ipſo fuit, hoc opere, quāvis minus debitè, adimplevit. Eidem etiam vectigalia, neſcio qua authoritate, ſed bene qua temeritate, ſolenniter interdixit: Romæque congregans Synodum, venerationem imaginū confirmavit: & violatores hujuſmodi, anathemate condemnavit. Demum Leo prædictus in hoc propoſito moritur, eiq́; ſucceſſit in Imperio filius ejus Conſtantinus quintus: qui ejuſdem propoſiti cum patre, in nullo Romanæ favebat eccleſiæ. Papa Stephanus ſecundus, Imperium Romanum de Græcis transferri in Francos aliqualiter ordinavit, veniente Pipino, Francorum poſtmodum rege, qui dictum pontificem ſupervixit. Et ideo quòd ab aliquibus dicitur, tempore Stephani translatū fuiſſe Imperium à Græcis in Francos: intelligi debet, quod fuit hujusmodi ordinata translatio, non tamen opere fuit cōſummata. Igitur hujus papæ Stephani tempore, Imperii Romani translatio ordinata ad Francos fuit: quorum favores & beneficia jam Romani clerici ſentiebant in multis.

Caput VI.

Pipinus igitur prædictus Caroli Marcelli filius, vir in rebus bellicis ſtrenuus, catholicus, & univerſorum morum honeſtate præclarus, ſecundum clericorum ſcripturas, ſibi imperialem autoritatem uſurpare quærētium: legitur à Zacharia papa de Majori domus, in regni Francorum excellentiam ſublimatus: Quod ſiquidem Zacharias (ut aiunt) regem Francorum Childericum. non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo quod tantæ poteſtati erat inutilis, à regno depoſuit: & prędictum Pipinum, Caroli magni patrem, in ejus locum ſubſtituit: omnesque Francigenas à juramento fidelitatis, quo Childerico tenebantur absolvit. B Sed Admonius in geſtis Frācorum ſcribit, & verius, Pipinum per Francos legitimè in regem electū, & per regni proceres levatum: per Bonifacium quoque Remenſem archiepiſcopum inunctum Sueſſionæ, in monaſterio S. Modardi. Childericus vero, qui tunc ſub nomine regio in deliciis marceſcebat, & ocio, fuit in monachum tonſuratus. Unde non illum Zacharias depoſuit, ſed deponentibus (ut quidam aiunt) conſenſit. Nam talis depoſitio regis, & alterius inſtitutio, propter rationabilem cauſam, non ad Epiſcopum tantummodo, neque ad clericum aliquem, aut clericorum collegium pertinet, ſed ad univerſitatem civium inhabitantium regionem, vel nobilium, vel ipſorum valentiorem multitudinem. Unde Admonii recipiendus eſt ſermo, tanquam verus: clericorum vero ſcriptura in hoc rejicienda, tanquam Francis præjudicialis & falſa. Ut autem clarius pateat, quare & qualiter facta fuit à Græcis in Francos Imperii memorata translatio, Pipini prædicti Franciæ ac Germaniæ regis hiſtoriam breviter proſequamur.

A

Caput VII.

MOrtuo itaque Zacharia Papa, qui Pipino in regem ſublimato conſenſerat, ſecundũ quoſdam (licet etiam abſque ipſius aſſenſu Francorum legitimus rex fuerit, ut in præcedentibus apparuit) prædictus Stephanus ſecundus natione Romanus, ex patre Cõſtantino, anno Domini 770. & ab urbe condita 1530. in ſummum pontificem ſublimatus eſt, ut Admonius ſcribit in geſtis Francorum lib. 5. Gravatus autem à rege Longobardorum Aiſtulpho, venit in Franciam ad Pipinum regẽ, pro temporalibus eccleſiæ Romanæ recuperandis, quibus eam Aiſtulphus ſpoliaverat. Huic autem papæ Romano Pipinus ad miliare tertium occurrit, & uſque ad palatinm ſuum regium eum deduxit. Tunc papa cauſam ſui adventus regi expoſuit, & injurias ſibi per Aiſtulphum illatas plenius enarravit. Cui rex ſervire volens, & ipſius ſatisfacere voluntati, exercitum magnum parat, & cum ipſo Papa in Italiam vadit. Aiſtulphus verò totis viribus regi prædicto obviat, & eccleſiæ reſtituere tẽporalia contradicit. Pugna igitur inter ipſos committitur, in qua Aiſtulphus cum ſuis ſupetatur, & ſic ad eccleſiæ Romanæ temporalia reſtituendum compellitur: qui datis obſidibus quadraginta, ex melioribus regni ſui, Eccleſiæ temporalia ſub juramẽto reddere ꝓmiſit. Poſt hoc autem Pipinus rex victor, in Franciam cum gaudio rediit, & Papa Stephanus Romam ad ſedem Apoſtolicam remeavit. B Aiſtulphus verò promiſſa non ſervavit. Ob quam cauſam rediit Pipinus in Lombardiam, adverſus Aiſtulphum, ipſumque in Papia obſedit: & quod promiſerat, adimplere coegit. Vadit deinde Pipinus Ravennam, ipſamque cæpit: totamque Pentapolim Romandiolæ cũ Exarchatu, in quo eſt Bononia, cæpit. Quæ omnia eccleſiæ Romanæ ſcribitur contuliſſe de facto. His autem beneficiis Stephanus Papa allectus, & videns illius temporis Imperatoris imbecillitatem, procuravit Romanum Imperium de Græcis transferri in Francos, minimè reminiſcens beneficiorũ per Imperatores Romanæ eccleſiæ conceſſorum, in alienos atque remotos Imperiũ transferre ſatagens, ut Græcis oppreſſis, Gallicis hæc parum curantibus, poſſet Papa Italiæ liberius dominari. Sic ergo ſcripturæ omnes recitãtes, quòd tempore hujus Stephani Papæ translatum ſit Imperium à Græcis in Francos, debent intelligi, ſcilicet quod tempore ſuo fuerit ordinata translatio. Tempore namq; alterius papę, & Leonis tertii, fuit talis conſummata translatio, ut ex ſequentibus apparebit.

Caput VIII.

HOc itaq; papa Stephano ſecũdo mortuo, ſub eccleſiæ Romanæ protectore Pipino, atque Pipino eodem poſt 18. annum regni ſui defuncto, filioque ipſius à virtutum magnitudine Carolo Magno nominato, regnante pro patre, tribus pontificibus intermediis (quorum electionem & vitam cauſa brevitatis omitto) videlicet Paulo primo, Conſtantino ſecundo, & Stephano tertio: Adrianus primus natione Romanus, ex patre Theodoro, de religione violata Anno Domini 795. & ab Urbe condita 1547. in ſummum pontificẽ eligitur, eccleſiamq; Romanam annis 23 mẽſibus 10. diebus 18. gubernavit. Hic Carolum Magnum, qui tunc Franciæ ac Germaniæ regna tenebat, in auxilium Romanæ eccleſiæ, contra Longobardos imploravit. Mortuo enim Aiſtulpho Longobardorum rege, ſucceſſit ei Deſiderius filius ejus: qui patris ſequens veſtigia, temporalibus Romanam privavit eccleſiam, villasq; videlicet, civitates & caſtra, & reliqua Romanæ eccleſiæ occupando, Romanos etiã novis tributis & vectigalibus opprimendo. Ob quam cauſam miſit Adrianus legatum in Franciam, Petrum bresbyterum cardinalem ad ſupradictum Carolum, ejus implorans auxilium. Hic princeps legatum glorioſe ſuſcepit: congregatoq; procerum & prelatorum concilio, Adriani petitionibus cenſuit annuendum. Dico igitur legato cum ſperato favore remiſſo, Carolus rex parat exercitum copioſum, ipſumq; per mare ad juga mõtium, in Longobardiam non cum modica difficultate deduxit. Veniens igitur in Liguriam & Aemiliam, quæ nunc Lombardia plana vocatur, in circuitu civitatis Papiæ ſua tabernacula fixit: & caſtris circumcirca diſpoſitis, ut fidem ſequamur hiſtorię, in eiſdem natale Domini celebravit. B Deinde verò exercitu relicto, Romam cauſa devotionis acceſſit, ibique cum Adriano papa Paſcha Dominicum ſimul egit: factaq; ſolennitate paſchali, ad caſtra revertitur circa Papiam, cõtinuataq; obſidione civitatem expugnavit. Deſiderium Longobardorum regem cũ uxore & filiis cæpit, qui Caroli ſubjiciuntur poteſtati. Ibiq; etiam omnes advenietes Italici, de ſingulis civitatibus ambaſiatæ & nuncii ſe regis dominio ſubjecerũt. Quibus ſic fœliciter expeditis, & inde Romã accedens, temporalia eccleſiæ Romanæ reſtituit: ſimulq; Ducatum Spoletanum & Beneventum eidem ſua libertate de facto donavit. Tunc Adrianus beneficiis temporalibus dicti Principis allectus, 153. epiſcoporum & abbatũ Romæ concilium congregavit. Ibiq; cum univerſa ſynodo, glorioſo principi Carolo regi Franciæ jus & poteſtatem tribuit eligẽdi Romanum pontificem, & ſedem Apoſtolicam ordinandi: dignitatem quoque patriciatus eidem conceſſit, qua olim quaſi pater principũ videbatur. Inſuper archiepiſcopos & epiſcopos, per ſingulas provincias, ab eo inveſtituram accipere diffinivit: & ut niſi à rege laudaretur & inveſtiretur epiſcopus, & à nemine conſecraretur: omnesq; contra prædicta facientes, anathemate maledixit: & niſi reſipiſcerent, bonis eos privari mandavit. quorũ nullam faciendi aut concedendi autoritatem habuit Põtifex, aut alter Epiſcopus ſeu clericus, niſi demum Romani populi ordinatione atq; manda-

A mandato. Prima ſiquidem conceſſione, poteſtate videlicet Romanum pontificem eligendi, & ſedē Apoſtolicam ordinandi, non fuit uſus Carolus memoratus. Quod fortè fuit, quia pauci pontifices fuerunt tēpore ſui regiminis, à conceſſione prædicta, quod fuit ſpacium 40. annorum. Soli enim, prædictus Adrianus, & Leo tertius, prædicti temporis ſpacio Romani pōtifices extiterunt, qui 44 annis & menſibus aliquibus Romanæ eccleſiæ præfuerunt. Verùm nec ipſum Carolum, tali juri ſibi cōpetenti, ex conceſſione prædicta renunciaſſe, ab aliquo reperitur. De ſecunda verò conceſſione, videlicet Epiſcoporum inſtallatione, ſe aliquotiens intromiſit, ut ex ipſius geſtis in pleriſq; locis apparet. His tamen viribus ſibi cōpetentibus renunciavit Ludovicus, ut fertur: & ut propoſitum de tranſlatione Imperii celerius proſequamur, plura magnificentiæ opera per Carolum geſta omittamus.

Caput XI.

Mortuo igitur Adriano prædicto, regnante Carolo Magno, eccleſiæ Romanæ defenſore, Leo tertius natione Romanus, ex patre Aiſtulpho in Romanum pontificem ſublimatur, anno Domini 819. & ab urbe condita 1572. Hic pontifex in Letania captus eſt in Roma, excæcatus, & lingua truncatus. Qui poſitus in cuſtodia, nocte per murum evaſit. & ad legatos Caroli, Giruudum abbatem, & Vingiſum Spoletanum ducem, cum fiducia magna B cōfugit: & ut Richardus in ſua Chronica ſcribit (cui credat, qui vult) Pontifex reſtitutis ſibi plenariè membris, oculis & lingua, divina (ut dicitur) virtute ad prædictū Carolum, tanquam ad præcipuum Eccleſiæ protectorē, venit in Franciam: qui eum, quo decuit, cum honore ſuſcepit. & cum ipſo Romām accedens, injuriam pontificis & eccleſiæ Romanæ ultus eſt, juſticia mediante. Admonius quoque in geſtis Francorum, hoc magis copioſe deſcribens dicit: Quòd poſtquam rex appropinquavit ad locum qui dicitur Mimentanum, duodecimo lapide ab urbe Roma, Leo papa, qui regem præceſſerat, cum magno comitatu occurrit eidem, ipſumq;, cum eſſet urbis patricius, cum ſumma humilitate & honore ſuſcepit: prandensq; cum ipſo in loco prædicto, ut Urbis utamur hiſtoriis, ſtatim papa ipſum cū ſua ſocietate præceſſit ad urbem. in craſtino quoque in gradib. baſilicæ beati Petri apoſtoli ſtans, miſſis obviam Romanæ urbis vexillis, ordinatisq; per congrua loca tam peregrinorum quàm civium turmis, quæ venienti regi ad laudē conclamarent, ipſe papa cum turmis & Epiſcopis equo deſcendentem regē, & gradus eccleſiæ aſcendentem ſuſcepit: factaq; oratione, in baſilicam ſancti Petri pſallentibus cunctis introduxit. Quod eſt factum 33. anno regis prædicti. Poſt ſeptem quoque dies Rex, concione vocata, cur Romam veniſſet, omnibus patefecit: & exinde ad ea propter quæ venerat, facienda quotidie operam dedit. & quāvis gravia crimina opponerentur ſummo Pontifici: tamen quia nullus fuit probator legitimus, idem Pontifex coram toto populo, annuēte rege, in baſilica beati Petri apoſtoli Evangelium portans, ambonem conſcendit: invocatoq; ſanctæ trinitatis nomine, jurejurando ab objectis ſibi criminib. canonicè ſe purgavit. Aliæ vero hiſtoriæ addūt quod tres Cardinales ſupra ſancta Dei Evangelia ponentes manus, affirmaverunt, omnia eſſe falſa, quæ ſummo Pontifici opponebantur. Quæ quidē purgatio à toto clero & populo fuit ſolenniter approbata, & à dicto Pōtifice legitimè confirmata. Eadem die, ut ſcribit Admonius in geſtis Francorum, quidam abbas Zacharias nomine, cum duobus monachis, uno de monte Oliveti, & alio de Saba in Oriēte, Romam venit, quem patriarcha Hieroſolymitanus trāſmiſit, q ſepulchri Domini claves, & loci Calvariæ, ac civitatis Hieroſolymitanæ, cum vexillis detulerunt. Quos Carolus benignè ſuſcipiens, per aliquot dies eos honorando detinuit, humaneq; tractavit. Deinde poſt aliquot dies cum muneribus magnis, regiam majeſtatem decentibus, eos in Palæſtinā remiſit. Tradunt quædam hiſtoriæ, quòd ex illa legatione motus rex, ad petitionem Conſtantini imperatoris cum magno exercitu transfretavit, totamq; terram Sanctam recuperavit, rege Perſarum aſſentiēte, qui tenebat tunc in tota Syria & Palæſtina principatum. Jam quoque per totum Orientem ſama celebris glorioſi regis Caroli pervenerat: ſic, quòd dictus rex Perſarum, qui monarchiam in Oriente tenebat, ejus habere benevolentiā affectabat, & eidem B per ſolennes nuncios & legatos precioſa munera deſtinavit. Rex autem Carolus ubiq; victorioſus, terra ſancta recuperata, per Cōſtantinopolim Romam rediit, ibiq; natalē Domini cum Leone papa celebravit. Ipſa ſiquidem nativitatis die, cum rex in Miſſa ante confeſſionem beati Petri, ſurgebat ab oratione devotè: Leo papa ſolenniter præordinatis quibuslibet ad tantam ſulennitatē neceſſariis, coronam Imperialem capiti ejus impoſuit. & à cūcto Romano populo acclamatum eſt: Carolo Auguſto, à Deo ordinato, magno Imperatori, vita & victoria de cœlo miniſtretur. Hāc ſiquidem coronationem, per Leonem papā, & Imperalium laudum acclamationem per populum, omnes hiſtoriæ ponunt. Poſt prędicta verò, more antiquorum Principum fuit adoratus: & ablato nomine patricii, Imperator Auguſtus eſt ab omnibus acclamatus. Rexit autē Romanum imperium 14. annis. Regna quoq; Frāciæ atq; Germaniæ rexerat annis 33. quib. eum regē ſolum & patriciū invenimus ab hiſtoriis nominari: ſed à 33. anno, poſt Imperialem coronam, ipſum Imperatorem Auguſtum, omnes annales & hiſtoriæ, facientes mentionem de ipſo, ſine aliqua varietate deſcribunt. Quantum autem roboris, juris ac firmitatis habuit, quòd tunc de translatione Imperii factum fuit, per noſtrum Defenſorem pacis ultimò parēre poteſt omnibus evidenter. Duravit autem Imperii præſcripta trans-

A latio, facta de Græcis in Frãcos, per ſeptem generationes: videlicet per ſeptem Imperatores, annis centum & duobus, quibus manſit apud Francos.

CAPUT X.

IMperator Arnulphus, ultimus de genere Caroli Magni, effœminatus & remiſſus cõtra Berengarium tyrannum, qui tunc in Italia Romanam eccleſiam impugnabat: quinimò ipſemet tunc erat Romanę perſecutor eccleſię, ut Martinus Polonus ſcribit. Filio enim Arnulphi prædicti, qui nondum Imperialem benedictionem acceperat, à prędicto Berengario Italiæ tyranno devicto, & apud victoriam mutilato, gen⁹ Caroli defecit omnino in imperio: & cœpit dictus Berengarius in Italia dominari & Romana eccleſia perſecutionibus urgentibus vacillare: cùm quia dictus tyrannus eandem moleſtabat, tum quia Eccleſiæ non verus paſtor, ſed mercenarius præerat: Joannes videlicet Alberti filius, ut tradit Robert⁹ Cremonenſis epiſcopus, magnus hiſtoriarũ ſcriptor. Unde Cardinales ex cõmuni cõcordia, anno à nativitate Chriſti 905. ſcripſerũt Othoni duci Saxoniæ, qui vir magnæ potentiæ dominabatur ſuper univerſam Almaniã, qui religioſus erat, fide catholicus, in conſilio providus, in judicio juſtus, in commiſſo fidelis, in bellicis ſtrenuus, & univerſorum morũ honeſtate præclarus, ad Dei Eccleſiam devotus. Hujus ergo principis Cardinales auxilium imploraB runt, ut eccleſiam Romanam, quæ procellis impellentibus multis modis vacillabat, protegeret atq; juvaret. Qui magnum parans exercitum, in Italiam tranſivit. & cum Berengario pugnavit, ipſumq; cum ejus exercitu in exiliũ miſit. Poſtmodum verò Romam pergens, concilium Cardinalium congregavit, & de ipſorũ concilio papam noſcens incorrigibilem, monuit ut papatui renunciaret. Quem induratũ in caſtro ſancti Angeli violenter incluſit. & papatui ipſum renunciare coegit. Et factus eſt tunc Romanæ eccleſiæ paſtor, Leo octavus: qui allectus beneficio Romanæ eccleſiæ per prædictum Othonem collato, tam de Berengario, qui vexabat eandem, quàm de reformatione eccleſiæ facta per ipſum, eaſdem dignitates Othoni conceſſit, quas Carolo contulerat Adrianus: factaq; Synodo, & clero ac populo congregato, ipſum Otthonem Imperatorem cõſtituerunt: nulla electione præcedẽte, quæ poſt annos 40. fuit inſtituta. Sicq; facta fuit Imperii translatio de Francis ſeu Gallicis, in Germanos. Habuit ſiquidẽ hic Otho primus ex ordinatione Imperiũ pacificè. Habuerunt etiam Imperium ſucceſſivè filius atque nepos, ſine contradictione.

CAPUT XI.

POſt hęc autem mortuo tertio Othone ſine filio, Gregorius quintus natione Teutonicus, de parentela Othonis in ſummum Pontificem aſſumitur. Cujus Pontificis tempore, Imperatoris Electores inſtituuntur: ſeptem ſcilicet Principes Almaniæ, quatuor laici, & tres clerici ſive prælati, ut Martinus ſcribit. Quia enim prædicti Othones ſucceſſivè quaſi hæreditario jure obtinuerunt Imperium, fuit ꝓ bono ſtatu Eccleſiæ Dei & populi Chriſtiani ordinatum utiliter, ut tantæ poteſtatis faſtigium quæ non debetur ſanguini, ſed virtuti, non per viam ſucceſſoris, ſed per viam electionis procedatur, ut digniſſimus eligatur ad dignitatem Imperii gubernandam. Fuit ergo inſtitutum, ut ſeptem proceres officiales Imperii regem Romanum eligerent, per Romanum Pontificem Imperiali diademate coronãdum: quorum, ut dictum eſt, ſunt tres prælati clerici, qui ſunt Imperatoris cancellarii: videlicet archiepiſcopus Moguntinus, qui eſt cancellarius Germaniæ: archiepiſcopus Colonienſis, qui eſt cancellarius Italiæ: & archiepiſcopus Treverenſis, qui eſt cancellarius Galliæ. & quatuor ſeculares principes, qui ſerviunt Imperatori: ſcilicet Palatinus Rheni, qui eſt dapifer Imperatoris: Dux Saxoniæ, qui eſt Mareſcalcus ejus: Marchio Brandeburgenſis, qui eſt camerarius ejus: & Rex Bohemiæ, qui pincerna ejus. Unde verſus eſt:

Moguntinenſis, Treverenſis, Colonienſis,
Quilibet Imperii ſit cancellarius horum.
Eſt Palatinus dapifer, Dux portitor enſis,
Marchio præpoſitus cameræ pincerna Bohemus.
Hi ſtatuunt Dominum cunctis per ſecula ſummũ.

Hæc autem ordinatio facta fuit anno 1004. B ut geſta Germanorum tradunt.

CAPUT XII.

EX prædictis igitur evidẽter apparet, tempore Pipini regis, & Stephani papę Romani, ordinatã fuiſſe trãslationẽ imperii Romani de Græcis in Francos ex occaſionibus antè dictis. Tempore verò Adriani, primùm Carolum Magnum diſpoſitorem Romanæ eccleſiæ ac Romani pontificis electorem, & urbis Romæ patricium ordinatum: tempore verò Leonis tertii, Carolum Magnum Imperatorem Romanum effectum, & etiam ipſius tempore translationem Imperii realiter factam de Græcis in Francos. Demum verò proceſſu temporis, poſt multas & jam præſcriptas revolutiones annorum, tempore videlicet octavi Leonis papæ, factam eſſe Romani Imperii translationem de Francis, ſeu Gallicis principibus in Germanos. Et poſtmodum tempore Gregorii quinti, electionem Imperatoris Romani ſeptẽ principibus Alemaniæ fuiſſe conceſſam: qui, uſque ad moderna tempora Imperatorem eligunt ad ſolemnitatem. nõ quidem propter neceſſitatem aliquam per Romanum epiſcopum coronandam. Sic ergo translatum eſt Romanũ Imperium ad Germanos. Præmiſſa quidem omnia per Romanum pontificem attentata, & cum eis aſſentientibus conſummata. quantum robur habeant in præſenti ex noſtro Defenſore pacis, in 12. & 13. & finali capitulo liquidè patet, rationabiliter intuenti & attendenti.

FINIS.

A DE TRANSLATIONE IMPERII LIBER A
RADVLPHI, SIVE (VT ALII) PANDVLPHI DE Columna.

MVltæ venerationis & ſapientiæ viro, Domino Lamberto de Caſtello, Legum honorabili profeſſori, ac ſuo patri chariſſimo: Radulphus de Columna, Canonicus Carnotenſis, ſalutem, & ejus cui ſervire regnare eſt, jugiter obſequiis inhærere.

Veſtra nuper dilectio poſtulavit, ut de ſtatu & mutatione Romani Imperii aliqua ſub cõpendio ſcriberem, per quæ plena de ipſo notitia haberi ſub brevitate ſcripturæ poſſet. Sed chariſſime, rem difficilem poſtulaſti, cùm non poſſint maria ſine mora luſtrari, nec facilè ſit provinciarũ lõgitudinem in momento tranſcurrere. Sed magna res quidem ſuccinctè à ſapiente interdum proponitur: ſed rarò, vel nũquam perfectè ſub anguſtia ſermonis nimia explanatur. Quid autem majus Romano Imperio, ab ipſo ejus exordio? cujus Imperii geſta magnifica vix multorum ſcriptorum præclara ingenia diſſerere ad plenũ potuerunt. Sed quia negare nequeo, quicquid injungitur, ſincera veſtra dilectione devinctus: prout rei natura ferre poterit, & ingenii mei ruditas patitur, faciam quod veſtra ſincera charitas cohortatur. Statum enim Romani Imperii, Deo dante, ea brevitate deſcribam, ut multiloquiũ faſtidium minimè pariat: & nimia brevitas quæ B deſcribitur, intelligentiam non excludat Gratè itaq; ſuſcipire præſens meæ dilectionis opuſculum: & ſi quid videritis in ipſo corrigendũ, prout videbitur veſtræ prudentiæ, corrigatis. Valete.

ROmanum Imperium ſub duplici ſignificatione ſcriptores hiſtoriarum aſſumunt. Uno modo, ut ſub appellatione Romani Imperii intelligamus ipſius Romanæ urbis initium, ipſiusq; primi dominii licet exigui fundamentum. Unde ſæpius invenitur, quòd Aeneas poſt excidiũ magnæ Trojæ profugus, per mare Italiam petiit, & in ea Romanum fundavit imperiũ, in loco ubi nunc eſt Roma. qui locus ſibi placuit, ſementemq; Romani generis ſeminavit. ſemenq; proceſſu tẽporis in arborem excellentiſſimã creſcens, per univerſa mũdi climata ramos ſuæ viriditatis extẽdit. Crevit ſiquidem id granum ſinapis, & ſuper omnia olera extitit mirabiliter exaltatum: ſub cujus umbra omnia volatilia cœli, omnes reges humani ſeculi in pacis pulchritudine quieſcebãt. Romani n. qui ab Æneа deſcenderunt, armorum exercitio, diſciplina caſtrorũ, uſu militiæ, quiete libertatis, juſticiæ cultu, reverẽtia legum, finitimarum gentium amicitia, maturitate cõſiliorum, gravitate verborum & operum obtinuerunt, ut univerſum orbem ſuæ ſubjicerent ditioni. Romanus enim populus à rege Romulo in Cæſarem Auguſtum per ſeptingẽtos annos ita per univerſum orbem virtuoſe & potenter arma circumtulit, ita omnia regna mundi propria virtute cõtrivit, ut qui ejus magnifica geſta legũt, nõ unius populi, ſed totius humani generis facta intelligere arbitrẽtur. Totq; laboribus, tot periculis, fortunaque varia jactatus eſt, ut cõſtituendo ejus imperiũ, contendiſſe ſimul Romana virtus & fortuna videantur. Alio quidẽ modo Romanum imperium pro quodam ſingulari & univerſali dominio urbis & orbis aſſumitur, quod univerſale dominiũ dicitur Monarchia. Quã Monarchiam cùm primus Octavianus Auguſtus, deinde ſucceſſores ejus præferrent, nõ uniformiter tenuerũt. Et ſub hac appellatione de ſtatu Romani Imperii tractare propono. Imperium Romanũ à Julio Cæſare ſecundum quoſdam, ſed verius ab Octaviano Auguſto primo Romanorum imperatore inchoatur. Nam ſecundum hiſtoriæ veritatem, Julius Cæſar, licet primus fuerit qui arripuit ſingulare dominium: non tamen fuit Imperator, ſed metator Imperii: & idcirco non ponitur in catalogo principum Romanorum. Et uſq; ad Conſtantinum magnum, triginta tres imperatores & quatuor Cæſares numerantur, qui Romani ſedem tenuère imperii. Conſtantinus magnus ſeptimo anno regni ſui imperii, ſedem mutavit imperii, ipſam in Orientẽ transferẽs ad Byzantium civitatem, quæ nunc Conſtantinopolis eſt vocata, & ſecundũ imperialia jura Romæ veteris prærogativa lætatur. B Et ibi ſedem imperialem conſtituit, contentus dominio Orientis. Occidentem verò ſcilicet Romam & totam Italiam, & omnia occidentalia regna cum omnibus dignitatib. imperialibus, beato Sylveſtro, tunc Romano pontifici, ejusq; ſucceſſoribus liberè diſponere conceſſit: indignũ judicans religioſus imperator, ibi terrenum Imperatorem dignitatem & poteſtatem habere, ubi cœleſtis Imperatoris vicarius morabatur. Hoc planè legitur 1. q. diſtinct. 1. Conſtantinus. Clericis verò Romanæ eccleſiæ tunc ſervientibus, ad inſtantiam beati Sylveſtri cõceſſit illam dignitatem prærogativam atque honorem, quem tunc ampliſſimi ordo ſenatus habebat. Hi quoque qui tunc clerici Romani vocabantur, vocantur hodie Cardinales: ſed ante Sylveſtrum ſimpliciter clerici ſeu ſacerdotes Romanæ eccleſiæ vocabantur, qui quantum ad decorem & dignitatem titulos nõ habebant: ſed quantũ ad onus, videlicet quãtum ad officiũ prædicandi, martyres ſepeliendi, baptizandi, pœnitentias injungendi intitulati erant. Hæc enim longè ante Sylveſtrum à temporibus Cleti & Anacleti, Dionyſii, Marcelli, fuerãt inſtituta. Sed tẽpore Sylveſtri cœperunt habere titulũ dignitatis, & illã prærogativam atq; decorẽ quem Senatus habuit tẽpore Conſtantini. Et eſt aliquantulum advertendum. Nã Martinus Polonus in ſuis Chro-

A nicis dicit: quòd ſunt quinquaginta duo, videlicet ſex epiſcopi, viginti octo presbyteri, & decẽ & octo diaconi. Quorũ quidam ſunt aſſidẽtes ſummo Põtifici, ut epiſcopi: q Epiſcopi Papæ in ſolennitatib. aſſidẽt, & cathedris utũtur. Quidã ſunt aſſiſtẽtes, ut presbyteri. quidã verò ſunt inſiſtẽtes, ut diaconi: inſiſtũt. n. miniſteriis, ipſi n. Papam induũt, & ei circa altare ſerviũt. Sed ſecundũ aſſignationem titulorum factã primò p Cletum, poſtea per Anacletũ. & deinde p Marcellum, plures inveniuntur. Sed non eſt finis faciendi. nã hoc eſt & fuit ad initium ſummi Pontificis. Quòd autẽ beatus Sylveſter primò inſtituerit ſeu nominaverit Cardinales centum, ſcriptores hiſtoriarum dicũt probari per c. præſul. ij. q. iij. Antè enim, ut ſuperius dictum, vocabãtur presbyteri urbis Romanæ ut patet ex Eccleſiaſtica hiſtoria Euſebii patet etiam per id quod legitur de Novatiano hæretico, presbytero Romanæ eccleſiæ, qui aſpirans ad ſummum Pontificatũ, promotionem Cornelii papæ viſus eſt impedire.

Tenuit quoq; Cõſtantinus ejuſq; ſucceſſores imperatores Romani, pacificè dominium Orientis, uſq; ad vigeſimum annum Imperatoris Heraclii, tunc omnes populi orientales à dominio Latinorũ univerſaliter receſſerunt. Sed quæ cauſa, propter quam receſſerũt, & modus per quem communiter ignoratur. Idcircò utile credidi, & delectabile judicavi, cauſam & modum deſcribere, quomodo dicti orientales, ſe à Græcis & Latinis in dominio & cultu omnino diviſerunt. B Cauſa ſiquidem, quare orientales jam dicti à dominio Imperii receſſerunt, fuit tyrannicus principatus hujus Heraclii. Nam poſt magnam victoriam habitam de Perſis, Heraclius Perſas & alias orientales nationes nimis crudeli dominatu ptemebat: proptet quod occaſionem rebellãdi concorditer aſſumpſerunt, & ſic ab obedientia prædicta receſſerunt. Et quod nunquam ad obedientiam traherentur, contentionem Mahumetis, tunc inter Perſas divitis & potentis, occaſionem diverſæ credulitatis & fidei (ſi fides dici debeat) aſſumentes. ut ad primum dominium de cætero non redirent: fortè à Jeroboam ſumentes exemplum, qui decem tribubus ipſum ſequentibus diverſum cultum tradidit, ne ad priſtinum & debitũ dominium in perpetuum redirent. Idem fecerũt Græci. Cupientes enim ab obedientia Romanæ eccleſiæ ſeparari, cœperunt ſecundum diverſum ritum, in eccleſia miniſtrare: & ſic in tres diverſos errores ſciẽter prolapſi ſunt. Omnes enim eorum collegæ, qui conſervant & nutriunt ſchiſmata, aut ſunt Neſtoriani, aut Eutycheti, aut Ariani, aut Jacobitæ, aut Hæbraici. Sic factum eſt de illis populis & nationib. illarum regionum, in quibus præcedens inobediantia & rebellio contigerunt. Exturbato enim Romano imperio, ut rebellio perſeveraret, fecerunt ſchiſmata: ut non ſolùm recederent ab imperio, ſed etiam à Chriſtianiſmo, accipientes quædam communia Moyſi & Evangelii, ut patet in Alcorano. Et eſt advertendum, quod quædã ſectæ hæreticorum multum fuerunt familiares Mahumeto Legis Sarracenorum authori, ut ſunt Neſtoriani, quos Mahumetus cõmendat & honorat. A Unde Richardus in Chronicis narrat, quod quidã monachus Græcus Neſtorianus, cui nomen Sergius, lõgo tempore inſtruxerit Mahumetum. Et hinc eſt, quod Neſtoriani in dominio Sarracenorum habent magna monaſteria. Cauſa igitur & modo deſcriptis, quib. dicti Oriẽtales à dominio Græcorũ & Latinorum unanimiter receſſerunt videamus, qui fuerũt principales populi, qui ſeditionẽ hujuſmodi occaſionib. excitarunt. Quia non ſolum rebellionis & inobedientiæ audaciã prætenderunt. imò regiones Romani imperii & Imperatoris vicinas hoſtiliter invaſerunt. Circa hæc, Annonius in geſtis Francorũ lib 8. Richardus in ſuis Chronicis, Martinus, Iſidorus concorditer dicunt, quod principalis gens, quæ in prædictã ſuperbiã elevata, de Arabia, de radice montis Caucaſſi eſt progreſſa Quę gens ſecundum Hieronymum in Chronicis Nabarhea vocabatur, à Nabajoth primogenito Iſmaelis. Unde non Sarraceni, ſed Agareni, ſive Iſmaelitæ dici deberẽt. Hæc natio maledicta, devaſtãs regiones imperii, pervenit uſque in Syriam & Judæam, cui obviam venit militia Heraclii Imperatoris innumera, quæ tota ab hoſtibus cæſa eſt. Nam cẽtum quinquaginta milia de exercitu Imperatoris, domino permittente, proſtrati ſunt. Sed hanc humanitatem hoſtes feciſſe dicũtur, B quod per Legatos etiã ſpolia remiſerunt. Heraclius autem ſpoliis hujuſmodi, ſeu manubiis recuſatis, in adjutorium aſciſcens populos qui dicuntur de montibus Caſpiis exiviſſe, ſecundum hiſtorias ubi per Alexandrum incluſi exercitum reparavit. & infinitam pugnatorum multitudinem congregavit. Sarracenis quoque duo duces præerant, qui ducenta milia pugnatorum in bellum inſtruxerunt. cum uterque exercitus non procul exiſteret paratus & inſtructus ad pugnã: nocteq; belli præcedente diem, ſubitò in caſtris Græcorũ quinquaginta duo milia exanimata in caſtris ſuis ſtratisque reperta ſunt. Quo terrore ac metu perculſa reliqua exercitus multitudo, in diverſa loca fugerunt, totum imperium hoſtibus relinquentes. Heraclius quoque arrepto nuncio tantę cladis diffidens ſe poſſe reſiſtere, præ triſticia in morbum incidit: & quaſi deſperans, in ægritudinem prolabitur animæ. Nam ut hiſtoriæ traduut, Eutychetis maculabatur errore: & cum filia ſororis ſuæ Martina nomine, matrimonio ſe conjunxit. Aliæ quoque hiſtoriæ dicunt, quòd ante prædictum conflictũ, prędicto erat maculatus errore. propter quẽ Deus eum punivit. His peractis multiplicatur exercitus Arabũ & Nabatheorũ, ex diverſis provinciis ipſis affinib9, & cõjunctis, Chaldæis, Ammonitis & Moabitis: quib9 Mahumetus adjũgitur, qui tenuit in Arabia principatũ, ut Richard9 in ſuis Chronicis ſcribit. Hic Mahumet9 artibus magicis inſtruct9, prętextu cõtẽptus imperii, pſuadet eiſdẽ de modo viven-

A vivẽdi & ad agendum, Dominicum populum multiplicitet ſua atte deludit & avertit à fidet dicens ipſos nõ poſſe tenete ptincipatum, niſi à Chriſtianorum fide divertetent, & ſua documenta ſervarent. Simulans quoque aliquid divini numinis in ſe habere: & quibuſdã præſagiis per ipſum oſtenſis homines decipiens, tanquã Propheta communiter in dicto populo habebatur ab omnibus. Quibus magicis actibus quandam nobilem & potentem dominam. Chadigam nomine, Corazaniæ provinciæ, ſic deluſit, ut eam ſibi matrimonialitet copularet. per quã illius tegionis obtinuit principatum. Judæos etiam multos decepit, ut ipſum crederent ſuum eſſe Meſſiam. His ergo verſutiis, ſua potentia & ampliatione Legis citca venerea, & promiſſionib. largis circa futura, populos ſeducebat, & armorum potentia ad ſuam præfectutam compellebat. Lege enim data pet Mahumetum, populi qui arma ſumpſerunt contra imperium. ſi quas regiones occupabant, eas legem Moyſi ſuſcipere compellebant, nolentes obedire neci tradebant. Unde de Arabia intratunt Ægyptum, & ſic populum ſubvertebant. Deinde tranſierunt in Africam, & ibidem ſimiliter fecetunt. Poſtmodum venerunt in Hiſpaniam, & illam ex parte in fidem ſuam directè coegerunt. Et ſic multiplicati per numerum. plus violentia belli quàm prædicatione ſermonis.

HEraclio igitut mortuo, & imperii ſic difformata potentia, quantũ ad domininm B Orientis. temanſit Imperialis ſedes in Græcia apud Conſtantinopolim uſq; ad tempota Cõſtantini ſexti, & Leonis filii ſui, per triginta ttes Imperatores: computato Magno Conſtantino, per quadringentos quinquaginta unum annos, & undecim menſes: computatis vigiuti ttibus an nis, de imperio Conſtantini, quos poſt translatam ſeu mutatam ſedem de Roma in Græciam ſupetvixit. Tunc Leo Papa tertius, imperiũ de Græcis in Francos tráſtulit, in perſona magnifici ptincipis Caroli, magni Franciæ ac Germaniæ regis. Sed quia hæc hiſtoria propter ſcriptorum varietatem communiter eſt ignota, ipſam pto viribus declarabo. Cùm itaq; uniuſcujuſq; rei præcipua pats principium ſit, quo incognito, rarò in cognitionem medii & finis devenitur, prout mihi videtur, translationẽ Impetii de Græcis in Francos, & de Francis in Germanos veraciter & ſine contradictione deſcribam. Attendendum eſt igitur diligentet: & principiũ & cauſa hujus translationis fuit, diſcotdia inter ſacram Romanam Eccleſiam & Imperatorem Leonem, proptet venerationem ſanctarũ imaginum. Leo enim tertius imperator hæreticis hoc ſuadentibus acquieſcens, dixit Chriſti & Sanctotum imagines minimè veuerãdas, quia ſpecies idololatriæ videbatnt. Gregorius verò tertius, qui tũc Romanæ eccleſiæ præſidebat, cum catholicis affitmabat, Chtiſti & ſanctorum imagines venerandas, & cum veneratione colendas. Imago enim fert intellectũ humanum in illum, cujus imago foris dignoſcitur, intusq; latet. Imploramus enim illius A auxilium, cujus eſt imago, ac debita veneratione recolimus, & imaginem ipſius imaginato reddimus. Nec eſt eadem ratio de imaginibus & ſculptilib. idolorum, quia idolis Spiritus malignus jungebatur. qui in ipſis deceptoriè reſpondebat, & ideo his nulla reverentia debetur. Et ideo veneratio imaginum non idololatria, ſed lattia. id eſt, divinus cultus dici poteſt proprié. In hoc ſiquidem errore damnabili ſic contumaciter Leo prædictus perſeveravit: & de Conſtantinopoli Romam veniens, omnes ſanctorum imagines quas Romæ reperit, violenter abſtulit, & ſecum Conſtantinopolim aſportavit, eaſque damnabiliter igne cremavit. Propter quod dictus Gregorius Pontifex tertius, ipſum Imperatorem ſolenniter anathemate condemnavit, Apuliam ei abſtulit, tuncque Italiam ab ejus dominio & obedientia recedete fecit, eiſque vectigalia ſolennia interdixit. Romæque congregans Synodum, venerationem ſanctarum imaginum confirmavit & violatores generali ſententia anathematis condemnavit. Et demum prædictus Leo, in hoc damnabili errore moritur: & ſucceſſit ei in Imperio Conſtantinus quintus magis impius, non ſolùm in errore prædicto, ſed etiam in omnibus viciis & peccatis, in maleficis quidem actibus, & luxutia abominabili, in quibus longo tempore ſupervixit. Unde de ipſo dici poteſt, De radice enim colubri regulus prodit: &, De patre nequitiæ, filius iniquitatis exivit. Et B quia hic peſſimus imperator, in nullo juvabat eccleſiam, imò tanquam hæreticus potius offendebat, papa Stephanus ſecundus, ultimo anno ſui Pontificatus, Imperium tranſtulit de Græcis in Francos: ſicut habetur Extr. de elect. c. venerabilem. Omnia tunc ita ordinata, ut fieret translatio vivente Pipino in Francos: quorum favores & beneficia in eccleſiam Romanã multipliciter ſentiebat, eidẽ per Pipinũ in multis neceſſitatib' reverẽter exhibita.

IS ſiquidem Pipinus Caroli Martelli filius, vir in rebus bellicis ſtrenuus, religione catholicus, & univerſa morum honeſtate præclarus, à Zacharia papa ad Majoris domus Frãcorũ excellentiã extitit ſublimatus. Qui quidem Zacharias, regni Francorum Hildericum non tam pro ſuis iniquitatib. quã pro eo quòd tantæ poteſtati erat inutilis, à regno depoſuit, & prædictum Pipinum Caroli magni patrem in ejus loco ſubſtituit: omneſq; Francigenas à juramento fidelitatis, quo dicto Hilderico tenebantur, abſolvit: ut 15. q. 6. alius Sed Annonius in geſtis Francorum ſcribit, Pipinum per Francos legitimè fuiſſe electum in Regem & protectorem elevatum, & per Bonifacium archiepiſcopum Remenſem unctum Sueſſioni, id eſt in tali loco, in monaſterio ſancti Medardi. Hildericus verò, qui tunc ſub nomine regio, in deliciis marceſcebat ocio, in monachũ conſecratus eſt. Hic ergo verbum Depoſuit poſitum in dicto capitulo, alius gloſſavit, id eſt, Deponentib. conſenſit. Sed qualiter-

A cunque dicatur, ſive ut prædicta Francorum narrat hiſtoria, ſive ut alius ſuprà allegatus, ſalva ſemper in omnibus veritate: credo authoritatem Papæ in talibus omnibus negociis præſupponi, ex eo quòd omnis poteſtas ex eo in hoc dependet, ut papam Gelaſium imperatori Anaſtaſio legimus reſcripſiſſe, & ut clarius patebit. Quare, & ex qua cauſa, & qualiter facta extitit iu Francos imperii translatio memorata Pipini prædicti Franciæ & Germaniæ regis hiſtoriã breviter proſequamur. In Chronicis dicit Annonius, ſcribens hiſtoriam regis Franciæ, quòd anno nativitatis Chriſti ſeptingenteſimo decimoquinto, Pipinus filius Anſegiſili principabatur in Auſtria Alemanica, & ex Alpaide pellice ſive concubina genuit Carolum Martellum, aliàs Tutidem, de quo natus eſt hic Pipinus, de quo poſtea natus Carolus Magnus, ſic cognominatus à magnitudine virtutum & corporis. Nam & pectore & fortitudine & virtutibꝰ excedebat omnes. Hic Pipinus factus eſt rex Franciæ, anno Domini 701. conſilio & adjutorio Zachariæ papę, Hilderico rege inutili repudiato, & habitu monachali palliato. Demum quia defendit eccleſiam & dictũ Papam ab oppreſſionib. Aſtulphi, & reduxit Papã in Romam, factusq; eſt Patricius urbis. Filius verò Carolus Magnus ſucceſſit Pipino in regno, & fit Imperator, cauſa ſimili ſcilicet adjuvando Papam. Et nota hunc Pipinum, in cujus filium conflatum eſt imperium Germanum, licet regem Francorum, etiamſi ex pellice deſcendiſſet. B

Mortuo igitur Zacharia papa, qui Pipinum regem ſublimavit, ut ſuperius declaratur: Stephanus ſecundus, natione Romanus, ex patre Conſtantino, anno Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo, ab urbe cõdita M. D. XXX. in ſummum Pontificem ſublimatur. Hic, ut Annonius ſcribit in geſtis Francorum lib. v. gravatus à rege Lombardorum Aſtulpho, venit in Franciam ad Pipinum regem, anno ſeptingenteſimo quinquageſimo tertio, pro juſticia ſancti Petri recuperanda, qua ipſum ſpoliaverat Aſtulphus: cui Pipinus rex catholicus dum ad tertium miliare civitatis appropinquaret, occurrit: & de equo deſcendens, eidem ſummo Pontifici cum magna reverentia & devotione ſincera exhibuit ſervitoris officium, & uſq; ad palatium ſuum regio honore deduxit. Tunc prædictus Pontifex cauſam ſui adventus diligenter expoſuit, & injurias dicti Aſtulphi plenius enarravit. Rex quoque devotus, volens Eccleſiæ Dei & dicti Pontificis ſatisfacere voluntati, exercitũ magnum parat, & cum ipſo Pontifice in Italiam vadit pro juſticia ſancti Petri recuperanda. Aſtulphusq; totis viribus prædicto Regi obviat, & jura ſancti Petri reſtituere contradicit. Pugna igitur magna inter ipſos cõmittitur, in qua Aſtulphus rex ſuperatur, & Pipinus cum Francis victor efficitur. Compulſus ſic fuit Aſtulphus ad reſtituẽdum talia. Qui datis quadraginta obſidibus de melioribus regni ſui, jura ipſa ſub juramẽto reſtituere promiſit. Rege Pipino in Franciam redeunte, etiã Stephanus papa Romã ad ſuam ſedem rediit. A Aſtulphus prædictus, juramenti ſui violator, de his quæ Pipino cũ juramento promiſit, nihil obſervat. Ob quã cauſam iterum Pipinus in Italiam contra Aſtulphum vadit, ipſumq; in Papia obſedit, coëgitq; reddere eũ quod promiſit. Vadit deinde Pipinus Ravennam, ipſumq; cæpit, totamq; Pentapolim, Romandiolam cũ Marchia & Bononia victorioſè ſubegit: quæ omnia beato Petro ſtuduit reverenter offerre. Quæ beneficia Papa diligẽter attendens, ordinavit trãslationẽ Romani imperii fieri de Gręcis in Francos. Et ſic omnes ſcripturæ, quæ dicunt quòd hic papa Stephanus ſecundus, Imperium de Græcis in Francos tranſtulit: debẽt intelligi, ut gloſſemus: Tranſtulit, id eſt, tranſlationem fieri ordinavit. Alius enim Pontifex, ſcilicet Leo tertius, re ipſa imperiũ tranſtulit, ſicut evidenter in ſequentibus apparebit.

Hoc itaq; Pontifice, ſcilicet Stephano ſecundo, mortuo, ſub magno eccleſię protectore Pipino, atq; ipſo Pipino poſt decimum octavum annum regni ſui, viam univerſæ carnis ingreſſo, filioq; ejus Carolo, qui à virtutũ magnitudine dictus eſt Magnus, magnificè pro patre regnante, tribus pontificibus intermediis, quorum electionem & vitã cauſa brevitatis omitto: videlicet Paulo primo, Conſtãtino ſecundo, Stephano tertio, Adrianus primus, natione Romanus, ex patre Theodoro de regione Viælatæ, Anno Domini ſeptingẽteſimo ſeptuageſimo primo, ab urbe cõdita. M. D. B LI. in ſummum Pontificẽ eligitur, eccleſiamq; Romanã annis XXIII. menſibus decem, & diebus XVIII. prudẽter & magnificè gubernavit. Hic pręclarus Pontifex Adrianus magnificum principem Carolum Magnũ, qui tunc, ut dictum eſt, Franciæ & Germaniæ regna tenebat, in auxilium vocavit contra Lombardos, qui eccleſiam tunc vexabãt. Mortuo enim Aſtulpho Lombardorũ rege, iu regno ſucceſſit Deſyderius filius ejus, qui patris ſequens nequitias, eccleſiam Dei totis viribus opprimebat, villas, civitates & caſtra, & alias poſſeſſiones eccleſiæ violenter uſurpans, & Romanos tyrannico more premens vectigalibus & tributis. Ob quam cauſam, miſit Adrianus Legatũ in Franciã, Petrum presbyterum Cardinalem ad Carolum Magnum, petens ab eo auxilium contra Deſyderium memoratum. Qui gratioſè dictum legatum recipiens, congregansq́ue parlamentũ parium & pręlatorũ omnium, Põtificis petitioni annuit, dicto Legato cum favore remiſſo. Parat exercitũ copioſum ipſumq́ue per mare & juga montiũ in Lombardiam, cum non modica difficultate deducit. Veniẽs igitur in Liguriam & Æmiliam (quæ nunc Lombardia plena dicitur) in circuitu Papiæ ſuæ tabernacula figit, & caſtris prudẽter circũ circa diſpoſitis, in quibus, ut fidem ſequamur hiſtoriæ, natalem diem celebravit: relicto exercitu, Romam cauſa devotionis acceſſit, ibiq; cum ſummo Pontifice Paſchalem diem celebravit. Facta ſolennitate Paſchali, ad

ſua ca-

A ſua caſtra revertitur, continuataque obſidione civitatem ſtrenuè oppugnabat. atque anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo quarto domat Deſyderium Lombardorum regem, & ejus uxorẽ Anſam nomine, & filios cepit. Qui Rex amiſſis filiis ſuis, Carolo ſubjicitur, ibiq; venientes omnes Italici. & de ſingulis Italiæ civitatib. ambaſiatores ſolennes & nuncii, Caroli ditioni ſe ſubmittunt. Sicq; omnibus fœliciter expeditis, Regnum Italiæ Pipino filio ſuo tradidit, & Romam accedens cum curia, jura beato Petro reſtituit, ſimulque ducatum Spoletanum & Beneventanum eidem ſua liberalitate donavit. Tunc dictus ſummus Pontifex Adrianus, maturè conſiderans beneficia tanti principis, eccleſię Romanæ collata, centum quinquaginta trium Epiſcoporũ & Abbatum Romæ Concilium congregavit, ibiq; Adrianus cum univerſa Synodo, glorioſo Carolo hanc tribuit dignitatem: videlicet, jus & poteſtatem eligendi Romanum pontificem, & Apoſtolicam ſedem ordinandi: Dignitatem Patriciatus quoq; eccleſiæ conceſſit, qui olim quaſi patres Principis videbãtur: ut Inſtit. lib. 1. Tit. 12. quib. mod. jus patr. poteſt ſolvitur. §. fil. inſuper. Epiſcopos & Archiepiſcopos per ſingulas provincias ab eo inveſtituras accipere diffinivit. Ut niſi à rege laudaretur & inveſtiretur epiſcopus, à nemine conſecraretur. omneſq; contrà facientes, anathemate condẽnavit: ut hæc omnia plenius habẽtur in LXIII. diſt. c. Adrianus. Prima ſiquidem conceſſione

B ſcilicet, poteſtate eligendi ſummum Pontificem, & ſedem Apoſtolicam ordinãdi non fuit uſus Carolus memoratus: quod ideo fuit quia pauci ſummi Pontifices fuerunt tempore ſui regiminis à conceſſione prædicta, quod fuit ſpacio XL. annorum. Solus enim prædictus Adrianus & Leo tertius, prædicti temporis ſpacio Romani pontifices extiterunt, qui XLIX annis Romanæ eccleſiæ præfuerunt: ſed nec ipſum Carolum jure ſibi cõpetenti, circa prædicta expreſſione memorata. ceſſiſſe ſeu renũciaſſe reperio. De ſecunda verò conceſſione, videlicet de inſtillationibus Epiſcoporum benè ſe aliquando intromiſit, ut ex geſtis ſuis, in pluribus locis evidenter apparet. Sed his omnibus juribus, occaſione primæ & ſecundæ conceſſionis competentibus, ceſſit, & renunciavit Ludovicus Imperator expreſſe, ut habetur in LXIII. d. c. Ludovicus, cum pluribus capitulis ſequentibus. Sed ut ad propoſitum facilius & citiùs venire poſſimus, multa magna & magnifica de geſtis Caroli omittimus, & propoſitum tranſlationis ſemper breviter proſequar.

MOrtuo quoque Adriano Papa, prædicto regnãte Carolo, Magno Eccleſiæ defenſore, Leo tertius, natione Romanus ex patre Aſtulpho, in Romanum Pontificem ſublimatur, anno Domini octingenteſimo, & ab Urbe condita M. D. LXXII. Hic Pontifex in Lętania majore Romæ captus, exoculatus eſt, & lingua detruncatus, qui in cuſtodia poſitus noctu per murum evaſit, & ad legatos prædicti regis, Caroli ſcilicet Wirundum Abbatem, A & Winigiſum Spoletanum ducem confugit cum fiducia. Hic glorioſus pontifex, ut Richardus in ſuis Chronicis ſcribit, & aliæ hiſtoriæ veridicæ aſſerunt, reſtitutis ſibi plenariè membris, ſcilicet oculis & lingua, divina virtute, ad prædictum Carolum Padenbornũ, ad præcipuum eccleſiæ protectorem venit in Franciam: qui eum ut decuit, cum omni reverentia & honore ſuſcepit. Et cum ipſo Romã accedens, injuriam dicti Pontificis & eccleſiæ ultus eſt, juſticia mediante. Annonius quoq; in Geſtis Francorum, magis copioſe ſcribens, dicit: Quòd poſtquã rex appropinquaret Beneventum, duodecimo lapide ab urbe Roma, Leo papa qui regem præceſſerat, cum magno equitatu occurrit eidem: ipſumque cùm eſſet Urbis patricius, cum ſumma humilitate & honore ſuſcepit prandenſque cum ipſo in loco prædicto, ut verbis utar hiſtoriæ. dominus papa ipſum cum ſua ſocietate præceſſit ad urbem. In craſtinum quoque in gradibus beati Petri ſtans, amicis obviàm venientibus, conclamarunt laudes. ipſe verò cum clero & epiſcopis equo deſcendentem regem, ad gradus eccleſiæ aſcendentem, dictaq; oratione in baſilica beati Petri, pſallentibus cunctis, introduxit. Et poſt ſeptem dies. cur Romam veniſſet, omnib. patefecit. Exinde, ad ea propter quæ venerat facienda, quotidie operam dedit. Et quãvis gravia crimina opponerentur ſummo Pontifici, tamen quia nullus extitit probator legitimus, idem ſummus Pontifex, co- B ram omni populo & annuente Rege in baſilica beati Petri apoſtoli, Evangelicam portans abſolutionem conſcendit: invocatoq; ſanctæ Trinitatis nomine, jurejurando objectis ſibi criminibus canonicè ſe purgavit, Aliæ hiſtoriæ addunt quod tres Cardinales, ſupra ſancta Dei Evangelia ponentes manus, affirmãtes oſtẽderint, eſſe falſa ipſi oppoſita. quæ quidem purgatio à toto clero & populo fuit ſolenniter approbata, & à dicto principe legitimè confirmata. Eadem die, ut ſcribit Annonius in geſtis Francorũ, quidã Abbas nomine Zacharias, cũ duobus monachis, uno de mõte Oliveti, alio de ſancto Saba in Oriente, Romã venit, quem patriarcha Hieroſolymitanus tranſmiſit. Qui ſepulchri Domini claves, Calvariæ loci, & civitatis Hieruſalẽ cũ vexillo detulerunt. Quos benignè ſuſcipiens, per aliquot dies ſecum cũ honore magno detinuit, humaneq; valdè tractavit. Deinde poſt aliquot dies, cũ muneribus magnis, & donis regiã majeſtatem decẽtibus, eos in Palæſtinam remiſit. Tradunt eędem hiſtoriæ, quòd ex illa legatione commotus Rex ad petitionem Conſtatini ſexti, tunc Imperatoris, cũ magno exercitu transfretavit, totãq; terrã Sanctã recuperavit: rege Perſarum aſſentiẽte, qui tenebat tunc in Palæſtina & tota Syria principatũ. Jãq; per totum Orientem fama celebris nomẽq; glorioſi Caroli percurrebat. Unde dictus rex Perſarum, qui monarchiam in Oriente tenebat, ejus habere gratiam & benevolentiam affectabat, & per ſolennes nũtios &

A cios & legatos preciuſa munera ei deſtinavit. Prædictus rex Carolus, ubiq; virtuuſus, terra ſancta recuperata, per Cōſtātinopolim Romā rediit, ibiquenativitatem Domini ſulenniter celebravit cū Leone, ipſa die celeberrima nativitatis Domini. Cum rex Carolus in miſſa, ante confeſſionem Petri ſurgeret ab oratiune devota, Leo papa ſolenniter urdinatis omnib⁹ ad tantam ſolennitatem neceſſariis, curunam imperialem capiti ejus impoſuit, & à cunctu populo Romano acclamatum eſt: CAROLU AUGUSTU À DEU CURONATO, MAGNU ET PACIFICO IMPERATURI, VITA ET VICTORIA DE COELU SIBI MINISTRETUR. Hāc ſiquidem coronationem, per Leonem papam, & imperialium laudū exclamationem, perpluximum omnes hiſtoriæ canuut. Sed puſt prædicta. more antiquorum principum, fuit ab omnibus univerſaliter adoratus. Et ablato Patricii nomine, IMPERATUR AUGUSTUS eſt ab umnibus appellatus. Rex autem prædictus Carolus, Rumanum imperium XXXIV. annis tenuit. Puſt dictam impetialem curonam, ipſum Imperaturē, Auguſtum, omnes annales, omuia geſta, umnesq; hiſtutiæ quæ de ipſu faciunt mentionem, ſine aliqua varietate deſcribunt.

QUantum autem roboris habuerit, aut firmitatis, quidve tunc per Romanam eccleſiam factum fuerit de Imperio, patet, & patere poteſt omnibus evidentet. Prædicta enim Imperii translatio facta per Eccleſiam, de Græ-
B cis in Francos, ex cauſis & ratiunibus antedictis, adeò valida eſt. quòd per ſeptem generationes, per ſeptem ſcilicet Imperatores, annis centum tribus duravit, & amplius. nec defeciſſet in ipſis monarchia Imperii, niſi virtus & devotiu erga ſanctam Romanam eccleſiam defeciſſet. Sed virtute ac devotione deficiente, defecit Impetium. Imperator autem Arnulphus ultimus de dicto genere, effœminatus & vilis fuit, & in defenſionem Eccleſiæ non ſulùm remiſſus & tepidus contra Berengariū tyrannum, qui tunc in Italia eccleſiam Dei impugnabat, & alios qui ipſam in multis partibus moleſtabant: ſed ipſemet erat Eccleſiæ ipſius perſecutor, ut Martinus Polonus epiſcupus Conſentinus ſcribit. In filiis enim Arnulphi prædicti genus Caroli omninu defecit ex impetio. Et cæpit dictus Betengarius in Italia dominari, & Dei Eccleſiam perſecutionibus ingētibus lacerare: quia dictus Berēgarius eccleſiam moleſtabat, tum quia eccleſiæ non verus paſtor, ſed mercenarius præerat, ſcilicet Juhannes filius Alberti tunc, ut tradit Richardus Cremonenſis epiſcopus, magnus hiſtoriarum ſcriptor.

Cardinales de cōmuni concordia, anno nativitatis Domini D CCCCL. ſcripſerunt Ottoni duci Saxoniæ, qui fuit vir magnæ potētię. nam in tota Germania dominabatur. Erat enim vir religioſus, fide catholicus, in cōſilio providus, in judicio juſtus, in cummiſſo fidelis, in rebus bellicis ſtrenuus, & univerſa morū honeſtate præclarus, erga Romanam eccleſiā cum omni veneratione devotus, ut Eccleſiā Dei, quę procellis impellētibus vacillabat, etiā adjuvāret. A Qui devotione promptiſſimus, ſigno crucis ſe muniens, magnum exercitū ſedulu ſtudio prēparavit: & in Italiā tranſiens, cum Berengario tyranno pugnavit: ejuſdemq; Berengarii exercitu victoriusè devicto, ipſum tyrannum occidit: & Romā pergens cuncilium Cardinalium cōgregavit, & de ipſu concilio papā vidēs incorrigibilem, monuit ut Papatui renunciaret. Quem induratum in caſtro ſancti Angeli violenter incluſit, ipſumque renunciare coëgit. Factus tunc eſt paſtur univerſalis eccleſiæ Leo octavus, qui maturè conſiderans beneficium collatū eccleſiæ, per prædictum Ottonem ducem Saxoniæ, eaſdem dignitates Ottoni conceſſit, quas Carolu contulerat Adrianus, factā Synodo, clero & pupulu cōngregatis, ut patet 61. d. c. in ſynodo, Inſuper ipſum Imperatorē conſtituit, nulla præcedente electione, quæ poſtea à XLI. annis inſtituta fuit. Et ſic facta eſt translatiu de Gallicis in Germanos. Patet ergo quòd circa ordinatiunem imperii, habet papa maximam puteſtatem, ut habuit. ſiquidem hic Otto primus, ex ordinatione eccleſiæ pacificè imperium habuit: etiam ſucceſſivè filius & nepus, qni etiam erga eccleſiam devotiſſimi extiterunt, ut de Ottone prædicto patet LXIII. d. c. Tibi domine. Patet igitur diſpoſitiunē & ordinationē ſummi Pontificis circa prædictus imperatures fuiſſe legitimam: quia pro buno quaſi, & ſtatu fidei, & univerſalis eccleſiæ, ad qnæ ſummus Puntifex præcipuè debet intendere: qnia ſua intereſt, non tantum ex collatiune impetialium jurium, quantum ex præminentia ſtatus, quæ declaratur maniſeſtè in c. Solute. de majo. & obe. B

POſt hoc mortuo Ottune tertiu ſine filiis, Gregorius quint⁹, natiune Theutonicus, de parētela Ottonis, in ſummū pontificē aſſumitur. Cujus pontificis tēpore, Electores Imperatutis inſtituuntur ſeptē, ſcilicet principes Alemanię, tres pręlati, & quatuur laici, ut Martinus ſcribit. Quia igitur prædicti tres Ottones ſucceſſivè, & quaſi hæreditario jute obtinuerūt imperiū, per Gregorium papam quintum eſt proviſum, & utiliter ordinatū, ut tantæ ſublimitatis ordinatio, quę nō debetur ſanguini, ſed virtuti, nō pet viā ſucceſſionis, ſed electionē procederet: ut eligeretur dign⁹, & nō nobilitantū, ſed digniſſimo dunaretur. Fuit igitur per dictum pontificem inſtitutū, ut ſeptē ꝓceres officiales, Imperatorē regem Romanū eligerent, & per ſummum Puntificem cunfirmandum, & imperiali diademate coronandū. Quorum ſunt tres Prælati, qui ſunt Imperii cancellarii: ſcilicet Archiepiſcopus Coloniēſis, qui eſt Italiæ: Archiepiſcopus Treverēſis, qui eſt Galliæ: & Archiepiſcopus Moguntinenſis, qui eſt Germaniæ Et quatuur Barones, qui imperialib. ſerviunt: Marchiu Brandenburgenſis, qui eſt cametatius Imperatoris: Comes Palatinus, qui eſt dapifer: Dux Saxuniæ, qui eſt portitor enſis: & Rex Bohemiæ, qui eſt pincerna Imperaturis. Quæ ordinatio facta fuit anno Domini M. IV. ut geſta Germanorum manifeſtè declarant.

Ex

A EX prædictis igitur evidenter apparet, per Stephanum papam ſecundum, tempore Pipini Regis ordinationem prædictã de translatione de Græcis in Francos, ex cauſis & probationibus ſuprà declaratis factam, ut notatur de elect. Venerabilem. Et primum Carolum Magnum diſpoſitorem Romanæ eccleſiæ, & Romani Pontificis electorem, & Romanæ urbis Patricium ordinatum, ut LXIII. diſt. Adrianus. Sed per Leonem tertium translationem realiter factam, de principib. Græcis in Francos, ut notatur de elect. Venerabilem. ubi expreſsè ſcribitur, quod à Leone tertio Carolus magnus imperator extitit coronatus: & poſtmodum proceſſu temporis, per multas revolutiones annorum, translationem imperii juſta de cauſa factam eſſe per Leonem octavũ de Gallicis in Germanos, ac poſtmodum per Gregorium quintum, electionem Romani imperii ſeptem principibus Alemaniæ prædictis fuiſſe conceſſam, qui uſque ad moderna tempora regem Romanorum eligunt, per Romanum pontificem coronandum. Sic ergo regnum mundi translatum eſt ad Germanos, vel Theutonicos, qui & regimen hactenus habuerunt. De conſec. diſt. 5. c. In die. Nec eſt imperium jam modo apud Græcos, licet largo vocabulo Imperator vocetur, de Majo. c. Solitæ. Sed nec regimẽ nec imperium habere poſſunt, nunc præcipuè ex quo extra gremium ſanctæ matris eccleſiæ poſiti ſunt, ut XXIV. q. c. Si illud. Imperator ſiquidem iſte Romanus, ſuper omnes reges eſt, ut VII. q. 1. In apibus. His regibus exceptis duntaxat qui per privilegia & cõſuetudinem ſunt exempti. Omnes ſiquidem nationes ſubjectæ ſunt ut XI. q. 1. Si quis & VIII. diſt. c. Quo jure ipſe dominus mundi eſt. ff. ad L. Ro. De jact. L. Deprecatio. A

FINIS.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO SVO BALDEVINO, SANCTÆ TREVI-

tenſis eccleſiæ Archiepiſcopo, ſacri Imperii per Galliam Archicancellario, LUPOLDUS DE BABENBERG, ſola Dei patientia Decretorum D. vocatus, ſuus devotus clericus, cum recommendatione ſui perpetuam ſoſpitatem.

B *CVm inter omnes Principes eccleſiaſticos & ſeculares Germaniæ, ac etiam Galliæ Belgicæ, cuius primas eſtis, ut legitur in c. 11. q. 3. Tengaldũ vas ſacri Romani regni & imperii præcipuum, experientia docente cognoverim zelatorem, exemplum hoc recolendæ memoriæ domini Henrici, Romanorum Imperatoris, qui regni & imperii zelator ac perſecutor ardẽtiſſimus extitit, laudabiliter imitando. Idcirco tractatum infrà ſcriptum de eiuſdem regni & imperii iuribus, poſt tempus ipſius translationis Imperii de Græcis Imperatorib. ad reges Francorum, & ad Germanos in perſona Caroli Magni facta, à mea parvitate collectum, Venerande pater, veſtræ paternitati duxi ſpecialiter aſcribendum. Quem etſi correctioni meorum majorum ac cujuslibet melius me ſentientis, ipſum tamen in omnib. & in ſingulis capitulis & dictis ſuis, tanto ſingularius ejuſdem veſtræ paternitatis correctioni, nec non ſuppletioni ac emendationi ſubmitto, quanto vos prætextu dicti zeli noticiam jurium hujuſmodi habere præſumo cæteris pleniorem: profitens me circa eadem jura regni & imperii tenere, quod veſtra paternitatis circumſpectio approbat: & non tenere, quod decreverit reprobandum: ut ſi tractatus iſte reprobatur, primitus ſit reprobandus in ipſis per veſtrã reprobationem: & impartita eidem autoritate veſtra, veſter per omnia cenſeatur. ut C. de vet. jur. enucl. l. 1. §. ſed neq;. ext. de præb. c. ſed cum. & ext. ſi apoſtolicè. lib. ſexto.*

Præſens autem tractatus, præmiſſo brevi proœmio, per 19. infrà ſcripta Capitula eſt diſtinctus.

I. *Et primo Capitulo agitur de origine & initiis regni Francorum, & de translatione imperii Romani de Græcis imperatoribus ad reges Francorũ, in perſona Caroli Magni facta.* B

II. *In ſecundo Capitulo tractatur de diviſione Regni & Imperii Francorum, & de diverſis ſtatibus & variationibus: à tempore translationis Imperii, uſq; ad præſens tempus, in Regno & Imperio habitis.*

III. *In tertio Capitulo agitur, quòd Imperium Romanum fuit translatum de Græcis Imperatoribus in perſonam Caroli Magni, ad reges Francorũ, & non minus etiam ad Germanos: & quòd non per Stephanum papam ſecundum, ſed per Leonem papam tertium, translatio hujuſmodi fuit facta. In quo Capitulo incidenter Franci Germanici commendantur: & oſtenditur, quòd regnum & Imperium Romanum hodierno die principaliùs eſt ipſorum.*

IV. *In quarto Capitulo expenditur, quis ſit aut fuerit effectus translationis Imperii, & quæ ſint cauſa ſeu cauſæ translationis eiuſdem.*

V. *In quinto Capitulo probatur, quòd electus in regem ſeu Imperatorem Romanorum à principibus electorib. in concordia, poteſt ex ipſa electione licitè nomen regis aſſumere, ac jura & bona regni & Imperii in Italia & in aliis provinciis regno & Imperio ſubjectis adminiſtrare. Et poteſt eſſe primus articulus ſuper iurib. regni & imperii cõceptus. In quo Capitulo incidenter oſtenditur, quod regnum Germaniæ habet ſe ut principale, reſpectu regni Italiæ: & illud ut acceſſorium, reſpectu dicti regni Germaniæ. Et aſſignatur cauſa, quare electus à principibus rex Romanorum appellatur: Et qualiter poſt diviſionem regni Francorum, regnum Lo-*

A gnum Lotharienſe ſeu Lotharii ſitum inter Rhenum & Moſam fluvios, pervenerit ad reges Germaniæ, ibidem etiam incidenter tractatur.

VI. In ſexto Capitulo tractatur, quòd electus in regem ſeu in Imp. à principibus, etiam in diſcordia, dummodo ſit electus à majori parte ipſorum, poteſt ex tali electione licitè nomen regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperii in provinciis ſubjectis regno & imperio adminiſtrare. & eſt ſecundus articulus, in quo Capitulo incidenter reprobatur opinio Hoſtienſis, quæ habet: quòd electio regis ſeu Imperatoris pertineat ad principes ut ſingulares perſonas, & non ut ad collegium.

VII. In ſeptimo Capitulo probatur, quòd rex Romanorum poſt electionem concordem, vel à majori parte factam, habet eandem poteſtatem in Italia, & in cæteris provinciis regno & Imperio ſubjectis, quam & Imperator. Et eſt tertius articulus. In quo capitulo incidenter ponitur opinio multorum dicentium, quod rex Galliæ occidentalis, qui hodie rex Franciæ ſeu Francorum nuncupatur, ſit exemptus ab imperio: & aliqua motiva ejuſdem opinionis tanguntur, ipſiusq́; determinatio majoribus reſervatur. Ibidem etiam incidenter tractatur de duplici Francia, & unde qualibet ipſarum ſic vocetur.

VIII. In octavo Capitulo probatur, quòd electus in regem ſeu Imperatorem, poſt electionem concordem principum, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, à papa ſeu eccleſia Romana nominationem regiam, vel papæ approbationem petere vel recipere non tenetur. Et eſt quartus articulus. In quo

B Capitulo incidenter notantur ſex cauſæ, quare eſt ſpecialis quædam conjunctio inter papam & Imperatorem.

IX. In nono Capitulo probat, quòd juramentum quod præſtat rex Romanorum papæ, ſeu eccleſiæ Romanæ, non eſt juramentum homagii, ſcilicet quod vaſallus præſtat domino ſuo ratione feudi: ſed eſt juramentum defenſionis fidelis, per ipſum, papæ & eccleſiæ Romanæ impendendæ. Et eſt quintus articulus. In quo Capitulo incidenter recitantur opiniones de juriſdictionibus, eccleſiaſtica ſcilicet & ſeculari, an ſint diſtinctæ vel non: ipſarumq́; opinionum determinatio majoribus reſervatur.

X. In decimo Capitulo duæ oppoſitiones contra primum & ſecundum articulos præmiſſos adducuntur, & ſolvuntur.

XI. In undecimo Capitulo ponuntur duæ oppoſitiones contra prædictum tertium articulum, & ſolvuntur.

XII. In duodecimo Capitulo ponuntur octo oppoſitiones contra prædictum quartum articulum, & ſolvuntur.

XIII. In tredecimo articulo formantur quatuor oppoſitiones contra quintū articulum præmiſſum, & ſolvuntur.

XIV. In quartodecimo articulo probatur, quòd per ſubmiſſiones vel recognitiones regum Romanorum papæ & eccleſiæ Romanæ factas, non præjudicant regno & imperio in ſuis juribus, quo minus principes electores, & alii principes & populus regni & imperii poſſint contradicere, ipſorumq́; contradictio ſit admittenda.

XV. In quintodecimo articulo oſtenditur, quòd in regnis Occidentalibus ex conſuetudine tanti temporis, cujus contrarii non eſt memoria, poteſt habere locum ſucceſſio generis: & qualiter reges poſſunt ex conſuetudine in ſuis regnis merum & miſtum imperium exercere. A

XVI. In ſextodecimo Capitulo declaratur, quòd rex Romanorum non ex unctione & coronatione imperiali, ſed poſt ipſas receptas, virtute tranſlationis imperii de Græcis in perſonam Caroli Magni, cōſequitur poteſtatem imperialem in regnis & provinciis duntaxat, quæ non erant ſub dominio ejuſdem Caroli, ante tempus tranſlationis prædictæ: finaliter tamen majoribus hujus dicti dubii determinatio reſervatur.

XVII. In decimoſeptimo Capitulo expeditur, qualiter populus regni Francorum potuerit Hildericum regem à regno Francorum deſtituere, cū fuerit major populo, nec autoritas Imperatoris intervenerit.

XVIII. In decimooctavo oſtenditur, quòd Carolus Magnus Italiam & multas alias provincias per bella licitè acquiſivit, non obſtante quod bella hujuſmodi geſſerit abſque autoritate Imperatoris Conſtantinopolitani Græcorum.

XIX. In decimonono verò & ultimo Capitulo hic tractatus domino Baldevino archiepiſcopo Trevirenſi offertur, & duo motiva compilationis ejuſdem tractatus ſubjunguntur, ipſiusq́; inſufficientia excuſatur: demum correctio & emendatio ejus per ordinem dicti D. archiepiſcop. fieri petitur, & quicquid eſt veritatis in eo, Deo attribuitur.

Ad inveniendum verò facilius omnes materias, de quibus pro ſolutione oppoſitionū in hoc tractatu factarum, aliquid loqui neceſſe habui, ſciendum eſt, in decimo Capitulo prædicto, in prima oppoſitione ibidem facta oſtenditur, quæ & qualis examinatio perſonæ regis Romanorum pertineat ad papam, & ad eccleſiam Romanam, & quæ idoneitas ſufficiat in perſona regis Romanorum, ad Imperium promovenda. Circa ſecundam autem oppoſitionem in dicto Capitulo poſitam, reprobatur opinio, quòd electus in regem Romanorum, ex coronatione Aquiſgrani per archiepiſcopum Colonienſem habita, recipiat poteſtatem & autoritatem adminiſtrandi jura & bona regni & Imperii, etiam poſito quòd de conſuetudine non admitteretur ad adminiſtrationem hujuſmodi, ante dictam coronationem: & aſſignatur cauſa, quare electus hujuſmodi recipiat coronationes regales, ante coronationem imperialem. B

Item in XI. Capitulo, circa primam oppoſitionem ibi factam oſtenditur, quòd rex Romanorum ante coronationem imperialem poteſt privilegia concedere.

Circa ſecundam verò oppoſitionē in eodem Capitulo poſitam declaratur, quòd unctio & coronatio addat ultimum nomen Imperatoris: ſeu potius quòd rex poſt unctionem & coronationem imperialem, virtute tranſlationis imperii conſequatur. Et ejus, quod circa hoc ibi dicetur, determinatio majoribus reſervatur.

Item in XII. Capitulo, circa primam oppoſitionem ibi factam, oſtenditur, quòd nominatio regis Romanorum per papam habita, nihil omnino juris tribuit nominato.

Circa ſecundam verò oppoſitionem ibidem factam declaratur, quòd quando dubium juris vel

facti

A *facti emergit in diſcordi electione regum Romanorum, quòd papa poteſt id decidere, cognoſcende de hoc, & quare & qualiter tunc poſſit unum approbare, reliquo reprobato: & quòd approbatio quondam Henrici Imperatoris ſeptimi, & approbatio vel aſſumptio quondam Alberti regis Rom. fuerunt potius de ſolennitate quàm de juris neceſſitate per eccleſiam facta.*

Circa tertiam oppoſitionem Capitulo X. oſtenditur, qualiter ſit intelligendum id quod dicitur, jus & poteſtatem eligendi regem Romanorum in Imperatorem poſtmodum promovendum, perveniſſe ab eccleſia Romana ad cæteros Germaniæ principes.

Circa quartã oppoſitionem dicti Capituli probatur, quòd papa coronando Imperatorem, dicitur eum approbare, ſeu confirmare, quoad ea quæ poſt unctionem & coronationem hujuſmodi aſſequitur.

Circa quintam oppoſitionem prædicti Capituli XII. enucleatur, qua fretus autoritate Papa trãſtulerit imperium de Græcis in perſonã Caroli Magni. Et quòd ex translatione hujuſmodi Papa non habet approbare perſonam electi in regem ſeu Romanorum Imperatorem.

Circa ſextam oppoſitionem dicti capituli explicatur, quando & quo jure depoſitio Imperatoris pertineat ad Papam.

Circa ſeptimam oppoſitionem ejuſdem XII. capituli oſtenditur, qualiter ſit intelligendũ id quod dicitur in Canone, quòd videlicet papa regẽ Francorum depoſuit, & Pipinum patrem Caroli Magni in ejus locum ſubſtituit.

B *Circa octavam autem & ultimam oppoſitionẽ dicti capituli declaratur, quòd papa nõ habet majorem poteſtatem circa imperium in Italia, quàm in aliis provinciis regni & imperii Romanorum.*

Item in XIII. capitulo prædicto, circa primam oppoſitionem, ibidem ſtatim recitantur variæ opiniones circa donationem Conſtantini Magni, eccleſiæ Romanæ in perſonam beati Sylveſtri papæ factam, quarũ determinatio majorib. reſervatur.

Circa ſecundam oppoſitionem ejuſdem capituli declaratur, qualiter ſit intelligendum, quòd Innocentius & Hoſtienſis dicunt, Imperatorem tenere imperium à papa.

Circa tertiam oppoſitionem dicti capituli dicitur, qualiter intelligendus ſit Canon dicens, regimẽ Romanæ eccleſiæ conceſſum eſſe Teutonicis.

Circa quartam & ultimam oppoſitionem in eodem capitulo poſitam oſtenditur, qualiter ſit intelligendum dictum Hoſtienſis, qui dicit, quòd Imperator eſt feudatarius eccleſiæ Romanæ.

INCIPIT PROOEMIVM TRActans de iuribus regni & imperii Romani.

DE ſacri regni & imperii Romanorum juribus, à tempore & poſt tempus translationis ipſius imperii de Græcis Imperatoribus, in perſona Caroli Magni ad reges Francorum, & inde ad Germanos per ſacroſanctam Romanam eccleſiam factam, ſecundùm mei mediocritatem ingenii, prout annuerit divina clementia, tractaturus: priùs de origine ac initiis nobiliſſimi regni Francorum, ac de translatione hujuſmodi, aliqua præmittere utile judicavi, arbitrans fore inconveniens, omiſſis initiis atq; origine non repetita, de regni & imperii juribus, illotis (ut ita dicam) manibus, protinus tractare materiam, prout legitur ff. de orig. jur. l. 1. Sæpè namq; longinquitate ſit temporis, ut proprietas ſeu conditio originis non pateſiat, 12. q. 2. c. longinquitate. & can. Sæpè. Hujus autem tractatus ſcripta correctioni majorum meorum. & cujuslibet melius ſentientis ſubjicio ut per hoc pateat me reprehendi nõ poſſe, 24. q. 1. hæc eſt fides: & ext. de ſum. trinit. & fide catholic. cap. damnamus. juxta finem. A

Cap. I.

DE ORIGINE ET INITIIS regni Francorum, & de translatione imperii Romanorum de Græcis Imperatoribus ad reges Francorum, in perſonam Caroli Magni facta.

LEgitur itaq; in Chronicis Euſebii in ea parte, ubi agitur de geſtis Valentiniani Imperatoris, ubi plenè proſequitur Euſebius de origine gentis & regum Francorum, quòd poſt excidium Trojæ, illo tempore quo Aeneas in Italiam venit, quidam ex Trojanis ſimili modo profugi, ad Mæotidas paludes applicuerunt: ibiq; conſidentes, terminos ſuos uſq; in Pannoniam dilataverunt civitatem Sicambram ædificantes, unde Sicambri primùm vocati ſunt. Tempore verò quo Alani Mæotidas paludes intraverunt. & Romanis rebellàrunt, idẽ Valentinianus Imperator, qui (ut refert Euſebius B in dicta Chronica) regnare cœpit anno Domini trecenteſimo ſexageſimoſeptimo: edictum protulit, ut gens quæ Alanos intrando dictas paludes vinceret, per decem annos proximos libera eſſet ab omni tributo. Tunc quidã de Sicambria pugnaverunt contra eoſdem Alanos, habitaq; victoria ejecerunt eos: & pro hac victoria per decennium facti ſunt liberi à tributo, & à Valentiniano Franci (quod Attica ſeu Græca lingua idem eſt quod feroces, duri ac fortes, prout dicit dicta Chronica Euſebii: ſecundùm verò linguã Romanam idem eſt quod liberi) perpetuò ſunt vocati. Expleto verò decennio, dum Valentinianus à Francis ſolita tributa peteret: illi ut erant feroces, tributa ſolvere renuerunt, & miſſos pro exigendis tributis hujuſmodi occiderunt. Fuerunt autem inter eos tunc duo principes antiquorum vocabulorum preferentes inſignia, Priamus & Antenor. Propter quod Imperator juſſit exercitũ Romanũ cum multis exteris gentibus pugnare contra eos: & pugna commiſſa, in qua dictus Priamus mortuus eſt, & ex utraq; parte multi mortui fuerunt: tandem Franci tantã multitudinem ſuſtinere nõ valentes, fugerunt. Egreſſi autem de Sicambria. venerunt in terram Germaniæ, habitaveruntque aliquo tempore in Thuringia ſub duobus ducibus ſuis, ſcilicet Marcomede filio dicti Priami, & Sunone filio Antenoris prædicti: quorum etiã ductu, ut refert frater Vincentius in ſuo Speculo hiſtoriali, libro decimoſeptimo, capite nonageſimo-

Digitized by Google

A quinto: iidem Franci Sicambria egreſsi. tempore imperii Gratiani Imperatoris, ſecus Rhenum in oppidis Germaniæ conſederunt, & cnmpoſitas leges habere cœperunt à Salagaſto: ab illo autem lex Salica nomen accepit. Et de hac lege Salica fit mentio in libris Feudorum, de filiis nat. ex matrimonio ad morganaticam contracto, capit. unico: & 12. q. c. in legibus, in prima gloſſa. qua etiã lege per multa tempora uſi ſunt Franci: unde & ipſi Franci, Salici appellantur. Poſt hoc Franci è Thuringia Rhenũ tranſgreſsi, Romanos qui eo tempote per ſuos magiſtratus uſq; ad Ligerim fluvium imperabant, bello aggreſsi partim ipſos occiderunt, partim etiam fugaverunt: ſicq; illaram ſibi à Romanis injuriam acriter vindicabant. Poſtea captis urbibus Tornaco & Cameraco, paulatim progreſsi & regreſsi, Remos, Sueſſionam, Aurelianum, & Coloniam, quæ tunc dicebatur Agrippina, & Treverim, ac poſtremò totam Galliam & Germaniam ab Aquitania uſque in Bavariam, ſibi vendicant atque ſubjiciunt. Et hi qui Teutonicis cõmiſti ſunt, proprio vocabulo Franci: qui verò per connubia Gallica ſnnt prngeniti, proprio vocabulo Francigenæ ſunt appellati. In præmiſſis ſatis cnncordant hiſtoria Francorum & Chronica Godfridi Viterbienſis, quondam Imperialis curiæ Capellani & notarii: ſalvo quòd in dicta Chronica Godfridi narratur, quòd Trojani prædicti, qui primò Sicambri, poſtea Franci appellati ſunt, poſtquam occupaverunt Ger-
B maniam, ad edictum Imperatoris prædicti Valentiniani vicerunt Alanos, inter dictas paludes Mæotidas receptos: & quòd poſt hæc, pugna contra eos qui tributa ſolvere recuſabant cnmmiſſa, in partes Thuringiæ ſe contulerũt. Sed Chronica prædicta Euſebii refert, ut ex jam dictis apparet, quòd demum poſt dictam pugnam commiſſam Franci venerunt in Germaniã, & habitabant aliquo tempore in Thuringia. Quid autem in his verius ſit, lectoris judicio relinquo: probabilius autem videtur in hoc, dictum Chronicæ Euſebii. Non eſt enim veriſimile, quòd dicti Franci de Germania iverint pro expugnandis Alanis ad partes tam remotas, ſcilicet ad paludes Mæotidas: quæ, ut ſcribitur in libro 15. de proprietatibus rerum, ſunt in principio Europæ, ac in confiniis Aſiæ conſtitutæ. Sciendum tamen eſt, ut refert Euſebius in ſua Chronica, quòd quidam dicebant, quòd Aeneas & Phryges, qui regnavit in Phrygia, fratres erant: de quo fuit progenies egreſſa, quæ per multas regiones vagando cum uxoribus & liberis, elegit ſibi regẽ ex ſe Francionem nomine: & dum cum pluribus gentibus pugnaſſet dirigens iter ſuum in Europam, inter Rhenum & Danubium conſedit. & ex illo Francione Francos vocari putãt. Et in hac contrarietate originis & nominis Francorum, aſſertionem priorum, cùm ſit à pluribus approbata Chronographis, puto ſequendam. Regnavit autem primus rex Francorum Pharamundus anno C. quadringenteſimo vigeſimo ſexto, ut patet in dicta Chronica Euſebii, in Capitulo de geſtis Honorii Imperatoris. Et A ex tunc Germani Franci vocabantur, ut patet ibidem in titulo ſequenti. Fuit autem idem Pharamundus à Francis electus in regem, ſub anno Domini 420. ut capite 11. continetur. Poſt hoc verò regnavit filius ejus Clodoveus, qui ſub anno Domini 433. tempore Imperii Theodoſii, ſecundò Rhenum tranſiens, incepit ſibi Galliam ſubjugare, ut in Speculo hiſtoriali, lib. 21. cap. 2. plenius continetur. Cui ſucceſſit Meroveus, à quo reges Francorum Merovingi vocati ſunt: & ſic deinceps de illo genere regnaverunt reges Francorum, quorum nomina in eadem Chronica Euſebii per ordinem deſcribuntur uſque ad tempora Hilderici regis, qui ultimus erat de antiquo genere regum Francorum, qui fuit à regno depoſitus, & Pipinus pater Caroli Magni ſubſtitutus eidem, ut de hoc legitur & notatur 15. qu. 6. alius de quo facto etiam infrà in Capitulo duodecimo, in ſeptima expoſitione plenè dicetur. Hoc autem regnum Francorum, quod, ut præmiſſum eſt, protendebatur ab Aquitania uſque in Bavariam, idem Carolus præ omnibus aliis auxit, ac nobilius ſublimavit. Nam ipſe dicto regno Francorum, quod ex prima ſucceſſione juxta morem aliorum regũ Occidentalium habuit, Saxoniam, Britanniã, Gaſconiam, terras Hunnorum, qui tunc Pannoniam incolebant, etiã Schlavorum, ac plures alias provincias & terras, propter tyrannides, quas reges & principes illarum terrarum & provinciarum contra Chriſti eccleſias & B Chriſtianos exercebant, bello licito ſubjugavit: ut in dictis Chronicis, ac in geſtis ejuſdem Caroli per multos Hiſtoriographos ſcriptis, plenius continetur. Poſt hoc verò ſubjugatis provinciis, & terris hujuſmodi, idem Carolus precibus Adriani papæ primi inductus, ad compeſcendam tyrannidem Deſiderii regis Longobardorum, quam contra Eccleſiam Romanam, aliasque diu eccleſias exercebat, ſub anno Domini 7*3 Italiam intravit, & eundem regem in civitate Papiæ, ubi erat ſedes regni, cæpit: de quo facto etiam loquitur Canon 63 diſtinction. Adrianus. 2. & 22 qu. 8. c. hortatu. Et tunc, poſtquam ipſe Carolus ad deditionem dictam civitatem compulit, cæteræ civitates Italiæ eam ſecutæ, dicti regis Caroli poteſtati ſe tradiderunt, qui filium ſuum Pipinum eidem præpoſuit Italiæ ſubjugatæ. Ejuſdem etiam Adriani papæ tempore Carolus factus per ipſum cum ſancta ſynodo Romæ habita Patricius Romanorum, ut patet etiam ex dicto canone Adrianus. Deinde verò poſt plures annos, ſcilicet ſub anno Domini 798. quidam Romani, ea quæ ſunt imperialis poteſtatis vindicare volentes, dum Leo papa tertius ſucceſſor Adriani prædicti, eis in hoc reſiſteret, atque cum Letaniis in die ſancti Marci ad eccleſiam ſancti Marci pergeret: iidem Romani ſeditione mota ipſum oculis ſibi erutis, & amputata lingua, cæperunt: ſed Deus omnipotens viſum ſibi reddidit, & loquelã. Pòſt dictus Carolus pro atrociſſima injuria hujuſmodi,

A modi vindicanda Romam veniens, dum in ſanctiſſima die Natalis Domini, anno Domini ejuſdem in Eccleſia ſancti Petri ab oratione ſurgeret, Leo papa prædictus, coronam imperialem capiti ejus impoſuit, & à cuncto populo Rom. tunc acclamatum eſt: CAROLO AUGUSTO à DOMINO CORONATO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM VITA ET VICTORIA Poſt quas laudes unctus eſt ab Apoſtolico, & ablato Patricii nomine Imperatot & Auguſtus appellatus eſt. Sicq; Romanum imperium quod à temporibus Cõſtantini Magni Helenæ filii apnd Conſtantinopolim in Gtæcotum Imperatoribus manſit, ex hoc jam ad reges, imò Imperatores Francorum tranſiit: ptout hæc omnia partim ex prædictis Chronicis, & partim ex dicta Francorũ hiſtoria, & omnia ex Speculo hiſtoriali lib. 24. cap ultimo, in fine libri vigeſimiprimi, capite primo, in principio colliguntur. Qualiter autem ex hoc etiam traoſierit ad Germanos, iofrà in Capite tertio plenè dicam.

CAP. II.

DE DIVISIONE REGNI ET IMperii Francorum, & de diverſis ſtatibus & variationibus à tempore tranſlationis Imperii, uſque ad præſens tempus in regno & imperio habitis.

VIſo de initiis & otigioe regni Francorum, & de tranſlatione imperii de Græcis in perſonam Caroli Magni ad reges Francorum: adhnc B de ejuſdem regni & imperii diviſione, & aliis diverſis ſtatibus & variationibus à tempore dictæ tranſlationis, uſque ad hæc tempora in eodem regno & imperio habitis, quædam pro clariori evidentia dicendorum præmittenda fore utile judicavi. Sciendum itaq; eſt, quòd idem Carolus Magnus, dum morbo & ſenectute gravaretur, congregatis ſolenniter Aquiſgrani proceribus de toto regno Francorũ, Ludovicum filium ſuum Aquitaoiæ regem, cunctorum conſilio conſortem ſibi totius regni, & Imperialis nominis hæredem. ſub anno Domini 814. conſtituit: impoſitoque capiti ejus diademate, Imperatorem & Auguſtũ appellari juſſit: Bernatdum verò nepotem, filium Pipini filii ſui, Italiæ pręfecit, & regem appellari juſſit. Poſt hæc idem Ludovicus, qui Pius eſt cognominatus, mortuo patre ſuo, ſcilicet Carulo Magno, indicto generali conventu Aquiſgrani, ſub anoo Domini 8 t7. habens filium ſuum primogenitum Lotharium nomine, nominis atque imperii ſui conſortem conſtituit: & cæteros reges appellatos, unum Aquitaniæ, ſcilicet Pipinum, alterum Bavariæ, ſcilicet Ludovicum, præfecit. Et hi tres filii ex prima ſua uxore Imengarde nati ſunt. Quarto vero filio, ſcilicet Carolo, ex ſecunda ejus uxore, ſcilicet Judith nato, Alemanniam, Rhetiam & Burgundiam poſt hæc conceſſit, cæteris fratribus ſuper hoc iodignantibus. Mortuus autem fuit Pipinus prædictus. adhuc patre ejus Ludovico vivente, relinquens filium Pipinum nomine, prout hæc in Chronicis Euſebii, & hiſtoria ſeu Chronicis Francorũ clarè, A ac de verbo ad verbũ ſic ſcripta leguntur. Idem verò Lotharius poſt mortem Ludovici Imperaturis ſcilicet patris ſui prædicti, aſſumpto ſibi Pipino jam dicto filio fratris ſui Pipini, cum Ludovico & Carolo pręդictis ſuis fratribus occaſione diſcordiæ inter ipſos ſuper diviſione regni Francorum ſubortæ, ſub anno Domini 841. apud pagũ Antiſſiodorum in loco qui dicitur Fentanith, bellum graviſſimũ commiſit: in quo bello ita Francorũ vites attenuatæ ſunt, ut nõ modò ad amplificandos regni ſui terminos, verumetiã ad proprios tuendos vix ſufficerent: tamen Ludovicus & Carolus non ſine gtavi diſpendio ſuo vicerunt ſecundùm hiſtoriam Francorũ, cui concordat pręդicta Chronica Godfridi. Chtonica verò Euſebii tefert, quòd à neutra parte fuerit triumphatum. Poſt hoc autem bellum ſupradicti fratres inter ſe pacificati, regnum & imperium Francorũ ſub anno Domini 842. diviſerunt hoc modo. Carolus habuit regnum Occidentale Francorũ, à Britannico mari uſq; ad Moſam fluvium & vocatus fuit rex Galliæ Iſte habuit tres filios, ut infrà dicetur. Ludovicus habuit Orientale regnum Francorum, ſcilicet totam Germaniam, uſq; ad Rheni fluenta, & nonnullas civitates cum adjacentibus pagis trans Rhenum. & vocatus eſt rex Germaniæ. Et intellige Germaniã, Pannonia, Bohemia & Moravia incluſis: ut ex inferiùs dicendis, ubi dicetur de diviſione regni Germanici apparebit. Lotharius verò primogenitus, Imperator appellatur: & à Moſa B uſq; ad Rhenum fluvium Belgicam Galliam, quaſi medius inter iſtos duos incedens, ſortitus eſt quæ uſq; hodie Lotharingia ex ejus nomine ſolita eſt appellari: & præter hanc, omnia regna Italiæ cum urbe Romana. Sed Pipino prædicto filio fratris ipſorum Aquitania ceſſit: ptout hæc omnia partim ex Chtonicis Euſebii & Godfridi, & partim ex hiſtoria Francorum prædictis colliguntur.

Poſt hæc verò Lotharius Imperator prædictus, cõvocatis primatibus regni, filio ſuo Ludovico ſub anno Domini 860. Italiã tradidit, & Imperatorem conſtitnit (unde etiam ipſe cum filio ſuo Ludovico ſecundo prędicto aliquandiu tenuit Imperium) & hoc ultimum probatur etiam ex canonib 63. diſt. Reatina. in ſuperſcriptione: Lothario verò filio ſuo regnũ Lothatienſe. quod ex nomine ſuo ita vocatur, conceſſit, de quo regno etiã habetur 63. diſt. c. porrò. Et de hoc Lothario rege multi Canones loquuntur, ut patet 2. q. 1. quæ Lotharius, & c. ſcelus. & 11. q. 3. c præcipuè. & c. Teugaldum, cum multis ſimilibus. Alteri verò, ſcilicet Carolo provinciam largitus eſt. Poſt hoc, mortuo prędicto Ludovico ſecundo, Carolus rex Galliæ prędictus imperium obtinuit. Poſt cujus mortem Carolus tertius, filius Ludovici fratris jam dicti Caroli mortui, regnũ Germaniæ obtinuit, atq; Italiam cum imperio. Qui Ludovicus rex Germaniæ tres habuit filios præſtantiſſimæ indolis, ſcilicet Carolomannum primogenitum, Ludovicum, & Carolum jam

A dictum: qui tres poſt mortem patris regnum paternum, ut plenè patet ex hiſtoria Francorũ prędicta, anno Domini 877. diviſerunt in tres partes: quorum primus, videlicet Carolomannus, ſortitus eſt Bavariam, Pannoniam, Carinthiam, & regna Schlavorum, Bohemenſium & Moravenſium, & appellabatur rex Bavariæ: Ludovicus orientalem Franciam, Thuringiã, Saxoniam, Friſiam, & partem regni Lotharii, & vocatus eſt rex Oſtrofranciæ. Sed Carolo Alemannia, quæ hodie Suevia nuncupatur, in partem ceſſit, & aliquæ civitates ex regno Lotharii, & vocatus eſt rex Alemanniæ. Et hic factus eſt Imperator poſt mortem Caroli Imperatoris ſecuudi, ut jam dixi. Et poſt hunc Carolum tertium, Arnulphus filius Carolomanni regis Bavariæ prædicti, regnum totius Germaniæ (quia Carolus tertius, & Ludovicus rex Orientalis Franciæ, ſcilicet frater ipſius Caroli, ſine liberis deceſſerunt) obtinuit unà cum Italia & Imperio. Poſt cujus Arnulphi mortem, Ludovicus tertius filius ſuus, dictum regnum Germaniæ obtinuit ex paterna ſucceſſione Hujus verò Ludovici tertii tempore defecit Italia à ſocietate regni Germaniæ. cœpit enim, ut plenè patet in Chronicis Martini, dividi Imperium ipſius tempore. Quidam enim in Italia de facto tantùm, & quidam tantùm in Germania imperabant ſeu regebant. In quibus Chronicis enumerantur nmues qui in Italia à tempore dicti Ludovici, uſq; ad tempora Otthonis primi, de quo legitur in 63. diB ſtinct. c. in ſynodo, regnaverũt: ipſe enim rurſus utrobique regnare cœpit. Sciendum tamẽ eſt. quòd Ludovicus filius Boſonis regis Provinciæ, natus ex filia Imperatoris Ludovici ſecundi, à quibuſdam Italis ad regnũ Italiæ vocatus, à papa Romano, Berengario filio Ebuhardi ducis Forojulienſis, qui ſimiliter ad idem regnum à quibuſdam Italicis vocatus fuit, de Italia expulſo, in Imperatorem coronatus extitit: quem poſtea Veronæ cum paucis morantem, idem Berengarius à quibuſdam civibus Veronenſibus nocturno tempore intromiſſus, anno Domini 905. dolo cepit oculiſque privavit: & ſic Italiæ regnum obtinuit, ut in Chronicis & hiſtoria prædictis pleniùs continetur. Et hunc Ludovicũ Chronica Martini. & quędam aliæ Chronicæ, tertium Ludovicum nominant, Sed Hiſtoria Francorum, & Speculum hiſtoriale, prædictum Ludovicum filium Arnulphi, quartum Ludovicum appellant. Poſt hunc verò Ludovicum tertium Cunradus primus, qui ſecundùm quoſdã non fuit de genere Caroli Magni, ſecundùm alios verò fuit de genere ipſius, puta filius fratris Ludovici, ſcilicet filii Arnulphi tertii (quod ego verius eſſe credo) obtinuit regnum Germaniæ. Sic ſecundùm hæc defecit genus Caroli Magni in perſona dicti Cunradi. Quo deficiente, Henricus primus de natione Saxonum. cœpit libera poteſtate regnare in Germania, non tamen ex electione principum Electorum, qui ſunt hodie (quia nondum adhuc fuerant inſtituti hujuſmodi Electores) ſed à cunctis principibus & majoribus Francorum, Alemannorum, A Bavarorum, & Saxonum, anno Domini 819. fuit electus in regem. Hic rex cùm omnes nationes in circuitu ſubjugaſſet, poſtremò in Italiam & Romam proficiſci decrevit: ſed infirmitate corporis impeditus, iter prætermiſit. & cum morbo ſe gravari ſentiret, convocato populo, deſignavit Otthonem filiũ ſuum regem, cæteris filiis ſuis prædia cum theſauris diſtribuens. Hic Ottho primus poſt mortem patris tàm ex deſignatione patris, quàm etiam ex cunctorum principum Germaniæ (ut Chronica Francorum plenè narrant) electione factus fuit rex. anno Domini 836. Hic Ottho, Magnus propter celebres bellorum ejuſdem victorias appellatus. conſiderans Italiam à fidelitate regum Germaniæ, & ſocietate regni à tempore Ludovici tertii defeciſſe, ipſam reduxit ad regni & regum Germaniæ poteſtatem. Intrans enim Italiam, expulſo de civitate Papiæ Berengario, qui tunc ipſis in Italia de facto regnabat, poſſeſſor quaſi totius Italiæ, Deo aſſiſtente, efficitur. & ibidem natale Domini ſub anno ejuſdem 852. celebrans inde Saxoniam proficiſcitur. & ducem quendã Cunradum generum ſuum ad proſequendum dictum Berengarium, in Italia dereliquit: qui Berengarius poſtea dono & gratia regis Otthonis, recepit Italiam regendam, excepta Marchia Veronenſi, & Aquileenſi, quæ Henrico fratri Otthonis committebantur. Poſt hæc verò, quia idem Berengarius contra ecB cleſiam Romanam, & alias eccleſias Italiæ, multas tyrannides exercebat. idem Ottho ſub anno Domini 862. filio ſuo Otthoni ſeptenni Aquiſgrani in regem inuncto ad preces anxias Johannis papæ 12. & cæterorum epiſcoporum Italiæ. Italiam ingreſſus. ut ipſos de dicti Berengarii, & filii ſui tyrannide liberaret: qui cum quibus poterant ſe munitionibus includerent, inde progrediens, Romæ favorabiliter ſuſceptus acclamatione totius cleri & populi, à prædicto Johanne papa Imperator Auguſtus vocatur & ordinatur. Deinde verò dicto Otthone mortuo, regnum & imperium iteratò incæpit ex ſucceſſione generis deberi. Unde legitur in Chronicis Euſebii prædictis, in Capitulo de geſtis Otthonis Imperatoris ſecundi, quòd mortuo Otthone primo, aliqui primates volebant transferre imperium ad Henricum ducem Saxoniæ. fratrem primi Otthonis jam dicti. Alii verò certabant, imperium deberi legitimo hæredi, ſcilicet Otthonĩ ſecundo, domini Otthonis primi filio: quorum etiam pars prævaluit, ut ibi dicitur. Poſt hæc Otthone ſecundo mortuo, filius ipſius Ottho tertius regnum & imperium ex ſucceſſione paterna ſimiliter obtinuit, prout hæc omnia partim in Chronicis Euſebii & Godefredi, & partim in hiſtoria Francorum antè dictis, pleniùs continentur. Tempore verò ipſius Otthonis tertii, qui filiis caruit, fuit inſtitutum, ut per certos principes Germaniæ, ſcilicet per Officiatos imperii, ſeu curiæ imperialis eligeretur Imperator, ut patet in

A tet in Chronicis Martini, in quibus numerantur Officiati & Electores hujuſmodi, per hos verſus:

Moguntinenſis, Trevirenſis, Colonienſis:
Quilibet Imperii ſit Cancellarius horum.
Inde Palatinus dapifer, Dux portitor enſis.
Marchio præpoſitus cameræ, pincerna Bohemus.
Hi ſtatuunt dominum cunctis per ſecula ſummū.

Et hi principes eccleſiaſtici & ſeculares, officiati curiæ imperialis, ſunt hodierno die regni & imperii Electores.

Cap. III.

QVOD IMPERIVM ROMANOrum fuit translatum de Græcis Imperatoribus in perſonam Caroli Magni ad reges Francorum, & nihilominùs ad Germanos: & quòd non per Stephanum Papam ſecundum, ſed per Leonem tertium, hæc translatio fuit facta.

His itaque prælibatis, antequam veniam ad principale intentum, priùs circa duas dubitationes, ex dicta translatione imperii occurrentes, & deinde ad duas quæſtiones circa eandem translationem. dico, quòd mihi videtur, ſalva ſemper in his ſententia uniuſcujuſque melius ſentientis. Et eſt prima dubitatio talis. Quando Chronica ſeu hiſtoria prędicta Françorum refert, quòd imperium fuerit translatum in perſonam Caroli Magni ad reges Francorum, quomodo ergo poterit habere veritatem, quod dicitur in c. venerabi-
B lem. extr. de elect. § .8. & de jure Roman. in princip. in Clemen. ſcilicet quòd imperium fuit translatum de Græcis in Germanos, in perſonam Caroli Magnifici? Imò potiùs videtur, quòd primò translatum fuerit in perſonam Caroli Magni de Græcis in reges Francorum, ut dicit Chronica prædicta. Pro quo etiam facit 65. diſt. c. ego Ludovicus: & quod ibi notatur, in ultima Gloſſa: & quòd poſt hoc fuerit translatū de Francis, ſeu regibus Francorum in Germanos, in perſonam Otthonis primi, de quo legitur 63. diſtinct. c. in ſynodo. Ipſe enim fuit primus, qui de natione Saxonum, qui ſunt Germani, regnum & imperium, ut referunt omnes prædictæ Chronicæ. fuit conſecutus. Et hunc intellectum videtur habuiſſe Johannes gloſſator in prędicta ultima gloſſa. Dicit enim ibi: Nota imperium priùs fuiſſe Francorum, ſed poſtea Theutonici virtutibus promeruerunt imperium. Ad hanc dubitationem ſolvendam, dico, quòd veritas eſt, imperium fuiſſe translatum in perſonam Caroli Magni ad reges Francorum, ut refert Chronica Francorum: & nihilominùs in perſona ejuſdem Caroli translatum fuit imperiū in Germanos. ut dicunt prędicta duo capitula. Et hoc poteſt triplici via declarari. Prima via ad id probandum ſumitur, conſiderata perſona ipſius Caroli Magni: fuit enim ipſe Franco-Germanicus, ut refert prędicta Chronica Godfridi, de eodem Carolo canens hunc verſum:

Romuleus matre, Theutonicusq́, patre.

Idem etiam habet communis aſſertio Germanicorū dicentium, fuiſſe locum originis ſuę villam Ingelheim, quæ à civitate Moguntia per duo milliaria Theutonica tantùm diſtat. A Fama verò interdū ꝓbare videtur, ut ff. de probat. l. ſi arbiter. & ff de aqua plu. arc. l. ſi in ſumma. § . item Labeo. cum concor.

Ad idem Godfridus in Chronicis ſuis ponit hunc verſum:

Natus in Ingelheim, cui Bertha ſit Vngara mater.

Hoc etiam ſatis intelligitur ſeu colligitur ex Chronicis Euſebii, & hiſtoria Francorū prędictis, in eo quod in eis dicitur, ꝙ ipſe Carolus duodecim menſibus, & duodecim ventis, juxta propriam linguam vocabula impoſuit, quæ in iiſdem Chronicis & hiſtoria ponuntur in lingua Germanica: quibus vocabulis eo tempore Germani deficiebant. Unde etiā legitur in Speculo hiſtoriali lib. 24. cap. 75. ſeu penultimo, ꝙ idem Carolus duodecim menſibus anni vocabula juxta propriā id eſt, Theutonicā linguam impoſuit. Dedit etiā Germanis quaſdam leges in lingua Germanica ſeu Theutonica, quæ à multis adhuc habentur Ex quibus omnib. ſatis colligitur, eundem Carolum fuiſſe Germanum. Et ſic ex conſequenti nō ſolùm ad reges Francorū in perſonam ſuā tranſiit imperium, ſed etiam in Germanos: quia in ipſum & ſuos filios & poſteros, qui erant Germani, hujus etiam translationis tempore, ac etiā poſtea longo tempore, ſucceſſio generis hereditaria in regno & imperio locū habuit, ut patet ex dictis ſuprà capitulo proximo. Et hi ſunt Germani, quibus Trojani Franci commiſti fuerant: pro- B
priè loquendo. Franci: Gallicè verò Francigenæ, & nō Franci nuncupantur, ut patet ex his quæ dicta ſunt ex Chronicis Euſebii, in primo capitulo hujus tractatus. Et hoc etiam probari poteſt apertè per legem ejuſdem Caroli, quæ ponitur 2. q. 1 §. hęc ſi quis. aliàs eſt capitulum: de quā lege etiam fit mentio ext. de jud. c. novit. in qua lege ſic dicitur: Volumus autē, atq; præcipimus, ut omnes noſtræ ditioni ſubjecti tàm Romani quàm Franci, Alemani, Bavari, Saxones, Thuringi, Friſones, Galli, Burgundiones, Britones. &c. Ex quo patet, cùm circa principiū hujus legis, poſt Romanos nominati ſint & poſiti Franci & Galli, qui & Gallici dicuntur, propriè loquendo non Franci, ſed Francigenæ (ut prędicitur) appellantur. Et de his Francis, ipſorumq; Francia loquitur c. 1. ext de ſponſal. & mat ut patet ex ſupraſcriptione. Eſt etenim Triburium villa circa Rhenum diœceſis Moguntinæ, ubi, ut referunt Chronica Francorū, fuit concilium habitū ſub anno Domini 894. Fuit etiā aliud concilium poſtea ſub anno Domini 1036. in eadem villa, ut refert hiſtoria Francorum præſente Imperatore Cūrado ſecundo, in quo fortè fuit caſus prædicti capituli definitus. Soli igitur Germani, & illi duntaxat qui Alemani, id eſt, Suevi, Bavari, Saxones, Thuringi, & Friſones, Franci propriè appellantur: puta illi Germani, qui circa partes Rheni, & in quibuſdam aliis terris Rheno adjacentibus commorantur, quarum una Franconia, cujus metropolis eſt Herbipolis, à quo-

A dam duce Francone ut refert prædicta Chronica Godfridi, nominari conſuevit. Et ad hos Francos Germanicos in perſonam Caroli Magni, qui de eadem Francia Germanica traxit originem, ut præmiſi, noſcitur fuiſſe translatū. Ex præallegata verò lege Caroli, arguendo ab ordine ſcripturæ, quod licet tàm jure canonico, quam civili: ut 43. diſtinction. c ſic rector. extr. de præbend c. mandato 2 libro 6. ff. de legat 2. l. cùm pater. §. ult. ff ad Trebell. l. hæredes. §. fui, cũ concordantiis. & etiã ex his quæ dicta ſunt ſuprà in cap. 1. patet præcipua nobilitas Francorum Germaniæ præ cæteris occidentis nationibus poſt Romanos, quibus etiam parificari poſſunt: tùm quia ex eodem nobiliſſimo Trojanorum genere cum Romanis, ut ex prædicto capitulo patet, traxerunt originem: tùm etiam, quia ſicut olim Romani virtutibus promeruerunt imperium juxta dictum beati Hieronymi, ut patet 28. qu. 1. §. ex his. ſic & Franci Germani per ipſorum magnificum regem Carolum translationem imperii hujuſmodi non abſque virtutum meritis promeruiſſe noſcuntur. Eorum inſuper prærogativa ex ipſorum nominis interpretatione patet, juxta ea quæ dixi ſuprà capit 1. circa principium. Beatus etiam Hieronymus in vita S. Hilarionis, hujus Franciæ Germanicæ validam eſſe gentem affirmat. Præterea etiã Franci Germanici ob invariabilem fidelitatis conſtantiam, quam erga reges Francorum, ab exordio ipſius regni uſque ad tempus diviſionis B ejuſdem per nepotes Caroli Magni factæ, ac deinde ad reges Germanorum ſeu etiam Romanorum ad præſens tempus ſervare ſtuduerunt ſemper illæſam, poſſunt non immeritò commendari. Nam licèt dicti reges Francorum poſt ſubjugationem Galliæ, ſedem regni Francorum in Gallia ut plurimum habuerunt, nũquam tamen Franci Germanici à fidelitate ipſorum regum etiam ſemel defeciſſe leguntur: quod à pluribus aliis regni Francorum nationibus, in geſtis Regum Francorum legitur fuiſſe factum. Hanc brevem digreſſionem non tàm ad commendationem Francorum, quàm ad deteſtandam in hoc ignorantiam multorũ nobilium de partibus Rheni facere volui, qui ſuæ originalis conditionis ignari, ſe potiùs nominari Rhenenſes quàm Francos inaniter gloriantur, cùm tamen non ipſorum à Rheno fluvio, ſed à Francis Trojanis, origine ſcilicet, & omnium aliorum Francorum Germaniæ & Francigenarum Galliæ, ſit nobilitas derivata. Nunc igitur ad propoſitum redeundo, dico, quòd licet tempore Ludovici Imperatoris primi, cujus fuit præallegatus canon, 63. diſtinct. c. ego Ludovicus. ut patet ex ſupraſcriptione ipſius, imperium fuit Francorum, magis propriè loquendo quàm ſit hodie: tùm quia tempore iſtius Ludovici regnum & imperium hujuſmodi non fuit diviſum, ſed tempore filiorum ſuorum diviſum extitit ut patet ſuprà capitulo proximo: tùm etiam quia ejus tempore, ac etiam poſt ipſum longo tempore, imperium fuit Francorum de genere dicti Caroli Magni deſcendentium. Quia Carolus fuit Germanicus, ut præmiſi: nihilominùs tamẽ poteſt dici imperiũ non ſolùm fuiſſe Francorum, ut dicit Gloſſa prędicta 63 diſt in c. ego Ludovicus: ſed etiã poteſt dici adhuc eſſe Francorum duplici reſpectu. uno modo, quia eſt Germanorũ, quorum patria ſcilicet Germania fuit, principalior pars regni Francorum, quia in ea fuit origo & initium ipſius regni, ut ex ſuperiùs dictis apparet. Item alio modo poteſt dici imperium adhuc eſſe Francorum quia etiam inter nationes Germanorum, quæ ſunt ſuperiùs in prædicta lege Caroli nominatæ, imperium principalius eſt Francorum quàm aliorum Germanorum. Sunt enim quatuor principes Electores imperii in hac Francia, ſcilicet Moguntinenſis, Trevirenſis & Colonienſis archiepiſcopi item comes Palatinus Rheni. Qui quatuor principes, vacante regno & imperio, tanquam major pars Electorum, poſſunt creare regem in concordia. Vocatis tamen aliis eorum comprincipibus & coelectoribus, juxta conſuetudinem in hoc hactenus ſervatam, ut ex infrà dicendis capitulo 6. pleniùs apparebit. A

Secunda verò via ad probandum præmiſſa ſumitur, conſiderato initio & origine regni Francorum: licèt enim omnes nationes ab Aquitania uſq; in Bavariam, ut patuit in capitulo ſuprà proximo, fuerint de regno Francorũ: tamen initium & origo iſtius regni fuit in Germania, ut patet ex dictis in primo capit. memorato. Principium autem eſt pars potiſſima cujuſq; rei ut ſcribitur de orig jur l 1. Meritò ergo conſiderato principio & origine dicti regni, imperium in Germanos, & non in Gallicos, qui poſtea illi regno Francorum per Francos, Trojanos genere, & etiam per Germanos, quibus illi primò fuerant commiſti, ſubjugati fuerunt, dicitur fuiſſe translatum. B

Tertia & ultima via ad probandum illud idem, ſumitur conſiderato finali eventu iſtius translationis. Licèt enim poſteritas Caroli Magni diu habuerit regnum & imperium Francorum: tamen & imperium hujuſmodi fuit diviſum tempore Imperatoris Lotharii, nepotis Caroli Magni, & filii ſui Ludovici Imperatoris primi, eo modo quo dictum eſt ſuperiùs in capitulo. Cujus regni diviſi una pars fuit tota Germania Pannonia, Bohemia & Moravia incluſis: quam ex diviſione hujuſmodi Ludovicus, frater dicti Lotharii Imperatoris, in portione hæreditatis obtinuit: qui tres filios præſtantiſſimæ indolis habuit, ſcilicet Carolomannũ, Ludovicum, & Carolum. Et hi cum ſua poſteritate, felici ſorte regni Germaniæ & imperii gubernacula, poſt tempora Caroli Imperatoris ſecundi, uſque ad tempora Ludovici tertii moderati fuêre. Cujus tempore Italia defecit à fidelitate regũ Germaniæ, ac ſocietate ipſius regni, uſq; ad tempora Otthonis primi, qui dictam Italiam reduxit ad regnũ Germaniæ, & ad Germanos, & tandem factus fuit Imperator, ut hęc ex ſuperiùs dictis in c. proximo apparent: & in Chronicis ac hiſtoria prędictis pleniùs continetur. Meritò igitur conſi-

Google

A conſideratoiſto finali eventu, ſcilicet, quòd Italia & Imperium poſt diviſionem ante dictam regni Francorum, finaliter remanſit apud reges Germaniæ, & non in Gallicos, vel in aliarum nationum de regno Francorum homines, in perſonam Caroli Magni dicitur fuiſſe tráſlatum. Eſt ergo verum dicere, quòd imperium fuit translatum in perſonam Caroli Magni, de Græcis ad reges Francorum, ut refert prædicta hiſtoria Francorum. ſeu Chronica: ac etiam ex conſequenti in Germanos, triplici conſideratione prædicta. Non autem in perſonam Otthonis primi prædicti, fuit imperium cum Italia translatum in Germanos, cum prius apud eos eſſet, ut ex dictis ſuprà in c. proximo ſatis apparet. Sed ipſe Ottho Italiam, per Berengarium tyrannum, qui eam temporibus ſuis tenuit, occupatam regno Germaniæ, quod principalior pars regni Francorum extitit, recuperavit, ipſam Italiam cum imperio ad reges Germaniæ & ad Germanos magnificè reducendo.

Secunda verò dubitatio circa dictam translationem eſt hæc. cum imperium juxta hiſtoriam ſeu Chronicam Francorum in perſonam Caroli Magni, & etiam in Germanos, ut jam dictum eſt, translatum ſit: quomodo poteſt ergo habere veritaté, id quod legitur in Chronicis Martini, ſcilicet quòd Stephanus papa ſecundus, ultimo anno ſui pontificatus Romanū imperiū à Græcis abſtulit & tráſtulit in perſonā Magnifici Caroli, tūc in juvenili ætate

B conſtituti? Et hoc etiā notatur ext de elect. c. venerabilem. in ult. gloſſa. Circa hoc ſciendū eſt, quòd Francorum hiſtoria refert, quòd idē Stephanus ſucceſſor immediatus Zachariæ papæ, ſub anno Domini 753. Pipinum & duos filios ſuos, ſcilicet Carolum, qui poſt Carolus Magnus vocatus eſt, & Carolomanum unxit in reges Francorum: & obligavit ac obteſtatus eſt principes Francorum, ut nunquam de alia tribu regem præſumerent conſtituerę, quos ipſe Stephanus Dei providentia elegit ad ſedem Apoſtolicam defendendam. unde & Pipinus rex eodem anno per invitationem dicti Stephani papæ, ad defendendam ab oppreſſionibus Aiſtulphi regis Romanam Eccleſiam Lombardorum. Italiam ingreſſus, acerrimo prælio cum eodem commiſſo victor extitit. Idemque Aiſtulphus in civitate Papiæ incluſus, neceſſitate ductus juſticiam eccleſiæ Romanæ pollicitus eſt faciendam. Cujus promiſſione Pipinus 40. obſides à prædicto Aiſtulpho recepit, & ſic in Franciam eſt reverſus. In hoc etiam concordat Chronica Euſebii, ſalvo quòd dicit id factum fuiſſe ſub anno ſequenti, ſcilicet ſub anno Domini 754. His præmiſſis, poſſet fortè dici, quòd per hoc quòd prædictus Stephanus papa elegit dictos reges ad ſedem Apoſtolicam defendendam, motus fuit dictus Martinus in prædicta Chronica ſua, & alii hoc idem dicentes: Quòd idem Stephanus tranſtulit imperium de Græcis ad Germanos. Cum enim Imperator teneatur ſanctam eccleſiam Romanam defendere, & exaltare dominum papam, 63. diſt. tibi domino. & protegere clerum. 96. diſt c. ul. & eccleſias ſacras, ſicut & alii reges & principes, 23. q. 5. c. principes, &c. adminiſtratores. Conſtantinus autem, & Leo filius ſuus, Imperatores Conſtantinopolitani requiſiti per eundem Stephanum ut eccleſiam Romanam ab oppreſſione Aiſtulphi regis Lombardorum defenſaret ut notatur in prædicta Gloſſa cap. venerabilē, defendere noluerunt. Idcirco Stephanus papa jam dictus elegit Pipinum, Carolum, & Carolomannū. præfatos ipſorum ſucceſſores, ad eccleſiam Romanam & ſedem Apoſtolicam defendendam, ut ſic per talem electionem videatur facta translatio imperii de Græcis ad dictos reges Francorum, qui Germani erant, ut præmiſi. Unde notat dominus Joan. in c. venerabilē ſupradicta quinta gloſſa, ꝙ notatur in Speculo hiſtoriali in lib. 24. cap. 161. quòd translatio imperii fuit facta in prædicto anno Domini 753. Sed dato etiam quòd per electionem hujuſmodi eſſet facta translatio imperii de Græcis in Germanos: tamen non poſſet dici, quòd eſſet facta in perſonam Caroli Magni, ſecundum prædictum c. venerabilem. &c. Romani. in princip. de jure. in Clem ſed potius eſſet facta in perſonam Pipini prædicti: vel ſaltem in perſonas omnium trium, ſcilicet Pipini, Caroli & Carolomanni prædictorum. Ideo poſſumus dicere, quòd in hac contrarietate Chronicorum, ſtari debeat hiſtoriæ ſeu Chronicis Francorum, qui factum translationis hujuſmodi habuerunt bene notum. Et hoc videtur maximè eſſe verum B ex eo. quòd idem Carolus ante unctionem & coronationem imperialem ſibi per Leonem tertium, ſucceſſorem immediatum Adriani papæ primi, qui Adrianus fuit ſucceſſor immediatus dicti Stephani papæ, nunquam ſe Imperatorem Romanorum nominavit, ſeu intitulavit: ut ex prædictis Chronicis, ſeu ex diverſis privilegiis per eundē Carolum ante unctionem & coronationem hujuſmodi conceſſis, quæ in multis adhuc eccleſiis inveniūtur, evidenter apparet. Hoc etiam patet ex canone diſtinction. 63. c. in ſynodo. in principio. ubi patet, quòd tempore quo Carolus fuit factus per Adrianum papam primum ſucceſſorem dicti Stephani. patricius Romanorum, nominatus fuit tantum rex Francorum & Longobardorum, & non Imperator. Nec in Speculo hiſtoriali, in capitulo præallegato, aliquid de tranſlatione imperii, juxta remiſſionem domini Johan. Andreæ dicitur ſeu notatur: ſed in eodem capitulo, id quod dixi ſuprà eodem cap. ubi circa hoc, ſciendum, plenius enarratur. Sed de translatione imperii tractatur in eodem Speculo & libro, cap. ultimo, ubi narratur, quòd Romani anno 3. imperii Helenæ matris Conſtantini, cum omni conſenſu Carolo Magno Imperatorias laudes acclamarunt, eumq; per manus Leonis papæ coronatum Cæſarem & Auguſtū appellarunt: quod dictum concordat cum eo quod de translatione Imperii ſuprà dixi.

P 4

A Credo igitur juxta præmiſſa, ꝙ Stephanus papa præfatus eligendo reges Francorum ad ſedem Apoſtolicam defendendam, ut dicit prædicta hiſtoria Francorum (in quo etiam concordat Chronica Euſebii) per hoc conſtituerit eos tantum advocatos & defenſores Eccleſiæ Romanæ. Sed quòd Leo papa tertius auxit & coronavit eundem Carolum, & in Imperatorem Romanorum, acclamante & petente populo Romano: per hoc credo translationē imperii de Græcis factam fuiſſe ad reges Francorum & etiam ex conſequenti in Germanos, juxta prius dicta.

C A P. IV.

QVIS SIT AVT FVERIT EFFEctus translationis imperii, & quæ ſint cauſæ ſeu cauſa translationis ejuſdem.

ADhuc circa prædictam translationem imperii quæro de duabus quæſtionibus, pro evidentia clariori jurium Regni & Imperii. Et eſt prima quæſtio, Quis ſit ſeu fuerit effectus ipſius translationis Imperii. Videtur enim quòd hujuſmodi translationis nullus fuerit realis effectus. Nam temporibus Imperatoris Juſtini ſecundi, Narſes patricius, ut patet ex Chronicis Martini & Euſebii, minis Sophiæ conjugis Juſtini perterritus, Longobardos in Italiam introduxit: qui ſuæ poteſtati tandem Italiam ſubjugarunt: Romani verò
B ex tunc per patricios dominari cœperunt, & ſic regnum Italicum à jugo Conſtantinopolitani imperii fuit abſolutum. Eiſdem quoque temporibus cætera regna Occidentalia, ut referunt Chronica Godfridi, à dicto imperio diſceſſerunt: unde cum Carolus Magnus poſt tempora dicti Juſtini per multorum annorum curricula fuerit, patet quòd Imperatorem Conſtantinopolitanum pro ſuo ſuperiore minimè recognovit. Unde videtur, quòd quoad exemptionem ipſius Caroli à ſubjectione ac obedientia Imperatoris Conſtantinopolitani, hujus translationis nullus fuerit effectus realis. Præterea idem Carolus Magnus, ut patet ex his quæ dicta ſunt ſuprà Capitulo 1. partim ex ſucceſſione paterna, partim etiam per bellum licitum, habuit antea jam dictam translationem, omnia regna & provincias; quæ ſeu quas hodie habent Reges ſeu Imperatores Romanorum. Habuit inſuper Galliam occidentalem, Gaſconiam, Pannoniam, & plures alias provincias & terras; quas hodie Reges ſeu Imperatores non poſſident. Item habuit in omnibus eiſdem regnis, provinciis & terris poteſtatem imperialem, ſaltem ex conſuetudine, juxta ea quæ dicam infrà cap. 7. Et ſic regna ac provinciæ & terræ hujuſmodi, cum plena poteſtate in ipſis, per eccleſiam Romanam in eum transferri minimè potuerunt. Quod enim meum eſt ex una cauſa, non poteſt ex alia modò fieri meum, niſi deſinat eſſe meum. extr. de fide inſtrument. c. inter dilectionis: cum concordantiis ibi notatis. Cum ergo reges ſeu Im- A
peratores Romanorum, regna, provincias & terras, quæ adhuc ſubſunt regno & imperio, habeant eas & ea omni jure quo idem Carolus habuit, tanquam ſuccedentes in locum ipſius Caroli ex electione principum electorum, ſecundum ea quæ dicam infrà capite 7. videtur quòd iſtius translationis nullus ſit vel fuerit effectus realis. Item ad hoc facit etiam quod legitur in Chronicis Euſebii & hiſtoria Francorum, Carolum Magnum affirmaſſe, ſi conſilium Leonis papæ tertii de coronatione imperiali ſibi impendenda ſciviſſet, quòd ea die, licet ſanctiſſima, ſcilicet natali Domini, eccleſiam nequaquam intraſſet. Sed non eſt veriſimile, quòd idem Carolus aſſumptionem imperialis nominis vel poteſtatis abhorruiſſet, ſi ex hac aliqua ſibi & regno Francorum utilitas ſeu realis effectus accreviſſet, vel etiam accreſcere potuiſſet. Nam in ampliando regno Francorum tantus fuit, quod ipſum regnum, quod magnum & forte poſt patrem ſuum Pipinum ſuſceperat ut referunt Chronicæ & hiſtoriæ prædictæ, reddidit penè duplum. Circa hanc quæſtionem eſt ſciendũ, quòd opinio eſt quorundam, quòd Imperator Conſtantinopolitanus ſit verus Imperator. Et hanc opinionem tenet Bernhard. Hiſpanus, ut ibi notat Archidiaconus. Et ſecundum hanc opinionem ſequeretur, quòd nulla de Græcis ad Germanos translatio imperii facta fuiſſet: ſed quia tam jura canonica, ut patet ext. c. venerabilem. & de jurejur. c. Romani. B
in Clement. quam etiam Chronicæ diverſæ aſſerunt de Græcis Imperium fuiſſe translatũ, ideo reprobata iſta opinione, ad hanc quæſtionem, ſalva tamen ſemper in omnibus veritate, credo dicendum, quòd præmiſſis non obſtantibus duplex fuit & eſt dictæ translationis effectus, quoad ipſum Carolum, in ſuos in regno & imperio ſucceſſores. Primus effectus eſt, quia per hanc trãslationem declarabatur, eundem Carolum & ſuos ſucceſſores, non teneri ad aliquam ſubjectionem deinceps Imperatoribus Conſtantinopolitanis Græcorum: ad quam omnes reges totius orbis, niſi exemptos ſeſe oſtendant, Imperatori tenentur juxta ea quæ dicam infrà capite undecimo in ſecunda oppoſitione. Et ſic Carolus Magnus ante dictam trãslationem ad ſubjectionem & obedientiã, Imperatorib. Conſtãtinopolitanis, & ſi non in toto, ſaltē uſquequaq; tenebatur, juxta ea quæ dicam infrà cap. decimoquinto. Secundus verò effectus ejuſdē trãslationis eſt, ꝙ virtute ipſius, Carolus & ſui ſucceſſores receperunt poteſtatem imperialē in omnib. regnis & provinciis & terris, præſertim occidētalibus, quæ non erant ante tempus dictæ trãslationis ſub poteſtate dicti Caroli, & etiam petendi & exigendi à regib. & principib. regnorum, provinciarum & terrarum hujuſmodi ſubjectionem Imperatori debitam, quam poteſtatem prius non habebãt: ita quod ſicut olim & populus Ro. jus & poteſtatem imperialem tranſtulit in Imperatorem, ut patet ff.

de a-

A de orig.jur.l.2.§.noviſſe.Inſt.de jure nat.gent. & civil.§.ſed & quod principi. & ff de conſtit.princip.l.1. Sic & tunc, ſcilicet tempore dictæ translationis.jus & poteſtas hujuſmodi in Carolum & ſuos in regno & imperio ſucceſſores de Græcis Imperatoribus eſt translata. Licet igitur quo ad regna & provincias, & terras, quæ ſeu quas habuit prædictus Carolus aute tempus hujuſmodi translationis, & etiam quo ad omnem poteſtatem in eiſdem, dicta translatio nnllius effectus realis fuerit, cum ipſa & ipſas cum plena poteſtate antè habuerit, ut ſuprà dictum eſt tamen quo ad alia regna, provincias ac terras, nec non quoad hoc quod ex illa translatione declarabatur, ipſum Carolum & ſuos ſucceſſores in imperio non teneri ad aliquam ſubjectionem Græcis Imperatoribus: hęc translatio effectus habuit jam præmiſſos. Ad id autem quod opponitur ultimò de Carolo Magno, ex Chronicis & hiſtoria prædictis, poteſt reſponderi: quòd licet idem Carolus ſciverit ex aſſumptione oominis & poteſtatis imperialis, poſt dictam coronationem, in ſe poteſtatem imperialem in omnibus terris & provinciis imperii Romani, & per conſequens, poteſtatem ſibi ſubjugandi eaſdem, fuiſſe translatam: tamen propter ſenectutem & innumeros labores, quos in ampliando dicto regno Francorum perpeſſus fuerat, fortaſſis ſe inſufficiẽtem ad id exiſtimãs, nomen & poteſtatem hujuſmodi aſſumere formidavit: quod & rei probavit eventus. Nam
B poſt aſſumptionem & coronationem prædictas, non memini me legiſſe, ipſum Carolum aliquam de novo terram vel provinciam ſibi ſubjugaſſe.

Secunda verò quæſtio circa eandem imperii translationem eſt, quæ ſint cauſæ vel cauſa ipſius translationis. Circa hujus quæſtionis ſolutionem ſciendom eſt. quòd in hoc videtur eſſe opinionom diverſitas. Lanſ. eam notat 7. q. 1. c. in apibus. quòd eccleſia Romana transtulit imperium de Græcis in Germanos, ob hoc fortè, quòd Græci Romanam eccleſiam non recognoſcebant. Sed illud io hiſtoriis vel ſcriptis non reperitur. Unde hoc eſt divinare, prętertim quia Græci longo tempore ante dictam translationem imperii, ab ipſius eccleſiæ Romanæ obedientia receſſerunt, cooſtitoentes ſibi caput eccleſiam Conſtantinopolitanã. Et quia eadem eccleſia ſcribebat ſe primã omniũ eccleſiarum, Phocas imperator, qui regnare cœpit ſub an. 604 rogatu Bouifacii papæ 4. cõſtituit eccleſiam Romanam eſſe caput omnium eccleſiarũ: ut in Euſebii & Martini Chronicis continetur. Sed quod prædictæ Chronicæ dicunt, quòd Phocas conſtituit eccleſiam Rom. eſſe caput omnium eccleſiarum: intelligo Conſtituir, id eſt, conſtitutam declaravit. Eccleſia enim Rom. primatum omnium eccleſiarum habet à Chriſto: ut probatur in Canone 21. diſt. c. quamvis. & 22. diſt. c. 1. & 2. Alii verò dicunt. quòd ex eo fuerit translatum, qa Leo III. & Conſtantinus V. filius ejuſdem Leonis Imp. Conſtantinopolitani, fecerunt imagines Chriſti & ſanctorum deponi, & incendi. Sed licet Imperatures prædicti in Chronicis Euſebii, Francornm, Martini, & Godfridi antè dictis, præmiſſa feciſſe legaotur: non tamen legitur in eiſdem Chronicis vel ſcriptis aliis, quæ habere potui, quòd ex ea cauſa hujuſmodi translatio prædicta facta fuerit. Sed legitnr in Chronicis Eoſebii & Martini prædictis, quòd cum Gregorius papa III. eundem Leonem Imp. ſuper præmiſſo exceſſu incorrigibilem videret, Romæ multorum epiſcoporum celebrato concilio, confirmavit venerationem imaginum. & violatores anathematizavit, ipſamque Italiam à jure dicti Leonis diſcedere fecit, & tributa ac vectigalia ſibi dari prohibuit. De translatione autem imperii ex hac cauſa facta. oihil in eiſdem Chronicis dicitur. Præterea in prædicta Francorum hiſtoria legitur, quod poſt tempora prædictorũ Imperatorum, ſcilicet tempore Conſtantini VI & Helenæ matris ejuſdem, autoritate Adriani papæ I. in Nicæa concilium 352. congregatum fuerit, in quo hæreſes execrantiũ imagines Dei & ſanctorum anathematizaverit in perpetuum. Unde non videtur ex ſæpe dicta depoſitione imaginum, dicta translatio imperii facta fuiſſe. Fuit enim, ut credo, hæc trãslatio etiam poſt tempora prædicti Adriani, ſcilicet per Leonem papam III. facta, ut dixi ſuprà cap. 1. & 3 Nec credo eam factam fuiſſe per Stephanum papam II. prædeceſſorem prædicti Adriani, ut in eodem cap. 3 plenè dixi. Credo igitur, quòd Leo papa prædictus conſideravit, B quod Imperatores Conſtantinopolitani, temporibus ejuſdem Caroli, & longè ante tẽpora ejuſdem, ſcilicet tempore Pipini patris, ac tẽpore Caroli Martelli avi ſui, eccleſiã Romanã variis infeſtationib. oppreſſam aliaſq; Chriſti eccleſias, & clerum in occidentali imperio nõ defendebant, quud ſpecialiter ad Imperatoris ſpectat officium. ut patet 61. diſt. c. tibi domino. & 96. diſt c. ult, Item popillos, viduas, & alias miſerabiles perſonas non protegebant, aliosq; vi oppreſſos in eodem imperio de manu calumniantium non liberabant, ꝙ generaliter ad omnes reges & principes pertinet, ut 23. q. 5. c. regũ & c. adminiſtratores. cum cõcord. & ſic Imperatores prædicti Occidentale imperium quoddammodo pro derelicto habuerũt, in eo ut ex diverſis Chronicis apparet, ſolo nomine imperãdo. Carolus autem prędictꝰ, qui potentior etat inter omnes reges occidentales, cum ratione regni Francorum, quod ꝓtendebatur à Bavaria uſq; in Aquitaniam, ut viſum ſuprà cap. primo & tertio, tum etiã ratione multarũ provinciarum, quas, nt dixi ſuprà in eodẽ capitulo primo, ſuo dominio ſubjugarat, omnia premiſſa ꝓ poſſe fecit in dicto imperio. Nam ipſe eccleſiam Romanã ab oppreſſionibus Deſideru regis Lombardorũ liberavit: ut patet non ſolùm ex Chronicis ſed etiã Canone 63. diſtinction. c. Adrianꝰ. & 23. q. 8. c. bortatu. Sicut & pater ejus Pipinus eãdem eccleſiã ab oppreſſionib. Aiſtulphi regis, bello acerrimo commiſſo cũ eo & Lombardis, prius libe-

A libe averat: de quo bello fit mentio in prædicto Canone hortatu. Sic & Carolus cognomine Martellus pater ejuſdem Pipini & avus Caroli Magni, dux & major domus Francorum, eccleſiam Romanam & Italiam à Gothis liberavit, ut refert Chronica prædicta Godfridi. Cletum etiam idem Carolus Magnus, & eccleſias alias, non ſolùm defendebat, ſed etiam conſciſſas reſtaurabat, & novas multas, etiam epiſcopales, præcipuè in Saxonia, ut ex prædictis Chronicis apparet, ædificavit, & dotavit: quod eſt boni principis facere, ut patet in prædicto cap ult 96 diſtinct Item miſerabiles perſonas & alias vi oppreſſas, non ſolùm in regno Francorum, ſed etiam in provinciis & terris aliis occidentalibus, ab oppreſſionibus & violentiis, præcipuè Paganorum, quorum tunc etiam in regni Francorum confinus erat maxima multitudo, defendit, ac etiam liberavit: propter quod multas provincias & terras, ut patet ex dictis Chronicis, ſuo dominio ſubjugavit. Ultra hæc omnia idem Carolus, ut ex dictis Chronicis apparet, pro injuria enormi prædicto Leoni à Romanis illata, vindicanda, de qua dixi ſuprà in cap. 1. Romá fuit profectus. Unde dictus Leo papa, conſideratis omnibus præmiſſis, quæ dignè & bene ſufficiebant pro translatione imperii de Imp. Conſtantinopolitanis ad reges Francorum facienda, ipſum Carolum Romę in eccleſia S. Petri, in die Natalis Domini, ſub anno ejuſdem 800. in Imperatorem & Auguſtum

B creavit. Per quas verò, unctionem & coronationem; dicta translatio peracta fuit, dixi ſuprà cap. 1. & cap. præcedenti in fine. Quomodo verò ſeu quo jure idem Leo papa, ſeu eccleſia Romana eandem translationem facere potuerit, cum ſit negocium jurisdictionis temporalis, dicam infrà in cap. 12. in 5. oppoſitione. Unctio autem & coronatio hujuſmodi, per quas dixi translationem imperii fuiſſe peractam, facta fuit tempore Irenes Imperatricis prædictæ, quæ poſt excæcationem Conſtantini filii ſui præfati regnavit annis quinque: unde etiam (ut utar verbis Godfridi in ſua Chronica) quia in manus fœminæ devenerat imperium, dignum erat ut ad Francos viros potentiſſimos transferretur. Eadem verò Irene, ſentiens fortè prætextu tráslationis hujuſmodi; imperium Græcorum, cui tunc præfuit, per dictum Carolum invadi, anno translationis imperii ſequenti miſit legatos ad Imperatorem Carolum ſæpe dictum, pro pace confirmanda inter Francos & Græcos. cum quibus Carolus miſit ſuos legatos pro eadem cauſa Conſtantinopolim, & ut Irenem Imperatricem ſibi poſtularent in cójugium ſociari: cui dum Irene conſenſiſſet, Julius patricius præſentibus legatis Caroli, fratrem ſuum Nicephorum Imperatorem fecit, & Irenem in monaſterium detruſit. Idem igitur Nicephorus Imperator factus, legatos ſuos cum legatis Caroli ad ipſum Carolum tranſmiſit, qui fœdus pacis inter eoſdem Carolum & Nicephorum firmaverunt. Quod etiam fœdus idem Carolus poſtea cum Michaele & deinde cum Leone filio Pardi patricii, Græcorum Imperatoribus, ut nulla propter ſuſceptum à ſe Imperatoris nomen, ſcandali remanere poſſet occaſio, firmiſſimè ſtabilivit: prout hæc omnia patent ex Chronicis Euſebii, Francorum & Godfridi prædictis. A

Cap. V.

QVOD ELECTVS IN REGEM ſeu Imperatorem Romanorum à principibus Electoribus in concordia, poteſt ſtatim ex ipſa electione licitè nomen regis aſſumere, ac iura & bona regni & imperii in Italia & in aliis provinciis regno & imperio ſubiectis adminiſtrare. Et hic eſt primus articulus ſuper iuribus regni & imperii conceptus.

Expeditis pro clariori evidentia dicendorũ quibuſdam præambulis nunc ad iura regni & imperii poſt tempus prædictæ translationis imperii venio declaranda, in 5. articulis breviter cóprehendenda. Veritatem autem eorũdem articulorum per jus gentium, & generales regnorum occidentalium conſuetudines, ac etiam per hiſtorias & Chronicas antiquas probbo. Quæ probatio ſcilicet per hiſtorias & Chronicas antiquas, videtur ſufficiens, pſertim in hac materia q̃ memoriam hominũ excedit. Scriptura enim antiquorũ librorũ facit fidem ut ff. de probat. l. cẽſus C. qui pot in pig. hab. l. ſcripturas. ext de probat. c. cum cauſam, & de pſcript. c. ad audientiã. cũ concord. Primus igitur articulus talis eſt: Electus in regem B ſeu Imperatoré Romanorũ à principibus Electoribus regni & imperii in concordia, poteſt ſtatim ex ipſa electione licitè nomé regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperii in Italia & in aliis provinciis ejuſdem regni & imperii adminiſtrare. Ad hujus articuli probationé pmitto, quòd Carolus Magnus rex Francorum, ut patet ex his quæ in primo Capitulo hujus tractatus dicta ſunt, regnum Frácorum, quod protendebatur ab Aquitania uſque in Bavariam, habuit ex ſucceſſione paterna, more ac cóſuetudine quaſi generali omnium regnorum occidentalium, quæ tunc, ſicut & nunc, per ſucceſſioné generis ut plurimũ debebãtur, & huic regno ac ſibi ſuisq; ſucceſſoribus Italiã & multas alias provincias & terras per bellum licitè acquiſivit: ex eo videlicet, quòd reges, principes, & poſſeſſores illarum provinciarũ & terrarum, contra Chriſti eccleſias & Chriſtianos multimodas, ut ex diverſis hiſtoriis & Chronicis apparet, tyrannides ſuis temporibus exercebant. Et hoc poterat facere idé Carolus de jure gentium, ex quo bella ſunt introducta: ut patet ff. de juſt. & jure. l. ex hoc jure. Inſtitut. de jure nat gent. & civ. §. jus autem & 1. diſtinction c. jus gent. & ex conſequenti, provincias & terras hujuſmodi eodem jure facere ſuas. Ea enim quæ in bello iuſto capimus, jure gent. noſtra fiunt, ut patet ff. de acquir. rer. do. l. nat §. ult. Inſt. de rer. diviſ. §. ité eaq̃ ex hoſtib. ad idé 23. q. 5. c. dicat. & q. 7. c. &

quæ

A quæ de rebus Et poſt hæc dictus Carolus, elapſis pluribus annis, ut patuit ſuprà cap. 1. unctus & coronatus fuit in regem & Imperatorem Romanum. Unde etiam notatur in Conſtitutione Friderici Imperatoris, hac edictali. §. injuria in gloſſa, ſecundum leges, collat. decima, quod Carolus ſtetit pes multos annos rex Franciæ & Lombardiæ, antequam haberet imperium: nec reperitur feciſſe niſi novem leges in Lombardia, poſtquam fuit Imperatot, ut ibi notatur. Qui Carolus reliquit regnum & imperium cum provinciis hujuſmodi licitè, virtute dictæ generalis conſuetudinis, filio ſuo Ludovico, excepta Italia, quam reliquit Bernhardo nepoti ſuo. Et ſic deinceps reges & Imperatores de genere dicti Caroli exiſtentes, habuerunt per ſucceſſionem generis regnum Francorum, ſeu partem regni, poſt diviſionem ejuſdem cum Italia & imperio, eodem jure ac titulo, quo ipſe Carolus tenebat, uſque ab tempora Ludovici tertii, cujus tempore Italia defecit à fidelitate ſua, & regni Germaniæ, cujus regni Germaniæ ipſe rex erar. ceſſerat enim regibus Germaniæ felici ſorte Italia cum imperio, ut in ſuperioribus plenè viſum eſt. Regnum autem Germaniæ habuit reges de genere dicti Caroli deſcendentes, quouſque defecit genus, vel ſaltem potentia generis ipſorum in dicto regno. Quo genere deficiente, ptincipes & natu majores Francorum, Alemanorum, Bavarorum & Saxonum, qui repræſentabant totum po-
B pulum Germaniæ, elegerunt Heinricum primum ducem Saxoniæ in regem Germaniæ & Francorum, ut ex prius dictis in prædicto capite ſecundo apparet. Quod facere poterant de jure gentium: ex quo jure etiam regna condita ſunt, ſcilicet quòd quilibet populus poteſt ſibi regem eligere, ut patet ex his quæ leguntur & notantur ff de juſt. & jure. l. ex hoc jure. Et deinde Ottho primus, filiꝰ ejuſdē Heinrici (ut etiā viſum eſt in eodē capite ſecūdo) recuperavit Italiam ipſi regno Germaniæ, à quo cujuſque ſocietate defecerat: & factus fuit primus hic Imperator. Et tunc iterato incepit regnum Germaniæ cum Italia & imperio deberi ex ſucceſſione generis, uſque ad tempora Ottonis tertii. Cujus tempore fuit inſtitutum, quod per cæteros principes Germaniæ, ſcilicet per Officiatos imperii eligeretur Imperator, ut etiam ex ſuperius dictis plenè patet. His itaque præmiſſis, primo probo veritatem dicti articuli generalis, de adminiſtratione omnium provinciarum regni & imperii. Secundo ſpecialiter, de adminiſtratione Germaniæ. Primum ſic probatur: Quilibet populus carens rege, poteſt ſibi regem eligere de jure gentium, ex quo jure regna condita ſunt, ut jam dictum eſt per l. ex hoc jure. ff. de juſtic. & jur & ex conſequenti poteſt talis electus jure eodem ex tali electione populi regnare nomine & re: quod non eſt aliud niſi numen regis aſſumere, & jura & bona illius regni adminiſtrare, ut de ſe patet. Sed in regno & imperio cum non habeat locum hodie ſucceſſio generis, mortuo rege vel Imperatore, A populus Germaniæ, Italiæ, & aliarum provinciarum regni caret rege. Et principes Electores ratione jam dictæ inſtitutionis, habent eligere regem ſeu Imperatorem, repræſentantes in hoc omnes principes & populum Germaniæ, Italiæ, & aliarum provinciarum & terrarum regni & Imperii, quaſi vice omnium eligendo, ut ex dicendis infrà in cap proximo plenius apparebit. Ergo concluditur, quod electus per eos concorditer, ex electione hujuſmodi poteſt de jure gentium licitè nomine ac re ipſa regnare: quod non videtur aliud niſi nomen regis aſſumere, ac jura & bona regni & Imperii adminiſtrare, ut prædixi. Et ex hoc jure gentium credo verificari dictum beati Hieronymi, dicentis. quod exercitus fecit Imperatorem ut patet in Can 93. diſtinction. c. legimus. Quia exercitus ſeu populus eo tempore repræſentavit totom populum Rom. imperio ſubjectum: unde etiam facere poterat Imperatorem. Sed hodie principes Electores ratione dictæ inſtitutionis, populum hujuſmodi repræſentant. Secundo modo poteſt idem aliter prohari, & ſic: illud quod ſurrogatur & ſuccedit in locum alterius rei, debet retinere ac imitari jus & naturam illius rei in cujus locum ſuccedit & ſurrogatur. ut ff. ſi quis cont. l. ſi eum. §. qui injuria. ff de condit & demonſtrat l. filiæ. §. Titiæ ad idem ext. de vot. & vot. redemp. c. magnæ §. cum igitur. de baptiſ & ejus eff. c. majores poſt princip. cū ſuis concordan. Et hoc etiam circumſcripro B jure Canonico & civili, ſatis dictat ratio naturalis apud omnes. Non enim poſſet dici aliud propriè ſuccedere in locum alterius rei, ſi non haberet jus & naturam illius rei. in cujus locum ſuccedit & ſurrogatur, ut de ſe notum eſt. Et ſic illud videtur eſſe de jure gētiū. Quod enim ratio naturalis dictat apud omnes, illud eſt de jure gentium. ut ff de juſt & jur. l. omnes populi. & Inſtit. de jur. nat gen. & ciu. §. quod verò Sed electio regis & Imp. quæ fit per principes Electores, ſucceſſit & ſurrogata eſt in locum ſucceſſionis generis quæ per multa tempora fuit in regno & imperio, ut ſuprà dictum eſt in c. 2. Retinebit ergo illa electio jus & naturam ſucceſſionis generis. Sed indubitatum eſt, quòd tempore ſucceſſionis generis in regno & imperio. filius ſtatim mortuo patre, ex ipſa generis ſucceſſione aſſumpſit nomen regis, & adminiſtravit jura & bona regni & imperii in Italia, & in aliis provinciis regni & imperii: imo interdum ſimul cum patre adminiſtravit. ex ipſius patris diſpoſitione, ut ex ſuperius dictis in 2. cap. patet. Vel ſi non erat filius regi & Imp. decedenti, tunc alius de genere decedentis ſuccedebat eidem in regno & imperio, nomen regis aſſumendo, ac jura & bona ipſius regni & imperii juxta conſuetudinem aliorum regnorum occidentalium, in quibus habet locum ſucceſſio generis, adminiſtrando, ut etiam ex ſuperius dictis ſatis apparet. Ergo ſimiliter etiam noſtro tempore electus à principibus Electoribus con-

cor-

Digitized by Google

A corditer, ex tali electione quæ ſubrogata eſt in regno & imperio in locum ſucceſſioois, poteſt ſtatim licitè nomen regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperii adminiſtrare. Demum id probo ſpecialiter de adminiſtratione regni & imperii in Germania, ſcilicet quod in ea poſſit electus à principibus in concordia, ex electione hujuſmodi licitè adminiſtrare: dato etiam, ſed nõ conceſſo, quod in Italia hoc noo poſſit. idque hoc modo. Nam apparet ex prædictis Chronicis omnibus, quod poſtquã defecit ſucceſſio generis Caroli Magni in regno Germaniæ. Henricus I. ex electione principũ & natu majorum Germaniæ, ſtatim aſſumpſit nomen regis, & adminiſtravit jura & bona dicti regni. Poſt hoc iterum deficiente ſucceſſione generis ejuſdem Heinrici in regno Germaniæ, inſtitutisque certis principibus ad eligẽdum reges, Heinricus II. fundator eccleſiæ Bambergeoſis, ex electione ipſorum principũ ſimiliter ſtatim aſſumpſit nomen regis, & adminiſtravit jura & bona dicti regni. Et ſic deinceps ex prædictis Chronicis apparet, quòd id ipſum fecerunt alii eorundem regum ſucceſſores, in reges à principibus concorditer electi & aſſumpti. Circa verò aſſumptionem regii nominis, ſciendum eſt, quod reges noſtri poſt diviſionem regni Francorum, ac ſubjugationem Italiæ, de quibus dictum eſt ſuprà cap. 2. per multa tempora non ſe reges Romaoorum, ſed ſimpliciter, prout ex diverſis privilegiis per eos conceſſis colligitur, ut plurimùm nominabaor:
B interdum tamen ſe nominare Francorum & Lombardorum, juxta morem Caroli Magni conſueverunt: ut inter alia privilegia in eccleſia Herbipolenſi habetur privilegium dicti Heinrici: in quo idẽ Heinricus ante unctionem & coronationem imperialem, ſe regem Francorum & Lombardorũ nominavit, ſeu intitulavit. Cujus privilegii forma data eſt ſub ann. Domini 1004. regni ſui Fraocorum 3. Illo enim anno (ut refert hiſtoria Francorum) fuit ab Archiepiſcopo Mediolan. & ab illius regionis primatibus in civitate Papiæ in regno Lombardorum in regale ſolium collocatus. Demum poſt multa tempora iidem reges inceperunt nominare ſeu intitulare ſe reges Rom. ex cauſis quas dicam infrà eodem cap. Et hæc nominis aſſumptio ſeu intitulatio. & non alia. hodie per eos obſervari conſuevit. Præterea ſatis patet ex Chronicis prædictis, quòd Germania poſt diviſionem regni & imperii Francorum, de qua ſuprà in ſecundo capitulo dictum eſt, fuit regnum per ſe, ſicut regnum Franciæ occidentalis, quod hodiè regnum Franciæ nuncupatur, eſt regnũ per ſe. Et hoc regnum Germaniæ Ludovicus frater Lotharii Imperatoris & Caroli regis Galliç in portione hæreditatis obtinuit: & poſt mortem ejus tres filii ſui, ſcilicet Carolomannus, Ludovicus, & Carolus, Italiam & imperium: Et deinde poſt eum Arnulphus filius Carolomanni prædicti, Italiam cum imperio ſimiliter obtinuit. Quam Italiam Ottho primus rex Germaniæ occupatam per Berengarium tertium poſtea recuperavit. eam ad poteſtatem regni Germaniæ reducendo, & Imperator factus eſt, ut viſum eſt io dicto capitulo ſecundo. Ex hoc autem noo debet eſſe deterior conditio regni & imperii in Germania, quòd reges ipſius fuerint Italiam & imperium conſecuti: ſed melior. Virtutibus enim reges ipſius promeruerũt imperiũ. 28. q. 1 § ex his. Virtutibus enim præmia debentur, ut C. de ſtatuis & imag. l. ult. & ff. de juſt & jur. l. 1. in princip. unde diſpendia ex boc non debent cõſequi ut ext. de fidejuſſ. c pervenit. Sed conſtat, ſi electus ad regnum & imperium nõ poſſet adminiſtrare jura & bona regni & imperii in Germania, ſtatim ex ipſa electione haberet ratione Italiç, expectare nominationem & approbationẽ eccleſiæ Romanæ: conditio ipſius Germaniæ ex conſecutione Italiæ facta per reges Francorum & Germaniæ, foret deterior. Magna enim poſſent diſpendia populo Germaniç ex tali expectatione per guerras, ex quibus ſolent ſequi cædes hominum, rapinæ & incendia, interim generari, quæ per adminiſtrationem regni de facili ceſſare poſſent, ut de ſe notum exiſtit. Quare concluditur. quòd electus concorditer à principibus, dato etiam quòd in Italia non poſſet adminiſtrare, id tamen in Germania facere poterit & debebit. Nec obſtat ſi juxta præmiſſam ſuppoſitionem dicatur, quod licet electus in regem à principibus poſſit adminiſtrare in Germania, conſiderata ipſa Germania per ſe, & hoc ex electione principum electorum: tamen ratione Italiæ. cui accedere videtur Germania, id non poterit ex electiooe hujuſmodi, ſed potius ex eccleſiæ Romanæ approbatione, ut ſic acceſſorium ſortiator naturam ſui principalis ext de reg. jur. c. acceſſorium. in 6. cum concordantiis ibi notatis. Unde etiã ex hoc electus à principibus non rex Germaniæ, ſed rex Romanorum appellatur: quod videtur fieri ratione Italiæ, in qua ſita eſt Roma. Quia dico ad hoc reſpondendo, quòd Germania ſeu regnum Germaniæ non eſt nec fuit acceſſorium regno Italiæ, ſed potius econtrà regnum Italiæ fuit & eſt acceſſorium regno Germaniæ: regnum enim Italiæ etiam poſt diviſionem regni Francorum, dum adhuc regnum Germaniæ erat regnum de genere Caroli Magni, obtinuerũt duo reges Germaniæ, ſcilicet Carolus tertius & Arnulphus, ipſumque regnum Italiæ Ottho primus aliquandiu regno Germaniç vi ablatum, recuperarunt: ut patet ex dictis ſuprà in cap 2 Reges verò Italiæ cum ante tempora Caroli Magni præfuerunt Lombardiæ, nunquam regnum Germaniæ vel Francorum ſibi, ut ex dictis Chronicis apparet, ſubjugaſſe noſcuntur. Quòd autem electus à principibus in regem, rex Romanorum appellatur: id non eſt factum ratione Italiæ, cum ipſa Germaniæ acceſſerit, ut dictum eſt: ſed credo id introductũ eſſe, cum propter reverẽtiam ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, quæ omnium eccleſiarum magiſtratum & primatum obtinet: ut patet 21. diſtinction. c. quamvis. 22. diſtinction. c. 1. & 2.

A &c 1. & ext. de ſum. trin. & fid. cath. c. damnamus, cum ſimilibus. Unde etiam Imperatot aſſerit, papam ſenioris Romæ primum eſſe omnium ſacerdotum. in auth. de eccleſiaſt. tit. in princip. collat. 9. tum etiam propter honorem urbis Romanæ, cujus populus olim tenuit monarchiam Imperii: ſed poſtea tranſtulit ipſum imperium in Imperatorem, ut patet ff. de orig. jur. l. 2. §. noviſſimè. & Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. §. ſed & quod principi. Id antem qnod dixi de adminiſtratione regni & imperii in Germania, idem dico de adminiſtratione regni & imperii in Gallia Belgica, ſeu regno quondam Lotharii, ſito inter Moſam & Rhenum fluvios, de quo regno fit mētio in canone 63. diſtinction. c. porrò. Hoc enim regnum Lotharienſe poſt mortem Lotharii regis, filii Lotharii Imperatoris, de quo multotiens fit mentio in Decretis, ut dixi ſuprà in capitulo ſecondo, Ludovicus rex totius Germaniæ, & Carolns rex Galliæ occidentalis, fratres, æqualiter inter ſe diviſerunt ſub an. Domini 871. Poſt hujus vero Ludovici mortem variis contentionibus ſuper eodem regno inter reges Germaniæ & Galliæ habitis, Ludovicus & Carolus adoleſcentes regis Caroli prædicti nepotes, portionem dicti Lotharii, Ludovico regi orientalis Franciæ, filio regis Ludovici jam dicti ex integro conceſſerūt. Poſtea verò deficiente genere Caroli Magni in regno Germaniæ, quidam rex Galliæ occidentalis prædictæ, Carolus nomine, Heinri-B co, qui primus de natione Saxooom cœpit regnare io Germania apud Bonnam, confœderatus eidem Heinrico ſub anno Domini 924. reddidit dictum regnum. Deinde poſt mortem ejuſdem Heinrici, variis diſcordiis contra Otthonem primum, filium dicti Heinrici, per Lotharienſes habitis, tandem ſub anno Domini 945. regnum Lotharienſe totum fuit ad dictum regem Otthonem cooverſum. Et ex tunc omnes reges Theutonici Belgicam Gallicam ac regnum bujuſmodi ſine qoalibet contradictione tenuerunt, prout hæc in prædictis Francorum & Godfridi Chronicis plenius enarrantur. Idem etiam ex cauſa prius dicta de omnibos aliis provinciis & terris quæ tempore diviſionis fuerunt adjunctæ regno Germaniæ. vel quæ poſt diviſionem regni Frācorum prædictam regno Germaniæ in citramontanis partibus acceſſerunt, intelligo repetitum, ſcilicet quòd fint de imperio eodem jute quo & regnum Germaniæ.

Cap. VI.

QVOD ELECTVS IN REGEM SEV Imperatorem à principibus etiam in diſcordia, dummodo ſit electus à majori parte ipſorum, poteſt ex tali electione, licitè nomen regis aſſumere ac jura & bona regni & imperii in provinciis ſubiectis regno & imperio adminiſtrare: & eſt ſecundus Articulus.

SEcundus verò articulus talis eſt. Electus in tegem ſeu Imperatotem Romanorum à principibns electoribus, etiam in diſcordia, A dummodò ſit electus à majori parte ipſorum numero, poteſt ex tali electione, licitè oomen regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperii tam in Italia quàm in cæteris provinciis & tettis ejuſdem regni & imperii adminiſtrare. Circa hujus articuli probationem ſciendum eſt, ꝙ ipſius veritas videtur poſſe probari per c. venerabilem. ext. de elect. hoc modo. Ottho enim & Philippus, de quibus loqoitut dictum Capitulum, fuerunt electi in diſcordia ad reges Ron.anorum. Et licet papa Innocentius Tertius reputaverit & nominaverit Otthonē regem, non tamen approbavit ſeu confirmavit perſonam ipſins, vel electionem ſuā. quod patet ex eo quòd reſervavit contradictoribus jus & poteſtatem opponeodi contra papam & factum electionis ſuæ, ut patet in prædicto capitulo, verſ. eos igitur: ut etiam ibi notat in principio Hoſtiēſis. Sed monnit principes, ut recederent à Pbilippo, quem reprobarat: & adbærerent Otthoni, donec aliud eſſet objectum vel oſtenſum contra perſonam vel factum ipſius, ut in prædicto verſ. eos igitur. Et hoc papa fecit ex eo, quod Ottho erat electus à majori parte principum, & coronatus ubi debuit & à quo debuit & ibi notat Innocent. & Hoſt. Et ſic. quia papa conſuluit ꝑdictam monitiooem, qoòd Ottho pro rege haberetur donec aliquid cootra perſonam, &c. ut jam dictum eſt: patet ex boc, quod electus ex majori parte principum, ſaltem poſt coronationem Aquiſgrani habitam, citra approba- B tionem papæ, ex ipſa electione poteſt adminiſtrare, donec contra perſonam ſuam vel factū electionis aliud objectum fuerit, vel oſtēſnm. Sed quia hæc probatio eſt ex mero jure poſitivo, quod ponitur & deponitur, idcirco huic probationi non innitor. Sed veritatem hujus articuli aliter ptobo, ut infrà dicam. Item ſciendum eſt, qood Hoſtienſis notat ext. de electione. c. venerabilem. in gloſſa, hæc alternatio: qnòd electio pertioet ad principes Electores, non tanquam ad collegium, ſed tanquā ad ſingulares perſonas Sed ego ſalva reverentia tanti viri, non ctedo boc vernm. Credo enim quod ad eos pertinet talis electio, tanquā ad collegium, ſeu ad univerſitatem: cujus ratio eſt, ſi inſtitutio principum Electorum non eſſet facta, omnes principes & alii repræſentantes populum ſubjectum Romano regno & imperio haberent eligere regem & Imperatorem. Sed ipſi cenſentur eligere vice & auctoritate univetſitatis principum, & popnli prædictorum. Ac proinde habenda eſt eorum electio, ac ſi tota univerſitas principum & populi hnjuſmodi eam feciſſet, ut probat textus ff. quod cujuſque univerſ. nom. l. item eorum. §. ſi decnriones. & extt. de præb. c. nlt. teſponſo primo, lib. 6. Non poterit igitnr dici, quod electio talis pertineat ad eos, ut ad ſingulares: ſed potius ut ad collegium, ſive ut ad univetſitatem omnium principum & populi antè dicti. Et hæc etiam interpretatur cooſuetudo, eſſe vera. Nam ipſi vacante tegno & imperio

A juxta cõſuetudinem antiquam, hactenus circa hoc obſervatam, cõveniunt in villa Remis, Trevirenſis diœceſis, ubi nomine aliorum collegiorum vel univerſitatum, ſtatuitur terminus ad electionem regis Romanorum, in oppido Franckfurt per eos communiter faciendam. Hoc præmiſſo, hujus articuli veritas ſic probatur: In omni univerſitate, id quod fit à majori parte illorum de oni verſitate valet: ac perinde habendum eſt, ac ſi factum eſſet per omnes de univerſitate. Et hoc quaſi ratio naturalis dictat apud omnes. Quia cum homines ex natura ſint faciles ad diſſentiendum, ut ff. de arbit. l. item ſi unius. §. principaliter. niſi ſtaret in factis univerſitatum à majori parte, nihil poſſet per univerſitates perfici vel finiri, quod eſſet abſurdum. Et ſic iſtud circumſcripto omni jure Canonico & civili, videtur eſſe quaſi de jure gentium per l. omnes populi. ff. de juſt. & jur. Hoc etiam probatur jure Canonico & civili prædictis: ut ff. ad municip. l. quod major. 56. diſtin. c. apoſtolica. ext de elect. c. cum inter Canonicos in princip. & de his quæ fiunt à major. part. cap. c. 1. com ſimilibus. Sed in caſu noſtro quando principes Electores eligunt regem ſeu Imperatorem Romanorum, talis electio cenſetur eſſe facta per univerſitatem omnium principum & populi ſubjecti regno & imperio, ut jam dictum eſt. Ergo electio quæ fit à majori parte ipſorum, valet: ac perinde habenda eſt, ac ſi facta eſſet per omnes concorditer. Sed quando in concordia omnes eligerent, electus ex tali cõcordi electione poſſet licitè regere, &c. ut ſuprà in Capitulo præcedenti plenè probatum eſt. Ergo & in caſu noſtro, ſcilicet quando quis electus eſt à majori parte ipſorum principum Electorum, poterit ſimiliter ex tali quaſi concordi electione, licitè nomen regis aſſumere, ac jura & bona regni & imperii in Italia, & in aliis provinciis regni & imperii adminiſtrare. B

Cap. VII.

QVOD REX ROMANORVM, POST electionem concordem, vel à majori parte principum de ſe factam, habet eandem poteſtatem in Italia, & in cæteris provinciis, regno & imperio ſubiectis, quam Imperator. Et eſt tertius articulus

Tertius autem articulus eſt talis: Rex Romanorum poſt electionem concordem, vel à majori parte ipſorum principum Electorum de ſe factam, habet eandem poteſtatem in Italia, & in cæteris provinciis regno & imperio ſubjectis, quam & Imperator. Ad hujus articuli probationem primo ſciendum eſt, quòd Carolus Magnus, in cujus perſonam de Græcis, ut ſæpe dictum eſt, translatum fuit imperium, ante onctionem & coronationem imperialem, ut etiam ex ſuperius dictis in primo Capitulo patet, præter regnum Francorum, quod protendebatur ab Aquitania uſque in Bavariam, quod ex paterna ſucceſſione obtinuit, ſibi ac regno eidem Italiam, Saxoniam, Friſiam, Gaſconiam, terram Hunnorum, & plures alias provincias ac terras bello licito ſubjugavit: de eiſdem provinciis ac terris ante unctionem & coronationem imperialem, ſicut & poſt, eas pro ſuo arbitrio diſponeodo, ac in eis poteſtatem & juriſdictionem plenariam exercẽdo. Et idem faciebat Ottho primus, qui Italiam per tyrannos longo tempore occupatam reduxit ad regnum, & regni Germaniæ poteſtatem: de ea, ſicut de Germania, & cæteris provinciis & terris quas obtinuit ante unctionem & coronationem imperialem, liberè diſponendo, prout ex Euſebii, Francorũ, & Godfridi Chronicis prædictis evidentius colliguntur: ut etiam viſum eſt ſuprà cap. 2. Nec reperitur ſcriptum in dictis Chronicis & hiſtoriis, vel etiam in aliis ſcriptis quæ videre potui, quòd dicti Carolus & Ottho ð unctione & coronatione imperiali aliquas provincias & terras de novo fuerunt aſſecuti. Nec etiã hoc tempore regnum & imperium habet provincias & terras, quas idem Carolus & Ottho ante tempora ſuarum unctionum & coronationum habuerunt, ſed longè pauciores. Et hoc cùm propter diviſionem regni Francorũ, de qua ſuperius in capit. 2. eſt dictum, tum etiam propter diſcordes electiones, quæ de regibus & Imperatoribus, à tempore inſtitutionum principum Electorum interdum factæ noſcuntur, ex quibus plurima regno & imperio diſpendia noſcuntur contigiſſe. Item ſciendum eſt. quod duplex eſt poteſtas regis ſeu Imperatoris Romanorum. Quædam eſt poteſtas adminiſtrationis bonorum & jurium regni & imperii, quæ conſiſtit in recipiendis juramentis fidelitatis à ſubditis, in conferendis feudis, in exercendo juriſdictionem temporalem, per ſe vel per alios. Nomine enim adminiſtrationis continetur juriſdictio, ut C. ad leg. Jul. repet. l. ſancimus canonizata. q. 7. c. ſancimus & C. eod. tit. l. jubemus canonizata q. 2. c. jubemus. cum concordantiis ibi notatis per Archidiaconum. Item conſiſtit etiam in recipiendis tributis & obventionibus regni, & in aliis regni & imperii negociis diſponendis. Quædam vero eſt alia poteſtas exercendi actus Imperatori reſervatos de jure, quæ conſiſtit in legitimandis illegitimis, quoad temporalia, in reſtituendis infamibus ad famam, in creandis tabellionibus, & in ſimilib⁹: de quibus vide notata per Innocẽtium & Hoſtienſem, extr. de fide inſtrum. c. cum præ. Item notandum eſt tertio, quod ſi teneamus ſecundum Chronica Martini, & etiam gloſſam Bernhardi, ext. de elect. c. venerabilem. quod per Stephanum papam ſecundum ſit facta translatio imperii de Græcis in perſonam Caroli Magni: tunc de facili patere poteſt veritas hujus articuli, hoc modo. Si enim idem Stephanus tranſtulit imperium in perſonam ipſius Caroli, certum eſt quod id fecit citra omnem unctionem & coronationem imperialem. Fuit enim idem Carolus poſt hoc multis annis lapſis per Leonem papam tertium unctus & coronatus in Imperatorem, ut patet ex omni-

A omnibus Chronicis prædictis. Unde de ipſa translatioue imperii, per eundem Stephanum facta, pateret quòd Carolus fuit Imperator citra omnem unctionem & coronationem imperialem, ſed nominationem Imperialem duntaxat conſequebatur per unctionem & coronationem hujuſmodi. Et ſic ex conſequenti etiam hodie ratione dictæ translationis, eo ipſo qoòd quis eſt rex, ſtatim eſt Imperator. Sed quia, ut dixi ſuprà in cap. 3. ego credo, ꝙ per Leonem papam fuerit facta dicta translatio, tempore unctionis & coronationis ipſius Caroli in Imperatorem: idcirco prædicti articuli veritatem aliter probo, ut ſtatim dicam. His præmiſſis, dico quòd ſatis patet ex his quę dicta ſunt in duobus capitulis præcedentib9, quòd rex Romanorum poſt electionem concordem principum Electorum, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, habet eandem poteſtatem. quoad primam poteſtatem præmiſſam, in provinciis ſubjectis regno & imperio, ſcilicet quo ad poteſtatem adminiſtrationis bonorum juriumque, regni & imperii, quam habet Imperator. Ex quo enim ipſe, ut ex dictis in duobus proximis præcedentibus capitulis patet, poteſt ex electione principum in concordia, vel à majori parte ipſorum de ſe facta, ſtatim adminiſtrare jura & bona regni & imperii, in provinciis eidem regno & imperio ſubjectis. Et hanc eandem poteſtatem habet etiam, poſtquam factus eſt Imperator, ut de ſe notum exiſtit Ergo cōcluditur, quòd rex poſt B electionem concordem principum, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, habet eandem poteſtatem adminiſtrationis in provinciis ſubjectis reguo & imperio, quam habet Imperator. Item etiam poteſt aliter probari, & hoc modo: Is qui ſuccedit in locum alterius, debet uti eo jure quo ille uſus eſt in cujus locū ſuccedit. ut ff. de regulis juris. l. qui in jus. & ext. eodem titulo. c. is qui in jus, libro ſexto, cum multis concordantiis ibi notatis. Et hoc etiā ſatis dictat æquitas, ſeu ratio naturalis apud omnes. Non enim ſucceſſor poſſet plenè ac ꝓpriè ſucceſſor eſſe, ſeu ſuccedere in jus prædeceſſoris, ſi non uteretor eo jure, quo ille uſus eſt. Unde etiam poteſt dici, hoc eſſe quodammodo de jure gentiū, ut ff. de juſticia & jure. l. omnes populi. Sed rex Romanorum ex electione principum Electorum in concordia, vel à majori ipſorum parte de ſe facta, ſuccedit in locum Caroli Magni & Otthonis primi, ſaltē quo ad Italiam & alias provincias, quæ adhuc ſunt de regno & imperio. Et hinc, ut etiam ex prius dictis patet, in Italia & aliis provinciis regni, ante unctionem & coronationem imperialem, plenariam poteſtatem adminiſtrationis exercebant ut reges, quam poſt unctionem & coronationem hujuſmodi exercebant ut Imperatores: nec aliquas provincias vel terras de novo ex dictis unctione & coronatione conſequebantur: nec etiam hodie regnum & imperium habet plures provincias vel terras, quàm tunc habuerit Carolus vel Ottho, ut prædictum eſt. Ergo rex Romanorum ex electione concordi, vel à majori parte A principum Electorum de ſe facta, ſuccedens in locum Caroli & Otthonis prædictorum, habet plenam poteſtatem quo ad adminiſtrationem regni in Italia, & in aliis provinciis regni ante unctionem & coronationem imperialem, ut rex, quam etiam poſt unctionem & coronationem habet hujuſmodi Imperator. Viſo ergo qoòd rex poſt electionem concordē à principibus, vel à majori parte ipſorum de ſe factam. habet eandem poteſtatem. quoad primam poteſtatem, ſcilicet adminiſtrationes bonorum & jurium regni & imperii, in provinciis regno & imperio ſubjectis, quam habet Imperator: reſtat illud idem probare, quo ad aliam partem, ſcilicet quo ad poteſtatē imperialem, exercendi. ſcilicet actus Imperatori reſervatos à jure. Et hoc probatur ſic. Licet reges in ſuis regnis non habeant poteſtatem imperialem. exercendi actus reſervatos à jure, cum populus Romanus jus & poteſtatem imperii non in reges, ſed in Imperatores tranſtulerit. ut ff. de origi jur. l. 2. §. noviſſimè. Inſtit. de jure nat. gent. & civil. §. ſed & ꝙ principi, ſecundum ea etiam quæ notat Hoſtienſis in ſumma de ceuſ. §. ex his cauſis, verſ. ſed nunquam rex Franciæ tamen conſuetudo generalis eſt omnium regnorum occidentalium, à tempore cujus contrarii non eſt memoria hominum, hactenus obſervata quòd reges ipſorum in ſuis regnis, & quoad ſuos ſubditos exercent actus reſervatos à jure Imperatori. Merum enim & miſtum imperium exercēt: quod B tamen qualiter fieri poſſit ex conſuetudine, dicam infrà in capitulo 15. Infames etiam eiſdem ſuis regnis ad famam reſtituunt, tabelliones creant, vectigalia recipiunt & concedūt, & his ſimilia. Quæ conſuetudo ex quo eſt tāto tempore, cujus contrarii non eſt memoria obſervata, valet & eſt licita, ut etiam probari poteſt jure canonico, ext. de verb. ſig. c. ſuper quibuſdam: ubi patet, quòd vectigalia introducta à conſuetudine, à tempore cujus nō extat memoria, licitè recipi poſſunt, ut etiam jure civili: ut patet ff. de pollicitat. l. Imperatores. §. finali: ubi dicit, tolerabilia vectigalia quæ vetus conſuetudo comprobat. Et tamen conſtat ꝙ de jure nō ſunt cōcedēda vectigalia incōſulto principe, ut C. nov. vect. inſt. nō poſ. Non ſolent etiam de auctoritate præſidis, ut C. eodem tit. l. 1. vel decreto civitatis: ut eodem tit. l. vectigalia. Hanc autem conſuetudinem generalem regnorum occidentalium reges Romanorum ante unctionem & coronationem imperialem, à tempore cujus contrarii non eſt memoria, uſque ad hæc tempora, ut notorium eſt in provinciis & terris regno & imperio ſubjectis, etiam ſervaverunt Quare concluditur, quòd rex Romanorum poſt electionem à principibus in concordia, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, ex eadem conſuetudine quæ valet & licita eſt, ut prædixi, habet eandem poteſtatem exercendi actus à jure reſervatos Imperatori, in provinciis & terris ſubjectis regno & imperio. quam habet

Google

A poſt unctioné & coronationé imperialé factus Imperator. Patet igitur ex omnib præmiſſis, ꝙ rex Romanorum poſt electionem à principib. vel à majori parte ipſorum de ſe factam habet eandem poteſtatem tam adminiſtrandi jura & bona regni, quam etiam exercendi alios actus qui de jure ſunt Imperatori reſervati: & hoc in provinciis & terris regno & imperio ſubjectis, quam habet poſt unctionem & coronationem imperialé factus poſtea Imperator. Præterea ſi dicamos, quòd ex translatione imperii in Carolum Magnum regem Francorum, & ex diviſione ipſius regni Francorum, poſt eandé translationem facta, de quibus dictum eſt ſuprà in c. 1. & rex Galliæ occidentalis, qui hodie rex Franciæ nuncupatur, ſit exemptus ab imperio, & quòd habeat eandé poteſtatem in regno ſuo ex translatione & diviſione hujuſmodi, quam habet Imperator in imperio, ſicuti multi hoc & Francigenæ dicunt, pro quibus facit ext. qui filii ſint legit. c. per venerabilem ibi, inſuper cum rex. Tunc etiam haberemus contra hoc dicere, quòd rex Romanorum, qui eſt rex Germaniæ & Galliæ Belgicæ, ſicut orientalis Franciæ, ac Italiæ & aliarum provinciarum regni & imperii, poſſit in hiſdem provinciis prætextu prædictarum translationis & diviſionis, actus Imperatori de jure competentes & reſervatos, licitè exercere. Omnes enim prædictæ provinciæ in diviſione hujuſmodi venerunt, ut in prædictis Euſebii, Francorum & Godfridi Chronicis continentur. Hæc autem opinio videtur habere quandam probabilitatem ex duobus, primò ex eo, quod ut dixi ſuprà in capite primo & tertio, imperium fuit
B translatum de Græcis ad reges Francorum. ꝙ etiam circumſcriptis Chronicis poteſt probari ex eo, quia certum eſt, quòd translatio imperii fuit realis non perſonalis, licet in perſonam Caroli fuit facta. Cum ergo ipſe fuerit rex Francorum, apparet quòd translatio imperii facta fuit ad reges Francorum. Secundò verò eadem opinio habet probabilitatem ex eo etiam, quòd dicta Chronica ſeu hiſtoria Francorum refert. regnum & imperium Frãcorum fuiſſe diviſum, & non regnum tãtum. Ex quibus videtur, quòd quilibet ex his regibus, ſcilicet rex Romanorum, qui eſt rex Germaniæ ac Galliæ Belgicæ ſive orientalis, Italiæ, ac etiam aliarum provinciarum regno & imperio ſubjectarum in eiſdem provinciis: & rex Galliæ occidentalis ſive Franciæ in eadé Gallia, & in aliis provinciis ſuo regno ſubjectis, poſſit ratione translationis, ac etiam diviſionis regni & imperii hujuſmodi poteſtatem imperialem licitè in omnibus exercere, nec alter ipſorum alteri ſubeſſe aliquatenus teneatur. An autem hæc opinio ſit vera, id majorũ meorum diſcuſſioni ac determinationi reſervabo. Ex quo autem de regno Franciæ facta eſt mentio, ſciendum eſt, quòd poſt diviſionem regni Francorum, de qua dictum eſt ſuprà cap. 2 primò reges illius regni Franciæ, vocati ſunt reges Galliæ, ut patet ex Chronicis Euſebii & Francorum: quod tamen intelligo de Gallia Celtica ſeu occidentali. Gallia enim Belgica ſeu orientalis ceſſerat in dicta diviſione Lothario imperatori, & ſuis hæredibus: Aquitanica verò Gallia Pipino nepoti Ludovici Imperatoris primi ceſſerat, ut dixi in præcedenti capit. Sed poſtmodum ſucceſſu temporis, ut etiã ex iiſdé Chronicis & aliis colligitur, reperiuntur ſe intitulaſſe reges Franciæ, licet impropriè, niſi dicantur reges Franciæ occidentalis. Nam (ut plenè refert Godfridus in Chronicis, qui magis exquiſitè inter alios Hiſtoriographos ſcribit de regno & imperio Francorum) duplex eſt Francia: una eſt Orientalis, quæ eſt cis Rhenum, ubi primum Franci fuerunt, à quibus etiam illa Francia vocata eſt. Et hæc uſq; ad Bavariæ terminos protenditur, de qua loquitur c. 1. ext. de ſponſal. ut dixi ſuprà in Capite tertio. Alia eſt occidentalis, & eſt illa quæ eſt intra Ligerim & Sequanam fluvios, quæ Provincia prius dicebatur Gaudina: ſed à Carolo Martello, avo Caroli Magni primùm Frãcia vel Francigenia eſt appellata. In lingua verò Theutonica, unde ipſe Carolus Martellus oriundus erat, vocavit eam nomine ſuo Carlingam: ſicut à Cæſare Cæſarea, & ab Alexãdro Alexandria nuncupatur. Et hoc ideo fecit, quia ipſe duos regulos, qui regnum Francorum invaſerunt in prælio, manu propria interfecit, atque cum victoria procedens, Rhemos & Pariſos & omnem Gaudinam ſubjugavit. Non igitur reges prædicti, ſunt reges Franciæ ſimpliciter: ſed duntaxat Franciæ occidentalis, ut patet ex præmiſſis. Iidem verò reges nequaquam ſe reges Francorum intitulare ſeu nominare debent, cum Germania in qua ſolũ ſunt Franci, juxta ea quæ dixi ſuprà c. 1 &; nõ ſit de regno eorum: nec Gallia Celtica ſeu Francia occidentalis fuit pars potentiſſima illius regni: ſed potius Francia Germanica, ſeu Orientalis, tanquam principium ejuſdem, ut ex duob. capitulis ꝑdictis apparet. Et per hoc ſatis liquet, ꝙ reges noſtri nominare ac intitulare ſe reges Francorũ licitè poſſent: ſicut & fecit rex Heinricus ſecũdus, fundator eccleſiæ Bambergenſis, ut dixi ſuprà in Capite quinto.

Cap. VIII.

QVOD ELECTVS IN REGEM vel Imperatorem, poſt electionem concordem principum, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, à Papa vel ab Eccleſia Romana nominationem regiam, vel Papæ approbationem petere, & recipere non tenetur: & eſt quartus Articulus.

POrrò quartus Articulus eſt iſte: Electus in regem ſeu Imperatorem Romànorum à principibus Electoribus, in concordia, vel à majore parte ipſorum, à papa ſeu ab Eccleſia Romana nominationem regiam vel perſonæ approbationem petere vel recipere non tenetur. Hujus autem articuli veritas ſic probatur. Rex Romanorum, ex electione principum electorum concordi, vel à majori parte ipſorũ de ſe facta, habet poteſtaté adminiſtrãdi jura & bona

A bona regni in omnibus ꝓvinciis ſubjectis eidem regnn & imperio. Habet etiam poteſtatē exercendi in iiſdem prnvinciis ex conſuetudine generali omnium regnnrum occidentaliū, & ſpecialiter regni & imperii Romanorum, à tempore cujus contrarii nnn eſt memnria hactenus obſervata, actus alins à jure Imperatori reſervatos, ut patet ex tribus capitulis proximè præcedentibus. Nomen autem Imperatoris, & ſi aliqnid alind juris Imperator ultra regem Romannrum, id jns cnnſequitur poſt unctionem & cnrnnationem imperialem, nt ex dicendis infrà in Capiruln undecimn apparet. Ergo eidem regi Romanorum, nec qunad duplicem poteſtatem prædictam, nec quo ad imperii titnlum & nomen, nec qnn ad alia qnæcunq; jura imperii cnnſequenda, papæ vel etiam Eccleſiæ Romanæ nnminatin regia, vel perſnnæ apprubatin, nec eotundem à papa & Eccleſia Romana petitin neceſſaria eſt, & ſic ex conſequenti eadem petere vel recipere non tenetur. Itē probatur illud idem alia via ſumpta per lncum ex ſufficiēti partium enumeratinne, qni locus eſt argumentum validum in jnre ad hoc, ff. de act. & oblig. l. nbligationum ferè §. placet Et in hac via probanda & declaranda ſic procedam. Primò probn, qnòd talis electus in regem ſeu imperatorem, qui ex electione eſt rex Romannrum, non tenetur ad id faciendum de jure communi ſeu generali. Secundò probo, quòd ad hoc non tenetur ex aliquo jnre ſpeciali. Primū ſic probarur, ſi tene-
B tur id facere ex jure cnmmuni ſeu generali, cū hoc nnn ſit de jnre naturali vel gentium, ur de ſe notnm exiſtir: relinquitur ex ſufficienti diviſione, quod hoc aut procedit à jure divino, aut poſitivo, ſcilicet canonico aur civili, vel à conſuetudine generali aliornm regnorum occidentalium, quæ conſuetudo etiam eſt jus, ut 1. diſt. c. conſuerudo. & Inſtit. de jur. nat. gent. & civili. §. ex non ſcripto. Sed à nullo iſtorum jurium id procedit. primò enim hoc non procedit à jure divino: nō enim videtur ſuper hoc aliquod mandatum ſeu præceptum jntis divini emanaſſe, quòd etiamſi emanaſſet, ita extēderetur præceptum hujnſmodi ad alios reges terræ Chriſtianos, qni nt plurimum regē Romannrom & Imperatorem pro ſun ſuperinre in temporalibus nnn recognoſcunt, ſicut ad regem Romanorum. Præcepta enim jutis divini generaliter omnes ligant, quod tamē ipſi reges minimè faciunt: ut de ſe nnrum exiſtit. Itē nnn procedit hoc etiam à jure Cannnico. Si enim procederet hoc ab illo jnre, hoc maximè videretur probari ext. de elec. c. venerabilem. §. verum. & §. nos itaq;. Sed illa capitula nō nbſtant, nec cogunt illud dicere vel tenere, ut infrà in oppoſitionibus 12. cap. poſitis plenè dicam. Nec etiam à jure civili ulla lex ſuper hoc emanaſſe reperitur: quæ etiam ſi reperiretur, nequaquam tamen ipſum regem Romannrum ligaret: princeps enim legibus ſolutns eſt. ff. de legib. l. princeps, licer prnfireatur ſecundū leges ſe vivere velle, nt C. de legibus. l. digna vox. Itē nec procedit illud à cnnſuetudine generali alinrum regnorum. Nō enim videmns A aliquem regem occidentalem, nec etiā orientalem id facere vel ſervare, nt ſuprà dixi Quare cnncluditur, qnòd rex Rnmanorum ad hoc ex aliquo jure communi vel conſuetndine generali minimè teneatur.

Viſo ergo quòd rex Romannrum, ſen elect* in regem, ex cnmmuni jure ad hoc nō tenetur: reſtat videre, qnòd etiam ad hoc ex aliquo jure ſpeciali non tenetur. quod ſic prnbatur. Si rex vel electus in regē ad hoc teneretnr, ex aliquo jnre ſpeciali hoc videretur eſſe, aut ex tranſlatinne imperii de Græcis in perſonam Caroli Magni, de qna freqnēter ſuprà dictum eſt: aut ratione ſpecialis conjunctinnis, quæ eſt inter papam & Imperatorem, de qua notanr Innncentins & Hoſtienſis. ext. de fnrn compet. c. licet, de qua etiam infrà dicam: aut ex eo, qnòd rex, ſeu electus in regem, nnn habet ſnperiorē in temporalibus, à qno recipiat approbationē, ita quòd ex hoc ab Eccleſia etiam recipere reneatur, aut etiam ex ipſa regis & Imperatoris Romanorum electinne, ratinne inſtitutionis de hoc tempore Otthnnis tertii factæ, de qua etiam ſuperius dictum eſt. aut ex jure & poteſtate eligēdi ab Eccleſia Romana ad principes trāſlatione, ſeu provectinne: aut ex ſpeciali cnnſuetudine regni & imperii, circa hoc obtenta: aut ex ſpeciali ſubmiſſione & recngnitione, circa hoc per aliquns ex regib. Rnm. facta nnn enim occnrrerunt jnre plures modi ſpeciales, de quibus id facere teneretur. Sed à nullo iſtorum modnrum poteſt procedere, ꝙ B electus in regē teneatur ad præmiſſa facienda. Primò enim nnn tenetur ad hnc ex præmiſſa imperii tranſlatione: tempore enim hujuſmodi tranſlatinnis, & poſt eam lnngo tempore, non fiebat electin regum & Imperatnrum, nc pater ex ſuperius dictis in ſecundn Capitulo: ſed habebat locum generis ſucceſſin, in qna nominatio regis, vel etiam perſonæ approbatio, ab Eccleſia facienda, nnn vendicabat ſibi locum: ſed ſtatim filius mortno patre ſucceſſit patri in regno & imperio, citra nominationem vel approbationem eccleſiæ Romanæ, vel cujuſquam alterius: prout ſervari videmus in regnis aliis per ſncceſſionem generis debiris. Item, nec id procedit ratione ſpecialis conjunctinnis quæ eſt inter papam & Imperatnrem. q̄ cnnſiſtit in ſex, ſcilicet iis quæ nntat Innocētius & Hoſtienſis in prædicto capitulo, licet. de foro cnmpet. Scilicet, quia papa eum cōſecrat & examinat, & etiam Imperatnr eſt ejus advocatns, & ei jurar, & ab eo tenet imperiū. allegant c. venerabilem. de elect. & *63.* diſtinctionem, tibi dominn. * Et quia papa ſnccedit in jnriſdictione imperii, vacanre imperio, ut patet in ꝑdicto capitnl. licet. Primò enim, non ex eo quia conſecrat ſeu inungir Imperatorē: ſunt enim multi Archiepiſcopi & Epiſcnpi, q̄ reges alios inungunt & coronant, qnns tamē ab eiſdem archiepiſcopis & epiſcopis nnminatinnem & approbatinnem aliquam recipere non videmus. Secundò, nnn eſt etiam ex eo, q̄ ipſum examinat. non enim habet, eum exami-

A nare ad hunc finem, ut ipſum approbet: ſed ad alium finem, ut dicam infrà Capitulo decimo, in prima oppoſitione. Tertiò, etiam non eſt ex eo, quia Imperator eſt advocatus papæ: ſunt enim multi Prælati eccleſiarum & monaſteriorum Germaniæ, & aliarum provinciarum, qui habent principes & barones advocatos, qui tamen à prælatis hujuſmodi nullam nominationem vel approbationem recipere conſueverunt. Quarto etiam id nõ eſt ex eo, quia Imperator jurat papæ. non enim jurat papæ tanꝗ vaſallus, ut probabo infrà Capitulo proximo. Quod etſi faceret, non tamen propter hoc ab eo approbationem recipere deberet: prælati enim eccleſiarum fidelitatẽ jurant regibus & principib. à quibus tenent regalia: & tamẽ abſurdum eſſet, quòd prælati ab eis aliquã nominationem vel approbationẽ reciperent, ut de ſe notum eſt. Quintò, nõ eſt id ex eo, quòd teneat imperium à papa: quia dico, ꝙ hoc non eſſet verum propriè loquẽdo, nec jura ab Innocentio & Hoſtienſi allegata hoc probant. Circa ꝙ vide, id quod dicam infià in duodecimo Capitulo, in tertia oppoſitione: & in cap. 13. in ſecunda oppoſitione. Sextò, etiam nõ eſt ex eo, quia papa ſuccedit, imperio vacãte. Hoc enim eſt propter neceſſitatem facti: quia non eſt alius judex ſuperior, ideo recurri oportet ad papam. & idem eſſet, ſi eſſet neceſſitas juris: puta qoia judex dubius eſt. quam ſententiam de jure proferre debeat. ext. qui fil. ſint legit. c. per venerabilem. Prout etiam notant Innoc.

B & Hoſt. in p̃dicto Capitul licet. Patet igitur, ꝙ ratione ſpecialis conjunctionis, quæ eſt inter papam & Imperatorem, rex Romanorum nominationem & approbationem hujuſmodi à papa petere ſeu recipere non tenetur. Itẽ, nõ procedit id ex eo, quòd rex Romanorum non habet ſuperiorem in temporalibus. Quia cõmuniter quaſi omnes reges occidentales non recognoſcunt aliquem ſuperiorem in temporalibus, quos tamen à papa nominationem & approbationem aliquam recipere non videmus. Item nec procedit hoc ex ipſa electione regis & Imperatoris, quæ fit hodie per principes electores: cum enim illa electio ſorrogata ſit in locum ſucceſſionis generis, ut ſuperius in Capitulo quinto plenè declaratum eſt, & in hac ſucceſſione generis non habeat locum nominatio, vel approbatio juxta conſuetudinem aliorum regnorum, ut jam dixi: ergo nec ratione electionis ſubrogatio in locum ſucceſſionis generis locum habebit. Præterea olim, quando fiebat electio Imperatoris per populum vel exercitum Romanorum, de qua electione loquitur Canon 13. diſtinction. c. legimus. & ff. de origine juris l. 2. §. noviſſimè, & C. de veter. jur. enucl. l. 1. §. ſed hæc. cum concord non reperimus quòd per Eccleſiam fieret aliqua nominatio. vel approbatio Imperatoris. Et ſic ex natura ipſius electionis non ꝓcedit. Item nec procedit hoc ex jure eligendi regem & Imperatorem ad principes trãſlatione ſeu provectione: ut infrà in doodecimo Capitulo, in tertia oppoſitione, plenè dicetur.

Item nec procedit hoc ex ſpeciali conſuetudine regni & imperii, circa hoc obtenta. Non enim apparet ex aliquibus Chronicis vel ſcriptis, quas vel quæ videre potui, vel habere, quòd electi in reges conſueverunt petere ac recipere nominationem regiam, ac perſonæ approbationem ab Eccleſia Romana. Imò ex formis aliquarum literarum, in quibus continebantur decreta electionum quondam Rudolphi, Adolphi & Alberti regum Romanorum, quas formas recolo me vidiſſe, apparet potius contrarium. In his enim continebatur, quòd principes Electores, commendatis primò perſonis hujuſmodi electorum, ſcilicet regum prædictorum, recommendabant eoſdem reges Romanis pontificibus & eccleſiæ Romanæ, tãquam devotos ipſius eccleſiæ Romanæ filios: & in iiſdem literis petebant tantummodo electis & regibus hujuſmodi, per ipſos Romanos Pontifices opportuno tempore unctionem & coronationem imperialem impendi. Unde non eſt veriſimile, quòd ipſi reges electi, aliud poſt electionem ſuam circa hoc petiverint, vel petant, quàm id quod principes in electione decretis petere conſueverunt. Quod etiam apparet ex petitione qoondam Heinrici imperatoris ſeptimi, qui poſt electionem ſuam in regem Romanorum, petiuit per nuncios ſuos, ad hoc ſpeciale mãdatum habentes à Clemente papa V. gratiam & favorem conſuetum, ac ſibi per manus ejuſdem impendi unctionem & conſecrationem, & Romani imperii diadema, ut patet ext. de

B jurejur. c. Romani imper. in Clem. nec ibidem reperitur aliud petiviſſe. Item nec illud procedit ex ſpeciali ſubmiſſione, vel recognitione certa per aliqoos ex regibus facta. hæc enim apud nos non reperitur eſſe facta: quòd etſi ea reperiretur eſſe facta, puta quòd aliquis ex regibus Romanorum electus in concordia, vel à majori parte principum Electorum, petiviſſet nominatiooem & approbationem, & obtinuiſſet ab eccleſia: id tamen non debet, nec poteſt de jure regno & imperio, nec etiam principibus & populo, regno & imperio ſubjectis, in juribus regni & imperii præjudicare: ut infrà in oppoſitionibus in cap. 14. plenè de hoc dicam. Quare concluditur ex præmiſſis, quòd electus in regem & Imperatorem, ad hoc ex ſpeciali jure non tenetur. Cum ergo, ut ex jam dictis apparet, electus in regem & Imperatorem, ad petendas & recipiendas nominationem & approbationẽ perſonæ ab eccleſia Romana, non ſit aſtrictus nec jure commooi, nec jure ſpeciali, ergo adhoc nullo jure tenetur.

Cap.

A

Cap. IX.

QVOD IVRAMENTVM, QVOD jurat rex Rom. papæ, non eſt juramentum homagii, quod ſcilicet vaſallus præſtat domino ſuo ratione feudi: ſed eſt juramentum defenſionis, per ipſum papæ & eccleſiæ fideliter impendendæ. Et eſt quintus articulus.

CÆterùm quintus & ultimus articulus, eſt talis: Juramentum quod ſolet præſtare rex Roman. papæ & eccleſiæ Romanæ, ſecundùm formã in can. 63. diſtinct. c. tibi domino. comprehenſam, non eſt juramentum fidelitatis, id eſt, homagii, ſcilicet quod præſtat fidelis ſeu vaſallus domino ſuo, ratione feudi: ſed eſt juramentum fidelitatis, id eſt. fidelis defenſionis per ipſum regem papæ & eccleſiæ impendendæ. Circa probationem hujus articuli ſciendum eſt, quòd Hugo tenet, quòd Imperator habet poteſtatem à ſolo Deo, quoad temporalia, nec ſubeſt in eis papæ. Nam exercitus facit Imperatorem, 93. diſtinction. c. legimus. Et ſecundùm hanc opinionem tenet etiam Johan. 10. diſtinction. c. quoniam. Sed alii Canoniſtæ, & Bernhardus. tenent contrarium, ſcilicet quòd Imp. recipit executionem gladii temporalibus ab Eccleſia. Et ſic juriſdictiones hujuſmodi non eſſent diſtinctæ: ſed una, ſcilicet ſecularis ab eccleſiaſtica, dependeret: ut patet ex his quæ notantur ext. qui
B fil. ſint legit. c. cauſſam quæ. Licèt autem Hoſtienſ. ibidem amplectatur opinionem ſecundam, cùm dicit ibidem, quòd papa ſe non habet intromittere de temporalibus in alterius præjudicium. allegans ejuſdem tit. c. per venerabilem, ibi. inſuper niſi in caſibus, ut in eodem cap. §. rationibus. Sed Imperator indiſtinctè ſe intromittit, quia à Deo ſibi hoc eſt commiſſum immediatè, quemadmodum notatur in prædicto cap. tamen etiam hoc idem ipſe notat in prædicto cap. per venerabilem, in gloſſa, ut præmiſſum eſt. Et hoc ipſe notat his verbis: Quamvis perſona Imperatoris ſubſit papæ, & temporalia per conſequentiam quandam, tamen Imperator magis poteſt in temporalibus, quia illa à Deo immediatè tenet. Et ideo, dummodò caveat à peccato, prout placet, de eis poteſt diſponere. His præmiſſis, dico, quòd veritas hujus articuli de facili pateret, ſi teneamus opinionem Hugonis. & ſuorum ſequacium. Nam ſecundùm hoc manifeſtè pateret, quòd rex vel Imperator nequaquam de regno & imperio ipſius eccleſiæ vaſallus exiſteret: ſed ipſum immediatè à Deo haberet. Et hęc opinio maximè ex hoc videtur habere veritatem, quòd alii reges Chriſtianitatis, qui tamen hodie ut plurimùm non recognoſcunt Romanum Imperatorem, nec aliquem alium ſuperiorem in temporalibus. nec ab eccleſia Romana. nec ab aliis eccleſiis recipiunt & tenent in feudum merum & miſtum imperium, & alia regalia, de quibus habetur in libris feudorum, titulo Quæ ſint regalia capitul. unico. in ſuis regnis. Sed potiùs econtrà prælati eccleſiarum, regalia ſuarum eccleſiarũ A ab ipſis regibus in feudum recipere ac tenere noſcuntur. Idem etiam eſſet ſecundùm oppoſitionem Hoſtienſis, tenendo ſcilicet. quòd Imperator tẽporalia immediatè teneat à Deo, de qua ſuprà dixi. Secundùm autem opinionẽ Al. Cau. & ſequacium, quam multi Theologi hodie ſequuntur, non æquè poſſet veritas hujus articuli hoc modo probari. Volens igitur in hac contrarietate opinionum ponere os in cœlum, veritatem præmiſsi articuli probo, hoc modo. Certum eſt, quòd regnum & imperium Rom. conſtat ex provinciis & terris regno & imperio ſubjectis, cum mero & miſto imperio ac poteſtate plenaria in eiſdem provinciis & terris, ſicut quodlibet totum ex ſuis partibus conſtat. Sed Carolus Magnus, in cujus perſonam imperium de Græcis fuit translatum in Germanos, habuit (ut ex ſuperiùs dictis clarè patet) Italiam, & alias provincias & terras, quas hodie habuit regnum & imperium Romanorum, & plures alias ante dictam translationem: habuit etiam in ipſis plenariam & omnimodam poteſtatem ante translationẽ prędictam, de conſuetudine generali regnorum occidentalium ut viſum eſt in cap. ſeptimo. Et ſic non habuit has provincias & terras cum poteſtate hujuſmodi ab eccleſia Romana in feudum, vel alio quocunque titulo: ſed vel ex ſucceſſione paterna, more aliorum regum occidentalium, vel per bellum licitum de jure gentium introductum, ut ex prædictis ſuprà in cap. 5. patet. Ex quo etiam jure gentium pro- B vincias & terras hujuſmodi per bellum licitũ ſuas fecit, ut in eodem cap. patet. Et ſic poſt eundem Carolum, ſucceſſores ſui, primò per ſucceſſionem generis. & deinde per electionem ſurrogatam in locum ſucceſſionis generis, Italiam & alias provincias & terras regni & imperii, cum poteſtate omnimoda in eis, ſimiliter habuerunt eo jure, quo ipſe tenebat eaſdem, tanquam ſuccedentes in locũ ipſius. juxta ea quæ dixi ſuprà cap. 7. Ergo concluditur ex hoc, quòd rex Rom. qui ex electione principum ſuccedit in locum dicti Caroli, ſaltem quoad illas provincias & terras quæ ſunt de regno & imperio, non tenet regnum & imperium hoc modo ſumptum à papa & ab eccleſia Rom. in feudum: & ſic ex conſequenti patet, quòd juramentum prædictũ, juramentum fidelitatis, id eſt, homagii, non exiſtit. Probatio enim præmiſſi articuli, quoad ſecundum ejus membrum, ſcilicet quòd juramentum illud ſit juramentum fidelitatis. id eſt, fidelis defenſionis faciendæ per regẽ ipſi eccleſiæ Rom. patet ex tenore ejuſdẽ juramenti in prędicto c. tibi Domino comprehenſo. Articuli enim in ejuſdẽ juramenti forma cõtenti, ad defenſionẽ eccleſiæ Rom. aut ad nõ offendendum dominũ papã in perſona, honore, vel rebus, pertinere noſcuntur. Qui verò tenetur alium defendere, ipſum offendere vel impugnare non debet. ut ff. ſi ſervitus vind. l. altios. & extr. de nat. ex lib. vent. c. unico. cum concordantiis ibi notatis. Et ſic de defenſione papæ ac eccle-

A ſiæ Rom. articuli reſpiciunt antedicti. Nec mirum, ſi rex Rom. præſtet hoc juramentũ papæ & eccleſiæ Rom. ipſe enim eſt advocatus ipſius eccleſiæ, ut patet ext. de elect. c. venerabilem. verſ. qood autẽ. & de jurejur. c. Romani. in Clem. Advocatio verò eccleſiæ nihil aliud eſt, niſi jus defendendi eccleſiam. Unde etiam interdum in Jure patroni eccleſiarum dicuntur advocati eorum: ut extr. de jure pat. c. quia clerici. Et hoc ex eo, quia habent defendere eccleſias, quorum ſunt patroni: ut 16. q. 7. c. filiis. Et de hac advocatione poteſt intelligi, quod dicitur in Can. de conſec. V. c. in die, ſcilicet quòd regimen eccleſiæ Rom. eſt conceſſum Theutonicis, ot etiam infrà in cap. 13. circa tertiam oppoſitionem plenius dicetur. Et de tali juramento fidelitatis, intelligo etiam prædictam Clementinam de jurejuran. c. Romani. & id quod notatur 63. diſtiuctione, c. quia ſancta. in ultima gloſſa: ſed nõ de juramento fidelitatis, id eſt, homagii, ut ſuperiùs eſt probatum.

Cap. X.

IN QVO FORMANTVR DVAE oppoſitiones contra primum & ſecundum articulos præmiſſos, & ſolvuntur.

VIſo de juribus regni & imperii Romanorũ, poſt tempus prædictæ translationis ipſius imperii: reſtat ad oppoſitiones, quæ cõtra præmiſſa jura regni & imperii fieri poſſunt, ſine præjudicio cujuslibet melioris ſententiæ reſpondere. B Primò igitur, in eo quod in primo & ſecundo articulis præmiſſis dicitur, quòd electus in regem ſeu Imperatorem Romanorũ, ex electione concordi, vel à majori parte principũ Electorum de ſe facta, ſtatim poteſt jura & bona regni & imperii licitè adminiſtrare. Contrà opponitur & videtur, quòd electus hujuſmodi demum poſt approbationem ſuam ab eccleſia faciendam. & ex ipſa approbatione poſſit jura & bona hujuſmodi adminiſtrare, quod probatur: Examinatio perſonæ electi in regẽ Romanorum pertinet ad eccleſiam Romanam, ut patet ext. de elect. c. venerabilem. §. verũ. & de jurejur. c. Romani. verſ. præfatus itaque. in Clementinis. Hæc autem examinatio non videtur fieri ad alium finem, niſi ut examinata priùs perſona ipſius electi, approbetur electio, vel ſaltem perſona ipſius electi, ut ſic ex tali approbatione demum poſſit adminiſtrare: ſicut in electis ad dignitates eccleſiaſticas regulariter obſervatur, ut patet ext. de elect. c. noſti. & c. qualiter. & eodem tit. c. avariciæ. lib. 6. Ergo videtur, quòd approbatio electi in regem Romanorum, etiamſi ſit electus à principibus Electoribus in concordia, vel à majori parte ipſorum, ab eccleſia Romana peti & recipi debeat. Circa hanc oppoſitionem, & ejus ſolutionem eſt ſciendum, quòd ſi volumus ſequi opinionem quæ habet, quòd juriſdictiones ſint diſtinctæ & diviſæ, ita ꝙ una non dependeat ab altera: vel etiam opinionem Hoſtienſis, (de quibus dictũ eſt ſuprà cap. proximo) tunc poſſemus dicere, quòd nulla conſtitutio juris Canonici, poſſit regno & imperio circa adminiſtrationem temporalium ejuſdem regni & imperii præjudicare, cùm rex vel Imperator nõ ſubſit papæ qooad ea, ſecundùm opinionem Hugon. & Johan. & eorum ſequacium. Vel dato qoòd ſubſit eidem quoad temporalia per quandam conſequentiam, tamen non habeat ſe intromittere de temporalibus in alterius præjudicium. ſecundùm opinionem Hoſtienſ. ibi poſitam. Et ſic prædicta duo cap. non obſtarent: magnum enim fieret præjudicium regno, & imperio, ut etiam dictũ eſt ſuprà in cap. 5. & dicetur infrà in cap. 14. ſi electus aote examinationem & approbationem eccleſiæ adminiſtrare non poſſet. Sed quia circa determinationem opioionum prædictarum, ſcilicet utrum ſint diſtinctæ juriſdictiooes, ut etiã ſuprà cap. prox. dixi, oolo ponere os in cœlum. Ideo aliter reſpondeo ad oppoſitionem prædictam, & dico, quòd duplex eſt examinatio perſonæ: una clerici promovendi ad dignitatem eccleſiaſticam, ſcilicet qua inquiritur, an commiſerit crimina. Et talis ſi repertus fuerit per evidentiam facti, vel per confeſſionẽ in jure factã. aut per probationes legitimas crimen ſeu crimina cõmiſiſſe, non poterit promoveri abſq; diſpenſatione ſuperioris ad eccleſiaſticam dignitatem. Nec in hoc diſtinguo, an egerit pœnitentiam, ao non, ſecũdùm ea quæ leguntur & notantur extr. de tempor. ord. c. ult. & 50. diſtin. t. q. 7. c. ſi quis omnem. Et talis regulariter ante examioationem perſonæ, per quam deveniatur ad confirmationem vel infirmationem ſuæ electionis, adminiſtrare non poteſt. Sed demum ex confirmatione habita, ad quam devenitur per examinationem & approbationem, & melius perſonæ electæ adminiſtrare poteruot: & ſic loquuntur jura prædicta, c. ooſti. c. qualiter. c. avariciæ, in contrarium allegata. Alia verò eſt examinatio electi in regem Rom. vel Imper. Et hæc poteſt eſſe duplex. una, qua inquiritur, an commiſerit crimina notoria præſertim gravia, de quibus egit pœnitentiam, & hanc non habet facere D. papa, ſeu eccleſia Rom. de perſona ipſius regis. Non enim debet propter hoc unctionem & coronationem aliquatenus denegare. Et hujus ratio eſt. quia dato etiã, quòd electus in regem ſeu Imp. Rom. propter crimen ſit inhabilis ad adminiſtratiooem regni & imperii aſſumendam: tamen per pœnitentiam peractam reverteretur ad priorem ſtatum, ut ſcribitur originaliter Apoc. 2. Age pœnitentiam, &c. & ponuntur hæc verba tranſſumptivè in can. 50. diſt. c. quia tua. ad idem 23. q. 6. o. vides, diſtinct. 50. c. ferrum. & arg. ad hoc ff. de ædil. ed. l. quod ita: ſecus tamen eſſet in hoc caſu, in electo ſeu promovendo ad eccleſiaſticam digoitatem, ut prædixi. Nec mirum, in ſpiritualibus enim major idoneitas, quàm in temporalibus requiritur, patet extr. qui fil. ſint legit. c. per venerabilem, circa princ. Unde hæc diverſitas tàm propter prærogativã eccleſiaſticarũ dignitatũ, reſpectu ſecularium, quàm etiam propter majorem idoneitatem, quæ requiritur in præſidentibus eccleſiaſticis dignitati-

A tatibos, eſt inducta. Quod etiam in multis aliis ſimilibus caſibus in jure Canonico poterit teperiri. Alia verò poſſit eſſe examinatio perſonæ regis electi, qua inquiretetur, an commiſiſſet crimina bujuſmodi, de quibus non egerit pœnitentiam Et ſic papa & eccleſia Rom. poterit eum examinare. Hæc tamen examinatio nõ habet fieri per eccleſiã ad hunc finem, ut approbetur vel reprobetur ſua electio, vel perſona, (dum tamen ſit electus in concordia, vel à majori patte principum Electorum.) Nam cùm ipſe ſit factus rex ex electione hujuſmodi, ac ſucceſſerit Carolo Magno, qui ejuſmodi provincias & terras hodie regno & imperio ſubjectas, citra omnem translationem imperii habuit, ut viſum eſt ſuprà 6. & 7. cap. nõ poterit, igitur propter crimen in modum excepríonis oppoſitum repelli à regno & ſucceſſione prædictis: ſicut nec alii reges orbis propter crimen à regnis, per ſucceſſionem generis eiſdem debitis, hoc modo repelli poſſent, preſertim cùm quis ab bomine non repellatur ſine accuſatione, ut ff. de mun. & hon. l. reſcripto. Præterea hoc etiam ſic probatur, quòd ſi examinatio talis haberet fieri per eccleſiam, id maximè procederet ex hoc, quòd talis electus non poſſit exercere juriſdictionem regni & imperii ratione criminis: ſed hoc non obſtat. Poteſt enim judex eccleſiaſticus, in quo major idoneitas requiritur quàm in ſeculari, ut patet ex jam dictis, nooobſtante crimine, juriſdictionem eccleſiaſticam exercere ad hoc, 3. qu. 7. c. ult. ut B not. Innoc. extr. de off. deleg. c. cum ſuper. reſpondens ibi ad can. in q. 7. qui ſuis. cũ 4. can. ibi ſequentibus, qui Canones videntur cõtrarium probare. imò quod plus eſt, Innoc. ibidẽ, & etiam ipſe Hoſtienſ notat extr. de reſcript. c. ſuper literis, quod etiam judex delegatus ꝓcedere poteſt, non obſtante crimiois exceptione. Multò ergo fortiùs electus in regem, qui ex electione principum factus eſt rex ut ſuprà dixi, poterit non obſtante crimine, juriſdictionem regni & imperii exercere: & ſic perſona ipſius non erit propter hoc, vel ſua electio reprobanda. Poſſet tamen propter crimen hæreſis, vel aliud gravius crimen notorium, de quo incorrigibilis appareret, à regno deponi, ut infrà dicam. Et eſt ſimile buic quod dicimus de papa electo à duabus partibus Cardinaliũ, contra quem noo poteſt excipi de crimine bęreſis, licèt poſſit de illo accuſari, ut notat Innoc. & Compoſt. extr. de elect. c. licet. Sed ad hunc finem examinari poteſt ab Eccleſia, ut agat pœnitentiam de criminibus per examinationem hujuſmodi in eo repertis, ot ea peracta, vel ſaltem parte ipſius pœnitentiæ, ſibi unctionem & coronationem imperialem impendat. Poteſt enim ipſum, ſicut & quemlibet alium Chriſtianom, corrigere de peccato, poteſtate ſibi à Deo tradita, ut dixit Petro: Quodcunque ligaveris, &c. Matth 16. & extr. de jud. c. noverit. de major. & obed. c. ſolitæ, cum concordantiis. Et ſi correctionem domini papæ & eccleſiæ ſuper criminibus repertis per examinationem contemneret, puta quia pœnitentiam ſuper eis ad reqoiſitionem ipſius eccleſiæ agetere- A cuſaret, ex tuoc etiam eccleſia Romana unctionem & coronationem imperialem eidem poſſet, quonſque pœnitentiam, vel ſaltem partem pœnitentiæ perageret, rationabiliter denegare. Et ſic etiam poſſet intelligi, quod dicitur in præcedenti c. venerabilem. §. verũ verſ. nunquid enim. Imò credo, quod ſi rex Rom. excommunicatus propterea ab eccleſia, non reſipiſceret, ipſum etiam ex hoc tanquam incorrigibilem finaliter poſſe deponi, vel ſaltem declarari deponendum. Ad hoc facit authoritas Evangelii, Si peccaverit: ibi, ſit tibi tanquã ethnicus & publicanus &c. Matth. 18. quod etiam ponitur in prædicto c. novit. ad idem facit etiam 24. qu. 1. c. omnibus. Et ſic intelligẽ quod notatur 40. diſt. c ſi papa, in ult. & quod notat Hoſtien. in prædicto c. venerabilem. ver. ſunt enim. in gloſ. Intelligo igitur, quòd examinatio perſonæ electæ in regem, de qua loquuntur prædicta duo c. venerabil. & c. Roman. pertinear ad eccleſiam, non tamen ad hunc finem, ut poſſit ex approbatione ab eadem eccleſia habita adminiſtrare: cùm ex electione concordi, vel à majori parte principum Electorum de ſe facta, id ſibi competat, ut ſuprà in cap 5. & 6. declaratum eſt: ſed ad hunc finem, ut corrigat eum de criminibus notoriis, præſertim gravibus ſi qua commiſit, de quibus pœnitentiam non egit Et ſi correctionem contemneret, nolendo agere pœnitentiam de peccatis ſeo ctiminibus bujuſmodi, ad requiſitionem ipſius eccleſiæ: tunc denega- B re poſſet ei unctionem & coronationem imperialem, & aliàs contra ipſum procedere modo præmiſſo. Et honc intelligo eſſe finem ſeu effectum examinationis regis ab eccleſia faciendæ, quoad electionẽ à principib. concorditer, vel à majori parte ipſorũ de ſe factã. Sed quaodo quis eſſet elect⁹ à minori parte principũ tũc papa poſſet reprobare talẽ electũ, vel ejus electionem: hoc eſt, declarare ipſum non babere jus ſecundùm ea quæ dicam infrà capite 12. Et ſic intelligo prædictum capitulum, venerabilem, &c. Romani in cõtrarium allegata. Sed contra ea quæ circa ſolutionem bojus opinionis dicta ſunt, opponi poteſt de eo quod notat Hoſtienſis in Snmma de electione. §. qnis eligitur. Ubi nedũ in pręlatis requiritur idoneitas perſonæ, ſed etiam in promovendo ad imperium: allegat cap venerabilem. de elec. Sed hoc dictum non obſtat, quia dico quòd requiritur idoneitas in eo. ſed non illa qoæ requiritnr in prælatis eccleſiaſticis. Sufficit enim in promovendo ad imperium, quòd non ſit Judæus, ad boc C de Jndæis. l. ultim. vel hęreticus, arg. C. de bæret. l. penul. & in Auth. ibi poſita. Propter hæreſim enim papa deponi poteſt, ut patet 40. diſtinct. c. ſi papa, vel paganus. Si enim non eſſet Cbriſtianus, non poſſet juriſdictionẽ imperii exercere. Ad hoc in Autb. de jurejurando quod ptęſtatur ab his qui, &c. circa princ. col. 2. Item, quòd non ſit fatuus, ſeu mente captus, aut aliàs impoteos ad imperium gubernandum. Item, quòd

non

A non ſit incorrigibilis de peccatis, præſertim gravibus, per eum perpetratis, juxta ea quæ ſuperiùs ſunt dicta. Sed in aſſumendis ad prælaturas eccleſiaſticas, alia multa requiruntur, ut poteſt ex jure Can. de facili apparere. Quòd autem dicit prædictum c. venerabilem ibi, Sunt enim impedimenta notoria: dico quòd idem non eſt ſufficiens cauſſa, ſed adminiculans reprobationis Philippi, niſi fortè intelligamus quòd ibi dicitur de reprobatione quoad unctionem & coronationem imperialem nõ impendendam eidem propter crimina quæ commiſit, ſed illum duntaxat reputo ſufficientem, quando (put notat ibidem Innoc. & Hoſtienſis) ipſe fuit electus à minori parte principum, & ideo erat reprobandus juxta ea quæ dicam infrà cap. 12. Item opponitur ſecundo contra primum & ſecundum articulus prædictus hoc modo. Si rex Romanorum ex electione concordi, vel à majori parte principum electorum, poteſt ſtatim adminiſtrare jura & bona regni & imperii, ut dicunt prædicti articuli, primus & ſecundus: ergo unctio & coronatio quæ regi Romanorum Aquiſgrani per ipſum Archiepiſcopum Colonienſem: item unctio & coronatio quæ per Archiepiſcopum Mediolanen. in villa Modicenſi ſecundario eidem, ante unctionem & coronationem imperialem cõſuevit impendi, ut de his coronationibus notat Joan. And. extr. de jurejur. c. Romani in Clementinis, videntur ſuperfluæ & inanes. Hoc autem eſt abſurdum & inconveniens: nõ enim
B videntur binæ unctiones & coronationes hujuſmodi, ante unctionem & coronationem imperialem abſque rationabili cauſſa inductæ. Cauſſa autem hujus nõ videtur alia, niſi quòd ex unctione & coronatione in villa Modicenſi, in Italia poſſit miniſtrare, & ſic eò nõ poterit ex electione principum electorum. Circa hanc oppoſitionem eſt ſciendum, quòd quidam voluerunt dicere, quòd rex Romanorum auctoritatem adminiſtrandi recipit ab Archiepiſcopo Colonienſi: ad illum enim pertinet eidem regi primam unctionem & coronationem impendere, ut jam dixi, & hanc opinionem recitat Inn. extr. de elect. c. venerabilem. Sed hæc opinio non eſt vera. Cùm enim rex Romanorũ ex ipſa electione Principum electorum, auctoritatem adminiſtrandi plenariam conſequatur, ut ſufficienter ſuprà in 5. & 6. capitulis eſt oſtenſum Non ergo ipſam conſequitur ab Archiepiſc. Colonienſi prætextu unctionis & coronationis prædictarum, vel alio quocunque niſi ex electione principum electorum duntaxat. Reſtat ergo pro oppoſitione præmiſſa tollẽda cauſſam aſſignare quare rex Rom. ante unctionem & coronationem imperialem binas unctiones & coronationes recipit ante dictas. Circa quod eſt ſciendum, quòd actus unctionis regum Chriſtianorum ex præcepto veteris Teſtamenti eſt inductus. Legitur enim 1. Reg. 9. cap. quòd Dominus præcepit Samueli, ut ungeret Saul ducem ſuper populũ Iſraël, & quod fecit, ut patet ibi 10. cap. Item etiam legitur de David 1. Reg. 17. Item legitur de Salomone rege qui fuit unctus per Sadoch Sacerdotem, & Nathan prophetã. 3. Reg. cap. 1. Idem etiam legitur de aliis regibus unctis ex præcepto Domini per Heliam Prophetam, ut patet originaliter 3. Reg. cap. 19. & tranſſumptivè ext. de ſacra unctione cap. uno. ubi etiam dicitur, quòd in novo Teſtamento unctio regis vel principis à cap. ad brachium eſt tranſlata. Coronationem autem regum credo ex ſola generali, nedum Chriſtianorum, ſed etiam Paganorum & gentilium conſuetudine introductam. His præmiſſis, ad dictam oppoſitionem reſpondendo dico, quòd rex Rom. ungetur juxta ritum omnium regum Chriſtianorum ex præcepto veteris Teſtamenti præmiſſo inductum. coronatur autem juxta conſuetudinem generalẽ & laudabilem, tàm apud reges Chriſtianos, quàm etiam Paganos & gentiles communiter obſervatam. Quòd autẽ bis rex Rom. ungitur & coronatur ante unctionem & coronationem imperialem, ut eſt dictum, hoc reputo propter duo regna principalia, quæ habet, fuiſſe introductum. Primum eſt regnum Germaniæ cui acceſſit Lotharienſe ſeu Lotharii, ut patet ex dictis ſuprà in capitulo quinto. Et idem dico de regno Arelatenſi, vel regno Burgundiæ, quod Ottho primus, ut refert Chronica Francorum, in ſuam poteſtatem accepit: unde ratione hujus Germaniæ cùm dicta regna acceſſerunt, Rex Romanorum primò ungitur & coronatur Aquiſgrani. Hic enim locus eſt caput regni, ut etiam notat Hoſtienſis in ſumma de princip. & reg. §. Cui con-
B ſitendum, ſub §. cui Imperator. Cui etiã concordat dicta Chronica Godfridi, dicens, quòd Carolus Magnus ibi principalem ſedem regni Francorum conſtituit. Secundum regnum eſt regnum Italiæ ratione cujus in dicta villa Modicenſi, ut præmittitur, ungi & coronari conſuevit. Volebant enim Italici ſicut & Germani circa coronationem regalem regni Italici ſuam ſibi conſuetudinem obſervari, nec immeritò. Magni enim faciunt provinciales ſervari ſibi conſuetudinem, ut dicit l. ff. de off. p. conſ. l. obſervare. § de hoc enim, & l. ſi aliquam. Circa quod eſt notandum, quòd etiam dato quòd Italici, regem Rom. ad adminiſtrationem regni Italici niſi coronatione indicta villa Modicenſi, vel etiam Germani ad adminiſtrationem regni Germanici niſi coronatione Aquiſgrani priùs habitis, nollent admittere: non tamen propter hoc rex Romanorum, reciperet poteſtatem adminiſtrandi in coronationibus hujuſmodi, ſed potiùs ex electione principum, ut oſtenſum eſt ſuprà cap. 5. ſed hæc poteſtas adminiſtrandi remaneret impedita, quouſq; coronationes prædictæ fierent ratione conſuetudinis, quam in hoc ſibi ſervari vellent, tàm Italici quàm Germani. Vel poſſet dici quod ratione dictæ conſuetudinis fungeretur nondum electus, quouſque dictæ coronationes ſibi impenderentur juxta ea quæ in ſimili materia de confirmatione electionis & inſtitutione prælati not. Innocent. extr. de cauſ. poſſeſſ. c. cùm ſuper in prima gloſſa circa prin-

A principiũ. Non igitur ſuperfluæ & inanes ſont unctiones & coronationes prædictæ. ſed ex cauſſis jam dictis rationabiliter ſunt inductæ. An autem rex Romanorum poſt unctionem & coronationem imperialem, quas poſt duas præmiſſas unctiones & coronationes recipit ab Eccleſia Romana, aliquod novi juris ultra nomen Imperatoris conſequatur, de hoc dicam infrà in c. ſequenti in ſecũda oppoſitione.

Cap. XI.

IN QVO FORMANTVR DVAE oppoſitiones contra prædictum tertium articulum, & ſolvuntur.

COntra tertium verò articulum prædictum in eo quod ibi dicitur, quòd rex Romanorũ habet eandem poteſtatem quam habet Imperator, opponitur de l. benè à Zenone. in fin. C. de quad. præſ. ubi Imperator non concedit privilegium ante imperiales ſuſceptas per quarũ ſuſceptionem intelligimus coronationem imperialem. Et ſic videtur quòd rex Rom. non habet eandem poteſtatem conceſſione privilegiorũ quam habet poſtea factus Imp. Ad hanc oppoſitionem, ſalvo ſemper majorum meorum judicio dico, quòd quid ſit in hoc tenendum de jur. civ. id determinationi dominorum legiſtarum relinquo, qui de hoc tractant in præallegata l. benè à Zenone, & maximè dominus Cynus de Piſtorio, de quo aliquid tractat Vilhelmus in ſpeculo de re ſcripti præſent. §. fui, verſ. item quod eſt obtentum. Tamen ex
B quo Carolus Magnus, in cujus perſonã translatum fuit imperium de Græcis. ut ſæpè dictũ eſt, multa conceſſit privilegia in Italia & in aliis partibus regni & imperii Francorum ante unctionem & coronationem imperialem, quæ hodierno die in multis reperiuntur eccleſiis, & hoc fecit juxta morem aliorum regnorum Italiæ ac etiam Francorum prædeceſſorũ ſuorum nec non juxta conſuetudinem generalem omnium aliorum regnorum occidentalium, quorum reges concedunt privilegia in ſuis regnis. Et idem poſt eum fecerunt ſui ſucceſſores in dictis regnis & imperio. ut videri poſſet ex diverſis privilegiis per eos multis eccleſiis ac civitatibus & locis aliis Germaniæ ac aliarum provinciarum regni & imperii conceſſis. Ergo & hodie ſaltem ex conſuetudine generali à tempore cujus contrarii hominum memoria non exiſtit introducta, quæ eſt optima legum interpres, ut de ff. de l. & ſenat. l. ſi de interpr. & extr. de conſuet. c. cum dilectus, poterit rex nondum coronatus in Imp. dare præmiſſa privilegia. Unde legitur in præmiſſa Hiſt. Francorum, quòd Pipinus pater dicti Caroli rex Francorum dedit Eccleſiæ Rom. civitatem Raven. cum ſ. civitatibus ad eam pertinentibus, & hic nunquam factus fuit Imperat. Carolus etiam prædictus. ut patet ex Chronica Martini antequam eſſet Imp. Romam veniens cõfirmavit Eccl. Rom. omnia, quæ pater ſuus Pipinus dederat eidem adjuncto ducatu Spoletano & Beneventano. Et hoc indiſtinctè credo verum in privilegiis quæ conceſſerunt eccleſiis, vel aliis quibuſcunq; terris & provinciis quas non habuit idem Carolus dicto tempore & quæ nec adhuc ſunt ſaltem de facto, de regno, & imperio. credo quòd non poſſit concedere privilegia virtute prædictæ conſuetudinis ante unctionem & coronationem hujuſmodi. Sed credo quòd poſt coronationem imperialem eã de jure concedere poſſit, juxta ea quæ dicam in ſequenti oppoſitione. Et licèt fortè de facto talia privilegia non admitterentur vel reciperentur, tamen admittenda eſſent, cùm contra obedientiam, ad quam tenentur Imperatori alii reges. nõ videatur currere præſcriptio, ut jam dicam. A

Item opponitur ſecundo contra eundem tertium articulum de canone 23. diſt. c. in nomine Domini, ver. ligat. autẽ ibi: & factus Imperator, &c. & de c. venerabilem. §. verum. ibi: eligendum in regem Imperatorem poſtmodũ promovendum ext. de elect. & c. Romani verſ. poſtquam de jurejur. in Clem. ubi dicitur: Ego enim rex Romanorum & futurus Imperator. Ex quibus omnibus capitulis patet, quòd primò quis efficitur rex & poſtmodum futuro tempore Imperator. Et ſic rex non videtur habere eandem poteſtatẽ quam Imperator. Cùm rex priùs exiſtens, poſtmodum ꝓmoveatur in Imperatorem, & ſic aliquid plus importet promotio in Imperatorem, quàm in regem. Circa hanc oppoſitionem ſciendum eſt, quòd ſi vellemus ſequi pronunciationem principũ Germaniæ, de qua notat. Hoſt. extr. de verb. ſig. c. quibuſdam, ſcilicet quòd unctio non det, niſi B nomen Imperatoris, & tunc haberemus dicere. quòd promotio regis Romanorum ad Imperatorem eſſet verbalis. & nõ realis. Sed quia videtur quodam modo abſurdum ne dicam ridiculum, quòd hæc promotio ad imperiũ, quæ fit per unctionem & coronationem imperialem fiat propter nomen Imperatoris tantummodò conſequendum: idcircò ad hanc oppoſitionem aliter reſpondeo, dicendo, quòd ſicut apparet ex tenore tertii articuli antedicti, non dico, nec dixi in eodem articulo, quòd rex Romanorum poſt electionem concordem principum, vel à majori parte ipſorum de ſe factam, habeat eandem poteſtatem omninò & ſimpliciter quam habet Imperator, ſicut principes Germaniæ pronunciârunt, ut etiã recitat Hoſtien. in prędicto cap. ſuper quibuſdam: ſed dixi & dico, quòd habet eandem poteſtatem quam habet Imperator in Italia, & in aliis provinciis & terris hodie ſubjectis regno & imperio, nec dico ſicut dicti principes pronunciaverunt, ut not. Hoſt. in præd. c. ſuper quibuſdam, quòd unctio imperialis nihil det niſi nomen Imperatoris. Dico enim ſalvo ſemper judicio ſaniori, quòd Imp. poſt unctionem & coronationem hujuſmodi conſequitur poteſtatem imperialem in omnibus regnis & provinciis, præſertim occidentalibus, quæ non erant ſub poteſtate Caroli Magni ante tempus translationis prædictæ, & quæ adhuc non ſunt ſub poteſtate imperii de facto, ita quòd poteſt in eis ſpurios legitimare quoad tempo-

A temporalia, infames, ad famam reſtituere leges condere, & his ſimilia facere, quæ de jure ſunt ſolis Imperatoribus reſervata. Item poteſt à regibus & principibus eorundem regnorum ac etiam provinciarum ſubjectionem exigere, quod ante unctionem & coronationem facere nō poterat, niſi in his provinciis & terris quæ erant ſub poteſtate, & dominio dicti Caroli ante tempus ejuſdem translationis, & quæ adhuc hodie ſubjectæ ſunt regno & imperio, in his poteſt poteſtatem Imperialem exercere, & præmiſſa facere ante unctionem & coronationem imperialem ſaltem virtute conſuetudinis, eo jure quo id potuit Carolus, ut probatum eſt ſuprà c. 7. Et ſic intelligendus eſt articulus prænotatus & ſic unctio & coronatio imperialis aliquid realitatis addit ultra nomen Imp. ſeu potiùs Rom. rex poſt unctionem & coronationem imperialem virtute translationis imperii aliquid realis juris conſequitur juxta ea, quæ dicam infrà in c. 16. Aliàs enim niſi ſic dicamus non poſſet dici rex Rom. promoveri, propriè loquendo ad imperium, nec dici propriè futurus Imp. & eſſet lex impoſita verbis, & non rebus, cujus contrarium eſt faciendum, ut patet C. communia de leg l. 2. & extt. de elect. c. commiſſa. §. Porrò. lib. 6. & diſtinctio nominum non declararet differentiam rerū. quod eſt contra jur. 21. diſt. c. clerus, & C de codicil. l. ſi idem, ut notatur 95. diſt. c. olim. Scias tamen quòd præmiſſæ oppoſitioni meæ non ſto præcisè propter ea quæ
B dicam in cap. 16. circa finem, ſed determinationem ejuſdem majoribus meis reſervo, ut dicam in prædicto cap. in fine. Licèt autem reges eorundem regnorum fortaſſis non vellent talia in ſuis regnis fieri per Imperatorem Rom. adhæc tamen admittenda de jure tenentur. Imp. enim fundat intentionem ſuam in orbe de jure, ut patet 7. q. 1. c. In apib. & ff. ad l Rhodiam de jactu l. precatio. Cùm ergo ad ſubjectionem & obedientiam Imperatoris teneantur, niſi ſe oſtendant ſe eſſe exemptos, videntur peccare in his ſibi reſiſtentes ad hoc 11. q. 3. c. qui reſiſtit, præſertim cum contra obedientiam non currat præſcriptio, ut extt. de præſcr. c. cùm non liceat. & c. cùm ex officiis & de conſuet. c. cùm inter nos. Et ſic ex his patet reſponſio ad dicta capit. in nomine c. venerabilem, & c. Romani. Quia dico quòd plus importat promotio in Imperatorem in regnis præſertim occidentalibus quæ de facto non ſubſunt regno & imperio Rom. quàm promotio in regem. Sed non plus importat hæc probatio ad imperium quoad Italiam & alias provincias & terras regno & imperio ſubjectas, niſi quandam intitulationem & nominationem imperialem, cùm omnia poſſit in his provinciis & terris, qui poteſt Imperator, ut ſuprà in cap. 7. plenius eſt oſtenſum.

CAP. XII. A

IN QVO FORMANTVR OCTO *oppoſitiones contra dictum quartum articulum, & ſolvuntur.*

Contra quartum autem articulum præmiſſum, in eo quod ibi dicitur, quòd electus in regem ſeu Imperatorem Rom. à principibus vel à majori parte ipſorum, nominationem ab Eccleſia Romana recipere non tenetur, opponitur d. c. venerabilem. §. non itaque. extr. de elect. ubi Innocentius papa tertius nominavit regem Otthonem quartum, qui tamen fuit electus à majori parte principum, ut ibi notat Innocent. & Hoſtienſis, & de c. Romani, verſ. præfatus itaque de jurejur. in Clemen. ubi dicitur, quòd Clemens papa quintus examinata perſona quondam Henrici Imperatoris, licèt in ejus abſentia, ipſum nominavit regē, quem tamen ab omnibus principibus in concordia electum fuiſſe conſtet Et ſic videtur, quòd electus in regem Romanorum utcunq; ſit electus in concordia vel à majori parte principum, nominationem regiam ab Eccleſia recipere teneatur. Ad hanc autem primam oppoſitionem dicendum eſt, quòd nominatio regia de qua loquuntur prędicta duo cap. eſt quædam nuda & ſimplex nominatio qua papa electum in regem nominat ſeu vocat regem Rom. nihil omninò novi juris tribuit nomine, quod etiā probatur ex prędicto c. venerabilem: nam licèt ibi papa nominavit Otthonem regem Rom. tamen reſervavit contradictoribus poteſtatem dicendi B contra perſonam ipſius electi, & contra factū electionis, ut patet ibi: in verſ. eos igitur, & ſic apparet, quòd talis nominatio nihil ſibi juris tribuit, unde etiā non erat neceſſe, quòd ipſam à papa reciperet vel etiam peteret Sed papa id facit ad oſtendendum favorem quem ad ipſum habebat, juſticia exigente, puta quia electus erat à majori parte principum, ut ſuprà d xi. Idem etiam dico de nominatione quondam Henrici prædicti, & multò fortiùs, quia concorditer erat electus à principibus, ut dixi. Itē contra eundem quartum titulum in eo quod ibi dicitur quòd electus à principibus in concordia, non tenetur recipere approbationem ab Eccleſia Rom. opponitur de præd. c. Rom. verſ. præfatus itaq; de jurejur. in Clemen. ubi dicitur quod Clemens papa quondam Henricum Imper. approbat in regem Rom & tamen idem fuit electus concorditer à principibus, ut dictum eſt. Item in eodem ca. dicitur in §. cæterùm: quòd Bonifacius Octavus approbavit quondam Albertum regem Rom. imò quod plus eſt dicitur ibi quòd aſſumpſit eum in regem. Et tamen hic etiam fuit electus in cōcordia. Item in hoc quod in prædicto articulo dicitur quod electus à majori parte principū electorum, nō tenetur petere vel recipere approbationem perſonæ ab eccleſia Rom. opponitur de c. venerabilem verſ. quod autem. extr. de elect. ubi dicitur cùm vnta principum in elect. dividuntur, papa poſt admonitionem & expectationem poſſit alteri partium favere. Item

A Item dicitur ibid. in verſ. eos igitur, quod reprobavit Philippum electũ in diſcordia in regem Rom. Et ſic patet ex hoc quòd papa tempore diſcordis electionis perſonam unius electi in regem approbare poteſt reliquo reprobato. Unde videtur ex prędict. c. venerabilem, quòd electus in concordia vel etiam in diſcordia, quantumcunque ſit electus à majori parte principum, teneatur petere ac recipere approbationem à papa & eccleſia Rom. Ad hanc oppoſitionem ſolvendam ſciendum eſt, ſi illam opinionem de qua ſuprà dictum eſt in cap. 9. ſcilicet quòd juriſdictiones eccleſiaſt & ſeculares ſint diſtinctæ, & quòd utraque immediatè ſit à Deo, diceremus eſſe veram, quid nec illa nec quæcunque alia conſtiturio juris canonici poſſit juribus regni & imperii in aliquo prejudicium generare. Sed quia de hac opinione vel ejus determinatione me non intromitto, ut ibi dixi, ergo aliter ad eandem oppoſitionem reſpondeo dicendo quid quando in diſcordi electione regis Rom. incidit dubium facti, puta quia uterque electorum dicit ſe eſſe electum à majori parte principum vel alter ex electis dicir, coelectum ſuum non eſſe electum in termino ad eligendum præfixo, vel aliud tale in hoc caſu propter neceſſitatem facti, ſcilicer quia hic non eſt alius judex ſuperior, papa poteſt hoc dubium cognitione præhabita definire juxta ea etiam quæ notat Innoc. & Hoſt. extr. de foro compet. c. licet, & dixi etiam ſuprà in c. 8. Et ſic habet unum approbare, reli-
B quum verò reprobare, hoc eſt, per ſententiam definitivam declarare, quis eorum jus habeat in regno & imperio & quis non. Et ſic debet intelligi prædictum cap. venerabilem in verſ. quia autem. & verſ. eas. Et idem eſſet ſecundùm ea quæ notat Inn. & Hoſt. in prædicto c. licet, quando incideret probabile dubium juris, puta quòd unus eſſet electus à duobus principibus, & alius ab aliis duobus, tertius verò à reliquis principibus, hîc enim eſt dubium juris. Nam ſi dicamus quòd electio pertinet ad eos, ut ad ſingulares perſonas ſecundùm opinionem Hoſtienſis, de qua ſuprà dixi cap. 6. valet electio quæ facta eſt à tribus tanquam à majori parte reſpectu aliorum, ſecundùm ea quæ notat de præſentatione plurium patronorum, extr. de jur. pat. c. quoniam, & Compoſtel. extr. de el. c. Eccleſia 1. Si autem dicamus quòd pertineat ad eos ut ad collegiũ ſeu univerſitatem ſecundùm aliam opinionem quæ mihi placet, ut in præd. cap. 6. dixi, tunc nulla ex his tribus valeret, quia nulla eſſet facta à majori parte collegii principum, ſecundùm ea quæ notant prædicti doctores in cap. præallegato: & ſic aliam electionem denuò fieri oporteret. Unde in hoc caſu, vel quocunque alioubi dubium probabile juris incideret, papæ eſſet illud dubium, nedum propter neceſſitatem juris, ſed etiam auctoritate juris, declarare, ut patet ex. qui fil. ſint legit. c. venerabilem. §. rationibus. Et ex hac declaratiõe habet unum approbare, reliquo reprobato, vel omnibus. Et ſic etiã intelligo prędictum c. venerabilem. verſ. qui autem, & verſ eos igitur. A
Et ſecundùm pręmiſſa debet intelligi id quod ibi notat Innoc. qui dicit: Si plures principes eliguntur, papa de jure cognoſcet inter eos, & definiet. Ac in his caſibus ſi lis verteretur ſuper hoc coram papa, uterq; electus benè petere poſſet, ab eo declarari, ſe fore regem Romanorum ex electione à majori parte principũ de ſe facta, ac etiam ex conſequenti declarari, ſuũ coelectum nullum prorſus jus habere in regno & imperio Romanorum. Quando autem alius eſt electus à majori parte principum, ut in caſu noſtro, nec in hoc incidit aliquod probabile dubium juris vel etiam facti, nõ eſt dicenda talis electio diſcors, nec dicuntur vota principum dividi, ſed potiùs electio hujuſmodi dicitur juris interpretatione eſſe concors, ut patet ex his quæ dicta ſunt ſuprà in cap. 6 Unde tunc approbatio papæ, vel etiam ipſius approbationis petitio, electio in regem neceſſaria non exiſtimatur. Et ſic quoad hoc intelligi debet 4. articulus prænotatus. Nec exemplum de Lothario & Cunrado poſitum in verſ. prędicto. Qui autem contradicit huic ſolutioni, imò potiùs concordat: nõ enim dicitur in prædicto verſ. nec etiam reperitur in hiſtoria Francorũ & Chronica Godfridi prædictis, quæ de hoc negocio plenè tractant, quòd idem Lotharius aliquam receperit à ſede Apoſtolica nominationem vel approbationem, ſed unctionem & coronationem duntaxat ab eadem ſede recepit. De Cunrado verò, qui fuit frater Friderici du-
cis Sueviæ & poſt eundem Lotharium factus fuit Imp. hiſtoria & Chronica prædictæ nõ referunt, quòd fuerit electus in regem Rom. à principibus Electoribus: ſed referunt, quòd in Italiam profectus, ſe à ſuis apud Mediolanũ in regem ungi & coronari fecit, & nomen regis aſſumpſit. Propter quod Honorius papa II. ipſum excommunicavit: demum poſt plures annos dimiſſo nomine regis, in ipſius Lotharii gratiam abſolutus eſt. Et hoc ultimum etiã in prædicto c. venerabilem, continetur. Et ſic patet reſponſio ad prędictum c. venerabilem, in contrarium allegatum. Ad id verò quod dicitur in dicto c. Romani. de Henrico Imp. & Alberto rege prædictis, reſpondeo & dico, quod approbatio & aſſumptio, de quibus loquitur idem c. nõ fuerunt ipſis neceſſariæ, cùm iidem ex electione concordi principum Electorum tàm nomen regis, quàm adminiſtrationem regni & imperii, ac etiam poteſtatem imperialem in provinciis ſubjectis regno & imperio, ex generali conſuetudine fuerint plenariè cõſecuti, ut ſuperiùs in c. 5. & 7. apparet. Nomen autem Imp. & ſi quid aliud juris cõpetit. Imp. plus quàm regi, poterant cõſequi poſt unctionem & coronationem imperialem, ut etiã ſuprà in c. 7. dictum eſt. Et ſic approbatio vel aſſumptio neceſſariæ non fuerunt. Sed Bonifac. & Clemens, Rom. pont. pręfati, approbationẽ vel aſſumptionem hujuſmodi fecerũt de quadam ſolennitate, ex ſuperabundanti cautela, ſcilicet ut ſciretur ab omnibus propoſitum eorundem Rom. pontif. qui decreverant Hen-

A ricum & Albertum prędictos ungere & coro-
nare ut Imp Rom & hoc ſcilicet quòd appro-
batio vel aſſumptio prędictæ petendæ non e-
rant, & ſic de neceſſitate nec recipiendæ. ſatis
apparet ex prędicto c. Romani Nam nnn appa-
ret ibi quòd dictus Henricus à prędicto papa
Clemente, approbationem perſonæ petierit,
ſed ſolummodò petiit ſeu dedit nunciis ſive
mandatum petendi, ſibi per manus ejuſdem
Clementis impendi, unctionem conſecratio-
nem, & Romani imperii diadema, ut ibi patet
in verſ dictus namque. Et etiam apparet ex eo-
dem c. Romani, in prędicto §. cæterùm, quò
præfatus Albertns à dicto Bonifacio papa peti-
verit approbationem vel aſſumptionem in re-
gem Romanorum. Quas etiam approbationem
vel aſſumptionem ſi prędicti Henricus & Al-
bertus ab eiſdem Romanis pontificibus peti-
viſſent & obtinuiſſent, id tamē eorum ſucceſ-
ſoribus in regno & imperio, ac principibus E-
lectoribus, & aliis principibus & populo Ger-
maniæ, & aliis ſubjectis regno & imperio, in
juribus ejuſdem regni & imperii prejudicare
nō debet: ut inferiùs in ultima oppoſitione cō-
tra jura regni & imperii facta in c. 14 pleniùs
oſtendetur. Item contra eundem quartum ar-
ticulum adhuc alio modo poteſt opponi, de
prędicto c. venerabilem. §. verum, ext. de elect.
& de prędicto c Romani in princip. de jureju-
ran. in Clemen. in quibus cap. dicitur, quòd
jus & poteſtas eligendi regem Rom. in Impe-
B ratorem promovendum, provenit ab eccleſia
Romana ad cæteros principes Germaniæ quos
hodie vocamus principes Electores. Et ſic ex
hujuſmodi poteſtate eligendi ad ipſos princi-
pes ab eccleſia Romana provectione ſeu tranſ-
latione. ſatis congruum videtur eſſe & ratio-
nabile, quòd etiam nominatio & approbatio
electionis vel ſaltem perſonæ electi, petatur &
recipiatur ab eccleſia Romana per electum in
regem & Imperatorem. Juſtum enim eſt uni-
cuique ſua committere, C de Judæis. l. nemo
la. ſecunda, ad idem 16. q 2. c viſis. Ad hanc op-
poſitionem inhærendo his quæ de translatio-
ne imperii ſuprà cap. 4 & de unctione & co-
ronatione imperiali dixi ſuprà capite proxi-
mo, dico, ſalvo ſemper meliori judicio, quòd
id quod dicitur in prædictis duobus c. venera-
bilem. & c. Romani, ſcilicet jus & poteſtatem
eligendi perveniſſe ad dictos principes ab ec-
cleſia Romana, poteſt intelligi dupliciter. Pri-
mo modo, quòd electus in regem à principi-
bus conſequitur per auctoritatem eccleſiæ
regendarum provinciarum & terrarum, hodie
regno & imperio ſubjectarum, quas omnes
habuit Carolus Magnus ante tempus transla-
tionis imperii, & etiam poteſtatem exercendi
actus, à jure Imp. reſervatos eiſdem provin-
ciis & terris: & iſto modo non pervenit ad eos
ab eccleſia hæc poteſtas eligendi, ſed potiùs ab
Otthone III. Imp de conſenſu principum &
populi regno & imperio ſubjecturum, expreſ-
ſo vel ſaltem tacito. & hujus ratio eſt. Certum
eſt ſi ante tempora inſtitutionis Electorum
hujuſmodi, quæ facta fuit tempore prædicti
Otth. ut patet ſuprà in c. 2. vacaſſet regnum A
Rom. principes & populus ſubjecti regno, cir-
cumſcripta ſucceſſione generis, potuiſſent e-
legiſſe ſibi regem de jure gentium, ut patet ff.
de juſt. & jur. l. ex hoc jure, cum ibi notatis.
Qui electus ex tali electione, conſecutus fuiſ-
ſet regimen provinciarum & terrarum eidem
regno ſubjectarum, eodem jure gentium, ut
viſum eſt ſuprà c. 5. ac etiam poteſtatem exer-
cendi actus, à jure Imp. reſervatos in iiſdem
provinciis & terris: & hoc virtute conſuetu-
dinis, ut oſtenſum eſt ſuprà in cap 7 quæ con-
ſuetudo etiam eſt jus. ut patet 1 diſt. c conſue-
tudo, & Inſtit. de jur. nat. gent. & civ. §. ex non
ſcripto, & ſic ex conſequenti, principes & po-
pulus hujuſmodi potuiſſet poteſtatem eligen-
di regem, in alium vel alios illa vice, vel per-
petuò etiam transtuliſſe. Juſtum enim eſt. ut
unicuique res ſua diſponenda committatur,
ut jam ſuprà dictum eſt. Ergo à pari vel fortio-
ri ratione potuit idem Ottho Imp. de conſenſu
principum & populi prædictorum expreſſo,
vel ſaltem tacito inſtituere, ut ad certos prin-
cipes perpetuis temporibus perveniret jus &
poteſtas eligendi regem, qui præmiſſam pote-
ſtatem haberent in provinciis & terris hujuſ-
modi exercendi Majorem enim poteſtatem,
vel ſaltem parem habet rex ſeu Imp. vel alius
princeps quicunque cum conſenſu principū
& populi ſubjectorum, faciendi ordinationes
in regno vel principatu, ut de ſe notum exiſtit.
Ex quo ergo ex jam dictis apparet, quòd Ottho
prædictus de conſenſu principum & populi ſi- B
bi ſubjectorum, potuit inſtituere de jure Ele-
ctores prędictos. Ergo in hoc papæ vel eccle-
ſiæ Rom auctoritas neceſſaria non fuit. In his
enim quæ à jure competunt, non eſt alicujus
etiam ſuperioris auctoritas neceſſaria. 8. diſt.
c. de his, ff. de condit. & inſtit l quæ ſub con-
dit. §. ſi tamen. Secundo verò modo poteſt in-
telligi hanc poteſtatem eligendi perveniſſe ad
principes Electores ſic, ſcilicet quòd electus
ab eis, per ipſam eccleſiam Rom. ſeu ejus au-
ctoritate conſequatur nomen Imp. & poteſta-
tem imperialem, ſeu actus Imp. reſervatos ex-
ercendi in aliis provinciis & terris, quæ de fa-
cto nō ſubſunt regno & imperio Rom. & quas
non habuit Carolus Magnus tempore transla-
tionis imperii, ſæpè dicti, ſeu ante tempus
translationis hujuſmodi ſub ſua poteſtate. Et
hoc ſecundo modo poteſtas eligendi regem
ſeu Imperatorem ab Eccleſia Romana perve-
nit ad principes Electores. & ſic prædicta duo
c. in contrarium allegata intelligo. Hæc enim
auctoritate ipſius eccleſię, virtute dictæ trans-
lationis imperii. conſecutus fuit Carolus Ma-
gnus, in cujus perſonam translatio imperii de
Græcis facta dignoſcitur, & deinde poſt eum
ſui in regno ſucceſſores, ut viſum eſt ſuprà in
cap. 4 Unde etiam credo ꝙ rex Romanorum,
quoad hæc præmiſſa conſequenda, petere cō-
ſuevit à papa & eccleſia Rom. poſt electionem
ſuam, ſibi unctionem & coronationem impe-
rialem impendi. Sicut etiam fecit Imperator
Henricus ſeptimus, ut patet ext. de jurejur.
c. Ro-

A c. Rŏmani. §. prĉfatus namque. Poſt quas un-
ctionem & coronationem, prĉmiſſam poteſta-
tem cum nomine Imperatoris conſequitur, ut
etiam ſuprà in c. prĉcedenti dictum eſt. Unde
nominationem vel approbationem aliã petere
vel recipere non tenetur. Vel poſſet dici, quòd
reges Romanorum ex ſola conſuetudine, non
propter poteſtatem aliquam imperialem, ſed
propter nomen imperiale duntaxat conſeqnẽ-
dum, petunt ſibi ab eccleſia Rom. unctionem
& coronationem imperialem impendi, ſecun-
dùm ea quæ dicã infrà cap. 16. in fine. Et quòd
poteſtatem imperialem conſequuntur ſtatim
ex electione principum Electorũ, virtute trãſ-
lationis imperii de Græcis in Germanos. juxta
ea quæ dixi ſuprà, & in prĉdicto c. 4. Item cõ-
tra dictum quartum articulum opponitur de
gloſ. Joh. 93. diſt. c. legimus, ubi ſic dicit: Ex ſo-
la enim electione dico eum verum Imp. ante-
quam à papa confirmatur, licèt ita non appel-
letur. Ergo Johannes innuit in hac gloſſa. quòd
electus à principibus in regem & Imperatorẽ
ad hoc ſaltem ut appelletur Imperator, confir-
mationem ſeu approbationem à papa & eccle-
ſia petere & recipere teneatur. Ad hanc oppo-
ſitionem dico, quòd intelligi debet dicta gloſ-
ſa de ea confirmatione vel approbatione. quæ
fit per unctionem & coronationem papæ, ex
qua conſequitur nomen Imp. & alia jura im-
perialia in provinciis & terris, quæ de facto nõ
ſubſunt imperio, de quibus juribus dictum eſt
ſuprà in capitulo præcedenti. Nam papa un-
B gendo & coronando eum Imperatorem, con-
ſentit promotioni ſuæ ad imperium: & ſic ta-
citè ipſo facto dicitur eum confirmare vel ap-
probare. Et talis tacita confirmatio vel appro-
batio per unctionem hujuſmodi, dat ſibi no-
men Imperatoris, & poteſtatem jura imperia-
lia in provinciis & terris. quæ de facto nõ ſub-
jectæ ſunt imperio exercendi, ut dictum eſt ſu-
prà in oppoſitione præcedenti. Nec alia con-
firmatio vel approbatio papæ requiritur: ad
quod benè facit text. de electione, capit. vene-
rabilem. §. verum. verſ. nunquid enim, ubi ſic
dicitur: Nunquid enim ſi principes non ſo-
lùm in diſcordia, ſed etiam in concordia, ſa-
crilegum quemcunque, vel excommunica-
tum in regem, tyrannum vel fatuum hæreti-
cum eligerent, aut paganum, nos inungere,
conſecrare ac coronare hominem hujuſmodi
deberemus? abſit omninò. Ex quo ſatis colli-
gitur, quòd ſufficit regi Romanorum tacita
papæ per unctionem & coronationem impe-
rialem approbatio & confirmatio. Nam ſi re-
quireretur expreſſa confirmatio vel approba-
tio papæ, utique dixiſſet. Ad idẽ facit & d. c. ve-
nerabilem. §. quod autem, ibi poſtquam à no-
bis unctio, conſecratio & coronatio poſtulan-
tur. Unde notat Innoc. in prĉdicto c. venera-
bilem, in gloſ. ar. quod ſic, qnòd in coronatio-
ne Imperatori tribuitur confirmatio. quod di-
cit ex eodem cap. parere. Sufficit ergo illa taci-
ta perſonæ ipſius regis approbatio ſeu confir-
matio, per unctionem & coronationem hu-
juſmodi, ut prædixi: & ſimile hujus etiã notat

de dignitatibus eccleſiaſticis, 63. diſt. c. quia A
igitur: ubi notatur, quòd ſunt pleriq; Archie-
piſcopi, quorum confirmatio non petitur à pa-
pa. ſed tantùm palliũ. & tunc eo ipſo quòd re-
cipiunt pallium à papa, intelliguntur ab ipſo
confirmari, ut ibi notatur. Item cõtra eundem
4 articulum. quintò ſic opponitur: Ad papam
& ad eccleſiam Rom. pertinet imperii Rom.
diſpoſitio & translatio, cùm ipſum de Græcis
tranſtulerit in Germanos, ut ext de elec. c. ve-
nerabilem. §. verum. & de jurejur. c. Romani.
circa princ. in Clemen. qnod eſt majus quàm
nominatio, vel perſonæ approbatio ipſius re-
gis, ut de ſe notum eſt: ergo etiam nominatio &
approbatio ejnſdem ad papam & eccleſiã Ro-
manam pertinebit. Quod enim in majori con-
ceditur, licitum etiam eſſe videtur in minori,
ut extr. qui filii ſint legitim. cap per venerabi-
lem ſ. poſt principium. Ad idem ext. de regulis
juris, cap. licet, libro 6. cum concordantiis ad-
ditionum. Ad hanc oppoſitionem ſecundùm
quoſdã reſponderi poteſt, quòd prĉdicta trans-
latio imperii non ab eccleſia Romana, ſed po-
tiùs à populo Rom. robur habuit & vigorem:
& huic reſponſioni Chronicæ de imperii trãſ-
latione loquentes, favere videntur. Referunt
enim, quòd Leo papa populo Romano petente
& acclamante, Carolum Magnum in Roma-
norum Imperatorem creaverit, ut ſcripſi ſu-
prà cap. 1. & 2. in fine. Et pro hac reſponſione
facit etiam opinio quorundam, quæ habet, ꝙ
populus Romanns hodie poſſet leges condere
juxta ea quæ notantur ff. de leg. l. non ambigi- B
tur. Nam ſi populus Romanus, ſecundùm opi-
nionem prĉdictam, hodie legem condere poſ-
ſet, pari ratione videtur, quòd idem populus
poſſit imperium, à quo poteſtas leges conden-
di dependet. de una gente ad aliam præſertim
ex rationabili cauſſa, transferre. Sed hæc re-
ſponſio, ſalvo meliori judicio, mihi non pla-
cet. Ex quo enim imperium Romanorum tem-
pore dictæ translationis, & etiam longo tem-
pore ante ipſam non fuit apud Romanos, ſed
apud Græcos extitit, non occurrit ratio quare
populus Romanus tempore translationis prĉ-
dictæ habuerit, vel etiam hodie habeat majo-
rem poteſtatem circa translationem imperii,
quàm quicunque alius populus imperio Ro-
mano ſubjectus. Et eadem ratione, quòd po-
pnlus Romanus hodie leges condendi nõ ha-
beat poteſtatem, probatur per l. ult. C. de leg.
Et hanc opinionem tenet Joh. & Acc. in l. non
ambigitur, quam etiam approbat Hoſtienſ. in
ſumma de conſtit. §. quis. Poſſet tamen ſatis
probabiliter dici, quòd populus Romanns, ſu-
mendo ipſum non tantùm pro populo civitatis
Romanæ, ſed pro toto populo Romano impe-
rio ſnbjecto, etiam hodie habeat, præſertim
vacante imperio, poteſtatem leges condendi,
ac imperium ex cauſſa de una gente ad aliam
transferendi, cùm talis populus major videa-
tur ipſo principe, ſecundùm ea quæ dicam in-
frà cap. 17. Reprobata igitur præmiſſa reſpon-
ſione, pro evidentia ſolutionis hnjus oppoſi-
tionis, ſciendum eſt, quòd papa & eccleſia

A Rom. caſualiter certis cauſſis inſpectis, etiam in regionibus quæ non ſunt de temporali juriſdictione eccleſiæ Romanæ, poteſt interdum juriſdictionem temporalem exercere. non tamen quòd propter hoc velit alieno juri præjudicare, & hoc poteſt facere auctoritate juris divini. ut probatur extr. qui filii ſint legit. c. per venerabilem. §. rationibus. quod dictum ſatis benè declarat Innoc. & Hoſtienſis poſt eum. extr. de for compet. c. licet: ubi dicunt, q licèt in multis ſint diſtincta officia & regimina mundi & eccleſiæ, tamen quandoque neceſſe eſt, ad papam recurrendum eſt, ſive ſit neceſſitas juris, & judex dubius eſt quam ſententiam proferre debeat, vel neceſſitas facti, quia alius non eſt judex, vel nolit, vel non poſſit juſticiā exercere. Et allegat prædictum c. per venerabilem. Et ſic dico, ſalvo tamen judicio ſaniori, quòd eccleſia Romana non regulariter, ſed caſualiter, ſcilicet propter neceſſitatem facti, (quia non erat hic alius ſuperior qui tranſlationē imperii faceret) & certis & rationalibus cauſſis inſpectis, de quib. dixi ſuprà cap. quarto. fecit eandem tranſlationem imperii, quod eſt maximum negotium juriſdictionis ſecularis. Et hoc potuit ex jure divino, per ea quæ leguntur in dicto §. rationibus. Et ſic concluditur ex boc. quòd ad eandem eccleſiam pertineat nominatio vel approbatio perſonæ electæ in regem vel Imperatorem nō regulariter, niſi fortè caſualiter aliquæ cauſſæ neceſſariæ vel rationabiles interdum id expoſcerent, ſicut de B tranſlatione imperii eſt præmiſſum. Item opponitur adhuc ſextò contra prædictum quartum articulum boc modo: Ad quem pertinet inſtitutio, & deſtitutio & econtrà, ut videtur extr. de hæreticis, c. cùm ex injuncto, in fine cum concordantiis ibi notatis. Sed ad papam & eccleſiam Romanam pertinet deſtitutio Imperatoris, ut patet extr de re judic. c. ad apoſtolicæ. libro ſexto. Ergo & inſtitutio, quæ non videtur eſſe aliud niſi electi in regem vel Imperatorem approbatio, ad papam & eccleſiam pertinere videtur. Solvendo hanc opinionem dico, quòd ad quem pertinet jure ordinario inſtitutio, ad eundem pertinet deſtitutio, & ecōtrà. Secus in jure ſpeciali puta ex privilegio, vel conſuetudine, ut electio clerici poteſt pertinere ex commiſſione ad archidiaconum, vel alium prælatum: ſed tamē deſtitutio ad archiepiſcopum pertineret, ut ibi norat D Johannes And. Et ſic dico quòd in caſu noſtro deſtitutio non pertineret ad papam vel eccleſiam Romanam jure ordinario, cùm de his temporibus regulariter ſe non haberet intromittere, ut ſuprà dictum eſt in præcedenti oppoſitione. ſed quodam jure ſpeciali ſe habet intromittere de deſtitutione ſeu depoſitione Imperatoris, ſcilicet ratione enormis & notorii, de quo Imperator incorrigibilis reperitur, ut ſuprà dictum eſt in capite decimo, in prima oppoſitione, pręſertim cùm hic nō ſit alius judex ſuperior qui hanc depoſitionem facere poſſit juxta ea quæ dixi ſuprà in proxima oppoſitione. Et ideo non ſequitur ex hoc, quòd ad eum inſtitutio, ſeu approbatio pertineat Imperatoris. Vel poſſet A dici ſecundùm aliquos, quòd papa & eccleſia Romana non deſtituit vel deponit Imperatorem, ſed declarat eum ratione peccati enormis & notorii, de quo Imperator incorrigibilis reperitur, fore deponendum vel deſtituendū per principes & alios. populum regni & imperii repræſentantes, ſecundùm ea quæ dicam infrà capite decimoſeptimo. Et ſecundùm hęc, dictum de depoſitione & privatione Imperatoris Friderici per papam Innocentium quartum facta in prædicto c. ad apoſtolicæ. in contrarium allegato, debet intelligi ſecundùm ea quæ in oppoſitione ſequenti ſtatim dicā. Item adhuc contra eundem 4. articulum opponitur ſeptimò, videlicet quòd rex Romanorum ratione Germaniæ & Galliæ Belgicæ ac aliarum provinciarum quæ ab antiquo fuerunt de regno Francorum, à papa & ab eccleſia Romana nominationem & approbationem, imò aſſumptionem recipere ſpecialiter teneatur: quod ſic probatur. Certum eſt quòd Germania & Gallia Belgica, & omnes aliæ provinciæ ab Aquitania uſque Bavariam fuerunt de regno Francorum, ut patet ex dictis ſuprà in c. 1. & 2. Et in hoc regno Francorum videtur habere Romana eccleſia poteſtatem ſpecialiter etiam in temporalibus diſponendi. Zacharias enim papa Hildericum regem Francorum depoſuit, & Pipinum patrem Caroli Magni ſubſtituit in ejus locum, & Francigenas à juramēto fidelitatis, ipſi Hilderico præfato abſolvit, ut patet ex omnibus Chronicis memoratis, & B etiam ex canone 15. q. 6. cap. alius. Et ſic ex magna poteſtate, quam etiam eccleſia Romana ſpecialiter in hoc regno etiam in temporalibus habere dignoſcitur, dicendum videtur, quòd electus in regem & Imperatorem Romanorum ſpecialiter ratione Germaniæ & omniū aliarum provinciarum quæ ſunt ab Aquitania uſque in Bavariam, nominationem & approbationem, imò aſſumptionem ab eccleſia Romana recipere teneatur: cùm illius regni Francorum inſtitutio & deſtitutio ad eandem Eccleſiam pertinere videatur, ut patet ex jam dictis. Pro hujus oppoſitionis ſolutione ſciendum eſt primò, quòd temporibus dicti Pipini, Franci ſolebant habere reges ex antiqua ſtirpe regum qui à Meroveo filio Clodovei ſecundi reges Francorum Merovingi vocati ſunt, ut patet ex dictis ſuprà in c. 1. & 2. Quorum Genealogia uſque ad prædictum Hildericum in eodem regno permanſit. qui Hildericus ſicut & alii plures ſui prædeceſſores fecerant, ſolo nomine regnabat, ſed opes, potentia & adminiſtratio ipſius regni penes pręfectos ipſius palatii erat, qui Majores domus dicebantur, & hujus præfecti officio idem Pipinus velut hæreditario jure fungebatur. Qui miſit ad eundem Zachariam papam. Burchardum primum Vuirtzbergenſem ſeu Herbipolenſem epiſcopum & Volradum archicapellanum, ut interrogarent & conſulerent eum de regibus in Francia. qui temporibus illis non habentes regiam poteſtatem reges vocabantur, ſi benè eſſet an non.

A an non. Et Zacharias ſuper negotio hujuſmodi conſultus remandavit Pipino melius ſibi videri illum regem vocari qui poteſtatem haberet, quàm illum qui ſine poteſtate regali manebat, dataque auctoritate ſua dictum Pipinū regem conſtitui juſſit. Et ſic idem Pipinus à Francis electus in regem, per manus ſanctæ memoriæ Bonifacii Archiepiſcopi Moguntinenſis elevatus eſt in regni ſolium in Sueſſiunum civitate. Dictus verò Hildericus qui Franciæ rex dicebatur, attonſus eſt, & in monaſterium miſſus, prout hæc omnia in Chronicis Euſebii Francorum, Godfridi, & Martini prędictis, ac etiam in vita beati Burchardi epiſcopi antedicti plenè narrātur. Pipinus autem poſtea per Stephanum papam ſecundum immediatum ſucceſſorem dicti Zachariæ papæ. & duo filii ſui ſcilicet Carolus, qui poſtea Carolus Magnus vocatus eſt, & Carolomannus, uncti ſunt in reges Francorum, ut referunt prædictæ Chronicæ Euſebii & Francorum. His itaque præmiſſis dicendum eſt, reſpondendo ad oppoſitionem prædictam, quòd ad papam & ad eccleſiam Rom. ex jure divino pertinet declaratio dubiorum etiam in cauſſis & negociis temporalibus, nedum in Eccleſiaſt. & ſpiritualibus, ut plenè probatur in text. qui fil. ſint legit. capitulo per venerab lem. § rationibus. Et ſic papa in caſu iſto auctoritate juris divini ad conſultationem dicti Pipini declaravit Hildericum qui nnmen regis inane habebat, deponendum fore à regno per Francos: & ipſum B Pipinum qui poteſtatem regiam habebat inſtituendum ſerè per eoſdem in regem. Dubiū enim erat in hoc caſu ex eo, quòd regnum hujuſmodi, ut ſoprà dictum eſt, per ſucceſſionem generis debebatur. Unde ad alium non videbatur ipſo Hilderico vivente poſſe transferri, ſed quia ſolo nomine, ut prædicitnr, regnabat: idcircò juxta prædictam declarationem, nomen regium eidem auferri, dictoque Pipino, qui poteſtatem, & ſollicitudinem regiam gerebat, attribui, æquitate ſuadente, debebat juxta illod: Si re parueris nec nomen habere mereris, ad 98. diſtinctionem capitulo cor epiſc ɔpi, & ibi notatur, & 38 diſtinctione, capitulo quæ ipſis. Unde ſecundùm declarationem prædictam Zachariæ papæ Franci eundem Pipinum in regem elegerunt & inſtituerunt: & Hildericum deſtitutum in monaſterium detruſerunt, ut patet ex præmiſſis Et ſic quòd dicitur in Chronicis, quòd Zacharias data auctoritate ſua juſſit, Pipinum regem cōſtitui, intelligo auctoritate, ſcilicet declaratione præmiſſi dubii non autem auctoritate inſtitutionis ſeu conſtitutionis Pipini in regem Francorum. Et talem declarationem etiam eccleſia Romana in quolibet alio regno facere poſſet ratione dubii, etiam in temporalibus & ſecularibos negociis, ut patet ex prædicto §. rationibus, in c. per venerabilē. Quòd ergo dicitur in prædicto c. alius in contrarium allegato, quòd Zacharias depoſuit regem Frācorum, expone, id eſt, deponendum conſuluit & depoſitioni conſenſit, ut etiam ibi notat Hugo, cui expoſitioni ſatis concordat Gloſſator, ibidem dicens in ultima gloſſa, depoſuit, id eſt, deponentibus conſenſit. Et ſimiliter quòd dicitur in eodem canune, quòd Pipinum ſubſtituit, expone; id eſt, ſubſtituendum conſuluit, vel id eſt, ſubſtituentibus conſenſit. Et hæ expoſitiones ex his quæ pręmiſſa ſunt, per dictas Chtonicas approbātur. Quòd autem dicitur in prędicto capitulo, quòd idem Zacharias Francigenas à juramento abſolvit, &c. dic, id eſt, abſolutos declaravit ſecundùm Hugonem Ex quo enim Hildericus auctoritate dictæ declarationis Papalis, & Eccleſiæ fuit per Francos depoſitus de regno, ergo Francigenæ non erant aſtricti eidem juramento fidelitatis, qund ei tanquam rei præſtiterant, ut extr. de elect capitulo venerabilem, in fine, & ſic eos non abſolvit propriè loquendo à prædicto juramento, ſed abſolutos declaravit. Et ſic retentis dictis expoſitionibus non probatur ex illo capitulo, quòd papa & eccleſia Romana habeat majorem poteſtatem quo ad temporalia in regno Francorum quàm in alio quocunque regno. Unde noo obſtat, nec miretur aliquis de expoſitionibos præmiſſis, frequenter enim in hiſtoriis & Chronicis conſimiles expoſitiones fieri neceſſe eſt, alias multas abſurditates in ipſis contingeret repetiri. Legitur enim in hiſtoria prædicta Francorum, quòd ſub anno Domioi 1130. concilium 16. epiſcoporum menſe Octobri à rege Lothario in Vuirtzburg fuit celebratum cui affuit Archiepiſcopus Ravennæ Apoſtolicæ ſedis legatus V. Gregorius, qui Petro Leoni in electione prævaluit, & à dicto rege & omnibus ibi congregatis eligitur & confirmatur. Niſi jam hęc verba eligitur & confirmatur exponantnr modo jam dicto ſcilicet eligitur, id eſt, electioni conſentit, magna ſequeretur abſurditas, ſcilicet quòd electio & confirmatio papæ pertineret ad regem Roman. & ad epiſcopos alicujus provinciæ, quod eſſet abſurdum. ut de ſe ſatis patet. Et talis expoſitio interdum habet fieri etiam in jure. dicitur enim in canone 63. diſt. c. ſacrorum, quod epiſcopi per electionem cleri & popoli ſunt eligeodi, qood expooi oportet, quoad electionem populi de conſenſu tantùm in electione præſtandæ. Populus enim nō habet epiſcopum eligere. 63 diſt. c. 1. & 2. cum multis capitulis ibi ſequentibus, ſed tantùm electioni factæ conſentire 8. q. 1. c. licet, & 62. diſt. c. 1. quod dicit, ut ibi notatur Item octavò & ultimò adhuc poteſt opponi. contra dictum quartum articulum de canone diſt. c. in ſynodo, ubi Leo papa cum clero & populo Romano conceſſit Otthoni primo poteſtatem eligendi ſucceſſorem in regno Italiæ. ubi notat Johannes gloſſator, quòd ex hoc papa habet magnam poteſtatem in imperium. Et ſic videtur, quòd ex hac magna poteſtate electus in regem ſeu Imperatorem Romanorum, ſaltem ratione regni Italiæ de qoo loquitur prædictus canon, teneatur petere & recipere nominatinnem & approbationem à papa: & eccleſia Romana. Circa hanc oppoſitionē ſcien-

A dum eſt. quòd ex quo Carolus Magnus in cujus perſonam ut ſæpè dictum eſt, imperium de Græcis fuit translatum in Germanos, Italiam ſicut & multas alias provincias & terras, hello licitè de jure gentium introducto pro ſe & ſuis ſucceſſoribus acquiſivit, & eandem Italiam Otthn primus quæ à fidelitate regũ Francorum & Germaniæ multis annis defecerat, juſto bello recuperavit, ut ex priùs dictis in multis capitulis apparet, nec ex quo ipſam Italiam Carolus & Ottho prædicti ex donatione vel conceſſione Romanæ Eccleſiæ, de quacõſtare poſſit, habuerunt, non credo (ſalvo ſemper judicio ſaniori) quòd papa & eccleſia Romana habeant majorem poteſtatem circa imperium in Italia, quam in aliis provinciis & terris regni & imperii. Et ſic ex conſequenti non occurrit ratio, quare electus in regem & Imperatorem, magis habeat petere & recipere ab eccleſia Romana nominationem & approbationem ratione regni Italiæ, quàm ratione alterius provinciæ de regno & imperio Romanorum, præſertim cùm Italia, ſicut & cæteræ provinciæ regni & imperii Francorum venerit in diviſione ipſius regni, ut dictum eſt ſuprà in cap. a. Unde etiam Ludovicus Imperator ſecundus de regno & imperio Francorum non habuit niſi ſolam Italiam. Habuit enim duos fratres, quorum unus ſcilicet Carolus habuit provinciam, & Lotharius regnum Lotharienſe, ut dictum eſt in eodem c. 2. Ad prædictum ergo canonem in ſynodo, in con-
B trarium allegatum poteſt reſponderi & dici, quòd verbum Concedimus poſitum in dicto canone, ſcilicet quoad poteſtatis conceſſionem eligendi ſucceſſorem in regno Italiæ, impropriè ponitur, cùm aliàs ſine conceſſione hujuſmodi id facere potuiſſet. de conſenſu tamen expreſſo vel ſaltem tacito principum & populi regno & imperio ſubjectorum, ſicut & aliàs verbum Concedo poſitum in privilegio imperiali Ludovici Imperatoris conceſſo eccleſiæ Romanæ in canone 63. diſt. c. Ego Ludovicus, ſimiliter ponitur impropriè quoad quædam ibi conceſſa per eundem Ludovicum, quæ eccleſia Romana priùs habuerat & tenuerat. Unde quoad illa Hugo & Archidiaconus Bononienſis poſt eum. exponit ibidem Concedo. id eſt. non inquieto, non moleſto habere permitto, non reſiſto quin pacificè habeas, & poſſideas. Sic in propoſito exponi debet, Concedimus, id eſt. non inquietamus. & c. ut jam expreſſum & expoſitum eſt. Et hoc quoad poteſtatem eligendi ſibi ſucceſſorem in regno Italiæ, quoad alia verò poſita in dicto canone in ſynodo, verbum Concedimus propriè ponitur cùm ibi ponantur alia quæ niſi ex conceſſione illius privilegii Otthoni prædicto & ſuis ſucceſſoribus minimè competebant. Nec mirandum eſt de expoſitione prædicta. Sæpè enim per privilegium conceditur, quod de jure communi competit, extr. de jurejur c. etſi Chriſtus de proc. . quæ petitio & conceſſio donat firmitatem. Et tunc conſimiles expoſitiones fieri oporteret, ut patet in gloſſis in prædictis capitulis poſitis. Item nota quòd A contra dictum quartum articulum poſſet fieri oppoſitio ratione ſpecialis conjunctionis, quæ eſt inter papam & Imperatorem de qua notat Inn. & Hoſt. extr. de for compet. c. licet. de qua dixi ſuprà c. 7. ſcilicet quòd ratione illius conjunctionis rex Romanorum approbationem à papa recipere teneatur. Sed hæc ſolvi poteſt ex his quæ ibi dicta ſunt, &c.

Cap. XIII.

IN QVO FORMANTVR QVAtuor oppoſitiones contra dictum quintum articulum, & ſolvuntur.

CОntra quintum & ultimum verò articulum. in quo dicitur quòd rex Romanorum non tenetur eccleſiæ Rom. præſtare juramentum Homagii, quod ſcilicet vaſallus præſtat domino ſuo ratione feudi, opponitur de c. ſen palea Conſtantinus 96. diſt ubi patet, quòd Conſtantinus Imperator primus conceſſit & donavit beato Sylveſtro papæ, & Eccleſiæ Romanæ urbem Romam, Italiam, & omnium regionum occidentalium provincias & civitates & loca. Et ſic cùm poſt hoc Carolus Magnus per Leonem papam fuerit unctus & coronatus in Imperatorem, ut ſuperiùs in capite ſecundo dictum eſt, videtur, quòd licet utile dominium provinciarum, civitatum & locorum hujuſmodi ad eum & ad ſuos ſucceſſores, ex unctione & coronatione prędictis, atque etiam ex imperii translatione pervenerit, tamen directum dominium ratione dictæ donationis B Conſtantini, videtur apud papam & eccleſiam manſiſſe, ſicuti dicimus in Conceſſione rei in Emphyteuſim datæ quòd dominium utile tranſit in Emphyteutã, dominio directo apud dominum rei manente, ut ff. ſi ag. vectig. vel Emphyt. pet. l. 1 §. fin. Et ſicut dicimus in re feudali, in qua vaſallus habet utile dominium ratione cujus rem poteſt vendicare, ut in libro ſeu in titulo de inveſt. de re al. facta, c. 1. §. rei autem: Sed proprietatem, ſeu directum dominiũ habet dominus. ut eodem c. §. fin. & in tit. in quibus cauſſis feud amit. c. unico §. fin. & ſic ex conſequenti videtur dicendum, quòd juramentum ſolitũ præſtari per regem Romanorum eccleſiæ Romanæ, ſit juramentum fidelitatis & Homagii, quod ſcilicet vaſallus domino ſuo de feudo præſtare tenetur. Circa hoc ſciendum eſt, quòd de hac donatione Cõſtantini variæ leguntur opiniones: una eſt quorundam Theologorum, & etiam aliquorum Canoniſtarum, quòd donatio illa nõ fuit propriè loquendo donatio ſeu novi juris collatio, ſed potiùs quædam conceſſio & recognitio juris alieni. Dicunt enim quòd Cõſtantinus per hanc donationem oſtendit & recognovit ſe nõ legitimè uſum regalibus & gladii poteſtate, & ſic ceſſit huic juri, Beato Sylveſtro tanquã vicario Chriſti veri & proprii domini Et ſecundùm hanc opinionẽ ſequeretur, quòd omnes Imperatores tam orientis quàm occidentis, & etiam omnes reges orientales & occidentales à tempore inſtitutionis Chriſtianæ religionis

uſque

A uſque in præſentem diem, qui nũ recognoverunt ſe habere regalia & gladii poteſtatem ab eccleſia Rum. illicitè ipſis uſi fuiſſent, quod dicere multũ eſt grave. ut de ſe patet. Præterea ſequeretur ex hoc, ut videtur. quòd ex quo eccleſia Rom. haberet à Deu tantum regalia & juriſdictiunes temporales, quod contra eam in his non çurreret præſcriptio. Ideo enim ut notat In. extra de poſtul. prælat. c. bonæ 2. cõtra papam circa ſpiritualem juriſdictionem nullus poteſt quærere poſſeſſionem. quæ ipſi præjudicet quia illam cum plenitudine poteſtatis habet à Deo tant'm. 1 diſt. c. in novo & c. ſeq. Sed certum eſt quod in temporalibus juriſdictiunibus poteſt quis quærere poſſeſſionem ac etiam præſc ibere contra Eccleſiam Romanam, ut patet extra de præſcript. capitulo ad audientiam. Ergo videtur quòd Eccleſia Romana non habeat à Deo tantùm aliqua regalia ſeu juriſdictiones temporales, ſed potius ab Imperatorib. Romanorũ. Alia eſt opiniu. quaſi cõmuniter omniũ Canuniſtarũ, q̃ habet ꝙ dicta donatio valuerit & ſit irrevocabilis Et hãc tener Joannes gloſſator Decreti 63. diſtinctiones c. ego Ludovicus. Er hãc etiã ſequitur dominus Joannes And. de jurejur. capitulo Romani §. porrò. verſ. eidem, in Clem. Et ſecundum hanc opinionem vel habebimus ſtare dictæ oppoſitioni, & non ſolùm de rege Romanorum, ſed etiam de quibuſdam aliis regibus occidentalibus, qui regem & Imperatoré Romanorum pro ſuo ſuperiure in temporali-
B bus non recognoſcunt, ſicut apparet de regibus Hiſpaniæ, Franciæ, & aliis umnibus regibus occidentis. Vel habebimus dicere, quòd licet valuerit illa donatio, tamen ex quo Romani Pontifices poſt eandem donationem, nec de Italia generaliter loquendo de ea, nec etiã de aliis regnis & provinciis occidentalibus ſe intromiſerunt, attendentes fortè id quod legitur in Can. 96. diſt. c. cum ad, ex hoc à ſe dominia regnorum & provinciarum huiuſmodi ipſo facto abdicaſſe, & quaſi ꝓ derelicto ea habuiſſe videntur, præſertim cum præſcriptio currat contra Romanam eccleſiam in temporalibus juriſdictionibus & juribus, ut prædixi.

Tertia opinio circa dictam donationem eſt quòd non valuerit, & hanc tenet Accurſ. in Auth. quomodo oporter Epiſc. poſt princip. coll. 1. Pro quo facit ff. de off. præſ. l. penult. Et ſecundum hanc reſpondebimus ad objectionem præmiſſam dicendo, quòd Eccleſia Romana ex illa donatione tanquam de jure invalida in illis regalibus & juriſdictionibus, ac rebus donatis, nullum fuerit nec directnm nec utile dominium couſecuta. Et ſic rex ſeu Imperator de regno & imperio tanquam de feudo ab eccleſia procedente ipſi Eccleſiæ ad juramentum fidelitatis, minimè tenerur.

Quarta eſt opinio quòd Conſtantinus non donaverit generaliter regna & provincias occidentali Eccleſiæ Rumanæ. ſed elegerit Romanos Pontifices tanquam ſummos ſacerdotes ob divinam reverentiam in partes, ut ab eis debeat benedici, & apud eorum Deum orationibus adjuvari, eiſdem ſedem imperialem Romæ relinquendo, ipſumq; Byzantium quæ poſtmodum Conſtantinopolis dicta eſt pro ſede eligendo, ut notatur vigeſimoſecundo diſtinctione capitulo de Couſtantinopulitana, & etiam nova Roma, ut eadem diſtinctione capitulo Couſtantinopolitanæ. Unde urbs Romana vetus Roma dicitur, ut C de veter. jure enucl. l. 1 §. nulla itaque: adjicientes quòd idem Conſtantinus inter filios ſuos orbem dividens uni dedit orientale, & alteri occidentale imperium, ot apparet ex diverſis Chronicis quæ non feciſſet ſi regna occidentalia, cum quibus & Italia comprebenditur, eccleſiæ contuliſſet dicentes etiã quòd Theoduſius Imperatur primus & multi alii devoti Impetatores ut etiam ex Chronicis patet, poſt tempora Conſtautini prædicti Romam cum pluribus aliis regnis occidentalibus poſſederunt Unde etiam Juſtinianus Imperatot poſſedit Galliam & Hiſpaniam. ut patet C. de off. præf Af l. In nomine Domini princip. Et ſecundum hanc opinionem haberemus dicere, quòd prædictum capitulum Conſtantinus, quod eſt palea, non eſſet pro canone habendum & tenendum. Pro quo facit quia illud capitulum eſt ſumptum ex geſtis Sylveſtri papę, ut patet in §. item Conſtantinus prædictum capitulum immediatè præcedente. Sed nomen ejus qui ſcripſit actus ejuſdem Sylveſtri papæ ignoratur, licet allegentur à multis, ut B
patet decimaquinta diſtinctione c. ſancta Romana, verſ. item actus. Et ſic videntur inter ſcripturas apocryphas computandi Et ideo fortè capitulo fundamenta ext. de elect. libro ſexto loquendu de donatione Conſtantini eccleſiæ Romanæ facta, tantùm dicit de donatione urbis Romæ de donatione Italiæ & aliorum regnorum occidentaliũ non faciens mentionem.

Ad hoc etiam facit duodecima q. 1. capitulo futuram, ubi Melchiades papa loquens de præfata donatione, dicit quòd idem Conſtantinus ſedem imperialem reliquit eamq; beato Petro & ſuis ſucceſſoribus pro futuro conceſſit. Per ſedem nanque imperialem intelligo urbem Romanam ubi fuit ſedes imperii Romani, uſque ad tempora dicti Conſtantini, qui eam Byzantium tranſtulit, ut eſt dictum: non autem per ſedem imperialem, occidentale imperium, prout Gloſſator in prædictu capitulo futoram. videtur intelligere, dicẽs ibidem. Ergo imperium eſt apud Romanam eccleſiam & allegat prædictum capitulum Conſtantinus. Unde etiam notat Archidiaconus Bononiẽſis in eodem capitulo futuram, ꝙ hoc dictũ Gloſſatoris nõ colligitur ex litera, ſed in contrariũ facit nonageſima ſexta diſtinctione ad unũ, ubi de hoc, & capitulo ſi Impetator, ubi etiã de hoc notatur. Quæ autẽ inter has opiniones verior ſit, fateor me neſcire: ſed determinationẽ hujus dubii dixi meis majorib. eſſe relinquẽdã Itẽ cõtra eundẽ quintũ articulũ opponitur ſecũdò de eo ꝙ notant Innocẽt.

A & Hoſtienſis ext. de for. compet. capitulo licet. ubi notavit, quòd Imperator tenet imperium à papa. Et ſic ex conſequenti videtur, quòd ratione imperii quod tenet à papa teneatur ſibi præſtare juramentū homagii, ſcilicet quod vaſallus domino ſuo præſtare ſolet. Solutio ad hanc oppoſitionem eſt inhærendo dictis prioribus. Dico igitur Imperatorem non tenere imperium à papa, ſed potius tenet ipſum ex electione principum, eo jure ſeu titulo, quo tenuit terras & provincias hujuſmodi Carolus Magnus ante tranſlationem imperii, tanquā ſuccedens in locum ipſius Caroli, qui tenuit eas partim ex ſucceſſione paterna partim etiam per bellum licitum, ut ſatis eſt dictum ſuprà in capite quinto & 9. Nec etiam poteſtatem imperialem in eiſdem provinciis recipit virtute tranſlationis cum eas prius haberet virtute conſuetudinis, ut dictum eſt ſuprà c. 7. Et ideo Imp. ſeu rex Rom. ratione provinciarum & terrarum prædictarum ſeu poteſtatis imperialis in eis, papæ ad juramentum homagii non tenetur: & ſic intelligo prædictum quintum articulum. Alio modo poteſt hoc intelligi, ſcilicet quòd teneat à papa imperium, id eſt nomen Imperatoris & jura imperialia, ſeu poteſtatem imperialem in aliis provinciis & terris, quæ non erant ſub poteſtate Caroli ante tēpus traſlationis imperii, nec etiam hodie ſubſunt imperio ſaltem de facto. Et hoc ſecundo modo tenet imperium à papa virtute tranſlationis imperii. Et ratione illius nominis, ac etiā
B jurium hujuſmodi, recipit ab eo unctionem & coronationem imperialem, ut etiam dictum eſt ſuprà c. 12. in tertia oppoſitione. Et hoc ſecundo modo intelligo dictum Innoc. & Hoſtienſ. in prædicto c. licet. Vel poteſt dici quòd rex Romanorum unctionem & coronationem recipit à papa ex ſola conſuetudine, non propter poteſtatem aliquam imperialem, ſed propter nomen imperiale dūtaxat conſequendum, ut etiam dixi ſuprà in c. 12. in tertia oppoſitione in fine, de quo etiam infrà c. 16. in fine dicam. Item contra præmiſſum 5. articulum adhuc tertiò opponitur de eo quod legitur in Can. conſec. diſtinctione 5. capitulo in die, ubi dicitur, quòd regimen Romanorum eccleſiæ conceſſum eſt Theutonicis: per quod videtur intelligi imperium. Sed hoc non eſt conceſsū eis niſi à papa & eccleſia, & ſic ratione hujuſmodi imperii conceſſionis, rex Romanorum ad præſtandum homagium ipſi papæ teneri videtur. Solutio. Quod dicitur in prædicto Canone in die ſcilicet quod conceſſum eſt Theutonicis Romanæ eccleſiæ regimen, intelligi debet patriciatus urbis Romæ. Et hunc intellectum videtur habuiſſe ibidem Archidiaconus Bonon. qui ſuper verbo Regimen dicit. De quo regimine habetur 63. diſtinctione c. Adria. enim. Quod autem c. Adrianus, non loquitur de imp[illegible] ſed de patriciatu Urbis cōceſſ. per Eccl[illegible]am Carolo Magno, de quo etiam [illegible] loquitur c. ibi ſequens ſcilicet, c. in ſynodo 63. di. Per hunc autem patriciatum, intelligitur dignitas puniendi criminalia, & cognoſcendi de cauſis ſecularibus in Urbe: A vel intelligitur advocatia eccleſiæ Romanę, ut notatur in prædicto Canone Adrianus in ſecunda gloſſa. Et hunc patriciatum ſeu advocatiam, habet rex Romanorum, vel Imperator ab eccleſia Rom. Et ſic intelligo quod dicitur in eodem Can. An autem hæc advocatia eccleſiæ Rom. habeat emolumentum aliquod annexum ſcilicet advocatiæ eccleſiarum & monaſterium Germaniæ, an verò habeat onus defenſionis tantùm annexum, fateor me neſcire. Item opponitur adhuc quartò contra eundem quintum articulum, de eo quod notat Hoſtienſ. ext. de elect. c. venerabilē, verſ. ſunt enim, in gloſſ. conſultus: & quod notat in Sūma de elect. § quis eligitur ubi notat quòd Imperator eſt feudatarius eccleſiæ Romanæ: unde ex hoc ad juramentum homagii eidem eccleſiæ videtur eſſe aſtrictus. Solutio. Hoſtienſis utiq; loquitur de Imperatore Friderico ſecundo, qui habuit regnum Siciliæ ab eccleſia Romana in feudum, ut patet ext. de re judicata c. apoſtolicæ, § præter hoc, lib. 6. Unde de illo regno id intelligo, & non de imperio & ſic non obſtat.

CAP. XIIII.

QVOD PER SVBMISSIONES VEL recognitiones regum Romanorum, papæ & eccleſiæ Romanæ factas, non præiudicatur regno & imperio in ſuis iuribus, quo minus principes & populi regno & imperio ſubiecti, poſſint contradicere ipſorumq; contradictio ſit admittenda. B

POſt hoc contra omnes & ſingulos articulos opponi poteſt, ex his quæ facta ſunt, videlicet quòd aliqui ex regibus Romanorum fortaſſis petiverunt ab eccleſia Romana nominationem regiam & approbationem perſonæ, ante aſſumptionem nominis regii, vel ante adminiſtrationem bonorum & jurium regni & imperii, præcipuè quoad Italiam & ſic nominationem & approbationem hujuſmodi petitas ab eadem eccleſia receperunt, vel fortè recognoverunt per literas ſuas, vel per procuratores ſuos ad hoc ſpecialiter cōſtitutos, ipſamque eccleſiam Romanam confeſſi ſunt habere poteſtatem nominandi & approbandi regem ante aſſumptionem nominis regii, & antequā ſe de adminiſtratione bonorum & juriū regni & imperii intromitterent, contra primum ſecundum, tertium & quartum articulos antedictos. Vel fortè aliq. ex dictis regib. poſt aſſumptionem regii nominis, & adminiſtrationem bonorum & jurium regni & imperii, ab eadem eccleſia nominationem & approbationem petiverunt, & etiam obtinuerunt, vel per ſuas literas, vel per procuratores ad hoc ſpecialiter cōſtitutos, recognoverūt eccleſiā Rom. habere poteſtatem approbandi perſonam electi in regē Rom. ſaltē poſt aſſumptionē regii nominis, vel etiā adminiſtrationē bonorū & jurium regni & imperii quod eſſet ſpecialiter contra 4. articulum prænotatum. Vel aliqui ex regibus prædictis regnum & imperium ab eccle-

ſia

A ſia Rom. receperunt in feudum à dicta eccleſia Rom. quod eſſet contra 4. articulum prælibatum. Ad has & coosimiles oppoſitiones, quæ ex facto regum Rom. in dictis 5. articulis comprehenſas oriri poſſunt, dico, ſalvo ſemper judicio ſaniori, quòd tales ſubmiſſiones vel recognitiones per aliquos ex regibus Rom. ipſi eccleſiæ Rom. factæ, dicto regno & imperio in ſuis juribus, ac etiam ex conſequenti principibus & aliis ſubditis ipſius regni & imperii, præjudicare nou debent. Nam cum ſubmiſſiones & recognitiones hujuſmodi de ſenſu principum Electorum, ac etiam aliorum principum & populi, regno & imperio ſubjectorum, non ſint factæ, ipſi principes & alii populum regni & imperio repræſentantes, potuerunt contradicere, ac eorum contradictio eſt admittenda. Quod ſic probatur. Quòd ſi dominus habens juriſdictionem in ſubditos, ſe ac terram ſuam vellet ſubmittere alteri domino, ipſorum contradictio eſt admittenda. Intereſt enim ſua quòd dominus eorum ſit liber, & ut tot dominos non habeant, ad hoc ff de lib. cauſ. l. 1. & 2 ff. de appell. l. non tamen. cum concor. ad idem ext. de major. & obed. c. fin. & c. dilecti. ubi de hoc per Hoſtienſ. Sed in caſibus præmiſſis, per has vel conſimiles ſubmiſſiones vel recognitiones electus in regem Rom. à principibus, teneretur obnoxius eccleſiæ Rom. quadam ſervitute. ſcilicet non aſſumēdi nomen regiū, nec adminiſtrādi jura & bona regni & imperii, niſi demum poſt nomi- B nationem & approbationem ipſius eccleſiæ Rom. Item quoad ſubmiſſionem vel recognitionem prædictas, per quam ſcilicet eſſet vaſallus eccleſię Romanę, de regno & imperio, principes & ſubditi ejuſdem regni & imperii non ſolùm haberent regem vel Imperatorem pro domino ſuo, ſed etiam ipſam eccleſiam Romanam baberent quodammodo pro domina ſua in temporalibus. Dico autem quodammodo pro tanto, quia licet vaſallus vaſalli eccleſiæ Romanæ. non ſit vaſallus ipſius eccleſiæ, juxta ea quæ notantur 18. diſt. c. legitur, & per Vilhelmum in Speculo de feudis, §. ii. verſ. 13. tamen ſi regnum & imperium teneretur in feudum ab eccleſia Rom. ipſa eccleſia haberet ex hoc quodammodo juriſdictionem imperialem ſaltem mediatam in vaſallos regni & imperii, per ea quæ leguntur & notantur ext. de for. compet. c. ex tranſmiſſa, per Innoc. & Hoſtienſ poſt eum. Erit igitur principum & populi prædictorum contradictio in hoc meritò admittenda. Præterea æquitas & ratio naturalis dictat apud omnes, quòd quando per aliquod factum præjudicatur pluribus, quòd id per omnes illos comprobari debet. Et ſic illud videtur eſſe de jure gentium, ff. de juſt. & jur. l. omnes populi. Hoc etiam probatur jure Canonico & civili, ext. de offi. Archidia. c. ad hæc. §. fin. ff de aq pluu. arc. l. in concedendo, cum multis concordantiis. Sed in caſu noſtro, ſi rex Romanorum ex electione concordi principum, vel à majori parte ipſorum de ſe facta, non poſſet adminiſtrare contra primū & ſecundum: ſed haberet nominationem & approbationem ab eccleſia, præcipuè ante adminiſtrationem hujuſmodi, petere & obtinere contra articulos ante dictos. Ex hoc poſſent magna pericula & diſpendia principibus, Electoribus & aliis principibus ac populo regni & imperii, per guerras, ex quibus cædes hominum, rapinæ, incendia, & his ſimilia ſequi ſolent, interim generari. Et ſic ex conſequenti, damna per hoc in regno & imperio provenirent. Imperium enim & fiſcus abundabit, utens ſubjectis locupletibus, ut in Authen. ut judices ſine quoque ſuffrag. §. cogitatio. coll. 2. quæ omnia per adminiſtrationē regiam ex electione principum aſſumendam, de facili ceſſare poterunt, ut de ſe notum exiſtit. Item intereſt principum & populi prædictorum, ne jura & bona regni & imperii dilabantur & pereant: cum per reges, divites longè meliùs & efficacius, quàm per pauperes valeant defenſari. Sed non eſt dubium, quòd per præmiſſas ſubmiſſiones & recognitiones, jura & bona regni & imperii ante nominationem & approbationem ab eccleſia obtentos per electum in regem multum dilabi & periclitari poſſent: p̄ſertim cum negocia per eccleſiam Rom. expedienda, propter magnam maturitatem quam adhibet in agendo, multum protelari quotidie videamus. Et hac etiam cōſideratione eccleſia conceſſit, ut electi eccleſiarum cathedralium & regularium exempti, ultra Italiam conſtituti, dū tamen ſint electi in concordia poſſint in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrare, B etiam ante confirmationem ſuarum electionum, ut patet ext. de elec. c. nihil eſt. in fine. Idem etiam conceſſit ex eadem cauſa in monialibus electis in abbatiſſas, in certis caſibus, ut patet ext. de elect. c. indemnitatibus. §. ſi verò. & §. cæterum. lib. 6. Quare concluditur ex p̄miſſis, quòd in prædictis ſubmiſſionibus vel recognitionibus adeò præjudicialibus, conſenſus principum Electorum, & aliorum principum & populi regni & imperii, ſit requirēdus. Et ſic ex conſequenti, eorum in his etiam contradictio eſt admittenda.

Cap. XV.

QVOD IN REGNIS OCCIDENTALIBUS, ex conſuetudine tanti temporis, cuius contrarii non eſt memoria, poteſt habere locum ſucceſſio generis, & qualiter reges poſſint ex conſuetudine in ſuis regnis merum & miſtum imperium exercere.

EXpeditis multis oppoſitionibus, contra p̄miſſos articulos, ſup jurib. regni & imperii Rom. cōceptos, factis, earundēq; ſolutionib. adjunctis, nunc quędam circa ipſorū articulorum probationem, ac etiam circa ſolutiones prædictarū oppoſitionū per me dicta, & quaſdā oppoſitiones ſubjiciam, ad eas pro ingenii mei modulo reſpōdēdo. Primò igitur, q̄ a dictū eſt ſuprà cap. 5. & in pluribus aliis capitulis, q̄ in regnis occidentalibus de conſuetudine habet locū ſucceſſio generis: ideo contra hoc opponi-

Digitized by Google

A ponitut & videtur, ꝙ 1o regnis & principati-
bus non habeat locum ſucceſſio generis. Nam
ſicut dicit Canon, principatus non eſt in po-
pulo deferendus ſanguini, ſed virtuti. 8 q. 1.
cap. Moyſes. obi de hoc. Præterea regna, ſicut
& alii principatus ſeculares, acquiruntur ex
electione ſeu cõceſſione principis, nt in Anth.
ut judices, ſine quoq; ſuff. §.1.& ff. ad leg Jul.
de ambitu l.1. ad idem, in uſibus feud de feudo
Marchiæ, ducatus & comitatus. c.1 Ergo in re-
gnis & dignitatibus ſeculi, locum ſucceſſionõ
habebit. Solutio: Dico quòd in regnis &
principatibus de jure communi non habet lo-
cum ſocceſſio generis, nec acquiruntur niſi ex
electione vel conceſſione principis, ut in cõ-
trariis. Sed bene poteſt in his locum habere
ſncceſſio de conſuetudine à tempore, cujus cõ
trarii non exiſtit memoria obſervata, arg. ext.
de ſuppl. neg prel. c. grandi. libro 6. & ibi nota-
tur. Iu quo etiam cap. Archidiaconus Bono-
nienſis plenios notat, & in præcedéti c. Moy-
ſes. Et hoc etiam eſt ꝙ dicitur in uſib. feud. in
tit. de alienat. feud. c. 1. in fine: ubi dicitut, ꝙ
in feudo Comitatus, vel Marchiæ, vel aliarom
dignitatum non eſt ſucceſſio ſecuodum ratio-
nabilé uſum. Sed hodie hoc eſt uſurpatũ. Et i-
bid Jacobus de Belloviſo in ſua lectura expo-
nit hoc verbum Uſorpatum, cõſuetudine ab-
rogatum, cujus expoſitioni ſto: licet Gloſſator
ibidem dicat, conſuetndinem talem non tene-
re. quod non credo verum, de ea conſuetudi-
ne quæ obſervata eſt à tempore, cujus contra-
B rii memoria non exiſtit propter dicta, & per ea
quæ inferius dicam. Item, quia adhuc ſuprà
dixi in cap. primo qoòd reges occidentales de
conſuetudine, à tempore cujus contrarii non
eſt memoria, uſque ad hæc tempora obſervata,
poſſunt licitè poteſtatem imperialem in ſuis
regnis & quoad ſuos ſubditos exercere. Ideo
contra hoc ſpecialirer, quoad poteſtatem ex-
ercendi merum & miſtum imperium multi-
pliciter opponitur, & videtur quòd nullus
rex poſſit ex conſuetudine vel præſcriptione,
etiam à tempore cujus contrarii non eſt me-
moria hominum, merum & miſtum imperi-
um in ſuo regno exercere: ſed id ſolum com-
petat ex ſolius Imp. vel principis conceſſione.
Qnod probatur primò ſic: Res ſolius princi-
pis præſcribi non poſſunt ad hoc, C. ne rei do-
minic. vel templ. l. 1. & l. fin. Sed merum &
miſtum imperium ſolius principis eſt, ot in u-
ſibus feud. titulo quæ ſint reg. c. unico. Et in
conſtit. Frideric. de pace jura. fir. c. hac edicta-
li. §. adhoc. ubi dicitur, quòd qui allodium
ſouum vendidit, diſtrictum & juriſdictionem
imperatoris non vendat: & ſi vendit, non va-
let. Ergo reges merum & miſtum imperium ex
pręſcriptione vel conſuetudine acquirere ſeu
exercere nón poſſont. Item ſecundò hoc idem
probatur ſic. Quod aſſignatur in privilegium,
ob publicam utilitatem præſcribi non poteſt.
ut ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd. l. 1. in
princip. Ergo merum & miſtum imperium pet
reges præſcribi, vel ex conſuetudine haberi
vel exerceri non poteſt. Item tertiò probatut
ſic: Quæ in publico uſu ſunt, præſcribi non A
poſſunt. C. de via pub. l. viam. & C. de oper.
pub. l. præſcriptio. Sed merum & miſtum im-
perium eſt in publico & continuo uſu magi-
ſtratuom, qui publicè & qnotidie reddere ju-
ra debent, ut ff. de orig. jur. l. 2. §. poſt originé.
Ergo reges merum & miſtum imperiũ ex præ-
ſcriptione vel conſuetudine acquirere vel ex-
ercere non poſſunt. Item quartò hoc ſic pro-
batur: Contra obedientiam vel ſubjectionem
non ptæſcribitur, ext. de præſc. c. cum non li-
ceat. ut etiam ſuprà eſt dictum ca. 1o. in ſecun-
da oppoſitione. Hinc eſt, qnòd curiæ ſubje-
ctus non præſcribit ſe contra curiam. ut C. de
decur. l. ſi quis de cur. lib. 1o. & C. de præſcript.
30. an l. præſcriptiooem. Hinc etiam eſt, quòd
ſigna ſubjectionis, ſicuti tributa, præſcribi nõ
poſſunt, ut C. eod. tit. l. competit. Sed ſi præ-
ſcriberetur merum & miſtum imperium per
reges in ſuis regnis, videretur præſcribi con-
tra obedientiam & ſubjectionem Imperatori
debitam. Ergo merum & miſtum imperiũ per
reges præſcribi, ſeu ex conſuetudine haberi
oon poteſt.

Item quintò idem ꝓbatur ſic: Soli principi
competit creare majores magiſtratus: nec hoc
cõpetit aliis, niſi ſit eis ſpecialiter à principib.
cõceſsũ, ad hoc in Auth. ut judices ſine quoq;
ſuff. § 1. & ad l. Jul repet. l. fin. Et his majorib.
magiſtratib. ſolúmodo cõpetit merũ & miſtũ
imperiũ exercere, ot patet ff de off ej⁹ cui mãd.
eſt juriſdict. l. 1. & ff. de off. præſ. l. illicitas. §. q
univerſ. Sed reges occidẽtales nõ ſunt creati à B
principe, nec confirmati: ergo non poſſunt ex
cõſuetudine vel ꝑſcriptione merum & miſtũ
imperiũ exercere: ſed potius ex creatione prin-
cipis id facere habebunt Item ſextò & ult. idé
ſic ꝓbatut: Liber homo præſcribi non poteſt.
C. de ꝑſcript lon. tép. ꝗ pro li & non cõt. li. l.
fin. Ergo multo fortius p reges præſcribi, vel
conſuetudine induci noo poretit juri ſaciẽdi
liberum hominé ſervum, & gladii pœnam in
liberũ hominé exercendi, qui efficitur ſervus
pœnæ, ot ff de pœnis. l. ꝙ ad ſtatum & l. qui ul-
timo, ubi de hoc. Ad præmiſſa etiam facere vi-
detur, ꝙ ootat Hoſtienſis ext. de for compet. c.
cũ contingat, poſt princip ubi notatur, quòd
conſuetudo non poteſt operari, nt in eadem
civitate vel diœceſi eſſent in ſolidum duo ca-
pita tanquam monſtrum: ad hoc ext. de off.
Archiadiac. c. cum ſatis. Et ſic in caſu noſtro
videtur, ſcilicet quòd Imperatores & reges il-
lorum regnorum in ipſis regnis videntur eſſe
dno capita, videlicet Impetator de jure, & re-
ges de conſuetudine, tãquam monſtrum. Nec
videntur obſtare in hoc jora, quibus probator
qoòd conſuetudo det juriſdictionem, ut C. de
emancip. lib. l. 1. & l. fin. & ext. de for. compet.
c. cum contingat, cum ſuis ſimilibus: quia illa
jora debent iotelligi in volũtaria juriſdictio-
ne, vel in cauſis quę ſunt ſimplicis jeriſdictio-
nis, & qoę competunt jure magiſtratus, non in
his quæ ſunt meri vel miſti imperii. Pro
ſolutione omnium præmiſſarũ oppoſitionum
dico, quòd id dictum, ſcilicet reges occiden-
tales

A tales licitè poſſe merum & miſtum imperium, à tempore cujus contrarii oon eſt memoria obſervata, in ſuis tegnis exercere, poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ſic, quòd reges exerceant in eis merum & miſtum imperium, ita quòd Imp. in eiſdem regnis nullam omnino juriſdictionem in cauſis meri & miſti imperii exetcere poſſit. nec in caſu appellationis à regibus ad eum interponendæ, niſi in caſu negligentiæ ipſorum regum: vel quando denegaverint facere juſticiam in cauſis prædictis: nec etiam quòd Imperator in perſonis eorundem regum poſſit merum & miſtum imperium exercere. Et ſic dico, quòd reges non poſſunt in ſuis regnis merum & miſtum imperium ex conſuetudine vel præſcriptione acquirere, vel etiam exercere, quando hoc eſſet præſcribere Imperium, & in toto res ſolius principis & res in privilegium à principe conceſſas, & ea quæ in uſu publico ſunt, & etiam contra obedientiam principi debitam: & ſic intelligo jura in quatuor primis oppoſitionibus inducta. Alio verò modo poteſt intelligi illud dictum ſic, videlicet quòd reges immediatè in ſuis regnis, ex conſuetudine vel præſcriptione obſervata à tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, poſſunt merum & miſtum imperium exercere: ſed quòd Imperator nihilominus habeat & juriſdictionem mediatam in cauſis meri & miſti imperii, quoad ſubditos illorum regum. ſicut in cauſa
B appellationis. vel negligentiæ. vel denegationis juſticiæ, de quibus præmiſſum eſt, & etiam immediatam juriſdictionem in cauſis hujuſmodi, in perſonas ipſorum regum. Et ſic credo, quòd reges ex conſuetudine à tempore cujus contrarii non eſt memoria obſervata, poſſunt in ſuis regnis merum & miſtum imperium hoc modo acquirere, ac exercere. Et ſic intelligo quod dixi ſuprà in prędicto capit. ſeptimo, quod ſic probo. Quando lex non prohibet conſuetudinem judicii, tunc conſuetudo eſt majoris vel ſaltem paris poteſtatis cum lege. Nam ipſa conſuetudo tollit legem, ut ff. de leg. l. de quibus. in fin & ext. de conſuet c. ultim. Sed ſcriptum eſt, quòd lex dat merum & miſtum imperium præſidi provinciæ, ut patet ff de off. præſ. l. illicitas. §. qui univerſas. qui tamen non eſt illuſtris vel ſpectabilis, ſed clariſſimus. ut C. de privat. carcer. l. unica: nec lex prohibet hanc conſuetudinem induci per reges. qui ſunt majores quã ſint præſides: cum duces qui ſunt minores quàm reges dicantur in lege ſpectabiles, ut patet in l anterioris canonizata 2. q. 6. c. anterioris. §. illo videlicet. & C. de epiſc. & cler. l. raptores. Ergo ſequitur, quòd hoc modo merum & miſtum impe ium exercendi p̃ſcribi poſſit, ut ſic id quod operatur lex quo ad præſides, operetur conſuetudo quoad reges. & pro hac etiam parte facit C. de diverſ. off. l. viros. in fin. libro duodecimo, ubi patet quòd merum & miſtum imperium poteſt acquiri cõſuetudine per majores magiſtratus. ſecus credo de minimis magiſtratibus, puta univerſitatis vel villæ. Hi enim non poſſunt A
in aliquo caſu ex conſuetudine vel ex præſcriptione acquirere merum & miſtum imperium ii enim non poſſunt quaſi poſſidere merum & miſtum imperium, cum non ſit in eorum exercitio: ut patet ff. de juriſdict. om. jud. l. magiſtratibus. Ergo nun poſſunt ex præſcriptione, vel conſuetudine ipſum acquirere. Nam ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit ff de uſucap. l. ſine. & ex de reg. jur. c. ſine poſſeſſione, lib 6. cum concordantiis. Secundum præmiſſa igitur, ad ea quæ in primis quatuor oppoſitionibus dicuntur, ſcilicet quòd ea quæ ſunt ſolius principis. & quæ in privilegium à principe aſſignantur ob publicam utilitatem, & quæ ſunt in publico uſu, non præſcribuntur. & quòd contra obedientiam debitam non præſcribitur, dico quòd verum eſt ſimpliciter & in toto: ſed quo ad aliquid bene poſſunt præſcribi vel conſuetudine acquiri, ſicut eſt in caſu noſtro, ut ſuperius dictum eſt. & hoc ſic declaro. Nam jus naturale (ſive dicamus jus naturale, quod natura omnia animalia docuit, ſive ſumamus ipſum pro jure gentium, quod eſt naturale jus, quia naturæ ratione eſt introductum: Inſtit. de ret. diviſ §. ſingulorum) eſt immutabile, ut patet Inſtit. de jure nat gent. & civil. § penult. ad idem ext. de re jud. c. paſtoralis Et tamen per jus civile detrahitur, quoad quid illi juri, ut patet ex his quæ leguntur & notantur ff de juſt. & jure. l. jus civile. & ex his quæ notantur per Innoc. & Huſt. ext. de con- B
ſtit. c. quæ in eccleſiarum. Poterit igitur eodem modo præſcriptio vel conſuetudo detrahere, quoad quid juri principis præſertim cum imperium videatur eſſe apud principem de jure civili, quia lege regia, ut ff. de conſtit. prin l. 1. Hujus ſimile videmus etiam in decimis quæ ſunt Dei. ut patet originaliter Levitici ult. in fine, & Numeri 25. & tranſſumptivè, ext. de decimis c. tua nobis. Et tamen in eis dandis. quoad id admittitur conſuetudo, ut ext. de decimis c. cum ſint homines. &c. ad apoſtolicæ. &c. in aliquibus. Ad id verò quod opponitur quintò, quod ſoli principi competit creare majores magiſtratus, &c. dico quòd verum eſt de jure communi: ſed ſecus eſt de conſuetudine, quo ad reges, ſecundum modum præmiſſum. Pręterea hi reges poſſunt dici conſtituti ſeu creati à principe, propter tacitum ipſius principis conſenſum. Nam qui patitur rem præſcribi, vel conſuetudine induci, præſumitur conſenſum præſtare: ut C. de ædif. priv. l. 3. & notatur C. quæ ſit long. conſ. l conſuetudinis. ad finem magnæ Gloſſę. Adhoc etiam facit ext. de privilegiis, c accedentibus. & c. ſi de terra. Ad id autem quòd ſextò opponitur, videlicet quòd liber homo præſcribi non poteſt. ergo nec jus faciendi liberum ſervum, &c. dico, quod ſpeciale eſt in odium delicti. Quia ſi liber homo efficitur ſervus, ut in legibus in contrarium allegatis, & ſic etiam ex conſequenti ratione delicti, poteſt per majores magiſtratus præſcribi ju-

riſa.

A ri faciendi liberum hominem ſervum, unde non obſtant leges prædictæ. Nec etiam obſtat præmiſſis dictum Hoſtienſis ſuperius allegatum. ſcilicet quòd conſuetudo non poſſit operari, quòd in eadem civitate vel diœceſi ſint in ſolidum duo capita &c. Dico enim, quòd Imperator & reges in regnis talibus non habent in ſolidum eodem modo juriſdictionem in cauſis meri & miſti imperii. Sed Imperator habet mediatam in his cauſis, ut prædixi, ſicut dicim⁹ in jure canonico de archiepiſcopo, & epiſcopo ſuffraganeo ipſi⁹ archiepiſcopi, quo ad cauſas ſubditorum ſuffraganei, ſecundum ea quæ leguntur & notantur extra de off. ordin. c. paſtoralis. in princ. & ſic non erunt duo cap in ſolidum & eodem modo, unde illud dictum non obſtat.

Cap. XVI.

QVOD REX ROMANORVM NON ex unctione & coronatione imperiali, ſed poſt ipſam virtute translationis imperii, conſequitur poteſtatem in regnis & provinciis duntaxat, quæ non erant ſub dominio ejuſdem Caroli Magni, ante tempus translationis prædictæ.

DEinde contra ea quæ dixi ſuprà in c. 11. in ſecunda oppoſitione, videlicet quòd rex Romanorum poſt unctionem & coronationem imperialem, conſequitur non ſolùm nomen Imperatoris, ſed etiam poteſtatem imperialem in omnibus regnis, provinciis & terris,
B quæ non erant ſub poteſtate Caroli Magni, ante tempus translationis imperii de Græcis in perſonam ſuam factæ, opponitur tripliciter. Et videtur, quòd rex Romanorum hanc poteſtatem imperialem in eiſdem regnis, provinciis & terris, ſtatim poſt electionem. & ex electione principum, & non poſt unctionem & coronationem imperialem conſequatur. Et hoc primò ſic probatur: Unctio & coronatio regalis, & unctio & coronatio imperialis concurrentes in perſona regis Romanorum, videntur eſſe ejuſdem cōditionis & naturæ. Sed poſt unctionem & coronationem regalem, vel etiam ex ipſa non conſequitur rex poteſtatem regalem, nec acquirit novum jus (ut viſum eſt ſuprà in ca. 10. in ſecunda oppoſitione) ſed potius ex electione principum, ut probatum eſt ſuprà in Capit. quinto. Ergo videtur ſimiliter dicendum, quòd rex Romanorū poſt unctionē & coronationē imperialē, vel etiā ex ipſa nullā poteſtatem imperialem, ſeu jus novum conſequi poſſit. Et ad hoc faciunt jura communia, dicentia quòd de ſimilibus idē eſt judicium habendum. ut ff. de legibus. l. nō poſſunt: & extrà, de reſcript. c. inter cæteras, cum ſuis concordantiis. Item hoc idem ſecundò ſic probatur: imperium fuit translatum de Græcis in perſonam dicti Caroli ad reges Frācorum, ut viſum eſt ſuprà in Capit. tertio. Nec legitur in jure Canonico, vel etiam in Chronicis, quod imperium fuerit translatum ad Eccleſiam. Sed rex Romanorū ex ipſa electione principum, ſuccedit in locum ejuſdem Caroli, ut viſum eſt ſuprà in cap. 9. nequaquàm ſub hoc modo, videlicet quòd prius unctionem & coronationem recipiat: ſed indefinitè dicitur in eiſdem jure canonico & Chronicis, imperium ad ipſos fuiſſe translatum. Ergo illud indefinitè dictum generaliter intelligendum eſt, ſcilicet ſive reges Romanorum unctionem & coronationem imperialem receperint, ſive non, juxta jura communia, quibus probatur, quòd indefinitè dictum, generaliter ſit intelligendū: ut ff. de ſervitut. ruſt. præd. l. ſive jus. Item tertiò idem probatur ex Chronicis. Legitur enim in Chronicis Euſebii & Francorum (ut etiam dixi ſuprà in ſecundo cap.) quòd Carolus Magnus Ludovicum filiū ſuum conſortem ſibi totius regni & imperialis nominis hæredem conſtituerit impoſitoq; capiti ejus diademate, Imperatorem & Auguſtum appellari juſſit. Item legitur in eiſdem Chronicis quòd idem Ludovicus Lotharium filium ſuum primogenitum. nominis atq; imperii ſui conſortē conſtituit. Ex quibus Chronicis videtur, quòd non ſolùm quo ad imperium, ſed etiam quoad nomen Imperatoris conſequendum, non fuerit neceſſaria unctio & coronatio imperialis per eccleſiam Romanam facienda. Et ſic cum juxta dictas Chronicas aſſumptio, ac etiam poteſtas imperialis abſque unctione & coronatione imperiali, per eccleſiam vel alium quemcumq; facta, ſit juris imperii, & per conſequens juris publici, nō videtur poſſe præſcribi per eccleſiam Romanam, quòd unctio & coronatio imperialis ſit ab ipſa eccleſia recipienda, cum contra jus publicū præſcribi non poſſit. ut C. de oper. pub. l. præſcriptio. Et ſic unctio & coronatio imperialis non eſt ab eccleſia Rom. vel ab alio quocunque, de neceſſitate etiam Romanæ præſcriptionis recipienda. Ideo ſequitur, q rex Rom. poſt unctionem imperialem, nullam poteſtatem imperialem, vel jus novum conſequi poſſit. Circa has oppoſitiones ſciendum eſt, quòd (prout etiam dixi ſuprà cap. 7.) ſi dicamus quòd translatio imperii facta fuerit per Stephanum papam ſecundum, ſicut plerique tenent. ut dixi ſuprà cap. 3. tunc poteſt ſuſtineri, quòd unctio & coronatio imperialis non det ſeu tribuat nomen Imperatoris juxta pronunciationem principum Germaniæ, de qua notat Hoſtienſis ext. de verb. ſig. c. ſuper quibuſdam. & de qua dixi in prædicto Capitulo undecimo. tunc enim ſatis videtur, ex quo citra omnem unctionem & coronationem imperialem eſſet facta translatio imperii, quando dictus Carolus poſt mortem ejuſdem Stephani papæ, elapſis pluribus annis, fuit unct⁹ & coronatus in Imperatorem, ut dixi in eodē capitulo tertio: quòd omnis poteſtas imperii, quæ non fuiſſet ante tempus translationis ejuſdem imperii, apud ipſum Carolum tranſiviſſet, ſeu translata fuiſſet per hoc abſque omni unctione & coronatione ad eū, & ad ſuos in imperio ſucceſſores: ſed ſolum nomen Imperatoris idem Carolus ex unctione & coro-

natione

A natione imperiali conſecutus fuiſſet: & ſic verificaretur pronunciatio principum Germaniæ. Et ſecundum hoc neceſſe haberemus dicere, quod promotio regis Romanorum per unctionem & coronationem imperialem, per Leonem papá III. ipſi Carolo impenſam, peracta fuit poſt translatum imperium de Græcis in Perſonam ſuam ad reges Francorum, & ad Germanos, ut dixi ſuprà in prædictis Capitulis primo & tertio. Et etiam mihi videtur ſatis abſurdum, quòd promotio regis Romanorum ad imperium per unctionem & coronationem hujuſmodi ſit verbalis tantum, & nihil realitatis importet. Idcirco credo (prout in prædicto cap. undecimo plenè ſcripſi) quòd rex Rom. poſt unctionem & coronationem imperialem, virtute translationis ſub prædicti Caroli perſona, non tantum nomen imperiale, ſed & poteſtatis aliquid conſequatur. Reſtat ergo ad oppoſitiones contra jam dictam opinionem meam factas reſpondere. Ad primam igitur oppoſitionem qua dicitur, quòd unctio & coronatio regalis & imperialis ſint unius & ejuſdem conditionis & naturæ: reſpōdeo & dico, quòd unctio & coronatio imperialis non tribuit poteſtatem imperialem, vel aliquod alind jus novum regi Romanorum quátum eſt de ſui natura: ſicut nec unctio & coronatio regalis, ut dictum eſt in præmiſſa oppoſitione: ſed hæc eſt tantum virtute translationis imperii, quæ per unctionem & coronationem imperialem dicto Carolo per Leonem pa-
B pam tertium impenſa fuit, peracta, ut dixi ſuprà cap. primo & tertio. Et ideo, quia Carolus, in cujus perſonam fuit translatum imperium poſt unctionem & coronationem imperialem, in omnibus regnis & provinciis & terris, quæ non erant tunc ſub ſua poteſtate, ut viſum eſt ſuprà capite quarto: ergo & rex Romanorum, qui ex electione principum ſuccedit in locum ejuſdem Caroli poſt unctionem & coronationem imperialem, non virtute unctionis & coronationis, ſed potins virtute ſeu vigore trãslationis imperii, per unctionem & coronationem imperialem peractæ poteſtatem imperialem in præfatis regnis & provinciis conſequitur. Ad id verò quod dicebatur ſecundò, ſcilicet quòd legitur imperinm indefinitè translatum ad reges Francorum, & ad Germanos, unde etiam indefinitè & generaliter debeat intelligi: dico ꝙ hæc verba indefinita, reſtringẽda ſunt ad reges & ad Germanos, qui unctionem & coronationem prius receperunt imperialem. Et hæc reſtrictio fit ratione modi translationis imperii, per unctionem & coronationem imperialem, poſtquam fuit imperiũ trãslatum de Græcis in perſonam Caroli Magni, ut jam dictum eſt in ſolutione præſentis oppoſitionis. Sic & multotiens in jure Canonico & civili, verbum etiam generaliter, nedum indefinitè prolatum ratione adjuncti, vel etiam ratione materiæ ſubjectę, reſtringitur: juxta ea quæ plenè notat Johannes Monachus, ext. de regulis juris, cap. in generali, libro ſexto. Ad id verò quod tertio & ultimò opponebatur de Chronicis, & primò de Carolo Ma- A gno, quòd ipſe filium ſuum conſortem ſibi totius regni & imperialis nominis conſtituit heredem: intelligo illud ſecundum præmiſſa, unctione ſcilicet ac etiam coronatione imperiali prius recepta. Unde quod ſequitur, ibi Impoſitoq; capiti ejus, &c. oportet ſupplere, & intelligi, impoſito ſcilicet per papam. Et ſimiliter quod dicit de Ludovico prædicto, ꝙ ipſe Lotharium filium ſuum nominis atque imperii ſui conſortem conſtituit intelligi debebit, ſcilicet unctione & coronatione imperiali prius ab eccleſia Rom. per eum recepta. Vel poteſt dici, quòd prædicti Carolus, & ejus filius Ludovicus, non de jure, ſed de facto fecerunt præmiſſa. Nam Chronicæ Euſebii & Francorum referunt, quòd Stephanus papa quartus, ſub anno Domini octingenteſimo decimoſexto, nondum tranſactis duob menſibus poſt cōſecrationem ſuam, ad dictum Ludovicum iter arripuit: præmiſſis interim duobus legatis, qui eidem Ludovico pro coronatione ſua ſuggererent. quod ille audiens, Remis papæ occurrit, ubi eum coronavit ac Romanorum Imperatorem nominavit. Sed Carólus Magnus diadema imperiale prius eidem Ludovico, ſub anno Domini octingenteſimo decimotertio impoſuerat Aquiſgrani. Item cum præfatus Lotharius, Italia diſpoſita, redire ad partes diſponeret, Calixto papa rogante, ab ipſo ſub anno Domini octingenteſimo trigeſimo, Romæ apud ſanctum Petrum regni coronam, & Imperatoris & Auguſti nomen B ſuſcepit: quem tamen pater ejus Ludovicus, ſub anno Domini octingenteſimo decimoſeptimo, nominis atque imperii ſui conſortem Aquiſgrani conſtituerat, ut in eiſdem Chronicis continetur. Et ſecundum has Chronicas ſuprà dicta à me facta ſuppletio non procedit. Si verò vellemus ſequi opinionem dicentium, quòd eccleſia Romana regem Romanorum ungere & coronare in Imperatorem ex ſola conſuetudine habeat, quod magis videtur cũ prædictis Chronicis concordare: tunc non video qualiter ſuſtinere poſſit, quòd imperialis unctio & coronatio regis, ultra nomen Imperatoris, & delationem imperialium ornamentorum, aliud ſuperaddat, ſeu etiam quòd Imperator poſt eam aliquid conſequatur. Finaliter veritatem in hac materia, non obſtantibus his quæ dixi in hoc Capitulo, & ſuprà in capit. undecimo in ſecunda oppoſitione, & in pluribus locis hujus tractatus, ignorare me fateor: & hujuſmodi dubii determinationem majoribus meis reſervans, cupio in hac ardua materia diſcere, non docere.

A

Cap. XVII.

QVALITER POPVLVS REGNI Francorum potuerit Hildericum à regno Francorum deſtituere, cum fuerit maior populo, nec auctor.tas Imperatoris intervenerit.

COnſequenter contra id quod ſecundum hiſtoriam Francorum, & alias Chronicas dixi ſuprà capit. duodecimo, in ſeptima oppoſitione ſcilicet quòd Franci Hildericum regẽ Francorum deſtituerunt, & Pipinum parrem Caroli Magni ſnbſtituerunt in locum ipſius Hilderici opponitur, & videtur, quòd Franci hanc deſtitutionem facere non potuerunt. Nã minor non poteſt deſtituere majorem: ad hæc ext de major. & obed c. cum inferiore, cũ multis capitulis ibi ſequẽtibus. Nec mirum, cum etiam par in parem non habeat imperium, ut ff. de arbit. l. nam ingratus. & ext. de elec. c. innotuit. cum ſuis concord. Sed populus Francorum minor fuit Hilderico, cum fuerit de ſua juriſdict. ergo populus nõ potuit ipſum deſtituere. Præterea contra id ſecundò ſic opponitur: Rex Francorum & populus ejuſdem regni fuerunt ſubjecti Imperatori, ſicuti & cæteri reges & populi, ſecundum ea quæ dixi ſuprà cap. proximo, & cap undecimo, in ſecũda oppoſitione. Quod etiam expreſsè & ſpecialiter dicit lex de regno Francorum, ut patet C. de offic. præf p̃t. Afric. l. In nomine Domini, poſt principium. Sed non reperitur in dicta

B hiſtoria Francorum. vel in Chronicis, quòd deſtitutio prædicta fuerit facta de auctoritate Imperatoris Conſtantinopolitani qui eodem tempore præfuit imperio: ergo populus Francorum, eundem Hildericum deſtituere non potuit. Et ſic ſubſtitutio Pipini in locum ipſius Hilderici, per conſeqnens non valuit : ut ext. de accuſat. cap. ad petitionem. Unde videtur, quòd idem Pipinus dictum regnum Francorum non potuerit Carolo Magno ſuo filio relinquere, jure hæreditario poſſidendũ. Circa oppoſitiones iſtas, earumq́; ſolutiones, ſciendum eſt, quòd quædam ſoleunis opinio magnorum Legiſtarum, quæ habet, quòd populus Romani imperii poſſit hodie legem condere in abſentia principis, vel vacante imperio: dicentium quòd populus eſt major Imperatore, ita quòd ex cauſa juſta poſſit Imperatorem deponere: argumentum de hoc ff. de origine juris l 2 ſecũda. § ſed cum placuiſſet. & allegant ad hoc gloſſam, quam notabilem reputant, in lib. feud. in c. ſi de inveſt. inter dom. & vaſall. lis oriatur. c. 1. coll. 10. & reſpõdent ad l fin C. de legibus, in qua lege dicitur, ſoli Imperatori conceſſum eſſe leges condere: quòd id quod dicitur ibi Soli, dicatur ad excluſionem inferiorum, non ad excluſionem populi, qui major eſt principe ſecundũ eos. Et ſic intelligo populũ Romani imperii, cõnumeratis principib. electorib. ac etiã aliis principibus. comitibus & baronibus regni & imperii Romanorum. Nam appellatione populi continentur etiam patricii & ſenatores, ut patet Inſtit. de jure nat. gent. & civil. §. plebiſcitum. A Hoc præmiſſo, poſſet reſponderi ad primam oppoſitionem ſecundum hanc opinionem, q̃ populus regni Francorum eodem modo fuiſſet & eſſet major rege Francorum. Unde potuit ex juſta cauſa de qua dictum eſt in prædicto cap. 12. & de qua etiam infrà dicetur, eundem Hildericum deſtituere: ac ſic jura in contrarium allegata non obſtarent. vel poſſet aliter reſponderi ad præmiſſam oppoſitionem, dicendo, quòd his temporibus quibus dicti Hilderici deſtitutio de regno Francorum facta fuit, ipſe ſolo nomine regnabat, nullã ſolicitudinẽ ſeu curã dicti regni gerendo, ſicut & alii multi ſui prædeceſſores, de antiquo genere regum Francorum deſcendentes, id ipſum fecerunt ut etiam dictum eſt ſuprà in dicto capitulo 12. in ſeptima oppoſitione. Propter quod etiam, ut dicunt Chronicæ Euſebii & Francorum, Reſpublica Francorum aliquantulum dilapſa fuit. Ultra hoc etiam, ut notatur 15. q. 6. c. alius, in gloſſa ſecunda, idem Hildericus diſſolutus erat cum mulieribus. & effœminatus. Unde neceſſarium erat regno Francorum, & populo ipſius regni, eundem Hildericum à regno deſtitui, & de rege alio utili & idoneo provideri ſibi Poterat igitur populus Francorũ propter meram neceſſitatem, jam dictum Hildericum ex cauſis prætactis à regno deſtituere: licet idẽ Hildericus major populo Francorum fuerit. Neceſſitas enim legem non habet. & lex ceſſat, ubi venit neceſſitas ut ff de off. conſ l. unica. & ibi notatur ad idem extrà, de reg. jur. c. q̃ B non eſt licitum, cum concordantiis ibi notatis. Et ſic jura in contrarium allegata non obſtant, propter neceſſitatẽ quæ ſuberat in hoc.

Ad ſecundam verò oppoſitionem in qua dicitur, quòd in dicta deſtitutione debeat intervenire anctoritas Imperatoris, & cæt.. poteſt reſponderi ſimiliter, quòd propter neceſſitatẽ præmiſſam regni Francorum, non erat expectanda ipſius Imperatoris auctoritas. Ad quod etiam facit, quod notatur 12. quæſt 2. c. placuit. ubi notat Joannes, quòd Epiſcopi propter neceſſitatem poſſunt alienare, incõſultis Canonicis. Et ad idem allegat Archidiaconus ff. de petit. hæred. l. tutor qui §. 1. Vel poteſt aliter ad hanc oppoſitionem reſponderi dicendo, quòd temporibus deſtitutionis prædictæ, ac etiam ante illa tempora Imperatoris Conſtantinopolitani, nullam curam vel ſolicitudinem circa Rempub. imperii occidentalis gerebant: ſed in eo ſolo nomiue imperabant, ut etiam dixi ſuprà capit. decimo. Unde non videbatur auctoritas Imperatoris Conſtantinopolitani, qui fuit pro tempore in deſtitutione hujuſmodi, neceſſariò requirenda. pro quo facit, quod dicam infrà in c. ſequenti.

A

Cap. XVIII.

IN QVO OSTENDITVR, QVOD Carolus Magnus Italiam & multas alias provincias per bella licitè acquiſivit, non obſtante quòd bella hujuſmodi geſſerit abſque auctoritate Imperatoris Conſtantinopolitani.

DEmum contra id quod per me ſupra in capitulis pluribus dictum eſt, videlicet quòd Carolus Magnus Italiſm & multas alias provincias & terras ſibi & regno Francorum per bella licita ſubjugavit, ſic opponitur. Illud eſt bellum licitum & juſtum, quod geritur auctoritate principis: ut patet per beatum Auguſtin. in Canone 23. q. 1. c. quòd culpatur. ad idem eadem cauſa, q. 2. c. 1. §. ut armorum uſus. l. 1. lib. 2. cum concord. Sed non reperitur in aliquibus Chronicis vel hiſtoriis, quòd dictus Carolus hujuſmodi bella geſſerit auctoritate principis ſeu Imperatoris. Ergo videtur, quòd bella illa illicita fuerint & injuſta. Ad hanc oppoſitionem poteſt reſponderi per id quod notat Hoſtien. extrà de reſtit. ſpol. c. olim. ubi notat, quòd quis poteſt indicere bellum etiam ſine auctoritate Imperatoris, ſi ſcilicet ipſum non habeat. arg. ext. qui filii ſint legit. c. per venerabilem. ibi, inſuper. & de reg. jur. c. quod non eſt licitum. Inde eſt, quòd Princeps ſine auctoritate hominis cui non ſubeſt, & ſine auctoritate juris quo non aſtringitur, movet bellum arg. C. de leg. l. digna B vox. ſecundum eundem Hoſtienſem Carolus autem non habuit Imperatorem Conſtantinopolitanum pro ſuo ſuperiore, ſicut nec plerique alii prædeceſſores ſui reges Francorum, præſertim poſt tempora Imperatoris Juſtini ſecundi ſecundum ea quæ in Chronica Godfridi plenius narrantur. Semper enim (ut Chronica Euſebii, & hiſtoria Francorum referunt) Romanis & Græcis potentia Francorum erat ſuſpecta. Potuit igitur idem Carolus pro defenſione eccleſiæ Romanæ, & aliarum etiam eccleſiarum, & etiam aliorum qui viopprimebantur in occidentali imperio, ſine auctoritate ſuperioris. quem non habuit juxta præmiſſa, licitè opprimentibus & injuriantibus, bellum indicere: præſertim cum quilibet ſuum vicinum vel proximum ab injuriis, ſi poteſt, defendere teneatur. ext. de ſent. excõmuni. c. dilecto. 23. q. 3. c. non inferenda. & c. fortitudo. cum ſimilibus. Vel poteſt reſponderi aliter, & fortè melius, dicendo, quòd licet quis ſuperiorem habeat, ſi tamen per auctoritatem illius ſuperioris non poteſt conſequi juſticiam, ſuper injuriis & violentiis ſibi vel ſuis, aut etiam vicinis & proximis illatis, quod poteſt nedum pro defenſione ſua & ſuorum, ſed etiam pro defenſione proximorum & vicinorum, quos etiam defendere debet, ſi poteſt. ut prædixi, licitè injuriantibus bellum indicere. Ad quod bene facit, quod notatur in ſimili per Johan. 1. diſtinction. c. jus gentium, in prima gloſſa, ubi notat, quòd ſi quis non poteſt rem ſuam conſequi per judicem, quòd fortè poteſt eam propria auctoritate recipere. A allegat 24 q. 2. c. primum & ff. quæ in frand. cred. l. ait prætor. §. ſi debitorem. Et idem etiam ſive fortè notatur per Innocent & Hoſtienſ. extrà, de reſtit. ſpol. c. olim primò. ad quod allegant C. de Judæis. l. Judæi. & l. nullus. Sed temporibus dicti Caroli, & etiam ante rempus ejuſdem Imperatoris Conſtantinopolitani, ut dixi ſuprà in capit. quarto, in occidentali imperio ſolo nomine imperabant, nec eccleſia Romana, nec aliæ Chriſti Eccleſiæ, ſeu etiam quicunque alii oppreſſi, contra juſticiam in eodem imperio poterant per eos, vel auctoritate ipſorum, juſticiam conſequi. Unde poterat ipſe Carolus, dato etiam quòd recognoverit, vel recognoſcere debuerit Imperatorem Conſtantinopolitanum, qui erat pro tempore ſuo, pro ſuperiore, prætactis injuriantibus & opprimentibus, licitè bellum indicere, juxta præmiſſa. Hæc autem præcipuè locum habent de bello per Carolum in Italia contra regem Deſiderium & alios Lombardos ſuſcepto, quod ſuſcepit precibus & hortatu eccleſiæ Romanæ, ut patet non ſolùm ex Chronicis, ſed etiam ex canonibus. 63. diſtinction. c. Adrianus. 2. & 23. q 8 c. hortatu. quæ non præſumitur ab eodem Carolo in hoc caſu illicita petiviſſe. Jura igitur in contrarium allegata juxta jam dicta intelligi debent de gerente bellum, qui habet ſuperiorem & talem, curam quo ipſe, ac ſui, nec non proximi & vicini, juſticiam conſequi poſſunt: quod non erat in caſu præſenti, ut dixi. B Multæ inſuper aliæ oppoſitiones tam contra præmiſſos articulos, quàm etiam contra eaq; per me circa probationem eorundẽ dicta ſunt, ex veteris & novi Teſtamenti, nec non ſanctorum patrum auctoritatibus fieri poſſent. Sed eaſdem oppoſitiones faciendas & ſolvendas meis majoribus, ac præcipuè ſacræ paginæ profeſſoribus, duxi non immeritò relinquendas.

Cap. XIX.

IN QVO TRACTATVS HIC DOmino Baldewino Archiep. ſcopo Trevirenſi offertur, & duo motiva compilationis ejuſdem tractatus ſubjunguntur, ipſiuſq; inſufficientia excuſatur, &c.

REverendiſſime pater & domine, veſtræ paternitatis benevolentiæ offero modicum hunc tractatum: ad cujus compilationem me cùm propter intellectus mei hebetudinem, tum etiam propter conditiones regni & imperii à tempore ſæpe dictæ translationis imperii multipliciter variatas, ratione cujus materia ipſius tractatus ſatis intricata redditur, inſufficientem fore cognuſcu. Zelus tamen fervidus patriæ Germaniæ, ac præcipuè Germanicæ Franciæ (quæ ſicut primum regem Pharamundum, ita & primum Imperatorem Frãcorum, Carolum Magnum videlicet, ut ex habitis apparet, habuiſſe dinoſcitur) ad faciendam compilationem hujuſmodi me induxit.

Digitized by Google

A motus etiam ad id ex eo, quòd in enucleanda veritate materiæ præſentis tractatus, nullus veterum laboraverit. Propter quod inſufficientia ejuſdem, haberi debet aliqualiter excuſa. Peto igitur (pater magnifice) ut ad reſecandum ſuperflua & ad ſupplendum defectuoſa, nec non ad corrigendum falſa in eo contenta, peritiores & perſpicaciores, veſtra procurante & ordinante ſolicitudine, diligentius elaborent. Si qua verò in ipſo veritatis ſcintilla reperiri contingat, meis viribus non aſcribo, ſciens quòd in hoc à me non ſum locutus ad hoc, Johan. 16. & de conſec. diſt. 5. c. Salvator: ſed potius à Deo, qui eſt veritas, via & vita, Johan. 14. & de pœnit diſt. 2. c. ſi enim. & 8. diſt. c. ſi conſuetudinem: quiq; omnium ſcientiarum eſt caput & auctor ſecundum beatum Ambroſium, ut patet 37. diſt. §. ſed econtrà. Cui Deo ſit gloria, laus, & gratiarum actio, in ſecula ſeculorum: Amen. A

FINIS.

LUPOLDI DE BABENBERG LIBELLUS, DE ZELO CATHOLICÆ FIDEI veterum Principum Germanorum.

INDEX CAPITUM.

Capitulum I. De zelo Catholicæ fidei veterum Principum Germanorum, quo accenſi nunquã à rectitudine fidei declinarunt.

Cap. II. De zelo Catholicæ fidei veterum Principum Germanorum, quem ad dilatandam fidem catholicam habuerunt.

Cap. III. De ſingulari diligentia & reverẽtia quã erga divinum cultum veteres Germani Principes habuerunt.

Cap. IV. De magnificis defenſionibus eccleſiæ Romanæ contra tyrannos, per veteres Germanos Principes frequenter impenſis. B

Cap. V. De donationibus largiſſimis per veteres Germanos Principes eccleſiæ Romanæ factis.

Cap. VI. De ſpecialib. requiſitionibus, per veteres Germanos Principes in negociis temporalibus regni Francorum à Romana eccleſia primitùs expetitis.

Cap. VII. De ſubmiſſionib. regni & imperii Romanorum in quibuſdam iuribus per veteres Germanos Principes eccleſiæ Romanæ: ac de recognitionib. eorum circa hoc ipſi eccleſiæ factis.

Cap. VIII. De renunciationibus privilegiorum à Romana eccleſia veterib. Germanis Principib. conceſſorum, per eoſdem factis.

Cap. IX. De conſtructionibus & reparationibus multarum eccleſiarum ac monaſteriorum, ac diverſis donationib. privilegiorumq́; conceſſionibus, eccleſiis & monaſteriis per veteres Germanos Principes factis.

Cap. X. De privilegiis pro libertate Eccleſiaſtica munienda clero per veteres Principes Germanos conceſſis: & de ſpecialibus honoribus quibus clerũ præſertim in Germania extulerunt.

Cap. XI. De diverſis conciliis ſuper ſtatu & neceſſitatibus cleri & eccleſiarum, per devotam veterum Principum Germanorum procurationem habitis: ac de ſtatutis, per quoſdam ipſorũ ad legem Eccleſiaſticam pertinẽtibus, promulgatis.

Cap. XII. De diligentia exacta, quam ad habendum ſanctorum reliquias & ornamenta eccleſiaſtica veteres Germani Principes habuerunt. B

Cap. XIII. De zelo Chriſtianæ religionis quarundam veterum Reginarum ſeu Imperatricum Germanarum: ac de miraculis per merita quarundam ex eis factis, diviniſq́; revelationibus eiſdem oſtenſis.

Cap. XIV. De multiplicibus bellorum victoriis per veteres Principes Germanos habitis: ac miraculis per merita quorundam ex ipſis factis, diviniſq́; revelationibus eiſdem oſtenſis.

Cap. XV. De multis prærogativis, privilegiis, gratiis & honoribus quibus pontifices Rom. veteres Germanos Principes extulerunt.

Cap. XVI. in quo moderni Germaniæ Principes, ad imitandum zelum Chriſtianæ religionis veterum Germanorum Principum, exhortantur.

Cap. XVII. & ultimum, in quo illuſtri domino Rudolfo duci Saxoniæ opuſculum præſens, & dominus pro zelo Chriſtianæ religionis veterib. Germanis principibus ab eo collato laudatur: quodq́; ipſum ducem in conſimili zelo conſervet, ſuppliciter imploratur.

EPISTOLA LIBELLI, DE ZELO CHRISTIANÆ RELIGIONIS VETERUM principum Germanorum.

ILLUSTRI & magnifico principi, domino ſuo, domino Rudolpho duci Saxoniæ, Lupoldus de Babenberg, Decretorum doctor (licet indignus) ſuus clericus, cum recommendatione ſui, votivis ſemper in domino ſucceſſibus proſperari. Suggerit mihi celebris tuarum fama virtutum, ut ex quo par-

A parvitatis conditio, excellentiæ tuæ me complacere non ſinit: complacendi ſaltem affectũ aliquali ſigno demonſtrem. Libellum igitur de zelo Chriſtianæ religionis veterum Germanorum principum, qui apud eoſdem (prout infrà ſcripta ipſorum devotiſſima teſtantur opera, multis, ut reor, Germaniæ principibus modernis ignota) perfectiſſimè divina favente gratia viguit, ex diverſis antiquorum ſcriptis per me collectum: cujus noticia legationi (quam ſupet concordia inter ſacroſanctam Romanam eccleſiam, & ſacrum regnum & imperium attentanda, pridem aſſumere decreviſti) congruere mihi viderur, in ſignum affectus complacentiæ tuo glorioſo nomini dedicavi: eundem libellum, præmiſſo prooemio per decem & ſeptem (ut in proſecutione ipſius patebit) Capitula diſtinguendo.

PROOEMIUM LIBELLI DE ZELO Chriſtianæ religionis veterum Principum Germanorum.

LEgitur in Eccleſiaſtico. 44. c. in prin. Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Ad quas laudes ex eo maximè teneri videmur obnoxii, quòd parentum merita, quibus ſe dignos laude monſtrarunt, filiis ac poſteris ſæpius profuiſſe noſcuntur. Phinees nanque. propter zelum, quo zelatus pro Deo, Iſraëlitam cum Madionita B coeuntem occidit: pro ſe ac ſemine ſuo, à Deo recepit pactum ſacerdotii ſempiternum. ut patet Numeri 25. c. & de hoc facto legitur in Canone 23. q. 4. quod Chriſtus. & 2. q. 7. c. nos ſi. §. his ita ſecundo. Regis etiam David meritum, ſervavit poſteris ſuis multo tempore regnum Juda. ut ex 3. lib. Regum. 11. cap. colligitur evidenter. Hinc etiam eſt, quòd lex civilis ob dignitatem patris (quæ confertur propter laboris meritum. ut C. de offi. magi. offi. l. nemo. & 61. diſt. miramur. in fine) dat liberis privilegium originis: ut patet ff. de ſenato. l. emancipatum. & C. de quæſti. l. divo. Ex his quoque parentum laudibus, non ſolum filii & poſteri, ſed etiam extranei, ad faciendum ſimilia opera digna laudibus, ex comparatione præcedentium ſæpius accenduntur. Præmiſſis itaque, non tam digna quàm debita conſideratione penſatis: invocata ſancti Spiritus gratia, laudes eximias veterum Germanorum principum, ex zelo Chriſtianæ religionis eorum duntaxat aſſumptas, quo (prout ex dicendis patebit) plus cæteris Chriſtianis principibus claruerũt: ex diverſis hiſtoriis ſeu Chronicis, ſanctorumque legendis, partim etiam ex ſacris canonibus collectas: in ſubſcripto libello, humili ſtilo hiſtorico referre decrevi. Laudes autem veterum regum ſeu principum Occidentalis ſeu Gallicæ Franciæ, qui poſt diviſionem totius regni Francorum tempore filiorũ imperatoris Ludovici primi factam, eidem Franciæ præfuerunt: necnon veterum regum Angliæ, huic libello libenter insererem, ſi de geſtis eorundem regum, originalium A hiſtoriarum ſeu Chronicarum copia mihi foret. Scio enim quòd reges dictæ Franciæ, à tempore Caroli Magni citra, de genere ipſius Caroli deſcenderũt: ut etiam patet ext. de jud. c. novit. ver. nec illud. quod tamen quo ad aliquos eorum intelligitur de linea materna, ſecundum ea quæ planè notat hiſtoria ibidem: de quo etiam legitur in Speculo hiſtoriali lib. 31. c. 126. Qui Carolus fuit Francus Germanicus, ut in tractatu de Juribus regni & imperii plenius declaravi. Veteres etiam reges Angliæ, uſque ad tempora Guilhelmi comitis Normanniæ (qui Araldo rege Anglorum cum multis milibus hominum occiſo, tempore imperii Heinrici quarti, ſub anno Domini M. LXVI. in Anglia regnare cœpit) de genere Saxonum Germanorum (prout plures teſtantur hiſtoriæ) deſcenderunt. A prætermittendis igitur eorundem regum laudibus, præmiſſa me retrahit neceſſitas, non voluntas. Salvo quòd pauca de ipſorum laudibus ex Chronica Martini ſumpta, laudibus adjiciam veterum principum Germanorum.

CAP. I.

DE ZELO CATHOLICÆ FIDEI veterum Principum Germanorum, quo accenſi nunquam à rectitudine fidei declinarunt.

SI veterum catholicorum principum ſcrutentur hiſtoriæ, ac eorum diligenter geſta B penſentur: ex eiſdem hiſtoriis evidenter apparet, veteres Germanos reges ſeu principes, ſingularem Chriſtianæ religionis zelum (conſideratis devotiſſimis ipſorum infrà ſcriptis operibus) præ cæteris mundi principibus habuiſſe. Sed quia fides catholica eſt Chriſtianæ religionis initium (juſtus enim ex fide vivit, Abacuc c. 2. ad Hebr. 10. & 24. q. 1. c. ubi ſana) nihilque clarius reſplendet in principe, quàm recta fides. C. de ſum. tri. inter claras. circa prin. Ideo de zelo Chriſtianæ religionis veterum Germanorum principum tractaturus, Primò de zelo catholicæ fidei eorundem principum inchoando ſermonem dico, quòd præcipuus catholicæ fidei zelus veterum principum Germanorum apparet ex eo, quod poſtquam fuerunt Chriſto (qui fundamentum eſt fidei) donante nomen Chriſtianitatis aggreſſi, nullus eorum à rectitudine catholicæ fidei etiam ſemel legitur deviaſſe, ſed potius ejuſdem fidei profeſſores firmiſſimi permanſerunt. Talis autem fidei catholicæ firma ſoliditas, in cæteris mundi principibus paſſim reperta non eſt. Multi nanque priſci Romanorum principes, qui ante translationem imperii de Græcis in perſonam Caroli Magni ad Germanos factam eidem imperio præfuerunt, poſt Chriſtianæ fidei profeſſionem in hæreſim lapſos fuiſſe conſtat. Arrius enim hæreticus, ſuique ſequaces, locum familiaritatis apud Conſtantium imperatorem, Conſtantini Magni filium, acceperunt

Digitized by Google

A runt: eumque in erroris sui cõsortium declinarunt: unde impietas Arriana, ejuſdem Constantii fulta præſidio, exiliis, carceribus, & variis afflictionum modis primò Athanaſium Alexandrinum epiſcopum, deinde omnes non ſuæ partis epiſcopos extitit perſecuta: ut in Euſebii, Gotfridi Viterbienſis, & Martini Chronicis plenius continetur. Hic Athanaſius (ut refert Chronica Euſebii) à facie Conſtantii fugiens, ſub anno Domini CCCXLV, à ſancto Maximino Treverorum epiſcopo receptus eſt, ibique (ut refert Chronica Martini) ſymbolum, Quicunque vult, contra Arrianos compoſuit. Arrius autem cum ſuis ſequacibus, inæqualitatem perſonarum ſanctæ Trinitatis aſſeruit: de cujus errore loquuntur Canones 24. quæſtion. ultim. capitulo penultim. verſic. Arriani. & 15. diſtinction. c. 1. circa princip. Item Julianus imperator, nepos Conſtantini Magni, de quo legitur 11. quæſtion. 3. capitul. Julianus. apoſtatavit à fide in tantum, quòd veniens ad templa paganorum ſacrificavit idolis, primoque ſubjectis talia colere ſuadebat. Demùm varia edicta contra Chriſtianos ſtatuens, multi ex eis fuerunt martyrio coronati, prout hæc & alia nefanda de eo in prædictis Chronicis continentur. Item Valens imperator (qui regnavit primò cum Valentiniano fratre ſuo) Arriana labe pollutus, poſt mortem dicti fratris ſui multas perſecutiones intulit Chriſtianis. nam ſacerdotes Dei exiliabat,
B monachos militare cogebat, & militare nolentes occidi mandabat, ut in prædictis Chronicis continetur. Idem etiam Valens Gotis potentibus, ut eis mitteret prædicatores & doctores, qui eos catholicam fidem inſtruerent, miſit eis Arrianos doctores: ſicque omnis illa gens Arriana facta eſt, ut in Chronica Euſebii continetur. Item Anaſtaſius imperator (de quo fit mentio 19. diſtinct. §. hoc autem. & 16 quæſtion. 7. capitul. ſanè, fuit ut refert Chronica Euſebii) hæreſi Eutychiana pollutus, unde (ut refert Chronica Martini) nec eccleſiarum jura ſervavit, ſed hæreticis favens, Chriſtianos extitit perſecutus. hæreſis verò prædicta, Chriſtum non duas naturas, ſed unam tantum, divinam ſcilicet habuiſſe naturam affirmat: ut patet 24. quæſtion. penultim. verſic. Eutychiani. & 15. diſtinction. capitulo 1. verſic. quarta & 16. diſtinction. capitul. ſexta verſic. quarta. Item imperator Juſtinianus primus, qui leges abbrevians renovavit fecitque legum codicem ſingularem, in hæreſim prædictam Eutychetis corruit. Hunc tamen Agapitus papa (quem commendat Canon, de condi. diſtinction. 1. Agapitus) ab errore hujuſmodi (ut dicunt prædictæ Chronicæ) revocavit. Item imperator Heraclius à Sergio patriarcha Conſtantinopolitão & aliis quibuſdam hæreticis circumventus, in dictam Eutychianã hæreſim incidit, ut in prædictis Chronicis continetur. Item imperator Conſtans, qui & Conſtantinus dicebatur, filius Conſtantini tertii, & nepos Heraclii prædicti, ſeductus à Paulo patriarcha A
Conſtantinopolitano, in perverſum dogma incidit, quòd unam voluntatem & unam operationẽ aſtruebat in Chriſto: propter quod idẽ Imperator multos Chriſtianos verberibus, proſcriptionibus, & exiliis condemnavit. Cõtra hoc dogma Martinus papa primus, Romæ celebrato concilio Paulũ prædictum, & alios quoſdã hujus erroris ſectatores ſeu doctores, anathematizavit: quib⁹ agnitis prędictus Imperator papam Martinum Conſtantinopolim vocavit, & per eum Criſone in exilium mittitur. ibique moritur, multis miraculis coruſcando Criſone. Poſt hoc tamen dictus Imperator ſub Vitaliano papa eandem hæreſim abdicavit. Filius quoq; ipſius Cõſtantinus quartus contradictam hæreſim. ſextam univerſalem ſynodum Conſtantinopolim (præſentibus legatis Agathonis papæ) celebrari fecit, ut in prædictis Chronicis plenius continetur. & de hac ſynodo habetur 16. diſtinction. habeo. & capitul. ſexta. Itẽ Imperator Juſtinianus ſecundus, filius jam dicti Conſtantini ſextam ſynodum prædictam nititur infirmare, Sergiumq; papam in hoc ſibi reſiſtentem fruſtrà turbare molitur. Nam Leoncius patricius (qui & Leo dicebatur) adjunctis ſibi multis complicibus Juſtinianum apprehendit, eumque naſo præciſo in quandam inſulam relegavit, ipſeq; poſt eum aliquo tempore imperavit. Poſt hoc tamen idem Juſtinianus recuperavit imperium: vocanſque papam Conſtantinum primum Conſtantinopolim, ipſum honorificè ſuſcepit: ac proſtratus in terram, pro ſuis peccatis intercedere poſtulavit, cuncta eccleſiæ Romanæ privilegia renovando: prout in dictis Chronicis plenius cõtinetur. Itẽ imperator Philippus ſecundus, deceptus à quodam monacho incluſo hæretico, congregavit ſynodum pſeudo epiſcoporum. & abjecit ſanctam & univerſalem ſextam ſynodum prædictam, omneſque imagines & picturas eccleſiaſticas auferri præcepit: propter quod Conſtantinus papa prædictus, eum denunciavit hæreticum, & Romani imaginem ſui numiſmatis recipere noluerunt, ut in prædictis Chronicis plenius continetur. Item imperator Leo tertius, à quodam apoſtata fidei ſeductus, in Chriſtianos & eccleſias Dei, ac ſanctam religionem impius erat. præcepit quippe imagines Dei, ſanctæque Dei genitricis, & aliorum ſanctorum deponi, & incendi. & quia multi de populo huic impietati conſentire noluerunt: eo jubente fuerunt decollati. pro quo errore, Gregorius papa tertius, eum in ſcriptis (licet in vanum) multum redarguit. unde idem Gregorius, ſibi Romanæ urbis & Italiæ prohibuit dari tributa: ac ſynodo multorum epiſcoporum Romæ per eum habita, venerationes ſanctarum imaginum confirmavit: & violatores anathemate condemnavit, prout hæc in prædictis Chronicis latius continentur. De hujus etiam erroris reprobatione habetur in Canonibus 22. quæſt. 4. ãctione, ad idem,

de

A de con. diſtinction. 3. perlatum. Item Imperator Conſtantinus, ejuſdem Leonis filius, impietatum patris ſucceſſor extitit, primò quidem à Deo, & intemerata ipſius genitrice, & omnibus ſanctis abſcedens, magicis fuit maleficiis ac cruentis dæmonum ſacrificiis delectatus. Convocata etiam ſynodo præcepit depoſitionem fieri imaginum Dei ac ſanctorum perſecutionibus, inſuper ſanctarum eccleſiarum, peremptionibus clericorum & monachorum, malisq; variis ſic eccleſiam Dei perſequitur, quòd veſaniam Diocletiani & cæterorum veterum tyrannorum tranſcendere videbatur: prout in antedictis Chronicis & in Speculo hiſtoriali libro 24. capitulo 167. plenius continetur. Præterea quamplurimi aliarum nationum reges ſeu principes, ſicut reges Oſtrogothorum, Veſegothorum, Vandalorū, Longobardorum, & quarundam aliarum gentium, ut patet ex multis hiſtoriis ſeu Chronicis, erant hæretica pravitate polluti: ex quo Eccleſia Dei ab eiſdem multas & grandes perſecutiones pertulit, & preſſuras. & ut circa hoc de pluribus pauciſſima dicam, Theodoricus rex Oſtrogothorum qui pluribus annis poſſedit Italiam (de quo loquitur Canon de con. diſtinct. 1. eccleſias. & 17. diſtinct. §. hinc etiam. & 19 diſtinct. Anaſtaſius) in tantum Arriana perfidia maculatus extitit, quòd ipſe ſanctæ memoriæ Johannem papam primum, & quoſdam conſulares viros ad Imperatorem Chriſtianiſſimum, Juſtinum ſecundum Con-
B ſtantinopolim direxit, de qua legatione fit mētio in prædicto Canone: eccleſias mandans illi minando, quòd niſi Arrianis hæreticis eccleſias quantocyus redderet, eosq́ue in pace degere ſineret, ipſe omnes in Italia perimeret Chriſtianos. Qui cùm ab eodem Juſtino dignè ſuſcepti fuiſſent, magnis eum rogabant fletibus, ut ſuæ legationis ſeriem (quamvis eſſet injuſta) libenter exciperet, in hoc perituræ Italiæ conſulendo: Juſtinus autem neci Chriſtianorum compatiens, eis quod petebant, conceſſit, & de Arianorum eccleſiis ſuperſedit. Theodericus verò iniquitatis rabie ſtimulatus, Johannem papā, & nuncios prędictos, poſtquā redierunt, pro eo ꝙ à Juſtino digni ſuſcepti eſſent: Ravennæ carceri mancipavit, & famis afflictione peremit hæc & alia nefanda, de rege Theoderico in Chronica Euſebii, ſub geſtis Imperatoris Valentis, & in Chronica Martini, ſub geſtis Juſtini prædicti, plenius continentur. Ex regibus verò Veſogothorum Leonigildus, qui regnavit in finibus Hiſpaniæ, in tantum erat Arrianæ perfidiæ deditus: quòd Hermigildum filium ſuum, pro fide catholica per eum detentum, corpus Chriſti à quodam Arriano epiſcopo in die ſancto Paſchæ recipere tenuentem, per ſuos apparitores interfici procuravit: ut patet non ſolùm ex Chronicis prædictis, & ex Speculo hiſtoriali lib. 22. c 135. ſed etiam ex Canone 24. quæſt. 1. cepit. & 1. quæſt. 1. ſuperveniente. Ex regibus autem Vandalorum Hunericus rex, qui regnavit in Africa ſub anno Domini cccclxxxvi. plus quàm ccccxxxiiii. e-
A piſcopos catholicos exiliavit, quibuſdam linguas abſcidit, qui tamen loquebantur. quorum beatus Gregorius in libro Dialogorum meminit, ut in Chronica Euſebii continetur, de cujus multimoda perſecutione in Chriſtianos, in Speculo hiſtoriali lib. 21. c. 77. & pluribus Capitulis ſequentibus multa narrantur. Item Craſamundus rex Vandalorum hæreſi Arriana infectus, catholicas clauſit eccleſias & epiſcopos ccxx. in Sardiniam exilio relegavit: ut in Chronica Martini, & in Speculo hiſtoriali lib. 22. c. 3. continetur. Ex regibus autem Lombardorum Rutherus rex (ut refert Chronica Euſebii, ſub geſtis Imperatoris Juſtini ſecundi) fuit Arriana hæreſi maculatus, ita quòd ejus tempore inter epiſcopos civitatum ſui regni unus erat catholicus, & alter Arrianus. Plura inſuper alia nefanda per reges dictarum, & quarundam aliarum nationum hæreticos, contra Dei eccleſiam (ut ex diverſis hiſtoriis ſeu Chronicis videri poteſt) perpetrata noſcuntur. Noſtris autem glorioſis principibus tanta catholicæ fidei firma ſoliditas, ac ſolida firmitas inerat, quòd nullus ex eis gratia Chriſti (qui fundamentum eſt fidei, ut 1. ad Corinth. 3. c. & 1. q. 1. cùm Paulus. & extrà. de ſumma Trinita. c. uno. in princ. in Clem.) eos miſericorditer protegente, in aliquam damnatam hæreſim legitur incidiſſe. propter quod ſatis patet, majorem Chriſtianæ religionis zelum in eiſdem; quàm in cæteris mundi veteribus principibus viguiſſe. Ab hoc
B autem ipſorum laudis præconio reges veteres occidentalis Franciæ ac Angliæ non excludo, ſed potiùs (ut ex dictis in procœmio apparet) includo, & idem in ſequentibus 11. Capitulis intelligo repetitum.

Cap. II.

DE ZELO CATHOLICAE FIdei veterum principum Germanorum, quem ad dilatandam fidem catholicam habuerunt.

Catholicæ fidei zelus, qui apud veteres principes Germanos viguit, non ſolùm ex ipſorum fidei firmitate, ſed etiam ex eo quòd ad dilatandam fidem catholicam, nedum in ſuis regnis, ſed & in finitimis regionibus devotam ſollicitudinem & ſtrenuam adhibebant operam, liquidò ſciri poteſt. Nam licèt antiqui reges Francorum, quorum regnum nobiliſſimum ab Aquitania protendebatur uſque in Barbariam, cujusque regni Germania fuit principium & origo (ut in tractatu de Juribus regni & imperii, c. 1. ſcripſi) totam eandem Germaniam (Saxonia & Friſia exceptis) ſub ſua tenuerint poteſtate: nunquam tamen per eoſdem reges à tempore Clodovei regis Francorum (qui primus inter eos fidem Chriſti aſſumpſit, ac per beatum Remigium Rhemenſem archiepiſcopum baptizatus extitit) uſq; ad tempora Pipini, & Caroli Magni, filii ſui, regū Francorum, idolorum cultura fuit plenè à

A populo Germaniæ extirpata. Per hujus ergo Pipini devotam & ſtrenuam operam mediante prædicatione beati Bonifacii archiepiſcopi Moguntinenſis, qui ad prædicandum verbum Dei à ſede Apoſtolica legatus Germaniæ deputatus fuerat, populus Germaniæ relictis ſuperſtitionibus variis, ad fidem catholicam (exceptis Saxonibus & Friſonibus, qui tempore Pipini nondum omnes fidem Chriſtianam ſuſceperant) divina ſuffragante clementia eſt converſus. Præmiſſa ex hiſtoria Francorum, ex Chronicis Euſebii, Godfridi Viterbienſis, & Martini. ac etiam legendis Remigii & Bonifacii prædictorum plenius colliguntur. De facto etiam iſto aliquid loquuntur ſacri Canones 11. q.3. anteceſſor. & c. quod prædeceſſor. Poſt hoc mortuo Pipino, ac regnante Carolo Magno ejuſdem Pipini filio, gens totius Saxoniæ, quæ (ut refert hiſtoria Francorum) Germaniæ pars eſt magna, & ejus quæ à Francis incolitur, duplum in latitudine habere putatur, cùm eidem in longitudine poſſit eſſe conſimilis: ac etiam gens totius Friſiæ non tàm per prędicationem verbi Dei, quàm per multorum bellorum triumphos per dictum Carolum cõtra eaſdem gentes magnificè habitos, ad regni Francorum ſubjectionem, & ad fidem Chriſtianam pariter acceſſerunt: prout hęc in hiſtoria & Chronicis prædictis, ac etiam in multis ſanctorum virorum & patrũ legendis plenius continentur. Hanc autem converſionem totius populi Germaniæ, immenſum Dei be-
B neficium, reges Francorum Chriſtiani, de antiquo regum Francorum genere deſcendentes, anteceſſores Pipini & Caroli Magni, minimè conſequi meruerunt: ſed ſalutifera hęc converſio, per devotam & ſtrenuam horũ regum operam fuit fœliciter conſummata. In tantum verò Carolus Magnus fidei catholicæ dilatationẽ zelatus extitit, quod idem (ut refert hiſtoria Francorum) omnes Saxones, qui multùm idolorum cultui erant dediti, pro cõſervanda fide catholica, ſub anno Domini DCCCII. ab omni tributo exemit, eoſque totius agriculturæ ſuæ ac nutrituræ decimas Deo & ejus ſacerdotibus dare juſſit. Deſtinavit autem glorioſus rex Carolus ad opus prædicationis verbi Dei, genti Saxonum & Friſonum, plures epiſcopos, inter quos ſanctus Vilebaldus Bremenſis, ſanctus Hildegernus Alberſtadenſis, priùs Catalanenſis epiſcopus, ſanctus Linderus, frater Hildegerni prædicti, Mumdegardenordenſis, & ſanctus Vuillebrordus Trajectenſis, eccleſiarum primi epiſcopi, tam ſanctitate vitæ quàm miraculorum teſtimonio inſignes habentur: ut ex legendis eorundem ſanctorum, & ex hiſtoria Francorum poterit apparere. Sciendum tamen eſt, quod Pipinus pater Caroli, ſanctum Vuillebrordum prædictum, per papam in epiſcopum conſecrari fecit, ipſumque primò ad prædicandum verbum Dei, genti Friſonum deſtinavit ut patet in Speculo hiſtoriali lib. 24. c. 33. Sed ejuſdem gentis converſio. ac ſedis epiſcopalis in Trajecto inſtitutio, tempore quo

Carolus dictam Friſiam paterno regno ſuperaddidit, facta noſcuntur: ut in ejuſdem ſancti legenda pleniùs continetur. A Idem etiam Carolus multos (ut refert Chronica Godfridi) de Hiſpania convertit ad fidem. Legitur inſuper de prædicto Carolo in Speculo hiſtoriali lib. 25. c. 17. quòd expugnata per eum Hiſpania, dimiſſiſque ibidem exercitibus, ivit in Galitiam ad ſanctũ Jacobum. & quos in illa patria Chriſtianos reperit, ædificavit: apoſtatas verò aut peremit. aut in exilium in Galliam deſtinavit. Refert etiam de ipſo hiſtoria Francorum, quòd ſub anno Domini DCCLXXX. progreſſus in Saxoniam, venit ad Albim fluvium, in ipſo itinere, in loco qui dicitur Horheim: ubi Bardeganenſes & multi de Nordundis fuerant baptizati. Item refert eadem hiſtoria, quòd quidam princeps Arrianorum, ſeu Hunnorum, Tudim nomine de Pannonia, cum magna parte Arrianorum, venit ſub anno Domini DCCXCVI. ad Carolum Magnum, ſeq; cum populo ſuo & patria Carolo tradidit. fuitque ipſe cum populo ſuo baptiſatus. Præterea Carolus Magnus in hoc ſincerum catholicæ fidei zelum habuiſſe dignoſcitur: quòd regnum tranſmarinorum ob hoc maximè expetebat, ut Chriſtianis ſub eorum dominio degentibus commodum aliquod & conſolatio proveniret: eiſdemque Chriſtianis quos in paupertate degere compererat pecuniam illorum paupertati compatiens deſtinare ſolebat: prout in hiſtoria Francorum, & Chronica Euſebii con-
tinetur. Item tempore Imperatoris Ludovici B primi, Caroli Magni filii, Haraldus rex Danorum fuit cum uxore & filiis magnaque parte Danorum ſub anno Domini DCCC.XXXII. Moguntiæ baptiſatus, qui rex & uxor ejus ab eodem Imperatore ac Imperatrice à ſacro fonte baptiſmatis ſunt ſuſcepti. Hęc ex hiſtoria Francorum & Martini Chronica colliguntur. Deſtinavit etiam idem Ludovicus Danis, & aliis in circuitu poſitis gentibus, ad prædicandum verbum Dei, ſanctum Anſgarium Hamaburgen. primũ epiſcopum, qui & Suevos ſub anno Domini DCCCXVI. ad fidem convertit, ùt in Francorum hiſtoria continetur Item Ludovicus, ejuſdem Ludovici filius, qui primò rex Barbariæ, deinde poſt diviſionem regni Francorum (de qua in tractatu prædicto c. 2. ſcripſi) factus rex totius Germaniæ, Duces Bohemorũ, 14. cum ſequacibus (ut refert Chronica Martini) baptizari, & in fide Chriſtiana edoceri fecit. Idem etiam Ludovicus quendam archiepiſcopum, cum aliis epiſcopis, presbyteris & diaconis, ad regem & gentem Bulgarorum, ſub anno Domini DCCCXVII. (ut refert hiſtoria Francorum) cauſſa prædicandi eis verbum Dei, deſtinare curavit Item Imperator Carolus tertius. jam dicti Ludovici filius, cùm cerneret Normannos à plaga ſeptentrionali Scythiæ inferioris egreſſos, Germaniã & Galliam ſuo tempore devaſtare (de quorum etiam feritate loquũtur Canones, 7. q.1. ſciſſitaris. & de con. di 1. cõcedimus) ipſe regẽ eorum Rhotifredũ, data ſibi Giſla filia regis Lotharii

in uxo-

A in uxorem, ac tota Friſia in dotem conceſſa, ſub anno Domini DCCCLXXXII. baptizari fecit, ipſumque à ſacro baptiſmatis fonte ſuſcepit. Et ab iſtis Normannis una pars Galliæ (quam primitùs occupârunt) Normania vocatur. hæc ex hiſtoria Francorum, & prædictis Chronicis colliguntur. Item Carolus rex Franciæ Gallicæ, Ludovici regis filius, cognomine Balbus, Rollonem ducem Normannorum, Chriſtianum fieri fecit: & ei Giſlam filiam ſuam in cõjugem, ac Normanniam in regno ſuo in feudum tenendam dedit: qui in baptiſmo à Roberto comite Pariſienſi, qui eum à ſacro fonte ſuſcepit, Robertus vocatus eſt, ut in Speculo hiſtoriali libro 25. c. 53. & ſequenti, pleniùs continetur. Poſtquam autem placuit Deo (in cujus diſpoſitione regna conſiſtunt) quòd regnum Germaniæ Francis Germanicis, de genere Pipini & Caroli Magni deſcendentibus, tranſiret ad Saxones: Henricus rex primus hujus nominis, Normannos & Danos ſub anno Domini DCCCCXXVI. (ut refert hiſtoria Francorum) armis obtemperantes ſibi fecit: & ab errore priſtino revocatos, ferre docuit jugum Chriſti. Per ejuſdem etiam Henrici diligentiam rex Apodricarum, ſub anno Domini DCCCCXXXII. extitit baptizatus. Sunt autem Apodricæ, quidam populi Schlavorum, ut refert prædicta hiſtoria Francorum, ſub geſtis Imperatoris Otthonis ſecundi, ubi de his & aliis Schlavorum populis planè tractatur. Idem Henricus ſub anno Dom DCCCCXXV.
B Danos, qui navali latrocinio Friſones incurſabant, cum exercitu adiit vicitque: ac tributarios eos faciens, regem eorum nomine Mibani baptizari fecit: hæc in hiſtoria Francorũ ſic ſcripta leguntur. Item rex Ottho primus prædicti Henrici filius (qui & Magnus, propter celebres bellorum ejus victorias eſt vocatus) Danis ſibi reſiſtentibus, quos pater ſuus (ut prædixi) bello compreſſerat, bellum intulit: in quo Saxonibus & Danis viriliter pugnantibus, tandem Dani victi ad naves ceſſerunt; ac Saxones victoria ſunt potiti. Poſt hęc pactis initis, Haroldus rex Danorum Otthoni, ſub anno Domini DCCCC.LII. ſubjicitur: & ab eo regnum ſuſcipiens, Chriſtianitatem in Dania ſuſcipi permiſit. Idemque rex cum uxore ac filio parvulo, quem rex Ottho de ſacro fonte levavit, extitit baptizatus. Licèt enim Dani (juxta ea quæ ſuprà de Ludovico primo in hoc Capitulo ſcripſi) ab antiquo Chriſtiani fuiſſent, erant tamen adhuc illo tempore (ut refert hiſtoria Francorum) gentili ritu idolis ſervientes. Item legati Helenæ reginæ Rugorum, ad eundem Otthonem, ſub anno Domini DCCCCLXX. venientes, epiſcopos & presbyteros eidem genti tranſmitti petunt: quorum petitioni multùm gaviſus rex Ottho conſenſit, venerabilem virum Libutium ex cœnobitis monaſterii ſancti Albani Moguntinenſis, genti prædictæ ad prædicationis verbi Dei officium deputando, quem archiepiſcopus Bremenſis, eidem genti in epiſcopum conſecravit. Cumque Libutius, antequam iter eundi ad gentem Rugorum arriperet obiiſſet, Adalbertus ex cœnobitis monaſterii ſancti Maximini Treverenſis, ad hoc opus mittendus eligitur. Quem piiſſimus rex omnibus quibus indigebat copiis munitum, ſub anno Domini DCCCCLXI. præfatæ genti honorificè deſtinavit. Idem etiam rex Ottho univerſos Schlavorum populos, quos pater ejus uno grandi bello domuerat, ſuo ſubjecit imperio: ipſoſque tanta deinceps virtute conſtrinxit, ut tributum & Chriſtianitatem pro vita ſimul & patria gratanter ſuſciperent, fuitque ſub anno Domini DCCCCLX quaſi totus in Schlavonia gentilium populus baptizatus. Hæc omnia de Otthone prædicto in hiſtoria Francorum pleniùs continentur. Hæc autem Schlavonia (ut refert dicta hiſtoria, ſub geſtis Otthonis ſecundi) dicitur eſſe decies major Saxonia, præſertim ſi Boœmos, & eos qui trans Oderam fluvium ſunt Polonos qui nec habitu nec idiomate differunt, in partem adjeceris Schlavoniæ. Item Imperator Henricus ſecundus, regi Hungarorum, qui poſtmodum in baptiſmo Stephanus eſt vocatus, tam ipſum regem (eidem ſorore ſua Giſla in matrimoniũ copulata) quam totum ipſius regnum ſub anno Domini M. II. ad fidem Chriſti vocavit. Hunc regem Stephanum, tanquam ſanctum, (pro eo quòd per ipſum initium Chriſtianæ fidei ſuſceperunt) omnes Hungari venerantur. præmiſſa in hiſtoria Francorum, ac in Euſebii & Godfridi Chronicis, ac etiam in Legenda ſeu vita ejuſdem Henrici pleniùs continentur. B
Poſt hæc quoque multæ aliæ infidelium nationes, ſicut Pruſciæ & Livoniæ gentes ex devota & ſtrenua procuratione diverſorum veterum principum Germanorum, prout ex diverſis ſcriptis & etiam ex his quæ in Germania referri frequenter audivimus, conſtare poterit ad fidem Chriſti ejuſdem ſuffragante gratia ſunt converſi. Præterea zelus eorundem principum quem ad dilatandam fidem catholicam habuerunt: etiam patere poteſt ex celeberrimi ſtudii Pariſienſis inſtitutione: circa cujus inſtitutionem ſciendum eſt, quòd quædam Chronicæ referunt, quòd duo monachi Scoti de Hibernia in Scripturis ſacris, & in ſecularibus eruditi: de Britania ad littus Galliæ pervenerunt: qui quotidie ad populos emendi gratia convenientes clamabant dicentes: Si quis ſcientiæ cupidus eſt, veniat ad nos, & accipiat eam, nam venalis eſt apud nos. Tamdiu conclamata ſunt iſta, donec ab hujuſmodi ſermone admirantibus, ad Caroli Magni glorioſiſsimi regis audientiam ſunt prolata. Qui celeriter illos ad ſuam præſentiam evocatos, quid pro ſcientia peterent requiſivit? Qui pro ipſa: loca tantùm oportuna, & animas ingenioſas: ac pro victu & veſtitu neceſſaria ſe petere reſponderunt. quo audito ille ingenti repletus gaudio, unum eorum in Italiam, cui monaſterium ſancti Auguſtini apud Papiam commiſit ad docendum direxit, alterum verò Clementem nomine, cui ad docendum multos pueros commendavit, fecit in Gallia Pariſiis reſide-

A reſidere, eidem & pueris victualium neceſſaria
miniſtrando. Quibus auditis Altuuinus de na-
tione Anglorum doctiſſimi Bedæ diſcipulus,
cum ſocus in omnibus Scripturis exercitatis,
ad dictum Clemenrem Pariſios ad docendum
venit ubi eorum doctrina fructificavit in tan-
tum, quòd Gallici antiquis Romanis & Athe-
nienſibus æquarentur: prout hæc in Speculo
hiſtoriali lib. 23 c. 172. pleniùs continentur.
Aliæ verò Chronicæ (ut in libro &c. prædi-
ctis & etiam in Chronica Martini patet) refe-
runt quòd prędictus Altuuinus, qui fuit quō-
dam ipſius Caroli eruditor, ſtudium de urbe
Romana Pariſios tranſtulit, quod de Græcis
priùs translatum extitit ad Rumanos. Sed ſive
prima, ſive ſecunda, circa inſtitutionem dicti
ſtudii vera ſit aſſertio, conſtat tamen ſtudium
hujuſmodi vel ex Caroli Magni inſtitutione:
vel ſaltem ipſius inſtitutionem per ejus opem
ac operam proceſſiſſe. Præmiſſa de inſtitutio-
ne ſtudii Pariſienſis dicta inrelligenda ſunt,
quoad inſtaurationem ipſius in pagina divina
duntaxat, nam longè ante tempora Caroli Ma-
gni, tempore ſcilicer Boetii ſtudinm liberalū
artium & philoſophiæ Pariſiis viguit ut patet
ex libello, quem de diſciplina Scholariū com-
pilavit. Erat autem Boetius tempore Theode-
rici regis Gottorum, qui tempore imperii Ze-
nonis Imperatoris regnavit in Italia, & hic
Zeno (ut referunt prædictæ Chronicæ) ſub
anno Domini CCCCLXXIII. imperare cœ-
pit. Sed Carolus ſub anno Domini DCCLXIX.
B regnare cœpit, ut in Francorum hiſtoria con-
tinetur. Ex hujus antem ſtudii Pariſienſis in-
ſtitutione, ipſiusque laudabili uſque ad præ-
ſens tempus continuatione, certum eſt multas
hæreſes per prælatos & alios literatos viros,
qui in eodem ſtudio in divina pagina, & ſacris
canonibus profecerunt, de finibus fidelium
uſque ad hæc tempora extirpatas fuiſſe, ac in
poſterum dante domino extirpandas: pro quo
benè facit extr. ne cleric. vel mona. c. ſuper
ſpecula juxta finem. In hujuſmodi verò ſtudii
ac aliorum ſtudiorum mundi ſavorem, com-
modum & augmentum, Imperator Fridericus
ſecundus: tàm doctores quàm etiam ſchola-
res privilegiavit, in his quæ habentur C. ne
fili. pro patre in authent. habita. Idem etiam
Fridericus plures bonas & utiles leges ad di-
latandam fidem catholicam edidit pro exter-
minio hæreticæ pravitatis, quæ ſunt per Boni-
facium papam octavum in quantum Dei & Ec-
cleſiæ ſanctæ ſuæ honorem promovent & non
obſtant ſtatutis Canonicis, approbatæ, ut pa-
ret extr. de hæreti. c. ut inquiſitionis in prin.
libro ſexto, quarum legum plures ponuntur
in conſtitutione ejuſdem Friderici ad decus &
decorem. in tit. de ſtatu. & conſuetu. con. ec-
cleſiaſti. liber editis in §. gazaros. §. ſtatuimus.
§. ſi verò. & §. credentes. coll 10. Cùm igi-
tur ut ex præmiſſis patet fides catholica, ne-
dum in Germania, ſed etiam in finitimis regio-
nibus, per devotam & ſtrenuam operam vete-
rum principum Germanorum, ſit plurimùm
dilatata, & hæreſes extirpatæ: ſatis ex hoc con-
ſtat eoſdem zelum fidei catholicæ ac Chriſtia- A
næ religionis pręcipuum habuiſſe.

Cap. III.

DE SINGVLARI DILIGENTIA & reverentia, quem erga divinum cultum veteres Germani Principes habuerunt.

QUia catholicæ fidei profeſſores, ad cultum
Dei potiſſimè aſtringuntur: qui cultus la-
tria dicitur, juxta ea quæ notantur de conſe.
di. 3. venerabiles. Nam inter decem Dei præ-
cepta quæ per ordinem ponuntur Exod. 20. c.
& 32. qu. 7. quid in omnibus. in glo. 2. Primū
eſt, non adorabis deos alienos. Quod præceptū
Chriſtus exponens dixit, Dominum Deum tuū
adorabis & illi ſoli ſervies, ut patet Matth. cap.
quarto ac etiam ad venerationem & cultum
ſanctorum, qui dulia dicitur, Chriſtiani ad
honorem divini nominis aſtricti tenētur: ideo
conſequenter reſtat videre de reverentia & di-
ligentia ſingulari, quā veteres Germani prin-
cipes erga Dei & ſancturum cultum adhibere
curârunt. Sciendum igitur eſt, quòd fidem,
culrum divinum, ac venerationem ſanctorū,
cum ſumma pietate ac reverentia excolere ſtu-
duerunt, eundem cultum mente devotiſſima
ſedulò frequentando. Et ut circa hoc ex mul-
tis admodum pauca dicam: Carolomannus
Dux Francorum, frater Pipini, ſe totum divi-
no tradens cultui. Romam adut, ibique co-
ram Zacharia papa ſub anno Domini DCCXLVI.
monachus eſt effectus, cumque in monaſterio, B
(quod ipſe in monte Sarapti in bonore ſancti
Sylveſtri conſtruxit) aliquo tempore conver-
ſatus religiosè fuiſſet & Germani & Gallici
Romam venientes, ipſum tanquam olim ſuum
dominum viſitando inquietarent. ad monaſte-
rium montis Caſſini tranſiit ibique poſt vitam
laudabilem in introitu monaſterii, beatam ſe-
pulturam accepit. Hæc in hiſtoria Francorum
ac Euſebii, Godfredi, & Martini Chronicis de
ipſo ſcripta leguntur. Item Carolus Magnus
prædicti Pipini filius eccleſiam mane & veſpe-
re ac nocturnis horis ac ſacrificii tempore, quo
ad valitudo permiſit, impigrè frequentabat,
curabatque magnoperè, ut omnia quæ in ea
gerebantur, cum maxima fierent honeſtate æ-
dituos crebrò commonens, ne quid indecens
aut ſurdidum in eccleſiam inferre, vel in ea
permitterent remanere: legendi & pſallendi
diſciplina diligentiſſimè emēdavit. Erat enim
utriuſq; admodū eruditus. quanquam nec pu-
blicè legeret, nec niſi ſubmiſsè & in communi
cantaret, ut in hiſtoria Francorum & Chronica
Euſebii pleniùs cōtinetur. Item refert hiſtoria
Lombardorū, quòd tempore dicti Caroli offi-
cium Ambroſianum maximè dimiſſum eſt: &
Gregorianū (ad hoc authoritate Caroli Magni
plurimùm adjuvante fuit ſolenniter publica-
tum. Item idē Carolus offenſus de diſſonantia
cantus eccleſiaſtici: inter Romanos & Gallos
& judicans juſtius eſſe de puro fonte, quàm de
turbato bibere rivo, duos clericos ut authen-
ticum cantum à Romanis diſcerent, & Gallos
doce-

A docerent Romam miſit. & primò per hos Metenſis eccleſia, & per illam omnis Gallia ad cantus Romani ritum extitit revocata, ut in ſpeculo hiſtoriali libro 24. cap. 170. continetur. Item idem Carolus per univerſum mundum ad ſcribendum nomina actus, & obitus ſanctorum, nuntios miſit quæ per Yſnardum monachum in unum volumen compilari fecit, ut in prędicto Speculo lib. 25. cap. 2 pleniùs continetur. Idem Carolus anno imperii ſui ſexto, per manum Pauli diaconi ſui, quæque de ſcriptis catholicorum patrum decerpens, lectiones unicuiq; feſtivitati convenientes per circulum anni in eccleſia legendas compilari fecit, ut in Speculo hiſtoriali libro 25. capite 9. narratur. Semper quoque dictus Carolus (ut refert Chronica Martini) Romam veniens, de equo ad miliare deſcendit, & pedes eundo per urbem omnes eccleſiarum poſtes humiliter deoſculari conſuevit. Item Imperator Lotharius primus nepos Caroli prædicti, ſe totũ divino cultui mancipavit. Nam ſub anno Domini DCCCLV. imperio renuncians: in monaſterio Prunienſi Treveren diaconus monachus efficitur: ibidemque in ſanctæ religionis profeſſione diem clauſit extremũ, ut in hiſtoria Francorum: & in dictis Chronicis continetur. Item Imperator Carolus tertius filius Carolomanni regis Barbatiæ: Deum timens, ac ſanctionibus eccleſię devotiſſimè parens: Pſalmorũ melodiis infatigabiliter intentus, ſpem & conſilia ſua Deo commiſit, ut in Francorum B hiſtoria continetur. Item rex Henricus primus hujus nominis, de natione Saxonum (ut refert hiſtoria Francorum) in tantum Dei cultum, ac defenſionem inopum & viduarum, diſciplinamque pacis ſervandæ, ſeculari prætulit dignitati, ut nullam circa Tyrannos ab Italia effugandos) qui quaſi mercenarii conductitii alter alteri ſuccedentes laniabant Imperium) operam dare poſſet. Item Ottho primus ejuſdem Henrici filius, cõſuevit nocturnis & matutinis laudibus intereſſe: atque univerſis ſolennitatibus ad veſperas & ad matutinas atq; ad Miſſam, cũ proceſſione venerabili epiſcoporum cæterorumque clericorum cum crucibus & ſanctorum reliquiis ac thuribulis ad eccleſiam uſque deduci ſolebat. Ubi cum magno Dei timore ſtabat, & ſedebat, nil loquens niſi divinum, uſque dum omnia finita eſſent: indeque ad cubiculum ſuum cum multis luminaribus comitatuque multo ſacerdotum: ducum & comitum remeabat, ut in Francorum hiſtoria continetur. Item Robertus rex Franciæ Galliciæ, filius ſororis Otthonis prædicti, in eccleſiaſticis cantibus non mediocriter doctus, pulcherrimã ſequentiam ſancti Spiritus aſſit nobis gratia, &c. & quoſdam alios eccleſiaſticos cantus fecit, ut in Speculo hiſtoriali libro 25. cap. 107. pleniùs continetur. Refert etiã Chronica Martini de eodem, quod tantæ devotionis erat, quod in feſtis in aliquo monaſterio propter divinum officium eſſe conſuevit: & non ſolùm cum monachis cantabat, verùm etiam cappa ſerica indutus chorum regebat, unde ut refert dicta Chronica, cùm quoddam caſtrum obſediſſet, dimiſſo exercitu ibidem: Aurelianas, propter feſtum Aniani epiſcopi venit, & cùm chorum regendo alta voce ter agnus Dei flectendo genua incæpiſſet, muri caſtri quod obſederat funditùs corruerunt. Ex præmiſſis igitur & aliis quæ de his ſcripta leguntur, ſatis apparet prędictos veteres Germanos principes ſingularem quandam devotionem, reverentiam & diligentiam circa cultum habuiſſe divinum: ex quo concluditur eoſdem Chriſtianæ religionis zelum præcipuum habuiſſe. A

CAP. IV.

DE MAGNIFICIS DEFENſionibus Romanæ eccleſiæ contra tyrannos: per veteres Germanos Principes frequenter impenſis.

CUm ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ pontifex, ſit in terris vicarius Jeſu Chriſti: ut patet extr. de homici. pro humani. lib. 6. & de transla. præla. cap. 1. & 2. cum ſuis concor. Ipſa quoque Romana eccleſia mater & magiſtra omnium fidelium, cunctarumque eccleſiarum caput exiſtat, ut ſacri teſtantur canones 21. di. non decet. & c. præceptis. 21. di. quamvis & 22. di. c. 1. & 2. & extr. de ſum. trinit. & fid. cath. c. damnamus juxta fi. cum ſimilibus. Tantò majorem quis zelum Chriſtianæ religionis habere perpenditur: quantò eandem eccleſiam ac Romanum pontificem potioribus attollit beneficiis: & majoribus honoribus veneratur. Veteres igitur Germani principes moti conſideratione prædicti eccleſiam Romanam, ejuſque rectores ſummos pontifices: grandibus & variis infrà ſcriptis beneficiis & honoribus extulerunt. Primitùs itaque eandem eccleſiam multoties defenſarunt, ipſam à variis tyrannorum violentiis & oppreſſionibus magnificè liberando. Nam Carolus Major, dominus & dux Francorum cognomine Martellus, eccleſiam Romanam & totam Italiam (ut refert Chronica Godfridi) à Gothis tempore Gregorii papæ tertii liberavit. Deinde filius ejus Pipinus rex Francorum, rogatus à Stephano papa ſecundo, contra Aiſtulphum regem Lombardorum qui eccleſiæ Romanæ & Romanis multa mala intulit: Italiam ſub anno Domini DCCLII. cum valido exercitu ingreſſus eſt: cui Aiſtulphus cum Lombardis per anguſta montium obviavit, commiſſoque acerrimo prælio: Pipinus Deo volente victor extitit & Aiſtulphus rex ſe in civitate Papiæ collegit. quem Pipinus tamdiu ibidem obſedit, donec pro facienda eccleſiæ Romanæ juſtitia: quadraginta obſides ab Aiſtulpho recepit, idque facere ac obſervare jurejurando firmavit. Poſt hæc cùm Pipinus audiſſet, non eſſe adimpleta quæ Aiſtulphus promiſerat: iterũ cum exercitu ſub anno Domini DCCLV. Italiã veniens eum in civitate Papiæ obſedit & ad implendũ quæ promiſit, obſidione coegit: hęc omnia ex hiſtoria Frãcorum ac Euſebii, Godfridi & Martini Chronicis colliguntur: & de hoc facto etiã notatur B extr.

A extr. de elec. venerabilem in glo de bello pręmiſſo Pipini fit mentio in canone 23 qu 8 hortatu. Deinde Carolus Magnus dicti Pipini filius, rogatus ab Hadriano papa primo, ut juſticiam eccleſiæ Romanæ contra Deſiderium regem Lombardorum Aiſtulphi prædicti filium defenderet: Italiam intraturus magnum collegit exercitum: Cumque ad cluſas montium Italiæ perveniſſet: Deſiderius rex eidem Carolo & Francis, ſub anno Do. DCCLXXIII. cum armatis occurrit. Tunc Carolus unã turmam occultè per montana tranſmiſit. Quod ſentiens Deſiderius, ſtatim Cluſas reliquit, & Papiam quàm citiùs potuit, eſt ingreſſus. Rex autem Carolus auxiliante domino ingreſſus Italiam: Deſiderium Papiæ latitantem obſedit, ibique in caſtris natale Domini celebravit. Ordinataque circa Papiam obſidione, ita quòd nollus ingredi vel egredi poſſet: orandi gratia Romam proficiſcitur: quem Hadrianus papa cum magna ſuſcepit gloria, ibique feſtum reſurrectionis Dominicæ celebravit. Poſt hæc ad exercitum ſuum reverſus, fatigatam longa obſidione civitatem Papiæ, ad dedicationem compulit, & Deſiderium cum uxore & filia omnemque theſaurum palatii cepit: ipſumque Deſiderium ſecum in Franciam captivum deduxit. Hæc omnia ex hiſtoria & Chronicis prædictis & partim etiam ex canone 63 di. Hadrianus 2. pleniùs colliguntur. Refert autem Chronica Godfridi, & ſpeculum hiſtoriale, libr. 24. cap. 169. quòd Carolus Magnus eo

B tempore, quo Italiam cum exercitu contra prædictum Deſiderium fuit ingreſſus, belli congreſſum in loco qui tunc pulchra ſylvula dicebatur, cum exercitu ejuſdem Deſiderii habuit, ubi non parva multitudo fuit utriuſq; exercitus interfecta, propter quam interfectiunem locus ille Mortaria uſque hodie nuncupatur, & de hoc bello videtur etiam loqui prædictus canon 23. q. 8. hortatu. licèt de illo bello in hiſtoria Francorum & Chronica Euſebii, nulla mentio habeatur. Item prædictus Hadrianus papa hortatus eſt Carolum Magnũ, ſub anno Domini DCCLXXXVII. Romæ morantem, ut contra Herigiſum ducem Beneventorum fines ejuſdem partis Italiæ cum exercitu intrare curaret, quod & fecit. Et cùm Capuam veniſſet Herigiſus: reliquit Beneventũ & in Salernam acceſſit: ibique ſe munivit. Exinde miſit filium ſuum Grimoaldum cum magnis muneribus ad regem Carolum, offerens eidem obſides, omnemque fidelitatem promittens, ut ab ipſius impugnatione ceſſaret. Tunc & rex duodecim obſidibus & tertiodecimo Grimoaldo prædicto receptis, cum eodem duce ſuſceptis muneribus pacem fecit, ut in hiſtoria Francorum pleniùs continetur. Idem etiam Carolus ſacrilegam & atrociſſimam injuriam à civibus Romanis Leoni papæ tertio irrogatam: de qua in tractatu, de juribus regni & imperii. c. 1. ſcripſi, Romam veniens ſub anno Domini DCCCI. ut ſequitur, vindicavit. Nam cùm auctores hujus injuriæ, ſecundùm legem Romanam, tanquam rei crimine læſæ

A majeſtatis capitali ſententia condemnati fuiſſent: pio tamen interventu Leonis papæ abſq; membrorũ mutilatione vivere ſunt permiſſi, ſed pro facinoris magnitudine ſunt exilio deportati. hæc in hiſtoria Francorum. Euſebii, & Godfridi Chronicis pleniùs continentur. Item tempore Imperatoris Ludovici primi filii Caroli Magni, Saraceni Romam & civitatẽ Leoninam ceperunt: & eccleſiam Romanam omnibus bonis mobilibus ſpoliârunt, eamque equorum ſuorum ſtabulum facientes, per exercitum Ludovici prædicti, & per quendã Vuidonem Marchionem, cum multa effuſione Chriſtiani ſanguinis ſunt fugati, ut in Martini Chronica continetur. Item rex Arnulphus filius Carolomanni regis Barbariæ de genere Caroli Magni, hortatu Formoſi papæ Romam, ſub anno Domini DCCCXCVI. venit, quam tunc armis cepit multoſque Romanos nobiles, qui adverſus Formoſum papam ſeditionẽ fecerant, ulciſcendo ejus iniuriam, decollari præcepit, à quo etiam tunc in Imperatorem extitit coronatus. ut in hiſtoria Francorum & Chronica Godfridi pleniùs continetur Item rex Ottho primus de natione Saxonum Germanorum rogatus à Johanne papa 12. ac epiſcopis & comitibus penè omnibus Italiæ, ut rempublicam Romanorum & Italiam à tyrannide Berengarii (qui totam ſua feritate premebat Italiam) defendere dignaretur per Barbariam & Tridentum Italiam cum exercitu, ſub anno Domini DCCCCLXI. intravit. ibi omnes penè Italiæ epiſcopos & comites obvios

B habuit, & ut decuit, ab eo honorificè ſuſceptus poteſtativè ac abſque omni reſiſtentia Papiam intravit & palacium à Berengario deſtructum. reædificare præcepit. Berengarius verò cum uxore & filiis quibus poterat, ſe caſtellis & municionibus includebat & nuſquam forinſecus contra Otthonem progredi attentabat. Deinde Ottho factus Imperator Berengarium, ſub anno Domini DCCCCLXIII. in monte Leonis obſedit & idipſum Imperatoris ditioni ſubditur, ac Berengarius cum uxore ſua Vuilla in exilium Babenberg miſſus vitam præſentem finivit ibidem. Idem etiam Ottho ex eo quod Romani Benedictum quendam Romanæ eccleſiæ diaconum: tempore Leonis papæ octavi de facto eligere præſumpſerunt in papam, Romam ſub anno Domini DCCCCLXIIII. cum magno exercitu adiens, tamdiu eam obſedit, quouſque cives Romani fame ac obſidione conſtricti, portas urbis in vigilia præcurſoris Domini aperiunt, ac Imperatore cum debita honorificentia intromiſſo: Benedictum ſacrilegum imperatoriæ poteſtati tradunt, Leonemq; papam in Apoſtolicam ſedem reſtituunt. Beoedictus verò archiepiſcopo Bremenſi commiſſus eſt: à quo in Saxoniam perductus, illic à pręſenti vita deceſſit, hæc de Otthone primo in hiſtoria Francorũ. & Godfridi. ac Martini Chronicis colliguntur. Idẽ etiã Ottho primus 13. ex majorib. Romanorũ (excepto p̃fecto urbis qui aufogerat) qui expulſionis Johannis papæ 13. ab urbe aucto-

A auctores fuerant, juſſit ſub anno Domini D. CCCC. LXVII. ſuſpendio interire: quamplures verò alios qui in facto expulſionis prædicto culpabiles extiterãt: ad partes Saxoniæ in exilium relegavit. hæc ex hiſtoria Francorum & Chronica Martini plenius continentur, vel colliguntur. Ille etiam anno prædicto Ottho primus: Ravennam cum ſuo diſtrictu & alia plura bona multis retro temporibus eccleſiæ Romanæ ablata, eidem eccleſiæ reſtituit, ut in eadem hiſtoria continetur. Item Otho tertius prædicti Othonis primi nepos, Creſcentium conſulem Romanum, pro eo quod Gregoriũ papam quintum ab urbe Romana expulit. & Johannem Placentinum epiſcopum in papatum intruſit, Romam properans caſtrum ſancti angeli tam diu obſedit, quouſq; ipſum ſub anno Domini D. CCCC. XCVIII. cum caſtra captum decollari, & decollatum per pedes laqueo ſuſpendi præcepit. Johannes verò prædictus: Gregorio papa & Othone Romam appropinquantibus fugit: quem quidam inſequentes apprehenderunt, timenteſq; ſi eum ad Othonem perducerent ut impunitus abiret: linguam & nares ei abſciderunt, & oculos penitùs eruerunt, hæc in hiſtoria Francorum & Chronica Martini plenius continentur. Item Imperator Heinricus tertius adhuc rex exiſtẽs dum in eccleſia Romana tribus apoſtolicam ſedem occupantibus (quorum unus Benedictus, alter Gregorius ſextus tertius Silveſter vocatus eſt) gravem videret confuſionem exortam: Romam ſub anno Domini M. XLVI. pergere feſtinavit, ubi omnes tres ſynodaliter ſunt depoſiti, idemque imperator Suuiggerũ Babenbergenſem ſecundum epiſcopum (qui Clemens ſecundus vocatus eſt) de Romanæ eccleſiæ aſſenſu Romanum epiſcopum, ſub anno Domini M. XLVI. conſtituit, ac ab ipſo unctionem & coronationem imperialem accepit, hæc in hiſtoria Francorum ac Euſebii & Gotfridi Chronicis plenius cõtinentur. Chronica verò Martini refert: quod idem Heinricus Suuiggerum prædictũ per vim ſubſtituerit in papatũ, & de hoc facto notatur 23 di in nomine Domini. in glo. 2. ubi notat gloſſator quod dictus Gregorius fuit ab eodem Heinrico ultra montes translatus, ſed de hoc Chronicæ prædictæ nullam faciunt mentionem. Itẽ Imperator Lotharius ſecundus de natione Saxonum: poſt coronationem imperialem ab Innocentio papa ſecundo ſuſceptam: zelo Dei & eccleſiæ accenſus, contra Rogerium Siculum, qui pleraſque Apuliæ civitates occupaverat: unà cum Innocentio papa cum exercitu Apuliam, ſub anno Domini M CXXII. potenter intravit, ubi pluribus civitatibus & oppidis & caſtellis in deditionem acceptis, papa & Imperatore apud Barum morantibus: Rogerius miſſis illic nunciis gratiam Imperatoris quæſivit. & infinitam pecuniam filiumque ſuum obſidem illi dare promiſit: ſi alterum ſuum filium de principatu Apuliæ inveſtiret. Imperator autem paci eccleſiæ magis conſulens quàm pecuniæ: principatum prædicto tyranno ſemipagano tradere recuſavit. fugato itaq; A Rogerio in Siciliam, comitem Ramonenſem Apuliæ ducem conſtituit, prout hæc in hiſtoria Francorum ac Gotfridi & Martini Chronicis pleniùs continentur. Præmiſſæ pluresque aliæ defenſiones magnificæ per germanos principes non abſque grandibus ſumptibus, laboribus ac perſonarũ periculis, Romanæ eccleſiæ ſunt impenſæ: quibus ſimiles per alios mũdi principes eidem eccleſiæ nequaquam legimus eſſe factas. In his autem defenſionibus id maximè laudum eorum, præſertim Pipini & Caroli prædictorum accedit titulis, quod licet Germanos fortiſſimos & indomitos fuiſſe veteres teſtantur hiſtoriæ: gentes tamen exteras (ut refert hiſtoria Francorũ ſub geſtis Imperatoris Heinrici quinti) de facili non impugnant Ex quo conjicitur defenſiones præmiſſas non animo impugnandi reges Lombardorum, ſeu etiam alios Romanam eccleſiam invadentes, ſed potius ex Chriſtianæ religionis zelo (quo accenſi Romam eccleſiam matrem ſuam injuriis affici ſuſtinere non poterant) per eoſdem principes fuiſſe ſubactos.

CAPIT. V.

DE DONATIONIBUS LARgiſſimis per veteres Germanos Principes eccleſiæ Romanæ factis.

VEteres Germani Principes Romanã eccleſiã grãdibus & variis donationibus ex- B tulerunt, eidem plures terras, civitates, & loca cum ſuis juribus & jurisdictionibus, necnõ alia bona immobilia & mobilia copioſa munificentia, & præcipua largitate donando. Pipinus namq; Francorum rex civitatem Ravennam, cum quinque civitatibus adjacentibus quas (ut referunt hiſtoria Francorũ & Chronica Euſebii) in ſecundo ſuo ingreſſu in Italiam cõtra regem Lombardorum Ariſtulphũ, ſub anno Domini DCCLV. conquiſivit eccleſiæ Romanæ donavit, quam donationem Carolus Magnus ejuſdem Pipini filius, tempore Hadriani papæ primi, Romam veniens, adjunctis duobus ducatibus, Spoletano ſcilicet & Beneventano (ut refert Chronica Martini) eidem eccleſiæ confirmavit. Item Wilhelmus In ſpeculo loquens forte de prædicta donatione Caroli Magni, dicit, quod Carolus & quidam alii Imperatores ſequentes civitatem Bononiæ & totam Romandiolam, Romanæ eccleſiæ donaverunt, ut ipſe notat in ſpeculo de reſcriptione præſent. § ratione cen. verùm & ſunt hæc in argumentum magnas quoque donationes etiam rerum mobilium. Idem Carolus eccleſiæ Romanæ fecit, unde legitur de ipſo in hiſtoria & Chronica prædictis, quod colebat præ cæteris ſacris locis eccleſiam beati Petri apud Romam: in cujus donaria magnam pecuniæ ſummam congeſſit. Refert etiam de eo hiſtoria Francorum. quod magnam partem theſauri priſcorum principum Arrianorum ſive Hunorum: per eos multa temporum pro-

A lixitate collecti, quem ſibi Heinricus dux Foroliviorum ipſis devictis Hunis tranſmiſerat ad limina ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorum, ſub annu Domini DCCXCI. Romam miſit. Reliquam partem ejuſdem theſauri ſuis fidelibus largiendo. Item Imperator Heinricus ſecundus Benedicto papæ x. in civitate Babenberg cœnam dominicã & feſtum paſchale, ſub anno Domini M xx decenti miniſterio excolenti, multiplicem opum copiam donavit, ut in prædicta hiſtoria Francorũ continetur. Præterea Heinricus tertius, Otho quartus, Fridericus ſecundus: Imperatores, & Rudolphus rex Romanorum: qui omnes Germani erant, plures donationes eccleſiæ Romanæ fecerunt: de quibus fit mentio ext. de jur. jur. Romani verum eidem in Cle. Conſtat autem quod donationes his ſimiles poſt tempora Conſtantini magni ſanctæ Helenæ filii, qui donationẽ magnam eccleſiæ Romanæ fecit (de qua in tractatu de juribus regni & imperii cap. 13 varias opiniones ſcripſi) ab aliis Imperatoribus ſeu etiam à cæteris mundi chriſtianis principibus ipſi eccleſiæ Romanæ non legimus eſſe factas. Immo in hiſtoriis ſeu Chronicis mihi notis cum diligentia perſcrutatis: non reperi alios quam Germanos grandes & notabiles donationes eccleſiæ Romanę feciſſe. Conſtãtino prędicto & Mechtilde comitiſſa de Italia (quæ ampliſſimis poſſeſſionib. abundans totum ſuum patrimonium quod uſque in hodiernũ diem patrimonium ſancti Petri dicitur, ut refert
B Chronica Martini, eccleſiæ Romanæ donavit) dumtaxat exceptis. & hi ambo quãvis nõ per paternam tamen per maternam lineam de Germanorum germine deſcendiſſe dicuntur. habet namque multorum aſſertio: quod ſancta Helena mater ejuſdem Conſtãtini de Treveri fuit oriunda: mater verò dictæ Mechtildis fuit filia Beatricis neptis Imperatoris Henrici tertii, ut in Francorum hiſtoria continetur. Et de hac comitiſſa facit mentionem Accurſius in glo. codice de arbi. in le. fi. Ex quibus omnibus patet: apud prędictos Germanos principes, chriſtianæ religionis zelũ qui in zelati matrem ſuam ſanctam Romanam eccleſiam eidem tam copioſa munificentia complacere ſtudebant: perfectiſſimè viguiſſe.

Capit. VI.

De ſpecialibus requiſitionibus per veteres Germanos Principes in negotiis temporalibus regni Francorum à Romana eccleſia primitus expetitis.

Magnæ devotionis affectus quem veteres Germani Principes erga Romanam eccleſiam habuerunt: etiam ex requiſitionib. eorũdem quibus de diſpoſitione regni Frãcorum in temporalibus ſummos pontifices ejuſdem eccleſiæ rectores conſulere inceperunt, evidentiſſimè declaratur. Pipinus namq; dum erat dux Francorum & major dominus ſeu præfectus & comes palatii regni Francorũ habebat omnem poteſtatem adm[illegible] ad opes ejuſdem regni. ſed Hildericus rex ex antiqua regum Francorum ſtirpe progenitus præter inutile regis nomen, & precarium vitæ ſtipendiũ, quod ei præfectus palatii prout voluit exhibebat, nil aliud poſſidebat, ſed [illegible] regni adminiſtrationem præfectus palatii procurabat. & hoc officio dictus Pipinus, tunc [illegible] jure hereditario fungebatur, qui ſub anno Domini DCCXLIX. miſit ad papam Za[charia]m Burghardum Wirtzeburgenſem ſeu He[rbi]polenſem primum epiſcopum, & Volradum [illegible] capellanum, requiri faciens de regibus [in] Francia qui temporibus illis non habentes regiam poteſtatem, reges tamen vocabantur [illegible] bene eſſe an non? Zacharias verò papa [illegible] hoc requiſitus per epiſcopos: mandavit [illegible] no melius ſibi videri illum regem vocari qui poteſtatẽ haberet, quam qui ſine poteſtate [re]gali manebat. & ſic Pipinus à Francis [illegible] no Domini DCCL. electus eſt in re[gem in ci]vitate Sueſſionum. Hildericus au[tem qui fal]ſo rex dicebatur, attonſus eſt, & m[onaſteri]um miſſus, prout hæc omnia in [illegible] corum, & Chronicis Euſebii & [illegible] etiam in vita ſancti Burghardi pr[illegible] ns continetur: de quo & aliquid [illegible] tatur 15.q.6. ali⁹ E[t] hoc facto [illegible] ca Gotfridi) Romani pontifices [illegible] ctoritatem regna mutandi. Item Ha[drianus] papa primus legatos ſuos, ſub anno Domini DCCLXXXI. ad Caſſilonem ducem Bavariæ (ut refert hiſtoria Francorum [illegible] B apoſtolica auctoritate conteſtans ut fidelitatem quam Pipino & filiis ſuis juramento interpoſito promiſerat: Carolo Magno ejuſdem Pipini filio obſervaret: hoc autem eundem papam ad requiſitionem ipſius Caroli feciſſe dubium non exiſtit. In quo tanto major apparuit Magni Caroli erga eccleſiam Romanã ſyncera devotio, quanto dicti ducis infidelitatis protervian poterat propria conſtringere poteſtate. quod & poſtea fecit. Nã cum idem dux fidelitatem juxta monitionem apoſtolicam denuò Carolo Magno juramento promiſſam [non] ſervaret. idem Carolus ad ducem Caſſilonem legatos miſit, monens eum ut apoſtolicis exhortationibus obediret. Qui cum obedire renueret: rex ſub anno Domini DCC[LXXX]VII in partes Bavariæ circumquaque movit exercitum. Tunc Caſſilo ſe videns non poſſe [illegible] ſter: Carolum ſupplex adiit, & renovat[o] [illegible] ſacramento: d[edit]que cum Theo[done] filio [illegible] electis obſidibus, ab eodem [illegible] lo de ante geſtis gratia impetravit. Poſt h[æc au]tem anno ſequenti, dux Caſſilo à quibu[ſdam] Bavaris regi Carolo in villa Ingelheim, quod renovatum fidelitatis ſacramentum non ſervaverit, ſed quod Avares ſive Hunos ad d[efe]ctionem regni (ſuadente id uxore ſua De[ſide]rii quondam regis Lombardorum filia) [illegible] verit extitit accuſatus. Quod cum diffiteri non poſſet: ad pœnam mortis tanquam reus læſæ majeſtatis fuit ſententia ſimiliter condemnatus. Rex tamẽ miſericordia motus, eo quod [illegible] ſan-

A conſanguineus ejus eſſet, licentiam intrandi monaſterium eidem dedit. & ſic ipſe ac filius ejus Theodo. prædictus in monachos ſunt attonſi, ut in hiſtoria Francorum (& in Chronica Gotfridi) plenius continetur. Item idem Carolus Magnus dum teſtamentum ſuper diviſione regni Francorum inter filios ſuos faciendα. ſi eo decedente ſuperviverent condidiſſet, teſtamẽtum hujuſmodi prius à Francis ſacris interpoſitis approbatum, Leoni papæ tertio, ſub anno Domini DCCCVI. transmiſit: ipſum requirens ut illud ſua manu confirmaret. quod & factum eſt, ut in hiſtoria Francorum plenius continetur. Ante tẽpora verò Pipini & Caroli predictorũ, per alios principes vel reges requiſitiones ab eccleſia Romana ſuper diſpoſitione regnorum ſuorum quoad temporalia fuiſſe factas: non puto in aliquib. hiſtor. is vel Chronicis reperiri. Et pro tanto credo Gotfridum in ſua Chronica (ut præmiſi) dixiſſe. quod ex facto præſcripto reſponſionis Zachariæ papæ ad requiſitionem Pipini: Romani pontifices trahant autoritatem mutandi regna. de quo in tractatu de juribus regni & imperii c. 12 circa ſeptimam oppoſitionẽ ibidem factam ſcripſi. Ex præmiſſis igitur requiſitionibus ſatis patet prædictos principes devotionem non modicam ad Romanam eccleſiam ſingulariter præ cæteris mundi principibus habuiſſe. propter quod zelus chriſtianæ religionis apud eos fuiſſe præcipuus demonſtratur.

B

CAPIT. VII.

DE SUBMISSIONIBUS Regni & Imperii Roma[illegible] in quibuſdam juribus per veteres Germanos Principes eccleſiæ Romanæ, ac de re[illegible]tionibus eorum circa hæc ipſi eccleſiæ fa[illegible].

VT ſyncerisſimæ devotionis affectus veterum Germanorum principum erga Romanam eccleſiam viguiſſe adhæc amplius cognoſcatur. Sciendum eſt, quod à tẽpore translationis imperii de Græcis in perſonam Caroli Magni: uſq; ad præſens tempus, reges Francorum vel Germanorũ qui hodie reges Germanorum vocantur unctionem & coronationem imperialem ab eccleſia Romana recipere conſueverunt: ut patet non ſolum ex Chronicis, ſed etiam jure canonico, ext. de elect. c. venerabilem & de jur. jur. Romani in Clem. Hanc autem unctionem & coronationem imperatores Romanorum, ante tempora dictæ translationis à Romanis pontificibus & eccleſia Romana paſſim recepiſſe, in hiſtoriis ſeu Chronicis, quæ in uſu habentur minimè reperimus: ſed legimus in eis, quòd iidem imperatores interdum à militibus qui eos elegerãt, imperiales infulas ſuſceperunt. ſicut de Romano imperatore Chriſtiano refert Chronica Frethulfi, epiſcopi Lexovienſis. Quandoque etiam leguntur à Conſtantinopolitano patriarcha (ut patet in Chronica Euſebii, de imperatore Leone primo, & quibuſdam aliis Chriſtianis imperatoribus) imperiales recepiſſe coronas. Interdum verò legimus, quòd unus imperator coronavit ſuum ſucceſſorem. unde refert eadem Chronica Euſebii, quòd imperator Leo, nepos Leonis primi, cum paucis mẽſibus rexiſſet imperium, manu ſua coronavit gẽnitorem ſuum Zenonem: ipſumque conſtituens imperatorem, rebus deceſſit humanis. Conſtat etiam, quòd alii reges, unctiones & coronationes regales non ab eccleſia Rom. ſed potius ab archiepiſcopis vel epiſcopis ſui regni, ut plurimum recipere conſueverunt. Et ſic patet, quod Germani principes, quoad unctiones & coronationes imperiales, ab eccleſia Romana percipiendas, ſe ipſi eccleſiæ ſubmittere primitùs incœperunt. Item à tempore Othonis primi, qui juramentum fidelitatis Johanni papæ 13. ſecundum formam in Canone 63. diſtinction. tibi domino, comprehẽſam præſtitit: ut ibidem patet, omnes reges Romanorum uſque ad præſens tempus, eccleſiæ Romanæ præſtare juramentum ſub forma cõſimili conſueverunt. Et ſecundum hoc intelligendum eſt, quod dicit prædicta decret. Romani, in princip. Juramentum autem tale ab imperatoribus ſeu regibus Romanis ante tempora dicti Othonis, vel etiam ante ſeu poſt ipſius tempora, ab aliis principibus Chriſtianis, qui tamen juramentum fidelitatis imperatori Romanorum præſtare non ſolent fuiſſe præſtitum, non recolo me legiſſe. Et de hoc fi- B delitatis juramento in tractatu de juribus regni & imperii, c. 9. ſcripſi Item rex Romanorum tempore ſuæ coronationis imperialis, juramentũ ſub forma quæ ponitur in libro pontificali, & in prædicta decret. Romani verò, poſt quæ eccleſiæ Romanæ præſtare cõſuevit. Quod juramentum per imperatores Romanos, qui non erant Germani, non reperitur (ut puto) eccleſiæ Romanæ fuiſſe præſtitum: nec etiam hodie per alios reges Chriſtianos, qui tamen imperatorem pro ſuperiore non recognoſcunt, eidem eccleſiæ præſtare conſuevit. Item principes Germaniæ ad quos pertinet jus & poteſtas eligendi regem Romanorum, recognoverunt Innocentio papæ tertio: ut patet in decre. ſua, ext. de elec. venerabilẽ, §. verum. quòd jus & autoritas examinandi perſonam electam in regem Romanorum, ad imperium poſtmodum promovendam. pertineat ad eccleſiam Romanam. Item, cum idem Innocentius papa in prædicta decret. venerabilem, aſſerat jus & poteſtatem eligendi regem Romanorum ab eccleſia Romana ad certos principes Germaniæ perveniſſe, nec id in hiſtoriis ſeu Chronicis noſtris geſta regum ſeu imperatorũ continentibus reperiatur expreſſum: ſatis poteſt dici, quòd prædictus Innocentius papa hoc aſſerit propter recognitionem per aliquem ex regibus vel imperatoribus Germanis, vel per principes electores ipſi eccleſiæ Romanæ ſuper hoc factam Recognitiones autem huiuſmodi ante tempora prædictæ translationis imperii à Romanis impera-

A roribus, vel à principibus qui fuerant eiſdem ſubjecti, vel etiam ab aliis principibus ſeu regibus Chriſtianis, qui tamen imperatorē Romanum pro ſuo ſuperiore minimè recognoſcunt, eccleſiæ Romanæ factas, non puto in aliquibus hiſtoriis ſeu Chronicis reperiri. De examinatione autem perſonę regis ad imperium promovendæ, in prædicto tractatu, c. 10. in prima oppoſitione: ac de pervētione poteſtatis eligendi regem Romanorum ab eccleſia Romana ad principes, in eodem tractatu, c. 12. in tertia oppoſitione plura ſcripſi. Item principes Germaniæ poteſtatem eligendi regē Romanorum habentes, poſt electionem regis per eos factam, ſummis pōtificibus decretum hujuſmodi electionis (à tempore cujus contrarium in memoria hominum non exiſtit, uſque ad præſens tempus) tranſmittere conſueverunt. cujus decreti continentiam in dicto tractatu, in c. 8. ſcripſi. Sed olim, quando imperatores per electionem (ſicut & nunc fieri ſolet) ad imperium aſſumebantur: et iam tempore Chriſtianorum imperatorum, id fieri non ſolebat. nam ſive imperatorum electio ab ipſis imperatoribus, qui quandoque ad imperium, ſibi ſucceſſorem vel ſocium aſſumebant: ſive per milites exercitus, ſive per ſenatum, ſeu per populum Romanum fieret: nunquā legimus à prædictis decreta electionū facta, & ad ſummos pontifices tranſmiſſa fuiſſe. ſed potius econtrà legimus, quòd decretum electionis papæ, poſt ejus electionem, olim Romanis im-

B peratoribus tranſmitti ſolebat: ut patet 63. diſt. c. Agatho. & §. electiones. Præterea rex Anglorum Adulphus, qui ex primæva origine ſicut & cæteri veteres reges Angliæ (ut ſuprà in proœmio dixi) Germanus erat: quique primùm totius Anglię obtinuit munarchiam: devotionis cauſa venit Romam, & coram Leone papa V. ſancto Petro tributum, quod uſque hodie in Anglia ſolvitur, ſcilicet de unaquaque domo in Anglia nummum argenteum per annum, obtulit: per hoc ſubditos ſui regni eccleſiæ Romanæ quodammodo ſubmittendo, ut in Speculo hiſtoriali li. 25. cap. 36. & in Martini Chronica continentur, in capitulo 7. ibi. continetur. Innocen. tamen de hoc tributo loquens notat, ext. de poſtul. præla. c. fin. quòd Anglici reddunt eccleſiæ Romanæ tot denarios, quot ſunt capita. cujus dicto (cum papa fuerit) in hoc magis credendum videtur. & de præſtatione denariorum hujuſmodi fit mentio ext. de cenſi. c. ea quæ ut ex prima glo. patet ibidem. Præmiſſæ itaque ſubmiſſiones ac rogationes, prædictos principes erga Romanam eccleſiam zelum fervidum Chriſtianæ religionis habuiſſe declarant.

CAPIT. VIII.

DE RENVNCIATIONIBVS privilegiorum a Romana eccleſia veteribus Germanis principibus conceſſorum, per eoſdem factis.

Religioſæ mentis affectus veterum principum Germanorum, quem erga Romanam eccleſiam habuerunt, non ſolum ex præhabitis in quatuor proximè præcedentibus Capitulis, ſed etiam ex privilegiorum ab eadem eccleſia ipſis cōceſſorum piis renunciationibus, liquidò ſciri poteſt. Nam Carolus Magnus habebat ab Hadriano papa primo, & ſancta ſynodo epiſcoporum Romæ celebrata ex privilegio poteſtatem eligendi ſeu ordinandi ſedem Apoſtolicam, ut patet 63 diſt. Had[illegible] Huic privilegio Ludovicus primus ejus filius renunciavit concesſit enim, quòd elect[illegible] papam, à Romanis, abſque ambiguitate ac cōtradictione qualibet. conſecretur. quod[illegible] poſt conſecrationem, per papam, ad ip[illegible] ad ſuos ſucceſſores reges Francorum nu[illegible] dirigantur, qui inter Romanum pontif[illegible] & eum ſuosq́; ſucceſſores charitatem & amicitiam ſocient: ut hæc omnia patent ex [illegible] ne 63. diſt. ego Ludovicus. Item ſimile p[illegible] legium, de ſede Apoſtolica ordinanda à Leo[illegible] papa 8. cum clero & populo Romano [illegible] ſum. habuit Otho primus & ſui ſucc[illegible] ut patet 63 diſt. c. in ſynodo. quod privi[illegible] um prædictus Leo, eidem Othoni [illegible] Chronica Martini conceſſit prop[illegible] am Romanorum, qui ſuos ſedi Apoſtol[illegible] trudebant. huic etiam privilegio Im[illegible] ſucceſſores ejuſdem Othonis renun[illegible] religioſo mentis affectu: ſecundum [illegible] cit Gratianus 63. diſtinct. in § verum & h[illegible] facit diſtinct. nullus. Licet autem impe[illegible] res Romanorum ante tempora C[illegible] Magn[illegible]

ſive ex privilegio eccleſię Romanę [illegible] ve ex m[illegible] re habuerint diſpoſitionem ſedis Apoſt[illegible], B intantum quod poſt electionem Roma[illegible] pontificis, decretum electionis papæ præſ[illegible] tur imperatoribus, & poſtea cum eorum con[illegible] ſcientia & juſſiune ordinatio Romani pontificis procedebat, ut patet in Canone 6[illegible]. diſt. Agatho: non tamen reperi in aliquibus hi[illegible] riis, Chronicis vel canonibus, illos Imperatores huic privilegio ſeu mori renunciaſſe: ſed reperio, quòd quidam imperator pecuniam, quæ erat dari ſolita imperatoribus in ordinatione Romani pontificis, remittebat: ut pat[illegible] in prædicto Canone, Agatho: qui ſumptus eſt ex geſtis Romanorum pontificum, ut in ſuperſcriptione ipſius Canonis continetur. U[illegible] ſatis apparet ex his, noſtros imperatores Germanos majorem erga Romanam eccleſiam, in hujuſmodi privilegiorum renunciation[illegible] zelum, alii Romanorum imperatoribu[illegible] habuiſſe. Item Otho primus, & ſui ſucceſſor[illegible] habuerunt ex privilegio eccleſię Romanæ inveſtituras archiepiſcoporum & epiſcoporum per omnes mundi provincias, ita quod arc[illegible] epiſcopi & epiſcopi non conſecrabantur abſque inveſtituris ipſius & ſuorum ſu[illegible] rum regum & imperatorum ut patet i[illegible] prædicto Canone, in ſynodo quod etiam pri[illegible] legi[illegible] prius habuerat Caroli[illegible] eccleſia, ut patet in pr[illegible] Canone Had[illegible] nus. has invel[illegible] u poteſtatem inveſtiē di, imperator [illegible] tus, ſu[illegible] Du[illegible] us epiſcopi Hoſt[illegible]. legati

A legati tunc eccleſiæ Romanæ, vice ac nomine Calixti papæ ac ejuſdem eccleſiæ renunciationem recipientis, Wormaciæ reſignavit: ut in hiſtoria Francorum plenius continetur. Licet autem in hoc quòd idem imperator Heinricus ante prædictam reſignationem cum Paſchali ſecundo, & prædicto Calixto Romanis pōtificibus ſuper inveſtituris hujuſmodi pluribus annis (ut prædicta hiſtoria & aliæ etiam Chronicæ referunt) diſſenſiones multas habuit, culpabilis fuerit: ex eo quod Gregorius papa ſeptimus tempore imperatoris Heinrici quarti, patris dicti Heinrici, & etiam prædictus Paſchalis tempore ſuo inveſtituras epiſcopatuum, abbatiarum per laicos fieri prohibuerunt Canonicis inſtitutis, quæ habentur 16. q. 7. Si quis deinceps. c. quoniam. c. ſi quis clericus. & constitutiones: puto tamen, quòd reſignatio hujuſmodi, præſertim quoad inveſtituras archiepiſcoporum & epiſcoporum, eccleſiarum & abbatum monaſteriorum Germaniæ, ſic ejuſdem Heinrici quinti devotioni quam erga Romanam eccleſiam habuit aſcribenda: ex eo maximè, quia omnes prædeceſſores ſui reges & imperatores, non tam virtute [illegible] privilegii, quàm ex hoc quòd erant ut plurimum patroni ſeu dotatores eccleſiarū cathedralium & majorum monaſteriorum Germaniæ inveſtituras epiſcopatuum & abbatiarum in ipſis Germaniæ partibus, uſque ad tempora ejuſdem Heinrici (ut apparet in hiſtoria Francorum, & ex aliis Chronicis) fa-
B cere conſueverunt nec erat hoc novum apud ipſos tantum. Nam & reges Hungariæ uſque ad tempora prædicti Paſchalis (ut refert Chronica Martini) & reges Burgundiæ (ut refert hiſtoria Francorum ſub geſtis Heinrici ſecundi) ac etiam reges Angliæ (prout dominus Eduardus rex Angliæ aſſerit in Epiſtola ſua Domino papæ Clementi ſexto ſub anno Domini M CCCXLIII. directa) idipſum in ſuis regnis facere conſueverunt. reges quoque Hiſpaniæ olim epiſcopos eccleſiarum Hiſpaniæ de epiſcoporum conſilio eligebant, ut patet in Canone 63. diſt. cum longè Reges etiam Angliæ tempore vacationis eccleſiarum cathedraliū & majorum eccleſiarum Angliç & Normaniç, præbendis ipſarum in quibuſdam ex eis conferre ſolebant: quia rex Angliæ eſt patronus earum, & habent ab eo magna ſeuda: unde ratione juris patronatus, vel ratione feudorū ſeu regalium eas confert, ut no. Archi. 10. diſt. imperium. Ex quibus omnibus ſatis conjicitur. prædictum Heinricum imperatorem inveſtituras hujuſmodi, ex religioſo mentis affectu, quo Romanam zelatus eccleſiam. ejuſdem inſtitutis circa prædictas inveſtituras factis obedire voluit, humiliter reſignaſſe. Patet igitur ex omnibus renunciationibus præmiſſis, Germanos principes memoratos, Chriſtianæ religionis zelum præcipuum habuiſſe.

CAPIT. IX.

DE CONSTRVCTIONIBVS & reparationibus multarum eccleſiarum & monaſteriorum, ac diverſis donationibus, privilegiorumq́; conceſſionibus, eccleſiis & monaſteriis, per veteres Germanos principes factis.

A QUia religioſi principis eſt, eccleſias contritas & conſciſſas reſtaurare, novasque ædificare ut dicit Canon 96. diſt. c. ul. ideo de conſtructionibus & reparationibus eccleſiarum & monaſteriorum, nec non de donationibus, & privilegiorum cōceſſionibus, eccleſiis & monaſteriis per veteres Germanos principes pro augmento divini cultus factis, ex innumeris ſummatim pauca perſtringam. Licet autem hiſtoriæ ſeu Chronicæ varias conſtructiones & reparationes eccleſiarum & monaſteriorum, necnon grandes donationes privilegiorumq́ue conceſſiones, per veteres principes Germanos, & præcipuè per Pipinum, & Carolomannū fratrem ejus, ac Carolum Magnum filium Pipini, Ludovicumq́; ipſius Caroli Magni filium, eccleſiis & monaſteriis in Germania & Gallia, cæteriſq́; provinciis, tūc regno Francorum ſubjectis, factas referāt hujus tamen rei veritas plus ex privilegiis & inſtrumentis. eccleſiis & monaſteriis, per eoſdē principes conceſſis, necnon ex quibuſdā ſcriptis (quæ adhuc in multis eccleſiis & monaſteriis dictarum provinciarum habentur) quā ex quibuſcunq; hiſtoriis vel Chronicis poterit apparere, veraciter ex his quæ legi & audi- B
vi: exiſtimans quòd quatuor principes præfati, plures eccleſias monaſteriaq; in Germania & Gallia conſtruxerunt, dotaverunt, ac etiam ditaverunt, quàm omnes reges Francorū. qui à tempore Clodovæi primi Chriſtiani regis Francorum, uſq; ad tempora prædicti Pipini regnum hujuſmodi tenuerunt: quodq; in toto antiquo Francorum regno vix ſit eccleſia collegiata vel monaſterium, quod prædictorum principum ſuerit temporibus reperire, quod non ſit per eos vel per aliquem ex ipſis aliquarum poſſeſſionum largitionibus ſeu privilegiorum conceſſionibus honoratum. Inter alia verò quæ præfatus Carolus Magnus pro divini cultus augmento feciſſe dinoſcitur, ſpecialiter eſt ipſius laudibus aſcribendum, ac veneranda memoria recenſendum, quòd ſub anno Domini DCCLXXXI. Saxoniam veniens, eandē in 8. epiſcopatus, Bremē. Halberſtat. Hildeſheimen. Verden. Padenburnen. Minden. Monaſterien. & Oſnaburgen. diviſit, & terminos dictis epiſcopiis conſtituit. Ludovicus verò imperator, ejus filius, Haminaburgen. civitatem Tranſclavorū metropolim ſub anno Domini DCCCXXXII. omnibus barbaris nationibus Danorum, Suevorum, Sclavorū, & aliis in circuitu populis. ſtatuit: eidemq́ue cathedræ ſanctum Auſgarium primum epiſcopū ordinari fecit, prout hæc in hiſtoria Francorū plenius continentur. Refert etiam eadem hiſtoria de Carolo Magno, quòd ubicunq; in toto ſuo regno reperit ædes ſacras vetuſtate collapſas,

A pontificibus & abbatibus, ad quorum curam pertinebant, eaſdem reparari mandavit: & per legatos ſuos ut mandata perficerent, ſolicitudinem adhibebat. Idem inſuper Carolus ante mortem ſuam, vocatis eccleſiarum prælatis, quos habere potuit, omnes ſuos theſauros eis tradidit per eccleſias dividendos, ut in Martini Chronica continetur. Item imperatot Carolus ſecundus, prædicti Ludovici filius, cognomine Calvus, in diverſis per Franciā locis, eccleſias ſanctorum conſtruxit, & conſtructas vetuſtate collapſas reparari fecit, ut in Speculo hiſtoriali lib. 25. c. 43 & in Martini Chronica continetur. Item Heinricus primus (ut refert hiſtoria Francorū) regni ſui tempore, incœpit eccleſias pro remedio animæ ſuæ devuto animo fabricare. Item Otho primus ejuſdē Heinrici filius, Magdeburgen. archiepiſcopalem, Brandenburgē. Merſeburgē. Citenſem & Miſnen. epiſcopales conſtruxit eccleſias, exceptis diverſis monaſteriis virorum & mulierum in Saxonia & Sclavonia per eum conſtructis: ut in hiſtoria Francorum plenius cōtinetur. Idem etiam Otho, Daniā ſeu Daciam Ciſmarinam, tributo ſubiiciens, eam ſub anno Domini DCCCLII. in tres epiſcopatus diviſit, & Hamalburgen. epiſcopatui prædicto ſubjecit: ut refert hiſtoria Francorum, in qua nomina locorum, in quibus epiſcopatus hujuſmodi conſtituti fuerant deſcribuntur. Item in civitate Aldenburg, in Sclavonia ſita. fecit epiſcopatum Hammelburgum metropolim, eo quod

B vicinior illi eccleſiæ quàm Madeburg. eſſet, eundem epiſcopatum ſubiiciens: ut in eadem hiſtoria continetur. Idem etiam Otho ſub anno Domini DCCCLXXIII. pro remedio animæ ſuæ tradidit Deo & eccleſiæ Magdeburgen. in prædiis, in libris, cæteroq́; apparatu regio, ineffabilia munera. ea ſcripturarum traditione ac imperatricis & filii ſui collaudatione, ſub omnium præſentium teſtimonio cōfirmando: ut in hiſtoria Francorum continetur. Item Otho ſecundus ejuſdem Othonis filius, locum Minelene, ubi pater ejus jam dictus obiit, & decimas ibid. quæ ad monaſterium Hersfelt pertinebant, juſto permutationis titulo conquiſivit: ac in eodem loco congregatis monachis, rebusq́; neceſſariis datis, liberam fecit abbatiam, Apoſtolicæ ſedis privilegio accedēte. Merſeburgen quoq; epiſcopatum largiflua pietate reſpexit, donans eidem civitatem Merſenburgen cum ſuis jurib. & jurisdictionib. ac multas villas, Foreſtamq́; inter Salā & Muldam fluvios, quod omnia ſcriptis manu propria roborans confirmavit: ut in hiſtoria Francorum plenius continentur. Item imperator Heinricus ſecundus, epiſcopatū eccleſiæ Merſeburgen. per Gizelerum quondam ejuſdem eccleſiæ epiſcopatum, dū per Othonem ſecundū, ſub anno Domini DCCCCLXXXI. ad archiepiſcopatū Magdeburgen promoveretur, poſſeſſionib. & bonis Merſeburgen. eccleſ. in Magdeburgen partim, & in Citenſem & Miſnen eccleſias, per dictum Gizelerum translatis, penitus deſtructum ex integro in ædificiis, miniſtrantib. poſſeſſionib. & ornamentis eccleſiaſticis, ad antiquum epiſcopalis dignitatis ſtatum & honorē priſtinum, ſub anno Domini M. IV. ſtuduit reformare. Idem etiā Heinricus ſub anno Domini M. VI. epiſcopatū Bambergen. in honore ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorum principis & Georgii martyris cōſtituit: locumq́, ipſum prædiorum divitiis & omnium ornatus decore (ut in præſentiarum cernitur) copioſiſſimè ditavit. In meridiana quoq; civitatis parte eccleſiam in honore ſancti Stephani protomartyris ſub ordine Canonicorum: ex aquilonari verò parte monaſterium ſub monachali regula ſancti Benedicti conſtruxit aliis quoq; ſanctorum per [illegible] latitudinem non minus, prout opus erat, [illegible] tatem ſuæ munificentiæ impertivit: quæ [illegible] dilapſa in melius reformando, quibuſdam [illegible] cis quæ pro ſuſtentatione miniſtrantium in eiſdem minus ſuppetebāt, poſſeſſiones & prædia largiendo: prout hæc in hiſtori[a] Fran[corū] & in Euſebii Gotfridi & Martini Chronic[is] ac etiam in ejuſdem ſancti Heinrici vita ſeu [le]genda plenius continentur. Idem etia[m] [illegible] rator Heinricus (ut refert Hiſtoria F[illegible] in Italia exiſtens epiſcopatum in Bob[illegible] te, ſub anno Domini M. XIV. cum lice[illegible] conſilio provincialium epiſcopotu n cō[illegible] xit. Item Imperator Conradus ſecundu[s] [illegible] tione Francus, conſtruxit monaſteri[u]m mo[na]chorum in caſtro ſuo Limpurg p[illegible] copia illud ditavit, epiſcopatum q[uo]q; [illegible] ſem provehere ſtatuens: ſed vivendi meta eo

B uſq; nō pertingens, filio ſuo imperat[ori] Heinrico tertio ſuæ voluntatis impl ud.r. om fit effectum, quem ipſe magnificè incœpit ſed filius ejus imperator Heinricus quartus mag[ni]ficentius adimplevit. Itē præfatus Heinricus tertius, Cunradi filius duas congregatio[nes] Deo militantium in Goslaria inſtituit: ut [in] Francorum hiſtoria continetur. Plures in[illegible] per alii reges ſeu imperatores Germani ta[m] prædeceſſores, quàm etiam ſucceſſores prædictorum principum, multas alias eccleſi[as] diverſaq́; monaſteria fundaverunt, ac la[rgis] poſſeſſionib. ditaverunt, variisq́; privilegi[o]rum poſſeſſionibus extulerunt: prout ex inſtrumentis ſeu privilegiis eorundem, nec non ex ſcripturis aliis, quæ in pluribus eccleſiis & monaſteriis adhuc habentur, liquidò poterit apparere. Licet autem in inſtaurationibus dictorum epiſcopatuum hiſtoria Francorum & cæteræ Chronicæ auctoritatem eccleſię Romanę (ad quā id pertinet, ut pater 16. [illegible] præcipimus) interveniſſe nō referant: piè tamen credendum eſt, quòd pręfati principes de auctoritate ipſius eccleſię, quā (ut ex ſuperioribus patet) maximo venerabātur affectu, hoc fecerūt, & aſſenſu. Ex his igitur conſtructionibus, dotationibus, & reſtaurationibus eccleſiarum & monaſteriorū, donationibusq; ſeu privilegiorū conceſſionibus eiſdem eccleſiis & monaſteriis pro augmento divini cultus magnificè factis, clarè patet, principes antedictos Chriſtianæ religionis zelum præcipuum habuiſſe.

Capit.

A

Capit. X.

DE PRIVILEGIIS PRO LIBERTATE Eccleſiaſtica munienda, clero per veteres principes Germanos conceſſis: & de ſpecialibus honoribus, quibus clerum, præſertim in Germania, extulerunt.

CUm religioſi principis ſit, honorare ſacerdotes Dei, ut patet 96. di c. ult. & 11. q. 1. ſacerdotibus. nomine autem ſacerdotũ omnes clerici continentur, ut patet ext. de coha cle. & muli. c 2. in Glo ideo conſequenter videndũ eſt. qualiter veteres Germani principes per ſuas leges Eccleſiaſticam libertatem cleri ſpiritualibus anxerunt privilegiis, clerumq́; præſertim in Germaniæ partibus præcipuis honoribus extulerunt. Circa hoc autem eſt ſciendũ, quòd Theodoſi⁹ imperator legẽ promulgavit, qua cavetur, quod quicunq; cauſam habens, ſive fuerit actor ſive reus, poterit in quacunq; litis parte judiciũ epiſcopi diœceſani eligere, etiam parte altera refragãte, nec illius electi epiſcopi ſententia poterit retractari, qnodq́; teſtimonio unius epiſcopi omnes judices ſtare debent, nec aliquorum teſtimonium in cõtrarium debet andiri: hæc lex in Juſtiniano codice non reperitur inſerta, ſed ponitur 11. q. 1. quicunq,. Hanc legem Carolus Magnus innovavit, ut patet ext. de judi. novit. verſ nec illud. 11 q. 1. § hæc ſi quis. verſ. volumus, vel Canone. Licet autẽ Johannes Theutonicus in prædicto cap. quicunq;, & Bernhardus in dicto c. B novit, cum eorum ſequacibus teneant, quòd lex præmiſſa ſit abrogata, & ſolummodo poſita ut oſtendatur quanta fuerit affectio, quam imperatores erga ſacerdotium habuerunt: Innoc. tamen notat ibidem, quòd hoc privilegium conceſſum fuit eccleſiæ ab initio, unde ad hæc durat quaſi dicat, Non eſt abrogatum. immò dicit Hoſt. in prędicto c. novit. quod imperator non potuit auferre privilegium, quod ei ſemel conceſſit ar. C. de dona. quæ ſub mon. l. perfecta. & 22. q. 2. c. ſi quælibet culpa, verſ. non enim ad fin. de quo remittit ipſe Hoſtienſis ad id quod notat in ſumma de immuni. eccleſ §. inquantum. ſub §. ſed nec illa immunitas, verſ. nec credendum eſt, & ſequentibus. Item imperator Fridericus ſecundus in favorẽ libertatis eccleſiaſticæ ſtatuit, quod nullus perſonam eccleſiaſticam in criminali vel civili cauſa trahere ad judiciũ ſeculare præſumat: quod ſi fecerit, actor à ſuo jure cadat, judicatũque non tenet, & judex ſit ex tunc judicãdi poteſtate privatus: ſi quis etiam judex ſecularis clericis vel perſonis eccleſiaſticis juſticiam denegaverit, tertiò requiſitus ſuam juriſdictionem amittat. Hæc patent in Auth. ſtatuimus ſignata in l. omnes C. de epi. & cler. quæ eſt ſumpta de prædicti Friderici conſtitutione, ad decus & decorem § ſtatuimus. de ſtatu & conſue. con liber. eccleſ. edi. coll 10. Item ſtatuit, quòd nulla communitas, perſona publica vel privata, collectas ſeu exactiones angarias ſeu perangarias, eccleſiis ſeu aliis piis locis imponant, aut invadere eccleſiaſtica bona præſumant: quòd ſi fecerint, & requiſiti ab eccle- A ſia vel ab imperio emendare contempſerint, triplum refundant, banno imperiali ſubjaceant, quod abſq; ſatisfactione debita nullatenus remittatur. in Authentica, item nulla ſignata. C. de epi. & cler. in l. 2. & ſumpta eſt ex dicta conſtitutione. §. item nulla. Item ſtatuit idem Fridericus quòd quęcunq́; communitas vel perſona in excommunicatione per annũ propter libertatem eccleſiæ factam perſtiterit, ipſo jure imperiali bãno ſubjaceat: à quo nullatenus liberetur, niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutionis obtento, ut in Authen item quæcunque ſignata. C de epiſc. & cler. in l. quicunq;. & ſumpta eſt ex prędicta Conſtitutione, ad decus. §. item quicunq;. Item ſtatuit, omnia ſtatuta & conſuetudines contra libertates eccleſiæ, eorũq́; perſonas inducta, caſſa & irrita nũciari, ipſaq́; de capitularibus penitùs amoveri. & de cætero ſimilia attentata ipſo jure non valere decernit, & nihilominus pœnæ ſtatutæ in legib imminebunt: & ſi per annũ hujus cõſtitutionis aliqui inventi fuerint contẽptores, bona eorũ per totum imperium impunè poterunt ab omnib. occupari. ut in auth. caſſa & irrita, quæ eſt ſignata C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l privilegia. & ſumpta eſt ex prædicta cõſtitutione, ad decus in principio Itẽ ſtatuit prædictus Fridericus in eadẽ cõſtitutione, in principió, quòd poteſtates, conſules & omnes ſtatuarii & ſcriptores ſtatutorum, hujuſmodi & conſiliarii ipſorũ locorum, & qui ſecundũ ſtatuta vel conſuetudines memoratas judicave- B rint, ſint infames ipſo jure: ipſorũq; ſententias & actus alios illegitimos ſtatuit nõ tenere. Licet autẽ priſci Romanorum imperatores, qui ante tẽpora translationis imperii de Græcis in Germanos in perſonam Caroli Magni factæ, Rõ. imperio præfuerant, clerum & eccleſias per ſuas leges multis privilegiis liberarint, ut patet C de epi. & cle. quaſi per totum. & C. de ſacroſanct. eccleſ. quaſi per totum & in Auth. de ſanct. epi. per totum. colla. 9. quorum aliqua etiam ponuntur in ſacris Canonibus 16. q. 1. generaliter. verſ. juxta & verſ. placet. & 23. q. 8. univerſos. &c. ſancimus· eadem tamen privilegia nequaquam adæquari poſſunt privilegiis antedictis: ut patère poteſt unicuique, leges eorundem priſcorum imperatorum diligentius intuenti. Quòd autem veteres Germani principes clerum in Germania ultra præmiſſa privilegia ſpecialibus extulerint honoribus, ex eo potiſſimè oſtendi poteſt, quod Moguntinẽſis Treverenſis & Colonẽſis eccleſiarum archiepiſcopi, omnibus privilegiis, conſuetudinibus, & ſingularibus honoribus, quibus cæteri principes ſeculares in electione regis, ſeu imperatoris Romanorum jus habentes, qui præ cæteris Germaniæ principibus multis ſpecialibus privilegiis, conſuetudinibus & honoribus ſunt muniti perfrui ac gaudere noſcuntur. Omnes quoque alii archiepiſcopi & epiſcopi eccleſiarum & abbates monaſteriorum Germaniæ, à regno & imperio regalia tenentium, iiſdem pri[illegible]le-

giis, juribus & honoribus perfruuntur, quibus cæteri principes ſeculares Germaniæ, in electione prædicta jus non habentes, communiter perfrui conſueverunt. Inſuper clerici tam à principibus quàm ab aliis laicis in Germaniæ, Galliæ ac Angliæ provinciis: quorum reges (ut dixi ſuprà in Prœmio) Germani extiterât, in majori reverentia & honore ab antiquo uſque ad præſens tempus, quàm in cæteris mundi partibus, fuiſſe ac eſſe habiti referuntur. Ex præmiſſis igitur & aliis innumeris quæ circa hoc referri poſſunt, ſatis patet, quòd veteres principes Germani, Zelum præcipuum erga divinum habentes officium (ad quod clerici ſunt ſpecialiter mancipati, ut patet 12. q. 2. duo ſunt. & de ætate & qualitate. c. ut hi qui. in Clement.) Eccleſiaſticam libertatem cleri ſpiritualibus privilegiis augere curarũt: ipſumq; clerum præcipuis in Germaniæ partibus honoribus extulerunt. Ex quo ſpecialiter patet, eoſdem principes zelum Chriſtianæ religionis præcipuum habuiſſe.

Capit. XI.

DE DIVERSIS CONCILIIS ſuper ſtatu & neceſſitatibus cleri & eccleſiarum, per devotam veterum principum Germanorũ procurationem habitis: ac de ſtatutis per quoſdã ipſorum ad legem Eccleſiaſticam pertinentibus promulgatis.

B Attendentes providè veteres Germani principes, quòd pro neceſſitatibus & ſtatu eccleſiarum ac monaſteriorum, expediebat frequenter epiſcoporũ concilia convocari: diverſa epiſcoporũ concilia congregari, ac in eis multa ſtatuta fieri ſalubriter ordinarunt. Quidam etiã ipſorum multa ſtatuta ad legẽ Eccleſiaſticam pertinẽtia ediderunt. Legitur nanq; in hiſtoria Francorum, quòd juſſu Caroli Magni plura in regno Francorũ fuerũt ab epiſcopis concilia celebrata: quorum unum fuit Mogunt. cui Richolphus Mogũt. & Hildebaldus Coloniẽ. archiepiſcopi præſederunt. Alterum Remis. Tertium, Thuronis. Quartum, Cabilonæ. Quintum, Arelatæ. ac conſtitutiones in ſingulis factę, fuerunt ab eodem Carolo cõfirmatæ. Idẽ Carolus Magnus, ſub anno Domini DCCXCIV. in Franckenfurt magnã ſynodum epiſcoporum Germanorum, Gallorum & Italorum (cui etiam affuerunt legati ſedis Apoſtolicæ) congregavit: ubi inter alia, hæreſis cujuſdam epiſcopi Felicis, qui Chriſtum ſecũdum quod eſt homo, adoptivum Dei filiũ eſſe dicebat, tertiò extitit condemnata: ut in Francorum hiſtoria, & Chronica Euſebii plenius continetur. Idẽ etiam Carulus in civitate Cõpoſtellana conſtituit epiſcoporum concilium: ubi amore beati Jacobi apoſtoli inſtituit, ut omnes reges & præſules ſeu principes Chriſtiani Hiſpanię ac Gallicię: epiſcopo Compoſtellanæ eccleſiæ obedirent: præcipiens, ut unuſquiſque poſſeſſor unius domus totius Hiſpaniæ & Gallicię, 4. nummos ex debito annuatim eccleſiæ Compuſtellanæ ſolveret. Sicque ab omni eſſent liberi ſervitute: conſtituens, ut virgæ paſtorales, epiſcopales, & coronæ regales, per manus Cõpoſtellani epiſcopi, ad honorẽ ſancti Jacobi præbeantur: prout hęc in Specul. hiſtorial. lib. 25. ca. 17. latius continentur. Poſt hęc etiã dictus Carolus congregavit concilium apud eccleſiam ſancti Dionyſii ordinis ſancti Benedicti. ubi omnem Franciã Gallicam eccleſiæ ſancti Dionyſii ſubjecit: præcipiens, ut eidem eccleſiæ unuſquiſque poſſeſſor unius domus totius Gallicæ Franciæ 4. nũmos annuatim ad ædificandã ipſam eccleſiam daret: & ſervos, qui hos nummos libenter ſolverent, manumiſit: ut in prædicto lib. cap. 22. plenius continetur. Item imperator Ludovicus, filius ejuſdem Caroli, conſenſu Stephani papæ tertii, Aquiſgrani, ſub anno Domini DCCCXVI. magnam epiſcoporum ſynodum congregavit, in qua liber Canonicorum regulam continens, ex dictis Auguſtini, Gregorii & aliorum ſanctorũ patrum e[illegible] ptus, ejuſque ordinatione compoſitus, ob[illegible] vari mandatur: ut in Spec. hiſt lib 2[illegible] in hiſtoria Francorum plenius co[illegible] & hic liber qui Regula canonicorum d[illegible] n eccleſia Herbipolenſi habetur: ip[illegible] to in cæteris eccleſiis cathedralib. [illegible]maniæ reperiri. Ipſius denique tempore ab ep[illegible]pis & clericis (ut in lib. &c. prædictis legi[illegible] thea gemmis culta, & cinguli auro te[illegible] x quiſitæ veſtes, & alia ornamenta ſecul[illegible]ia deponi cœperunt. Tempore etiam ejuſdem Ludovici, ſub ann. Domini DCCCXIX. conventus epiſcoporũ Aquiſgrani habitus eſt, in quo multa de eccleſiarũ ſtatu tractata ſunt: conſtitutionibus inſuper prius factis capitula quædam, neceſſaria præſertim, & uſus monach[illegible] rum regulariũ ſunt adjecta: prout in hiſto[illegible] Francorum, & in Specul. hiſt. lib. & ca. prædictis plenius continetur. Plura inſuper ſtatuta Carolus Magnus, & idem filius ejus Ludovicus ad eccleſiaſticam legem pertinentia ediderunt: quæ Anſegiſus abbas Lobienſis in duobus libellis digeſſit: ut patet in Spec. hiſtor. lib. 25. cap. 33. & ex ſtatutis hujuſm[illegible] quædam ſacris canonibus reperiuntur inſerta. ut 19. diſt. in memoriam. 63. diſt. ſacrorum. 16. q. 1. quia juxta. cum ſimilibus. quod patet ex ſupraſcriptione Canonum prædictorum. De ſtatuto etiam quodam prædicti Ludovici, fit mentio in textu Canonis 23. q. ulti cap. 2. Item Lotharius imperator, filius prædicti Ludovici, etiam ſtatuta quædã ad legem eccleſiaſticam pertinentia fecit, quæ Leo papa quartus profitetur obſervare ſe velle, ut patet 10. diſt. de capitulis. Plures etiam imperatores ſubſequẽtes Germani, ſtatuta ad legẽ eccleſiaſticam pertinentia fecerunt: ut patet 63. diſt. ut nullus. in ſupraſcriptione. & extrà, de jur. [illegible]lum. c. primo, cum ſimilibus. Item Ludovicus rex totius Germanię, filius prædicti Ludovici, apud Moguntiã ſub anno Dom. DCCCXLVIII habuit conciliũ: ubi quidã nomine Gotſchalcus hæreticus eſt cõvictus. Tempore inſuper ejuſdem Ludovici habitum eſt cõcilium M[illegible]

A guntiæ ſub anno Domini DCCCLII. de diverſis quæſtionibus, præſidente Rabano archiepiſcopo, cum omnibus epiſcopis orientalis Franciæ, Bavariæ atque Saxoniæ. hæc in hiſtoria Francorum plenius continentur. Item ſub imperatore Arnulpho, in villa Triburii celebrata eſt magna ſynodus epiſcoporum ſub anno Domini DCCCXCIII. ubi plurima decreta ſcripta ſuper ſtatu ſanctæ eccleſiæ roborarunt, ut in Francorum hiſtoria continetur. Item Otho primus, & quidam Ludovicus rex Franciæ Gallicæ, affuerunt concilio ſub anno Domini DCCCCXLVIII. in Ingelheim habito præſidente Marino epiſcopo, eccleſiæ Romanæ legato: in quo multa ſuper utilitate rerum eccleſiaſticarum diſcuſſa fuerunt. Idem etiam Otho, ſub anno Domini DCCCCXLVII. cum Johanne papa VI. in civitate Ravenna plurimos de Italia & Romania epiſcopos adunavit: & habita ſynodo, multa pro utilitate ſanctæ eccleſiæ adinvenit ut in Francorum hiſtoria continetur. Item Heinricus ſecundus ſub anno Domini milleſimo ſeptimo, magnum concilium epiſcoporum pro obtinendo circa inſtitutionem epiſcopatus Bamburgen. conſenſu archiepiſcopi Moguntinen. & aliorum epiſcoporum provincialium, & ſpecialiter epiſcopi Herbipol. in cujus diœceſi idem locus conſtitutus fuerat in oppido Franckenfurt congregavit. ut in hiſtoria Francorum, & in vita ſeu legenda ipſius plenius continetur. Item, ſub anno Domini M. V. in loco qui dicitur Tortmont, habita eſt magna ſynodus epiſcoporum: ubi Heinricus prædictus epiſcopus, & omnibus præſentibus, plurima eccleſiæ inconvenientia, communi eorum conſilio deinceps ſtatuit prohiberi: & optimæ novæ inſtitutiones decretæ, ut quando ipſum Heinricum, vel Kunegundim ejus conjugem, ſeu aliquem ex archiepiſcopis & aliis principibus in dicto concilio præſentibus mori contingeret tam per miſſarum celebrationes, quàm per pauperum refectiones ac erogationes pecuniarias, gravis poſſet peccatorum ſarcina relevari: prout hæc in hiſtoria Francorum latius cõtinentur. Item ſub anno Domini M. XXXVI. præſidente imperatore Conrado ſecundo, habita eſt ſynodus ſeu concilium epiſcoporum in villa Triburii, ubi multa priora ſunt renovata decreta, & quædam alia neceſſaria eccleſiæ conſtituta: ut in hiſtoria Francorum plenius continetur. Item generale concilium apud Moguntiam Leone papa IX. & imperatore Heinrico tertio præſidentibus, habitum eſt ſub anno M. LI. in quo multa ad utilitatem eccleſiæ ſunt ſancita ſtatuta: ut in hiſtoria Francorum plenius continetur. Item Lotharius ſecundus ſub anno Domini M. CXX. in Wirtzburg epiſcoporum concilium. cui affuit Archiepiſcopus Ravennæ, legatus Romanæ eccleſiæ congregavit: ubi Innocentius papa ſecundus, qui Petro Leoni electione prævaluit, à prædicto Lothario & omnib. ibi congregatis eligitur & cõfirmatur: ut in Francorum hiſtoria continetur. quod tamen qualiter ſit intelligendum, in tractatu de Jurib. regni & imperii, ca. 12. ſcripſi. De ſtatutis autem in conciliis antedictis editis, plurima tam in corpore Decretorum, quàm etiam in compilatione Gregoriana decretalium continentur: prout ex ſupraſcriptione multorum capitulorum in eis contentorum apparere poterit cuilibet intuenti. Ut autem ea quę circa congregationem hujuſmodi conciliorum per prædictos principes facta ſunt, Canonicis non obvient inſtitutis: intelligo, quòd præmiſſa & alia per eos ordinata concilia, de Romanæ eccleſiæ, ſi generalia fuerant: ſin autem provincialia, de metropolitani autoritate facta fuiſſe. concilia enim generalia ſine autoritate eccleſiæ Romanæ facere non licet: ut 17. q. c. 1. & c. nec licuit. & quaſi per totum. Provincialia verò niſi autoritate metropolitani fieri non licet: ut 18. diſt. c. 1. & c. quoniam quidem. Quòd autem ſuperius dictum eſt, Carolum Magnum, & filium ejus Ludovicum, & Lotharium ipſius Ludovici filium & alios quoſdam imperatores ſubſequẽtes, multa ſtatuta ad legem eccleſiaſticam pertinentia edidiſſe: intelligo, quòd eadem ſtatuta fuerunt à Romana eccleſia confirmata. nam aliter laicus (quamvis religioſus) poteſtatem de rebus eccleſiaſticis ſtatuendi ſeu ordinandi non habet: ut patet 96. diſt. bene quidem & extrà, de conſti. eccleſia ſanctæ Mariæ. & de re. eccleſ. non alien. c. ultim. cum ſimil. Vel poteſt dici, quòd ſpeciale eſt in ſtatutis imperatorum, quòd eorũ ſtatuta etiam rebus ſuper eccleſiaſticis edita, in quantum favorem eccleſiaſticum reſpiciunt, valent: niſi ſint per Romanam eccleſiam ſpecialiter reprobata, ut not. Hoſt. extrà de ſolut. c. ul in magna gloſ. & in fine. & arch. poſt eum, 10. diſt. c lege. Ex prædictis igitur & aliis conciliis per devotiſſimam dictorum principum ordinationem habitis, ac ſtatutis per quoſdam ipſorum ad Eccleſiaſticam legem pertinentibus editis, manifeſtè liquet eoſdem principes zelũ Chriſtianæ religionis non modicum habuiſſe. B

CAPIT. XII.

DE DILIGENTIA EXACTA, quam ad habendum ſanctorum reliquias & ornamenta Eccleſiaſtica veteres Germani principes habuerunt.

Poſtremò, ut ex his quæ in principibus ſeculi zelus Chriſtianæ religionis expoſcit, nihil veteribus Germanis principibus defuiſſe mõſtretur: ſciendũ eſt, quòd ipſi ad habendum ſanctorũ reliquias & corpora, ac ornamẽta Eccleſiaſtica, ſingularẽ quandã & exquiſitã diligentiã adhibere curarũt. Nã Carolus Magnus ſuper occupatione terræ ſanctæ à Sarracenis facta, legatis patriarchæ Hieroſolymitani, & Cõſtantini imperatoris Cõſtãtinopolitani receptis, eidem terrę ſanctę cõpatiens, cũ magno exercitu illuc pervenit: & cũ recuperata eadẽ terra per Cõſtãtinopolim rediret, aurũ, argẽtũ gẽmasq; precioſas à prædicto imperatore gratanter ſibi exhibitas recipere renuit, ſolasque Dominicæ paſſionis & ſanctorum reliquias poſtula-

A poſtulavit. Præmiſſo itaque jejunio & oratione, de corona Domini partem, quæ tunc ipſo cernente floruit, & clavum unum paſſionis, partemque crucis Dominicæ, ſudarium Domini, camiſiam beatæ Mariæ virginis, faſciam quæ puerum Jeſum in cunabulis texit. ac brachium ſancti ſenis Simeonis recepit: quæ omnia multis miraculis comitantibus ſecum detulit & Aquiſgrani in baſilicam ſanctæ Mariæ, quam conſtruxerat, recondi fecit: ut in Spec. hiſt. lib. 25. capi. 5. & in Chronica Martini plenius continetur. Item Aaron rex Perſarum, qui excepta India totum penè tenebat Orientem, Carolo Magno (inter cætera munera) etiam corpora ſanctorum Cypriani martyris Carthaginen epiſcopi, & Sperati epiſcopi, & caput Pantaleonis martyris tranſmiſit: ut in prædicto libro, c. 2. plenius continetur. Item monachus quidam ſub anno Domini DCCXCIX. eidem Carolo ex parte patriarchæ Hieroſolymitani multas reliquias attulit, ut in Francorum hiſtoria continetur. Idem etiã Carolus baſilicam prædictam Aquiſgrani ex auro & argento luminaribus, atque ex ære ſolida cancellis & januis ornavit: ad cujus ſtructuram cum columnas marmoreas aliunde habere non poſſet, de Roma & Ravenna devehi fecit: ſacrorumque vaſorum ex auro & argento, veſtimentorumque ſacerdotalium, tantam in eadem baſilica copiam procuravit, ut in ſacrificiis celebrandis nec janitoribus quidem (qui ultimi ordinis ſunt) privato habitu miB niſtrare neceſſe fuiſſet: ut in hiſtoria Francorum & Chronica Euſebii continetur. Item imperator Carolus ſecũdus, cognomine Calvus, Ludovici primi filius, apud Compendiũ ſanctorum Cornelii & Cypriani reliquias attulit in quarum adventu reſponſorium Cives apoſtolorum (quod uſque nunc cantat eccleſia) compoſuit: ut in Speculu hiſt. lib. 25. cap. 43. continetur. Item reliquiæ ſancti Hermetis martyris, per imperatorem Lotharium Ludovici primi filium, in Galliam mittuntur, & apud Indam monaſterium honorifice reconduntur: ut in prædicto libro Spec. hiſt. 36. cap. continetur. Item Heinricus primus, audito quòd Rudolphus rex Burgundionum (qui tribus annis in Italia regnaverat) dono acceperat à quodam comite Italiæ Sampſone nomine, lanceam arte nova & figura elaboratam, quæ juxta mediam ſpinam habuit utrobique quaſi feneſtram, & in media ſpina cruces ex clavibus, manibus & pedibus Salvatoris noſtri Domini JESU CHRISTI affixis, & quæ fuiſſe Conſtantini Magni ſanctæ Helenæ filii dicebatur: ad habendam hanc lanceam (ut erat totius religionis amator) dictum regem præmiis tentavit. quem ſic emollire nequiens, regnum ejus depopulari cædibus & incẽdiis minabatur. Quia verò munus quod petebatur, illud erat, quòd cœleſtibus terrena conjunxerat: Deus Rudolphi regis cor emollivit, juſtoque regi, juſta juſtè petenti protinus tradidit. Quanto autem amore rex Heinricus eandem ſacram lanceam dilexerit, id in multis rebus, tum in hoc maximè claruit: quòd hujus datorem non ſolum auri argentique muneribus, A verùm etiam Alemaniæ ſeu Sueviæ parte non minima honoravit. & hanc eſſe credimus, quæ ex tunc hodieque in regum & imperatorum Romanorum ſolet cuſtodia permanere. hæc in hiſtoria Francorum & Chronica Euſebii ſic ſcripta leguntur. Refert tamen Chronica Gotfridi, quoſdam dicere, eandem lanceam, à Boſone rege provinciæ per Othonem primum dicti Henrici filium, ad regnum & imperium fuiſſe translatam. Licet autẽ hiſtoria & Chronica prædictæ referant, Heinricum regem in acquiſitione ſacræ lanceæ juſtè feciſſe: id tamẽ quo ad zelum duntaxat Chriſtianæ religionis (quem in hoc habuit) intelligo verum eſſe. non autem ſecundum conſciẽtiam [illegible] Prætor enim naturali mot' æquitate [illegible]: Q[illegible] metus cauſa geſtum eſt, ratum non habe[illegible] ut patet ff quod met. cauſ. l. 1. Et eſt ſimile [illegible] quod legitur & not. 32. q. 7. c. offer[illegible] & [illegible] con diſt. 3 per latũ. Nec eſt putandum, q[illegible] ferrum hujus lanceæ ſit illud, quo [illegible] tum tempore paſſionis Domini no[illegible] CHRISTI, ſacroſanctum latus [illegible] Nam hæc lancea, capta civitat[illegible] per exercitum Chriſtianorum ac[illegible] Turcos Perſas & alios Sarracen[illegible] ob[illegible] dem fuit in eccleſia ſancti P[illegible] mini M. XCVIII per quendam ru[illegible] ne Provincialem, ex beati An[illegible] revelatione reperta. Dubitantib[illegible] an eſſet lancea Chriſti, quidam Bar[t]holomæus nomine. cui Chriſtus in viſu app[are]ns, de B lancea ſignificaverat: cum eadem [illegible] pedum quem juſſit fieri pertranſivit [illegible] Et ſic Chriſtianorum exercitus firmam [illegible] & ejus lancea gerens fiduc[i]am, ad pug[na]ndum cum hoſtib. ſigno ſalutari præeunte, intrepidè ad mur[o]s proceſſit. ac de ipſis divina ſuccurrente clementia triumphavit. Hæc ex [hi]ſtoria Francorũ ac Gotfridi & Martini Chronici [s]unt collecta. Et iſtius lanceæ ferrum cũ haſta Wilhelmus Durãdi ſe vidiſſe refert Pariſius, in capella regis Franciæ: ut patet in ſuo Rationali lib. 6. rubr. de ſa[b]bato ſanctæ Paſ[chæ]. Itẽ. quidam rex Galliæ & Franciæ, Carolus [illegible] mine, dicto Heinrico ad dilatandum regn[um] ſuper Lotharienſes tenden[t]e, manum p[retio]ſi martyris Dion[y]ſii auro & gemmis in[illegible], per legat[illegible] anno Domini [illegible] XXII. [illegible] pignus perpetui fœderis tra[illegible] quod mu[illegible] rex Heinricus [illegible] tiarum act[i]one [illegible] ſanctis re[illegible] ſternitur, & eas ſumma devotione deo[illegible] veneratur: ut in hiſtoria Fr[a]nc[or]um, & Chronica Euſebii plenius continetur. Id[illegible] Heinric' ut refert dicta F[r]ancorũ hiſt[illegible] tare ſancti Viti in nova c[illegible] bera, auro & gemmis variis mirificè adornav[it]. Præterea quantũ zelũ idem Heinricus p[illegible] ſervandis pariter & augendis ornamentis Eccleſiaſticis habuerit ex eo patet, quod c[u]m [ſ]uo ac Ludovi[c]i terti[i] & Conradi primi præd[illegible] tem poribus. Hungari tunc pagani [illegible] peccatis p[illegible]

Gens-

A Germanici exigentibus) devaſtare Germaniā cædibus rapinis & incendiis non ceſſarent: ipſe Heinricus cum eiſdē Hungaris Saxoniam cædibus, rapinis & incēdiis ſub anno Domini DCCCCXXIV. percurrentibus, bellū congerere pro tunc cū eis tutum fore nō credēs, per treugas IX. annus mire datis muneribꝰ eſt coactus. Quib. finitis, cōvocatis proceribus & populo ſub anno Domini DCCCCXXXIII. eos inter alia ſic affatur: Hucuſq; vos veſtroſq; liberos ſpoliavi, & ærarium Hungarorum replevi: nunc templa, ipſorumq; miniſtros ut ſpoliē cogor, nulla nobis alia pecunia remanente: conſulite vobis ipſis, & quid ſuper hac re ſit faciendum eligite. Theſaurum divinis officiis ſanctificatum tollamne, & dabo pro redemptione veſtra inimicis Dei? aut certè cultui divino addā honorem, ut ab ipſo potius redimamur qui verè noſter creator & redemptor exiſtit? Ad hæc populus vocib. in cœlum levatis clamavit à Deo vivo & vero deſiderare ſe redimi, operā ſuam contradictim venientē regi promittens. Poſtea rex ſub anno ſequenti eandē gentē ad depopulandam Saxoniam venientē bello vicit: & tributū quod hoſtib. dare cōſueverat, divino deputavit cultui pauperumq; la[...] onib conſtituit deſervi[...]. Quæ in hiſtoria Francorū, & partim etiam in Euſebii Chronica continentur. Item Otho primus, filius Heinrici prædicti, corpus S. Innocentii martyris à Rudolpho rege Galliæ Franciæ dono accepit: quod ad civitatem Magdeburgen. per eum ob tuitionem totius B patriæ conſtructam cum magno adduxit honore. Idem etiam Otho corpus ſancti Mauritii & quotundam ſociorū ejus quod ſub annu Domini DCCCCLXI. per legatos eccleſiæ Romanæ, & quoſdam epiſcopos ſibi delatum extitit Parthenopolim tranſmiſit: eodem quoq; die plurimarum reliquiæ ſanctorū Apoſtolorū ſcil. martyrum atq; ſanctarum virginū regi Othoni Raaſpon. allatæ fuerunt Item ſub anno Domini DCCCCLXII. reliquiæ ſanctorum martyrū Fabiani, Euſtachii Pantaleonis, Hippolyti, Eugei, Minantis, Valentis, & corpus S. Laurentiæ virginis, ab Othone prædicto in Quidelmburg tranſmiſſæ, ibidem religioſiſſimè ſunt ſuſceptæ. Itē ſub anno Domini DCCCCLXIII. corpus S. Gerontii per quendam epiſcopum de Italia eſt allatū: ipſoq; Othone juhēte in Magdeburg metropolim Saxoniæ eſt tranſmiſſum. Itē ſub anno Domini DCCCCLXV. idē Otho multa ſanctorum corpora de Italia in Magdeburg, per Dedonem capellanum tranſmiſit: pretioſum quoq; marmor cum auro & gemmis ſub eodem anno Magdeburg adduci, in omnibus quoq; columnarum capitibus ſanctorum reliquias diligenter includi præcepit: prout hæc omnia in hiſtoria Francorum plenius continentur. Item imperator Otho ſecūdus, prædicti Othonis filius oſſa beati Bartolomæi apoſtoli de civitate Beneventana per eū capta, portari, & ea Romæ in inſula Tyberis, in eccleſia quæ nunc vocatur ſancti Bartholomæi. in concha quadam collocari fecit: & dū ea in terram ſuam per Tyberim in mare in eadem concha deducere cogitaſſet, eo morte præ- A vento, precioſus theſaurus earundem reliquiarum ibidem (ut dicunt Romani) remanſit: ut in Gotfridi & Martini Chronicis continetur. In dicta etiā eccleſia (ut refert Chronica Martini) brachium ſancti Adelberti martyris & pontificis, quod ſecum duxit de Polonia, collocavit. Item imperator Heinricus ſecundus partem de cruce, ac partem clavi paſſionis Dominicæ, multorumque ſanctorū reliquias quas de diverſis locis attulit, ac precioſa & varia ornamenta Eccleſiaſtica (prout in præſentiarum cernitur) eccleſiis Bambergen. ſimiliter etiam eccleſiæ Baſilien. per eum inſtauratæ donavit. Ex his igitur omnib. & aliis quæ de ipſis Germanis principib. circa hęc ſcripta reperiuntur, evidenter patet, eoſdem zelum Chriſtianæ religionis ardentiſſimum habuiſſe. Licet autem veteres Ger. principes de fortitudine, liberalitate, multiſq; aliis virtutum meritis, dignè commendari ac laudum præconiis poſſent extolli: de his tamen præmiſſa in ſuprascriptis 12. c. comprehenſa, quæ principalius zelum Chriſtianæ religionis reſpiciunt, dixiſſe ſufficiat, quoad præſens.

Capit. XIII.

DE ZELO CHRISTIANAE religionis quarundam veterum reginarum ſeu imperatricum Germanarum: ac de miraculis per merita quarundam ex eiſdem factis, divinisq; revelationibus eiſdem oſtenſis. B

Libet poſt præmiſſa de zelo Chriſtianæ religionis venerabilium matronarū, Mechtildis, regis Heinrici primi: Edith & Adelheidis, Othonis primi: & beatæ Kunegundis, Heinrici ſecundi, imperatorum Romanorum conjugum, per ſanctiſſima eorundem opera cōprobato, quibuſdamq; miraculis per earum merita factis, ac divinis revelationib. eiſdem oſtenſis, ex multis pauca referre. Mechthildis igitur regina, maritu quidem vivente in publico procedebat, ornata gemmis & ſerico, geſtans tamen interius precioſius ornamentum, cor ſcilicet maternum in ſubditos: tamque humilis, & in conjugii fœdere tam pudica manebat, ut omnibus eſſet amori pariter & honori. Poſt obitum verò mariti flagrans amore Chriſti, memor cujuſvis diſciplinæ: ad miſericordiam facilis in omni actu & confabulatione admirandæ dignitatis. Tāque honeſta in pudore manebat, ut eam virginem crederet, qui fœcunditatem prolis ejus neſciſſet. Quis dignè ipſius erga cultum divinum explicare poſſet vigilantiam? vivente namque marito noctis ejus ſe lateri ſubtrahens ipſo diſſimulante derelicto thalamo devotis orationib. intendebat. Rex enim, quia veraciter noverat omnia opera ejus bona exiſtere, faciles illi ꝑbuit ad omnia quæ deſiderabat aſſenſus: poſt mortē verò regis noctis tēpore lecto ſe collocās, & parūper dormiēs, poſtquam

A quam ſenſit dormire manentes ſecum in cubiculo, clam ſurrexit: cubicularem puellã tacita excitavit, eccleſiam intrãs ſine tui harum obſequio ſive humano favore, pernox in uratione manebat. Ante galli cãtum Pſalterium, niſi noctis brevitate impediretur, finire conſuevit. Circa matutinalem horam cum ſilentio iterum ſe collocavit in lecto, quaſi per totã noctem nunquam pedem inde moviſſet: pulſato verò ſigno ſurgens, matutinarum laudibus intéto corde aderat. poſtea omnibus egreſſis, intus clauſis januis uſq; ad lucis aurorã ſula permanſit: poſtmodum ingreſſa cubiculum, ad dormiendum laſſa membra paululum reclinavit, deinde ſurgens intravit eccleſiam, ibidéq; in orationib. perſeverans, miſſarũ ſolennia expectabat. quibus finitis, infirmos ubicunque audivit in vicino viſitavit, & neceſſaria præbuit. deinde pauperib. manũ porrigebat. poſteà hoſpites qui ſemper aderant cum omni largitare ſuſcipiens, neminem ſine affatu blando dimiſit, nullũ ferè ſine munuſculis vel neceſſariis auxilus vacuum derelinquens. Eadem etiã venerabilis regina cœnobium ſanctimonialium in honore ſanctorũ Dionyſii & Servatii in monte Quidelburg ſitum: alterum, in villa in honore ſanctorum Jacobi apoſtoli & Wigberti confeſſoris, in cruce regia. Tertium, in honote ſanctæ Dei genitricis & ſanctę crucis in Northuſen. Quartum, in aggerti io honore ſancti Dionyſii. Quintum, iterum in honore ſancti Servatii, in Palathi plena devotio-
B ne conſtruxit: & licet omnium eccleſiarũ ſtatum quas vel nunciis inviſere, vel per ſemetipſam adire poterat, opibus totisq; virib. ſuſtẽtare curaret: prædicta tamen monaſteria, quaſi propriori affectu ſibi ſuoq; nomini ſcripta ſingulariter omnigenis cõmodorum uſibus manu renere non deſtitit, & fovere. propter hæc & alia ſuarum virtutum merita revelationes divinas habere meruit. Nam mortuo Wilhelmo archiepiſcopo Moguntinen. ejus filio ſub anno Domini DCCCC LXVIII. ipſius obitũ nullo adhuc certificata nũcio cunctis præſentibus intimavit filius, inquiẽs: Meus Wilhelmus (proh dolor) jam, expirans memoria indiget ſalutari. hæc ſancta Mechtildis eodem anno pridie Idus Martii, migravit ab hoc ſeculo, ſepultaq; eſt in monaſterio Quidelburg. cujus animam unà cum anima Bernhardi epiſcopi Halberſtaten quidam heremita ſe vidiſſe retulit, infinitam angelorum multitudinẽ cum ineffabili gloria in cœleſtia regna deferre. prædicta & quadam alia de hac glorioſa regina in Francorum hiſtoria continentur. Porrò venerabilis Edith regina Echmundi regis Anglorum filia, conthoralis Othonis primi, non minus ſancta religione quàm regali potentia claruit. quæcunq; enim eidem Othoni pervenére nocentia, divina miſeratione ac interceſſione aſſidua ſuæ ſanctiſſimę conthoralis ſecurus evaſit, cujus inſtinctu Magdeburgen. cœpit conſtruere civitatem. Nam urbem hãc ob æternæ remunerationis gratiam, patriæq; cõmunem ſalutem acquiſivit, & in civitatẽ (ut præmiſi) conſtruxit. Iuvit eum ad hoc beata A Edith modis quibus potuit, quæ innumera virtute prædita inducias iſtius vitæ ſibi cõceſſas Deo & hominibus acceptæ perduxit. erat hæc apud Deum magni meriti, ut in miraculis tã in vita quàm in morte & poſt obitum ipſius claruit evidenter. In vita namque ipſius, quadam nocte rege abſente, cerva indomita veniens, ſæpiusq; oſtium pulſans, dominat[illegible] tandem ut intromitteretur evicit & [illegible] ad eam uſq; perveniens, tanquam ſuam m[illegible] locutura procubuit. Juſſu itaq; reginæ conſiderantis ei ineſſe aliquem dolorẽ, venator Albiam tranſiens cerva præeunte hinnulum ejus illaqueatum invenit, quo eruto cerva læt[illegible] cum hinnulo ad nemorum abdita prope[illegible] Aliud quoq; cum ipſa memorale mir[illegible] Deus fecit. cum in eleemoſynis pauperu[illegible] giſſima eſſet, rex conſtãtiam ejus experi[illegible] lens, ipſam à tanta expenſione velut irati[illegible] prohibuit. Quadam igitur præcipua [illegible] te ad eccleſiam veſtibus precioſis ind[illegible] ceſſit, quã rex cujuſdam pauperi[illegible] ſtibus pręcellerat, ipſa penitus igno[illegible] foribus eccleſiæ reſidens. eam ve[illegible] nuit, ſibiq; miſereri precibus pe[illegible] us. illa nil præter veſtes ſe habere di[illegible] vit particula veſtium pauperem poſſe ju[illegible] deinde regina pudore coacta, illum pallio [illegible] cumplexum eam conſtãter tenentem [illegible] pere manicam veſtis precioſæ promi[illegible] qui putabatur pauper in ſuo ſinu ab[illegible] illa cum truncata veſte occultata pallio, & [illegible] B hoſpitiũ rediens integris veſtibu[illegible] in[illegible] ſas abſcondit: ſicq; ad menſam venientem, [illegible] veſtium commutationẽ conſiderans, [illegible] ſtes commutaſſet, quas manè induerat, [illegible] ſivit. Cùmq; illa occaſiones prætenderet, [illegible] priores veſtes deferri præcepit: regina mult[illegible] anxia veſtes tãdem è latibulo extractas produxit. Quibus expanſis rex eas utraſque manicas habere conſpexit: ipſeq; quod abruperat proferens, cunctis audientib. rem aperuit. ac deinceps reginam in magna veneratione tenere ſolebat. Obiit autem hæc ſancta regina, anno Domini DCCCCXLVII. ſeptimo Kalendas Februarii: ſepultaq; eſt in prædicta civitate Magdeburgenſi, ibidem miraculis coruſcãdo [illegible] hujus beatæ reginæ obitum invictiſſimus rex Otho prædictus, ſub anno Domini DCC[illegible] filiam potentem intrans, Adelheidem, quondã Lotharii regis Italiæ conjugem, quæ à Beringario, qui totam ſua ſeritate premebat Italiam, tenebatur in carcere: eodem Beringario cum ſuis fidelibus depulſo, liberat, eamque in legitimam uxorem accepit. Erat autem hæc illuſtris regina Deo amabilis, conſilio provida, vultu decora, morumque omnium honeſtate præclara, & regali avorum atavorumq; propia orta fuit enim filia Rudolphi regis Burgũdiæ, qui etiam aliquo tempore in Italia regnavit: & Berthæ reginæ, filiæ Burghardi ducis Almanorum, quem cum eodem Othone ſtatũ regni & imperii nõ minus meritis & moribus inſignivit egregiis, quàm ille viribus & [illegible]

phi-

A phis, Poſt cujus Othonis obitum & ipſa per totum ſeculo moriens, quaſi non ſibi nata, ſed inopum uſibus cum divinitus eſſet proviſa, regium cenſum & quicquid habere potuit, manibus pauperum in cœleſtes theſauros deportandum non deſtitit commendare. Viſa eſt crebertimè, ſed ſecretiſſimè, ruſticarum more ſuccincta, manibus ambabus utens pro dextera, tam diu huic pio inſtitiſſe labori, quouſque vacillante inceſſu, non largitate, ſed corpore deficiens, ſe neceſſariò reclinaret. Si quis autem ipſius in divino cultu vigilantiam, ac aliarum virtutum ejus merita, nec non quot eccleſias & monaſteria in Germaniæ & Burgundiæ partibus conſtruxerit ac reparaverit, ſcire voluerit, de his ex vita ipſius quam venerabilis Odilo, abbas Cluniacenſis, plenè deſcripſit, quæ in quibuſdam Germaniæ ac Burgundiæ eccleſiis reperitur, plenius poterit informari. Sed ea quæ de ipſa præmiſſa ſunt, ex Francorum hiſtoria ſunt excepta. Obiit autem hæc ſancta imperatrix (ut refert dicta hiſtoria) ſub anno Domini DCCCCXCIX. Kal. Januarii. & ad Deum quem ſemper ſitiverat, remuneranda migravit: ac in monaſterio Salſenſi (quod ipſa in honore principis Apoſtolorũ co ſtruxerat) honorificè ſepelitur: cujus fideli ſervitio Deus digna recompenſans præmia, plurima hodie per eam miracula operatur. Ceterũ beata & Deo dilecta Kunegundis, in apice imperii conſtituta, terreno imperatori Heinrico ſecundo matrimonialiter, non tamen carnaliter conjuncta, virginitatem ſuam (quam B uſque in finem conſervare ſtuduit) de ipſius Heinrici conſenſu imperatori cœleſtium conſecravit. Poſt cujus mortem illa ſe ad Deum (ut ſemper conſuevit) totam contulit, ipſum ſuæ caſtitati neceſſitati ac ſaluti adeſſe, illum ſuis eccleſiis ac filiis quos in Chriſto aggregaverat præſentem fore, vigiliis ac devotis orationibus orare jugiter non ceſſabat: dieque activam cum Martha, & nocte contemplativam cum Maria vitam ducere ſatagebat. Denique ipſo in anniverſario die tranſitus ſancti Hei[…]ici imperatoris, ſancta Kunegundis archiepi[…]copos & epi[…]copos ad dedicationem Conphugenſis monaſterii ſanctimonialium, quod ipſa conſtruxerat, convocavit: ubi infra miſſarum ſolennia, poſt lectionem Evangelii purpuram imperialem exuens, tunicam fuſcio rem, q[…]am ſuis manib. operata fuerat, ac veſtem religionis induit: & capillis abſciſſis, impoſitoque ſibi ab epiſcopo ſacro velamine, annulo fidei gratulabunda ext[…] ſubarrata: itaq; Chriſto ſponſo cõſecrata, dum filiarum ſuarũ ſe ſanctiſſimæ applicuiſſet contubernio, nõ ut mater filiabus ſe ipſam prætulit ſed omnibus ſerviens, ſervilem ſe perſonam per omnia uſtedebat: multa circa contubernales devotio, frequens decumbentium viſitatio, & ſollicita pauperum proviſio illi erat. Hujus autẽ ſanctiſſimæ Kunegundis merita, frequens tam in vita quàm poſt mortem miraculorum gratia declaravit. In vita namque ipſius, viveute adhuc imperatore Heinrico, ſacta ſuit autore diabolo ſuſpecta criminis adulteris, quæ maculam corruptionis non novit. Sed quia crudelis eſt qui negligit famam ſuam, ut dicit beatus Auguſtinus in Canone 12. q 1 nolo. expurgationis gratia judicium ad vomeres candentes ſibi elegit. Cumque dilecta Deo ad illud judicium duceretur, ingemuit dicens: Domine Deus creator cœli & terræ, judica judiciũ meum, & eripe me te enim teſtem & judicem invoco, quòd nec hunc præſentem Heinricum, nec alterum quenquam virum carnali cognovi commercio. Quo dicto, vomeres cãdentes nudo veſtigio calcavit, & ſine adulſtionis moleſtia ſecura pertranſiit. Item, cum quodam tempore poſt lectionem Evangelii, ad altare ſacrificatura ſolenni more accederet, dextræ ſuæ manus chirothecam detrahens, cum nullus qui eam reciperet tunc adeſſet, à ſe rejecit. quam radius ſolis per feneſtram intrans ſuſcepit, & tam diu quaſi famulando ſuſtinuit, donec illa poſt ſacrificium rediens. eandem reciperet chirothecam. Deinde alio tempore dum eadem beata Kunegundis in monaſterio prædicto erat, ſanctimonialis effecta. & quandam neptem ſuam Votam nomine, quam in abbatiſſam ejuſdem monaſterii præfici procuraverat, deficere videret à rigore obſervãtiæ regularis, ipſam ꝓpter hoc primò privatim, deinde publicè coram multis ſæpius arguebat. Illa verò matereræ patrocinio ac familiaritate vanè cunſiſa id emendare neglexit. Cumque beata Kunegundis quadam die Dominica crucem cum conventu proceſſionaliter ſequeretur, B prædicta defuit abbatiſſa: quam illa inquirens, & epulantem cum coætaneis in conclavi reperiens, zelo pietatis armata, eam verbo correctionis dexteram ejus maxillam percuſſit: qua quaſi ſigillum quoddam formam digitorũ accepit, quam habuit toto tempore ſuæ vitæ De quo nimirum ſacto conſtat, quia non tantum hoc pro ſe, ſed pro aliarum emendatione pertulit: ut hujus viſio aliis proficeret, & eam ad melioris vitæ ſtatum à ſuis vitiis retorqueret. Tandem poſt multa ſanctitatis ſuæ merita miraculorumque teſtimonia, cum tempus mortis ejuſdem ſanctiſſimæ Kunegundis inſtaret, videretque ſibi non tanquam pauperculæ ſorori, ſed imperatrici aurea velamina feretro ſuperponenda deferri: Amictus iſte (ait) non eſt meus: auferte hinc, ornatus hic alienus eſt. Deinde poſt plura verba ſubjunxit: Corpuſculum meum juxta tumulum fratris mei, & Domini Heinrici imperatoris (quem me vocantem video) in proprio locello reponite. His dictis in manus Domini ſpiritum commendãs, abjecta carnis ſarcina, ipſius felix anima ad ſuum revolavit auctorem: cujus ſaccum corpus in eccleſia Bamburgenſi apud corpus ſancti Heinrici (prout fieri juſſerat) cum veneratione debita eſt ſepultum, ubi Deus amborũ meritis innumera miracula operatur. Hæc omnia & alia plura in vita ſeu legenda ſanctiſſimæ Kunegundis ac ejuſdem beati Heinrici plenius continentur. Licet autem de beata Radegunde, filia Berethani regis Thuringorum,

A & Clotharii regis Francorum conjuge: de cujus vitæ ſanctitate, ac miraculorũ gloria ſcribitur in Spec hiſt.lib.24.ca.79. ac de quibuſdam aliis reginis Germanis, plurima ſanctitatis opera & miracula referri poſſent: præmiſſa tamen de glorioſis reginis & imperatricibus memoratis ad præſens dixiſſe ſufficiat, gratia brevitatis.

Cap. XIIII.

DE MVLTIPLICIBVS BELLORUM victoriis, per veteres principes Germanos habitis, ac miraculis per merita quorundam ex ipſis factis, divinisq́; revelationibus eiſdem oſtenſis.

QUia (ut ſacri teſtantur Canones) non eſt juſticiæ Dei, ut obliviſcatur bonorũ operum, & miniſterii propter nomen ejus exhibiti, ut de pœ di.2. ſi enim, circa medium & cap. non eſt. nec apud ipſum irremuneratũ remanet ullum bonum, de pœ. diſt.3. cavendum. & duobus cap. ſequentibus Ideo congruum reputo de remuneratione, veteribus principibus Germanis, à Deo ob zelum catholicæ fidei & Chriſtianæ religionis (quo cæteris principibus perfectius viguiſſe noſcuntur) facta, in ſequentibus pauca referre. Deus igitur omnipotens, ut dignis digna rependeret præmia, eoſdem principes non ſolum æterna beatitudine, qua omnes fideles in charitate decedentes remunerat, ſed etiam in ſeculo præſenti ob zelum hujuſmodi in multiplicium bellorum victoriis, nõnullos etiam ex ipſis miraculis in vita & poſt mortem ac divinis revelationib. reddidit glorioſos. Circa quod tamen ſciendum eſt, quòd triumphalis bellorum proſperitas, non ſemper ex fidei merito, & religionis gratia, ſed etiam infidelib. bellorum ducib reperiatur fuiſſe cõceſſa: ut patet per beatum Gregorium. in Canone 23. q. 4. ſi non ex fidei. in principio veterib. tamen principibus Germanis frequens bellorũ proſperitas à Deo ex merito fidei, Chriſtianæq́; religionis gratia, ex eo fuiſſe conceſſa colligitur: quòd inter eoſdem principes, ac generaliter inter omnes reges Francorum, à tempore Clodovei, qui primus inter eos fidem Chriſti aſſompſit, illi (ut ex geſtis eorum patet) plus cæteris claruêre victoriis, qui zelũ majorẽ fidei catholicæ ac Chriſtianæ religionis habuiſſe noſcuntur. Sed quia compendioſi hujus libelli propoſitum, frequentes bellorum victorias per eoſdem principes habitas referre nõ ſinit: ideo his obmiſſis. ad quaſdam divinas revelationes quibuſdam ex eis oſtenſas, nec non ad miracula quædam pro merito quorundam ex eis facta breviter referenda quæ Deum ex ipſorum fidei meritis, Chriſtianæq́; religionis gratia feciſſe non eſt dubium. ſtylum vertam. Igitur Carolus Magnus, dum recuperata terra ſancta repatriare diſponeret, atq; Conſtantino imperatore Cõſtantinopoli exiſtens, paſſionis Dominicæ reliquias poſtulaſſet, ac Daniel Conſtantinopolitanus antiſtes, concham in qua erat corona ſpinea Domini, ad dividendas reliquias hujuſmodi aperuiſſet: tantus inde odor exiit, ut aſtantes in paradiſo ſe eſſe putarent. Tunc Carolus in pavimentum eccleſiæ proſtratus, plenus fide oravit Dominum, ut ad ſui nominis gloriam, paſſionis & reſurrectionis ſuæ miracula renovaret. Et cum oraſſet, ſtatim ros cœlitùs lignum infudit, & flores emittere fecit: tantaq́; lux cum odore affuit, ut præſentes ſua veſtimenta cœleſtia eſſe putarent: flores verò converſi fuerunt in manna, quod modò eſt apud ſanctum Dionyſium· quod à multis putatur eſſe de illo manna, quod pluit Dominus filiis Iſrael in deſerto. omneſq́; ægri qui aderãt, ad odorem florum ſanati fuerunt. Quibus geſtis ecce tubam infinita eccleſiam violenter intrans clamare cœpit. Verè hodie dies reſurrectionis exiſtit. nam odor de florib. exiens civitatem impleverat, & trecentos & unũ ægros priſtinæ reſtituit ſanitati. Deinde Carolus ad partes rediens, in quodã caſtro per tactum reliquiarum à prædicto imperatore Conſtantinopoli receptarum, puerum mortuum ſuſcitavit: ubi etiam quinquaginta ægri, ſexus promiſcui, ſunt curati. Poſt hæc dicto Carolo Aquiſgrani ad reponendum dictas reliquias venienti. ſanati ſunt ibidem febricitantes innumeri dæmoniaci, leproſi, paralytici, claudi, manci, gibboſi, & epileptici multi: ac cæci viſum receperunt, unuſque mortuus exſtitit ſuſcitatus propter quod glorioſus Carolus indixit, ut omnes ad videndum reliquias quas de Hieroſolymis & de Conſtantinopoli adduxerat Aquiſgrani Idibus Junii convenirẽt: ſta- B tutumq́; fuit ibidem Leone papa tertio præſidente. ut quolibet anno, in quarta feria Jejuniorum quatuor temporum. in menſe Junii, reliquiarum oſtenſio fieret prędictarum Hæc, & quædam alia de hoc, in Speculo hiſtor. lib. 25. capitul 5 plenius continentur. Item beatus Jacobus apoſtolus, filius Zebedæi, Carolo Magno noctu in extaſi apparuit. dicens, eum ad liberandum terrã Galliciarum, in qua corporaliter incognitus quieſcebat, à Sarracenorum manibus fuiſſe à Deo electum, ad cujus admonitionem Carolus cum magno illuc perrexit exercitu. Cumque obſideret Pampilonam, & propter muros inexpugnabiles ipſam capere nõ poſſet, oravit ſanctum Jacobum, ut ob ſui honorem nominis daret ei capere civitatem: & tunc muri civitatis funditùs corruerunt. Idem etiam factum fuit, dum idem Carolus Lutetiam, maximam orbem in valle viridi obſideret: quæ urbs deſerta eſt uſque in hodiernum diem. hæc in lib. 25. prædicto, in 6. c. plenius continentur. Pluribus inſuper aliis miraculis diviniſque revelationibus glorioſus Carolus claruit, ut in prædicto lib c.4. 13.20.22.& 23 plenius continetur. Multa etiam Deus omnipotens præclara miracula exercitui ejuſdẽ Caroli monſtrare dignatus eſt. Unde refert hiſtoria Francorum, quod dũm Saxones Carolo Magno in Italia exiſtente, caſtrũ Heresburg, ſub anno Domini DCCLXXVI. obſidione cinxiſſent, ipſumq́; caſtrũ quadam die ſummis viribus invadere niterentur, ecce

glotia

A gloria Domini ſuper domum eccleſiæ in eodẽ
caſtro ſitæ, tam Chriſtianis quàm paganis ap-
paruit. Nam duo ſcuta ſupra eandem eccleſiã
ſanguineo colore flammantia, & velut in præ-
lio quibuſdam motibus agitãtia, viſa fuerunt.
Quod ſignum Saxones tunc pagani aſpicien-
tes, mox in fugam converſi ſunt: ac in tantam,
ut ſtrictis gladiis mutuò ſe trãsfoderent, amẽ-
tiam devenerunt. Item refert hiſtoria Franco-
rum, quòd dum Carolus Magnus, ſub anno
Domini DCCLXXII. in partes Saxoniæ cum ex-
ercitu perrexiſſet: & ad Hermenſul proveni-
ens, ibidem ad deſtruendum funditus fanum
quoddam, per duos vel per tres dies manere
decreviſſet, aqua exercitui propter magnam
ſiccitatem in loco prædicto defecit: moxq; di-
vina largiente gratia, in quodam torrente, ita
ut omni exercitui ſufficeret, aquæ largiſſimæ
ſunt effuſæ. In Speculo hiſtoriali libro 25. plu-
ra miracula exercitibus Caroli Magni virtute
divina in partibus Hiſpaniæ facta leguntur. I-
tem imperator Ludovicus primus, Caroli
Magni filius, miraculoſam revelationem de
transferendo epiſcopatu. de Auliceuſi eccle-
ſia quam pater ejus fundaverat, ad eccleſiam
quæ nunc Hildensheim dicitur, habuit, in
hunc modum. Nam cum in promovendo Au-
licenſem eccleſiam in caput & arcem epiſco-
patus eſſet intentus, eundemq; locum ob hoc
frequentius incoleret: contigit eum venandi
gratia, in locum quem nunc Hildesheimenſis
eccleſia occupat, fixiſſe tentorium, ibiq; miſ-
B ſam allatis capellę regię reliquiis audiviſſe: re-
ge autem de venatu Aulicam regreſſo, ibique
tunc miſſam audituro: capellanus reliquias
impoſiturus altari, demum ſe oblitum eas di-
miſiſſe recoluit, ubi miſſa fuit pridiè celebrata.
revertitur ſollicitudinis concitatus ſtudio, ubi
& eas ſuſpenderat, inveniens in ramo ſcil. ar-
boris fontem puriſſimum obumbrantis: ap-
propiat igitur hilaris, & quas facili manu ibi
ſuſpenderat nullo conatu auferre ſuffecit Im-
perator hæc Dei magnalia intelligens, ad locũ
multis ſtipatus celeriter veniẽs, ipſas reliqui-
as de loco cui ſemel inhæſerant, apertè ſenſit
nolle moveri. Divinitùs igitur inſtinctus, di-
ctas reliquias (quæ erant ſanctiſſimæ Dei ge-
nitricis Mariæ virginis) ibidem Dei genitrici
dedicavit altare, & eundem locum quem &
ſuſpenſæ reliquiæ obtinent. Hunc igitur lo-
cum novitate miraculi illuſtratum, ac tanto o-
pere Dei genitrici placuiſſe probatum, rex Lu-
duvicus toto affectu ꝑmovere aggreſſus: prin-
cipalem epiſcopi cathedram, quam prius apud
Aulicenſem eccleſiam à patre ſuo fundatam,
Petri apoſtolorum principis honori attribue-
re decrevit: ſacello reliquiarum Dei genitri-
cis conceſſit, eiq; probatæ religionis Gunthe-
rium epiſcopum primum præfecit: ſicq; Hil-
desheimenſis eccleſia ſedem obtinuit princi-
palem, prout hæc in hiſtor. Francorum ple-
nius continentur. Item, Ludovico regi Ger-
maniæ, ſub anno Domini DCCCLXXV. apparuit
in ſomnis pater ſuus Ludovicus primus, præ-
dictus imperator, adjurans eum per nomẽ bea-
tæ Trinitatis, ut eum eleemoſynarum largitio
ne à tormentis, in quibus tenebatur, eriperet.
ob hoc ad diverſa monaſteria eleemoſynas de-
ſtinans, patri obnixè filius ſuccurrebat, prout
in Francorum hiſtoria & in Spec. hiſt. lib. 25. c.
41. plenius continetur. Item, Carolus ejuſdẽ
Ludovici regis Germaniæ filius, à dæmonio
graviter in præſentia patris & procerum ejus
vexabatur, ac in ipſa vexatione id ſibi propter
quandam conſpirationem contra patrem fa-
ctam contigiſſe confeſſus eſt: ut in Spec. hiſt.
lib. 25. c. 40. continetur. Item, eidem Carolo
imperatore facto, divinitùs fuit oſtenſa viſio
tormentorum. Nam cum quadam die Domi-
nica poſt celebratum nocturnarum horarum
divinum officium, ſomnum capere vellet, fuit
raptus in ſpiritu: ductusq; fuit per quendam
candidiſſimum ſpiritũ, in pœnas labyrinthias
infernorum, ubi animas innumeras epiſcopo-
rum, principum & aliorum hominum, patris,
fratrum, patruorumq; ſuorum in diverſis lo-
cis ac variis tormẽtorum generibus, vidit pœ-
nis infernalibus mancipatos, quæ cauſas tor-
mentorum ſuorum eidem Carolo explicabãt:
ibi etiam inter alia audivit retrò ſe animas cla-
mantes, Potentes potenter tormenta patien-
tur. quæ verba originaliter habentur Sap. 6. c.
& transſumptivè leguntur in Canone 8. q. 1. c.
illud. Deinde ſpiritus ejuſdem Caroli per ſuũ
ductorem ad purgatorium ductus, vidit inter
alia duo dolia. Cumq; reſpiceret ſuper unum
dolium, ubi erat aqua fervens, videns patrem
ſuum Ludovicum prædictum in eodem dolio B
dolore nimio aggravatum. Dixitque ei pater,
Noli timere: ſcio enim quòd ad corpus tuum
ſpiritus revertetur, ſciasq; me propter pecca-
ta mea talia ſuſtinere ſupplicia. una enim die
ſum in iſto ferventi: & altera die in iſto ſuaviſ-
ſimo aquæ dolio. precib. ſanctorum Petri apo-
ſtoli & Remigii confeſſoris, cujus patrociniis
hactenus regale noſtrum genus regnavit, trãſ-
mutor. Sed ſi tu, epiſcopi, abbates, & omnis
ordo Eccleſiaſticus, miſſis orationibus, obla-
tionibus, vigiliis & eleemoſynis mihi ſubve-
niretis, tunc de iſto aquæ bullientis dolio cer-
tiſſimè liberabor. oſtendensq; altiſſima duo
dolia bullientia: Iſta, inquit, dolia ſunt tibi
(niſi te emẽdaveris, & de peccatis tuis pœnitẽ-
tiam egeris) præparata. Poſt hæc ductor ipſius
Caroli eum ad dextram luculentiſſimi paradi-
ſi deduxit, ubi imperatorem Lotharium patru-
um ſuum, ipſumq; filium Ludovicum impe-
ratorem in claritate ingẽti vidit, precioſis dia-
dematib. coronatos. cui Lotharius blanda vo-
ce dixit. prædictum Ludovicum patrem ſuum
de pœnis prædictis meritis ſancti Petri. ac pre-
cibus ſancti Remigii (cui Deus magnum apo-
ſtolatum ſuper reges & gentes Francorum de-
dit) certiſſimè liberandum. Quodq; de manu
ſua citò poteſtas imperii tolleretur, ipſumque
parvo tempore pòſt victurum, alia etiam quæ-
dam futura circa imperium ſibi prædixit. Poſt
hanc viſionẽ Arnulphus, filius Carolomanni,
regis Bavariæ, ſe in brevi de regno & imperio
intromiſit: & Carolus duob. annis tantùmo-

A do ſupervixit. prout hæc in Spec hiſt. lib. 25. c. 49. & duobus capitulis ſequentib. latius continentur. Item Otho primus, dum ſub anno Domini DCCCCLII. in civitate Ratiſponenſi, vacante ibidem eccleſia. conſtitutus fuiſſet in ſomnis, ut epiſcopatum eccleſiæ Ratiſponenſis illi daret, qui ſibi primus occurreret, fuit admonitus: qui craſtino die illuſtrante, ad monaſterium beati Emeranni martyris, ordinis ſancti Benedicti, monachis neſcientibus cum paucis venit. & paulatim oſtium monaſterii pulſans, à quodam venerabili fratre Gunthero, ipſiusq; monaſterii cuſtode pervigili exſtitit intromiſſus. quem intuens, ad orandũ primò proceſſit, deinde talib⁹ verbis aggreditur: Quid mihi, frater, pro adipiſcendo epiſcopatus honore vis dare? frater ad hæc ſubridens: Calceos, inquit, meos. Hunc tamẽ ad electionem antiſtitis cum cæteris fratribus ad cathedralem eccleſiam venientem Otho prædictus explicata omnib⁹ præſentib admonitione pręfata, eum conſilio cleri & populi de epiſcopatu ipſius eccleſiæ inveſtivit. Sicq; in eo impletum eſt, quòd prædeceſſor ſuus ejuſdem ordinis ſibi prædixit. hæc in hiſtoria Francorum ſic ſcripta leguntur. Item de Othone refert dicta hiſtoria, quòd cum quendam venerabilem & etiam ſanctum presbyterum Geronem nomine, à clero & populo in archiepiſcopum Colonienſem electum, de archiepiſcopatu Colonienſi ob multas inimicitiarum cauſas quas ad quendam Marcionem fratrem dicti Geronis

B habebat, inveſtire renueret, ipſi Othoni, ſub anno Domini DCCCCLX in ſancto die reſurrectionis Dominicæ, angelus Domini evaginato gladio, cum jam præparatus eccleſiam adire voluiſſet, apparuit ſibi dicens: Niſi in Gerone hodie compleveris electionem, ſecurus non evades hanc cædem. Cæſar hoc expaveſcens: Vocate, inquit, dominum Geronem cui venienti curam paſtoralem Colonienſis eccleſiæ cum baculo commiſit, & indulgentiam ſuper commiſſo humiliter flagitavit. Item Heinricus ſecundus, beatiſſimus Dei famulus, temporalis regni non cõtentus anguſtiis, pro adipiſcenda immortalitatis corona, ſummo regi (cui ſervire regnare eſt) devotiſſimè in divini cultus religione, ejuſq; amplificatione ſtuduit militare. Qui dum civitates Apuliæ pertranſiſſet, cœpit infirmitate calculi laborare: ingraveſcente autẽ dolore, montem Caſſinum (ut per interceſſionem beati Benedicti abbatis, & ſanctæ Scholaſticæ virginis, ſanitatis remedium ſibi præſtaretur à Deo) petiturus aſcendit. effuſa itaq; oratione devota, petebat à Deo ſibi per interceſſionem ſancti Benedicti & beatæ Scholaſticæ virginis, animæ & corporis præſtari ſalutem. Deinde nocte in lecto dormiens, vidit ſanctum Benedictum ſibi aſſiſtere, ac ferrum ſectorium, ad ſectiones medicinales aptatum manu tenere. qui dixit ei: Quia in Deo & in ſanctis ejus ſperaſti, ecce à Deo miſſus ſum. ut ab infirmitate calculi libereris: partemq; illam corporis, ubi calculus hęrebat, prædicto ferro medicinali aperuit: & evulſo molliter calculo, ſanatione ſubita, vulneris reintegravit hiatum. manè autem facto, vocatis epiſcopis ac principib. Deum magnificans, cuncta quæ circa eum geſta erant, omnib. audientib. ex ordine referebat: ac eia calculum quem manu tenebat, & cicatricem vulneris oſtendebat. Illi verò videntes & audientes Dei mirabilia, plus quàm credi poteſt admirati. Deum benedicebant: diuq; in laudẽ ejus acclamantes, de incolumitate regis non modicum ſunt gaviſi. Alio deniq; tempore cũ idem Heinricus, Chriſti confeſſor, ad civitatẽ Merſeburg veniſſet, accidit ut in eccleſia Merſeburgen ad altare ſancti Laurentii devotiſſimè miſſam audiret: qua completa, ablutionem calicis (prout facere conſueverat) volens ſumere, fuit propter magnum regni tunc incumbens negoclum impeditus: calicemq; cum ablutione in mundo loco per cuſtodẽ reponi, ac cum omni diligentia ſervari præcepit. Poſtera verò die poſt matutinas eccleſiam cum paucis intrans, calicem cũ ablutione ſibi afferri præcepit: cumq; allatus & diſcoopertus fuiſſet, inventa eſt ablutio illa in formam veri ſanguinis tranſmutata: quod factum mirabile, mox univerſis qui aderant innotuit: ipſaq; eccleſia in laudẽ Dei, & gloriã cõfeſſoris Heinrici ſucceſſorib. enarrabit Aliis quoq; miraculis divinisque revelationib. multis in vita ſua claruit. nã ſanctũ Godehardum in epiſcopũ Hildesheimenſem divina revelatione præfecit. Itẽ, ſub anno Domini M. XIII. cum paſſione colica laboraret. eidẽ per viſionẽ divinam plurima ſunt

B monſtrata: prout in hiſtoria Francorum & in ejuſdem Heinrici legenda plenius cõtinetur. Poſt felicem verò ejus de hoc ſeculo tranſitũ, ad declaranda ejus meritorum inſignia, Deus innumera in ejus ſepulturę loco in eccleſia Bãberg videlicet, dignatus eſt operari miracula. Cum autem crebris miraculorum atteſtationibus, ſanctitatem ſui confeſſoris Dominus declararet. prælati ejuſdem eccleſiæ cum literis Conradi regis ac principum Romam venerunt: & quàm magna miracula Deus meritis prædicti ſancti Heinrici operaretur, Eugenio papæ ac Romanæ curiæ cardinalibus nunciarunt: at illi gaudentes, & Deum pro tantæ famæ dulcedine glorificantes, de canonizatione ſancti Heinrici adinvicem ſolicitè conferre cœperunt. cui canonizationi cardinalis quidam Johannes nomine, reſiſtens, non verecundatus eſt prędicto detrahere confeſſori: ſed divina ultio detrahentem cœleſti verbere repètè coercuit, ipſum privando lumine oculorum: ac ille à Deo percuſſus, & cæcitatis moleſtia humiliatus, & reatus ſui conſcientia torqueri, & quod hanc plagã peccando in confeſſorem Chriſti meruiſſet. cœpit publicè confiteri. & mirum admodum, quem prius detractionis dentibus laniabat, hunc modò laudibus & præconiis uſq; ad ſidera extollebat. Cõverſus verò ad pœnitẽtiam per interceſſionẽ ſanctiſſimi Heinrici, denuò illuminatus eſt: ob cujus ultionem juſto Dei judicio fuerat excæcatus. Præmiſſa & alia innumera miracula in vita ſeu

A vita ſeu legenda ſancti Heinrici, Christi cõfeſ-
ſoris, de ipſo ſcripta plenius continentur. Itẽ,
imperatot Heinricus tertius, tẽpore Conradi
ſecundi patris ſui, dum adhuc in puerili fuiſſet
conſtitutus ætate, à quodã clerico fiſtulã argẽ-
teã, qua pueri ludentes aquam jaculari ſolent,
accepit, eiq; epiſcopatũ dare, cũ foret impera-
tor, eſt pactus. Poſt hæc rex ſeu imperaror fa-
ctus, clerico petẽti pollicitum impigrè dedit e-
piſcopatum: non multo pòſt aſpero morbo
correptus, decubuir: & morbo creſcente, tri-
duò mutus jacuit: propter quod epiſcopi po-
tentes triduano indicto jejunio, pro vita ipſius
Domino ſupplicabant. cõvaleſcens autẽ, epi-
ſcopum quẽ pro fiſtula ad epiſcopatum promo
verat, accitũ, ſententia concilii deponi fecit:
confeſſoſq; eſt, ſe toto illo triduo dæmones in-
feſtos ſibi vidiſſe, ac flammam adeò pertinacẽ,
ut noſter ignis reſpectu illius jocus putetur, in
ſe per fiſtulã jaculaſſe. interim verò. & juvenẽ
ſemiuſtolatum adveniſſe, ferentẽ calicem au-
reum immenſæ magnitudinis, aquã plenũ: cu-
jus viſione & aquæ aſperſione evaſerat hujuſ-
modi flammarũ ardores hic erat beat⁹ Lauren-
tius, martyr glotioſus, cujus eccleſię tectum
diſſolutũ propaginari fecerat: & præter alia
munera, aureo calice honoraverat eccleſiam
antedictam. Eundem etiam Heinricum, dum
quadam vice inimicos fugeret, cerva quædam
ultra invadabile flumen evexit. hæc & alia de
ipſo in Spec. hiſt. lib. 26. ca. 19. plenius conti-
oentur. Multis inſuper aliis miraculis diviniſ-
B que revelationib⁹ veteres Germani principes
claruerunt. Sed compendioſi hujus libelli
propoſitum, ab referendis omnibus me habeat
excuſatum.

CAPIT. XV.

DE MULTIS PRAEROGATIVIS, privilegiis, gratiis & honoribus, quibus pontifices Romani veteres Germanos principes extulerunt.

VEnerabiles Romani pontifices, Chriſti
vicarii, qui tempore antiquorum principum
Germanorum eccleſiæ Romanæ præfue-
rant: Chriſtianæ religionis zelum (qui Roma-
nis põtificibus ex officii debito major cunctis
incumbit, ut dicit Canon 24. q. 1. officii.) eiſ-
dem principibos per ſancta devotionis opera,
nec non præcipuæ munificentiæ ac defenſio-
nis magnificæ, & alia beneficia eccleſiæ Roma
næ, cæteriſq; eccleſiis per ipſos (ut ex ſuperio-
ribus patet) impenſa, evidentiſſimè compro-
batum: grata viciſſitudine compenſare volen-
tes dictos principes multimodis prærogativis,
privilegiis, grariis & honoribus extulerunt,
Gtegorius ſiquidem papa tertius, dum Caroli
ducis Francorum, cognomine Martelli, con-
tra Lombardos auxilium imploraret: eidem
(ut refert Chronica Martini) claves confeſ-
ſionis ſancti Petri tranſmiſit. Item Zacharias
papa dicto Carolo pro Dei eccleſiæ neceſſitate
dedit (ut referr Chronica Gotfridi) auctori-
tatem, milites de eccleſiarum decimis infeu-
dandi: declaravit etiam Pipinum prædicti Ca-
roli filium, in regem Francorum inſtituẽdum:
& Hildericum, qui inane regis Francorũ voca- A
bulom præferebat fore à regno hujuſmodi de-
ponendum. & ſic factum fuit, ut ſupà in quar-
to c. plenius continetut. Item Stephaous pa-
pa ſecundus, dum anno Domini DCCLIII eun-
dem Pipinum & duos filios ejus Carolum &
Carolomannum, unxit in reges Francorum,
ipſos ſpecialiter elegit ad ſedem Apoſtolicam
defendendam, ut in hiſt. Francorum & Chro-
nica Euſebii continentur. Ex hac electione
puto, quòd reges & imperatores Romanorum
ſint uſq; in hodiernum diem Romanæ eccle-
ſiæ advocati, de qua advocatia loquuntur jura
Canonica. ext. de elect. venerabilẽ. verſ. quod
autem. de jur ejuran. Romani, verſ. porrò. in
Cle. Licet autem defenſioni prædictæ ſit grã-
de onus annexum, certum tamen eſt quòd hu-
juſmodi ſpecialis Apoſtolicæ ſedis electio ſeu
aſſumptio ad ejuſdem Pipini & filiorum, ſuc-
ceſſorumq; ſuorum honoris ceſſit augmentũ,
ut videlicet defenſio eccleſiæ Romanæ (quæ
ad omnes fideles reges & principes ſeculi, ſicut
& aliarum Chriſti eccleſiarum, pertinet: ot
patet 96. diſt cap. ult. 23. q. 5. principes & c. ad-
miniſtratores) ſit ab ipſa eccleſia quadã ſpecia-
li prærogativa, & per quandã excelleotiam his
regibus attributa. Idem quoq; papa Stephanus
dictum Pipioũ (ut referunt Chronicæ Gotfri-
di & Martini) cõſtituit patricium Romanorũ,
ipſumq; Pipinum (ut refert hiſtoria Francorũ)
præfatus Stephaous in quadã Epiſtola ſua, per
quam ſanitatẽ corporis ſibi per intercellionẽ
beati Dionyſii martyris miraculosè redditam B
omnib. declaravit, optimum ac Chriſtianiſſi-
mum regem ac ſancti Petri fidelem dominum
nominavit: eundem Pipinum his præclaris co-
gnominibus ſpecialiter honorãdo, ex qua no-
minatione mos inolevit (ut puto) quod reges
Franciæ Gallicæ, qui de genere ipſius Pipini &
Caroli Magni (juxta ea quę dixi ſuprà in proœ-
mio) deſcenderunt, uſq; in præſentem diem ab
eccleſia Romana Chriſtianiſſimi nuncupãtur.
Item Hadrianus papa primus, cũ ſancta ſyno-
do Romæ habita tradidit Carolo Magno, præ-
fato Pipini filio, jus & poreſtatem ornandi ſe-
dem Apoſtolicam, ac dignitarem patriciatus
urbis Romæ conceſſit eidẽ: inveſtituras quo-
que atchiepiſcopotum & epiſcoporũ per ſin-
gulas provincias ab ipſo Carolo recipi diffini-
vit: prout hæc tã ex Chronica Martini, quàm
etiam ex Canone 63. diſt Hadrianus 2. evidẽ-
ter apparent. Item Leo Papa tertius, creatus
in papam, mox ad eundem Carolum (ut re-
fert hiſtoria Francorum) legatos cum muneri-
bus, cui & claves confeſſionis ſancti Petri, &
vexillum urbis Romanæ per eos ſub anno Do-
mini DCCXCVI. direxir, eidem Carolo, ut ad
confirmandum ſibi per ſacrum Romauum po-
pulum aliquem de oprimaribus ſuis tranſmit-
teret ſupplicãdo Poſt hæc Leo papa prædictus,
acclamante ac petente populo Romano præ-
dictum Catolum ſub anno DCCCI. unxit & co-
ronavir in Romanorum imperatorem, nomi-
ne patriciatus eidem ablato: ut in hiſtoria Frã-
corum, & Euſebii, Gotfridi & Martini Chro-

A nicis plenius continuetur. Ex qoo facto (ut refert hiſtoria Francorum & Chronica Euſebii) Romanũ imperium, quod à temporibus Cõſtantini Magni, Helenæ filii, apud Conſtantinopolim in Græcorum imperatoribus manſit, ad reges, imò imperatores Francorum in perſona Caroli dinoſcitur tranſiſſe. Item Leo papa octavus, cum clero & populo Romano Othoni primo & ſuis ſucceſſoribus eadem privilegia, quæ Hadrianus papa Catolo Magno circa ordinationem ſedis Apoſtolicæ, & inveſtituras archiepiſcoporum cum dignitate patriciatus conceſſerat, per omnia renovavit: ut legitur 63. diſt. in ſynodo. Hæc igitur & his ſimilia privilegia, prærogativas & gratias prædicti Germani principes ſingulariter præ cæteris mundi regibus ſeu principibus, ex cauſis in hoc libello præmiſſis, à ſummis pontificibus & eccleſia Romana conſequi meruerũt.

Capit. XVI.

IN QVO MODERNI PRINCIpes ad imitandum zelum Chriſtianæ relig. onis veterum Germanorum principum exhortantur.

Mathatias præcipuus ſuis temporibus legis divinæ zelator (de cujus zelo etiã legitur in Canone 23. q. 5. ſi audieris) Judam Machabæum & alios filios ſuos ad zelum ejuſdem legis animare cupiens: ipſos (ut patet primo Machab. 2. capitulo) ſic exitit allocutus: Mementote operum patrum quæ fecerunt in ge-
B nerationibus ſuis, & accipietis gloriã magnã, & nomẽ æternum. Quæ verba noſtris modernis Germaniæ principibus, conſideratis operibus laudabilibus veterum principum Germanorum, Chriſtianæ religionis zelum reſpiciẽtibus, in hoc libello curſim deſcriptis, cõgruè dici poſſunt. Mementote igitur (ô nobiliſſimi Germaniæ principes) operum patrum, videlicet veterum principum, veſtrorũ prædeceſſorum: eoſdem propter Chriſtianæ religionis ipſorum opera, non tantum laudibus extollẽdo, ſed etiam ſimilia imitatione laudabili exercendo. In fide itaq; Catholica immobiles permanentes, ab ejus rectitudine vos abduci non ſinite: ipſamq; deſiderio ferventi zelantes, ad dilatandum ejuſdem fidei funiculos (qui peccatis populi Chriſtiani exigentibus proh dolor, his tẽporibus, præſertim in partibus oriẽtalib. per inimicos fidei conſtringi cernuntur) contra eoſdem fortes aſſurgite: literarum ſtudia congruis auxiliis ac privilegiorum conceſſionibus pro exterminio pravitatis hæreticæ promovete: Deum cum interna mentis devotione ac ſumma pietate ſedulò colite, ſacroſanctam Romanam eccleſiam, veſtram omniumque Chriſti fidelium matrem piam: veſtris opportunis defenſionibus ac aliis dignis beneficiis honorate: jura ſeu conſuetudines quę eidẽ Romanæ eccleſiæ circa regnum & imperium Romanorum competunt devota mente recognoſcite: ipſiusq; ſalutaribus monitis & præceptis vos cũ humilitatis manſuetudine conformantes, eandem in arduis veſtris dubiis tã-
A quam magiſtram Chriſti fidelium devota mẽte requirite: aliis etiam eccleſiis & monaſteriis maximè à prædeceſſorib. ſeu progenitorib. veſtris conſtructis, dotatis vel ditatis, defenſionum aliorumq; beneficiorũ ſubſidia opportuna porrigite: novas eccleſias vel monaſteria & alia pia loca (prout divina gratia inſpiraverit) pro augmento divini cultus erigite: libertates & privilegia eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis à divis regibus & imperatoribus cõceſſas, non ſolum conſervare, nec non manu tenere, ſed etiã pro reverentia divini cultus augere curate. Cõcilia etiam epiſcoporum pro eccleſiaſticis neceſſitatib. prout opus fuerit, congregari ſummo ſtudio procurate. Alia quoq; omnia & ſingula devotionis opera quæ zelum Chriſtianæ religionis reſpiciunt, ſicut & patres noſtri prædicti (ut ex præhabitis clare patet) in generationibus ſuis piiſſima devotione feciſſe noſcũtur, tota mentis devotione peragere nõ ceſſare. nec enim aliàs gloriari poteſtis vos de ipſorum genere deſcendiſſe. unde Salvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus Judęis Abrahã ſe habere patrem gloriantib. (ut patet in Evangelio Johannis 8. c.) dixit: Si filii Abrahę eſtis opera Abrahæ facite. quæ verba etiam habentur per Gratianum poſita, 22 q. 1. §. item opponitur. Si verò de dictorũ principum nõ deſcendiſtis genere, ſaltem per imitationem laudabilem operum Chriſtianæ religionis. vos conſtituite filios eorundem: pro indubitato tenentes, quòd filiatio imitationis bonorũ operum, longè prę-
ſtantior eſt filiatione originis. per imitationem enim bonorum operum etiã filii Dei dici meremur. Unde dicit beatus Hieronymus: Si filii Chriſti ſumus, quod ipſe fecit nos imitari debemus: ut patet in Canone 56. diſt. Dominus. in fine. Circa præmiſſa non modicum attendẽtes. quod ideo (ut refert Chronica Martini) poſt tempora imperatoris Arnolphi, finẽ, qoo ad poſteritatem, Caroli Magni accepit imperium: quia eo tempore poſteri ejuſdẽ Caroli eccleſias quas patres eorum conſtruxerunt non fovebant, ſed potius diſſipabant: quodq; idem Carolus, Otho primus, & Heinricus ſecũdus, Romanorum imperatores, qui majori Chriſtianæ religionis zelo vigebant, plures eccleſias & monaſteria, quàm cæteri principes Germani, cõſtruxerunt: pluribus etiam bellorum claruère victoriis, pluresq; nationes exteras, ſeu etiam rebelles, regno & imperio ſubjugarunt. Ultra hæc omnia ſi laudabilium operum prædictorum principum imitatores per imitationem laudabilẽ extiteritis accipietis (ut ſequitur in auctoritate præmiſſa) gloriã magnã: non quidem gloriã magnam mundanam tantum quæ tranſit ſed etiam nomen æternũ, ſcilicet quod eſt ſcriptum cœlis. De quo nomine Salvator noſter diſcipulis ſuis (ut legitur in Evangelio Luc. 10 cap.) ait: Gaudete autem, quod nomina veſtra ſunt ſcripta in cœlis. cujus gaudii nos faciat eſſe participes ipſe Salvator, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Ameo.

Cap.

A ## CAPIT. XVII.

ET VLTIMVM, IN QVO ILLVſtri Domino Rudolpho, duci Saxoniæ, opuſculum præſens offertur, & Dominus pro Zelo Chriſtianæ religionis veteribus Germanis principibus ab eo collato laudatur; quodq́, ipſum ducem in conſimili zelo conſervet, ſuppliciter imploratur.

O Princeps inclyte, humilitate aliisq; præclaris virtutum meritis inſignite, hoc Opus exiguum, devotiſſima veterum Germanorum principum ſancita opera Chriſtianæ religionis zelo prodeuntia ſummariè continens, à mea exiguitate collectum animo quæſo ſuſcipe lætabundo. Verùm quia aelum & opera hujuſmodi Deus, bonorum auctor omniũ, ad ſui nominis gloriam ac catholicę fidei augmẽtum eiſdem principibus cõferre dignatus eſt: quas laudes ex hoc ſibi referre omnes Chriſticolæ ac ſpecialiter Germani debeant? quæ neque mens poteſt concipere nec lingua proferre. Ex operibus namq; eorundem principũ aelo Chriſtianæ religionis ferventer ignitis, fides Catholica eſt quaſi per totum occidentale imperium (ut patet ex præhabitis) dilatata. Ex his ſacroſancta Romana eccleſia, aliarum Dei eccleſiarum mater & magiſtra, ſedendo quieſcit in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, ac temporali requie opulẽta. Ex his etiam eccleſiæ occidentalis imperii. & ſingula- B riter in Germaniæ. Galliæ & Anglię provinciis conſtitutæ ſunt, multiplicibus divitiis, privilegiis & honoribus ſublimatæ. Igitur nos omnes Chriſtianæ fidei profeſſores, pro tantis ex zelo eorundem principũ Chriſtianitati collatis à Deo beneficiis, ipſi Deo miſericordiarũ patri (qui major eſt omni laude) gratiarum actiones & laudes (prout poſſibilitas noſtra patitur) mẽte devotiſſima exolvamus. Nos quoque Germani Chriſticolæ ad glorificandum Deũ, eiq; immenſas pro zelo & operibus prædictis gratias referendo: tãto debemus animari ferventius, quanto ex eiſdem aelo & operibus genti Germanicæ, quæ per glorioſorum principum Germanorũ Pipioi & Caroli Magni, ejuſdem Pipini filii, ſtrenuam & devotam operam à cultu idolorum, cui, ut referunt antiquorum hiſtoriæ, multum dedita fuerat eadem gens noſtra, vix averti poterat, ſalus animarũ æterna provenir, ac proveniet dante Domino in futurum: quantoq́; ex dictis zelo & operibus Germania ceteris Chriſtianitatis provinciis dinoſcitor eſſe prelata. Demum ad tuę nobilitatis excellentiam, Princeps magnifice, in cultum meum ſermonem dirigẽs, divinam potentiam ſupplex imploro, quatenus pietatẽ tuam in ardore fidei catholicæ, in devotione mentis, ac Chriſtianæ religionis ſtudio, laudabilia veterum Germanorum principum exempla præmiſſa ſequendo, in tempora longiora conſervet: ut poſt terminum præſentis vitæ, tu unà cum eiſdem glorioſis principibus ſempiterno merearis præmio coronari, eo præſtante qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen. B

FRANCISCI DE ZABARELLIS CARDINALIS FLORENTINI, AC ACUTISSIMI JURISCONSULTI, QUI VIXIT

circa annum Domini 1406. de ejus temporis ſchiſmate tractatus longè appoſitiſſimus: ex quo obiter cum de congregandis ſynodis, Cæſaris ne eæ hodie partes eſſe debeant, tum de pleriſq; aliis, quæ à pontificiis hucuſq; damnantur, pia ejus ſeculi judicia prudens Lector deprehendet.

VNiratem Eccleſiæ firmiter tenere ac vindicare debemus omnes Catholici. 24. q. 1. c. loquitur. Sed maximè epiſcopi qui præſident in Eccleſia, ut ibi. ſic etiam doctores juris, maximè Canonici, qui in Dei eccleſia debẽt afferre fructum oportunum, de elect. c. ex eo. lib. 6. & quadam præcipua cura tenentor unitatem Eccleſiæ quærere & conſervare. Qua de cauſa motus ego Franciſcus de Zabarellis, de modis ſopiendi peſtiferum ſchiſma quod eſt in Dei eccleſia, nonnulla colligere ſtudui, quæ ſubjicio.

Quærimus itaque quibus modis provideri poſſit, ut ſit in Eccleſia unicus Romanus pontifex, cui Catholici omnes pareant: & non duo, uti nunc de facto. Itaque redemptoris cujus agitur cauſa, præſidio poſtulato, reſpõdeo ut ſequitur. Quæritur autem primo, ſi contingat eſſe contentionem inter duos de papatu, utroq; aſſerente ſe papam, & alterum invaſorem, quis ſit judex? Reſpondeo quod Concilium. ut notatur 79. Diſt. c. ſi duo in gloſſ. pri. & videtur hoc probari ibi in litera, cum dicit quod ille erit papa, quem judicium & univerſalis conſenſus elegerit. Nam nomine univerſitatis debet intelligi univerſitas totius Chriſtianitatis, cum papa ſit univerſalis pontifex, ut de majori. & obedi. c. ſolitæ, & de translatione epiſcopi. cap. 1. & duobus ſequentibus. Et quod ad Concilium ſpectet judicare de hoc, eſt 2. q. c. Nos ſi incompetenter. §. Item Symmacus. Nam in tanto negotio ſynodalis arbitrii eſt ſequenda præſcriptio. & 17. diſt. cap. Concilia. §. hinc etiam, & licet ibi non exprimatur omnino de tempore, quod tunc eſſet ſchiſma in papatu, tamen benè exprimitur ibi quod erat ſchiſma contra papam. In canonicis autem legitur quod tunc fuit ſchiſma ex eo quod Laurentius contendebat de papatu cum Symmaco, ad hoc facit quod notat Archidiaconus.

A & Joannes And. de Hær. in fi. lib. 6. ubi dicunt quod cum papa accuſatur de hæreſi, competẽs judex eſt coucilium, quod idẽ eſt, quia ex quo ſurgit altercatio & dubii probabilitas, non poteſt dici Eccleſia plenè reformata, & neuter poteſt benè adminiſtrare argum. de translatione. c. 2. Eſt ergo Eccleſia univerſalis quaſi vacans arg. dicti capit. Cum autem vacat Eccleſia, poteſtas univerſalis Eccleſiæ videtur reſidere in ipſa tota Eccleſ. quæ eſt fidelium congregatio, de Conſec. di. 1. c. Eccleſia de bigamis. c. debitum. & de elec. c. fundamenta lib. 6. Sic etiã dicuut philoſophi quod vel ipſius cõgregationis partem valeuriorem, quæ ſententia colligitur ab Ariſtotele tertio Politicorum cap. 8. & conformiter dicẽdum eſt, quod regimen orbis penes cougregationem hominum totius orbis, vel ipſius partem valentiorẽ conſiſtat. Ita ergo & regimen univerſalis eccleſiæ vacante papatu, conſiſtit penes ipſam eccleſiam Univerſalem, quæ repræſentatur per Cõcilium generale, & ipſo Concilio cõngregato, penes ipſius Couciliii partem potiorem. 50. di. c. Domino ſancto. ad fi. Nam etiam ad ipſum Concilium non couveniunt omnes Catholici, ſed perſonæ præcipuæ. puta epiſcopi & alii prælati eccleſiaſtici qui præſuut magnis locis, ut magni Abbates, babentes dignitatem quaſi epiſcopalem, per hoc qnod eleganter dicit Innocent. de majo. & obedient. c. fin. in rebus & negociis univerſitatum reqniruntur Rectores, vel pars idoneior C. de jura. calum. l. 2. §. B ſin autem. ff. de condi. & demon. l. municipibus. & ext. de procur. c. fin. Sed in hoc non oportet inſtare, quia periti canonũ cõmuniter in hoc cõveniunt. Secũdò quæritur præſuppoſito, quod ad Conciliũ ſpectet tale judiciũ.

Quis habebit congregare Concilium? Reſpondeo, quod olim Imperator congregabat Concilium. Sic congregavit Conſtantinus, ut legitur 16. diſ. c. babeo librum. Item Juſtinianus congregavit ſextam Synodum e. diſt. ibi e-xequente &c. Item ſynodus Nicena facta eſt mediante Conſtantino. 15. diſt. c. ſancta. & ibi legitur de multis aliis Cõciliis, quæ facta ſunt mediantibus Imperatoribus, & alibi legitur quod Conſtantinus præſederit in Cõcilio Niceno. 11. q. 1. c. Continua. Item Carolus Imperator conſtituit Concilium cum Adriano 63. diſtin. c. Adrianus, & de pluribus aliis Imperatoribus legitur, quod Concilia congregarint. Poſtea cõſtitutum eſt quod ad ſolum Romanum poutificem ſpectet talis congregatio 2. q. 7. c. Ideo. 17. diſt. cap. 1. &c. Concilia §. hinc etiam Et hoc quando eſt unicus papa, ſic loquuntur illa jura. Quando autem ſunt plures qui coutendunt de papatu, ſicut nunc ipſi contendunt, debet congregari Concilium ad ſollicitudinem Imperatoris, dicto §. hinc. Intereſt enim ipſius Imperatoris, ut ſit pax in Romana civitate, ut ibi. & ſic fortius intereſt, quod ſit pax in toto orbe, in quo eſſe non poteſt ſtante in contentione papatu, quia ut in Evangelio dicitur: Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur. Et quod ad Imperatorẽ ſpectet talis ſollicitudo, ratio eſt, quia eſt advocatus & deſenſor Eccleſię. A Vel dicendũ eſt, quod ipſi qui de papatu contẽduut, debent congregare, ita tamen ſi ſint in poſſeſſione obedientiæ, ita quod gerãt ſe pro ſummis pontificibus, & ita etiam habeantur à Catholicis, quiſquis ab ea parte quæ ſibi favet, quo caſu tenentur congregare ſuas obedientias ad eundẽ locum, & ambæ ſic congregatę ſunt Concilium & ſecnndum hoc debet intelligi præalleg. §. hinc. in eo quod ibi Symmacus, qui ut prædixi, cum Laurentio de papatu contendebat, congregavit ſynodũ. quod intelligendũ eſt, quod Symmacus erat in poſſeſſione papatus, quoad ampliorem partem Catholicorum, Si autem non eſſent iu poſſeſſione obedientiæ, vel ſi nollent congregare, quis habeat congregare, dicetur in ſequenti quæſtione.

Tertiò, quæro ſi cõtingat ꝙ dno electi ſint in poſſeſſione papatus, vel quod ipſi quamvis ſint in poſſeſſione, & congregare poſſint Concilium, ut in proxima qnæſtione, tamen nolint, quis congregabit? Reſpondeo. quod collegiũ Cardinalium, quia cũ ſit in poſſeſſione eligendi papã, de elec. c. nbi periculũ. lib. 6. per conſequens ad eos ſpectant, omnia quæ ſunt ad electionẽ couſequentia de elec. c. cupientes. §. ad hæc. & § Si verò, lib 6. Ad hoc 65. diſt c. fin. & quod ibi notatur in Gloſſ. Itẽ in iis quę concernunt electionem papæ, collegium cardinalium repræſentat univerſalem eccleſiam & ejus vice fungnntur, ut infra in 8. quæſt Nam hoc caſu non ſubeſt remediũ, ut deputetur Viſitator eccleſię vacanti, quo caſu ipſe Viſitator talem convocationẽ faceret, quemadmodum B deputatur eccleſiæ Metropolitanæ, & ſi vocãdi ſunt comprovinciales epiſcopi, ipſe Viſitator convocat, ut notat Archidia. 7. q. 1. c. pontifices. & facit 16. diſt. c. obitum & c. fin. de elec. c. is cui. lib. 6. Nã reſpectu eccleſię Romanę, non eſt qui talẽ deputet. Et ſic remanet penes collegiũ talis poteſtas. Si tamen videretur utile collegio deputare Vicarium ſeu adminiſtratorẽ ſede vacante, nt facilius expeditentur ea quæ imminent pro electione unius ſummi Pontificis, hoc poſſent. per ea quæ dicũtur infra eo. q quia poſſunt omnia præparatoria, ſeu conſequẽtia ad electionẽ, nec in hoc reſiſtunt juri: nõ enim poteſt limitari collegiũ Cardinaliũ ſicut limitãtur inferiora Collegia, quibus hoc ꝓhibetur. de ſupplẽ. negli. prę l. c. fi li. 6. & hoc quia collegiũ Cardinaliũ, nõ habet ſuperiorem ad quẽ recurratur ut iu dicto c. finali. Sed oppoue ad ſuperius dicta de convocat. Conciliũ, videtur enim obſtare Clemẽt ne Romani. de elec. ubi irritatur quicqnid facit collegiũ Cardinaliũ, de iis quæ ſpectãt ad papam dum vivit. Convocatio autẽ generalis Cõcilii, ad ſolũ papã pertinet, ut ſupra in proximo dubio. Ad quod reſpondeo quod cũ illud c. excipiat ea quæ permittuntur Collegio in præalleg. c. ubi §. idem. ſtandum eſt illi §. ibi enim prohibeutur Cardinalibus non ea quæ continguut electionem, ſed alia extrinſeca, præcipitur enim, ut de alio negotio ſe non intromit-

A tromittant niſi in caſibus, de quib. ibi. & hoc ut vacent accelerandæ proviſioni. Cum ergo cõvocatio generalis Concilii ſit, hoc caſu neceſſaria, ut perveniatur ad habendum unum ſummum pontificem, meritò ad collegiũ Cardinalium pertinet, tanquam quid annexum & acceſſorium proviſioni: nec dicitur prohibita, imò permiſſa in dicto c. ne Romani. hæc enim ſunt de iis, quæ melius expediuntur ſede vacante, vel quaſi vacante quàm non vacante ut in ſimili notat Inno. ne. ſe. va. cap. 1. Si autem contingat, quod collegium Cardinalium ſit diviſum, & non concordat in tali convocatione, vel ex quacunq; cauſa non faciat talem convocationem ad quem tunc ſpectet, dicitur in ſequenti quæſtione.

Quartò, quæro ſi eveniat, quod collegium Cardinalium ſit diviſum, & non concordat in convocando Concilium, vel ex quacunq; cauſa non convocet, ad quem ſpectabit talis convocatio? Reſpondeo. quod ad Imperatorem, caſus videtur 65. diſt. c. fin ubi negligente illo, ad quem devolvitur congregatio vicinorum epiſcoporum, pro ordinandis epiſcopis locorum, proprii populi convocant convicinos epiſcopos. Propriè autem Impetator repræſentat totum populum Chriſtianum, cũ in eum tranſlata ſit juriſdictio & poteſtas univerſi orbis. ff. de orig jur. lib. 2. §. noviſſime. C. de veteri jure enucleando. lib. 1. §. Cum enim loco ipſorum ergo populorum habet cõgregare Concilium, & ſic ω revolabit ad α, B quia extremitas retrahitur ad principium. 35. diſt. c ab exordio, ut enim dixi in ſecunda quæſtione. convocatio conciliorum ab initio fiebat per Imperatorem, ſed poſtea reſervata eſt papæ. Deficiente igirur ipſo papa, ſeu non cõvocante, deficientibusque iis qui ſuccedunt loco papæ, ſcilicet Cardinalibus, ſeu non cõvocantibus revertimur ad jus priſtinũ. Sic dicimus in ſimili, quod cum quis non poteſt cõſequi juſticiam, à ſuperiore licitum eſt ſibi ſua authoritate ſua recuperare, ut eleganter notatur prima diſt. c. Jus gentium. in gloſſ. & per Innocent. de teſtit ut ipol c olim 4. & per hoc etiam dicimus de milite vaſallo, cui licet in defectum juſticiæ ſibi conſulere & dominum deprecari. & hoc evenit, quia in defectu Magiſtratus, revertimur ad jus priſtinum ante cõſtitutos Magiſtratus, quo tempore cuique licebat jus ſibi dicere. Confirmatur hoc, quia congregatio Concilii de ſui natura ſit, ut ibi agatur de iis, quæ ſpectant ad fidem Catholicam, ut ſi qui Chriſtiani ex Catholicis errarent in fide, per Concilium corrigantur & in eodem Concilio ſtatuatur quid tenendum ſit. Sic in Nycena ſynodo damnatus eſt Arrius. In ſecunda Conſtantinopolitana Macedonius. In tertia Epheſina Neſtorius. In quarta Calcedonenſi Eutiches. hæc leguntur 15. diſt c. 2. Fuerunt autem prædicti damnati de variis erroribus in fide, ut ibidem legitur. Sed cum agitur de fide, Imperator poteſt intereſſe Concilio, non ad potentiam oſtẽdendam, ſed ad fidem confirmandam, ut diſt. 96. c. Nos ad fidẽ, & intereſt ſuo iure, non ex gratia Concilii, per id quod ibi dicitur in litera. In eo quod Imperator dicit intereſſe volum⁹. Nec mirum, quia in tantum eſt Imperatoris fidẽ defendere, quod ſi papa eſt de hæreſi ſuſpectus, poteſt ab eo exigere ut indicet. quid ſentiat de fide, 25. q. 1. c. ſatagendà. juncto eo quod ibi notant Laurentius & Archidi. in verbo ſignificavimus. Ex his infertur, quod Imp. eſt pars Concilii. Cum ergo deficit papa vel cardinales, qui ſubrogantur papæ in congregatione Concilii ut dictum eſt in præcedenti quæſtione, ad ipſum Imperatorẽ, qui pars poſt prædictos eſt præcipua Cõcilii ſpectat congregatio, per hoc quod notat Innocẽt. de major & obed. c. 1. ubi dicit, quod qui majoris eſt dignitatis in Eccleſia, vel ſi non eſt ibi dignitas, ille qui majoris eſt ordinis, vel ſi ſunt æqualis ordinis, ille qui prius eſt ordinatus, debet nominare, vel eligere, vel vocare capitulum, eo caſu quo deficit is ad quẽ de jure vel conſuetudine ſpectat convocatio. Ad hoc. ff de fide inſtru. l. fi. & 17. diſt. c. fin. quæ jur. alle. ibi Inno & faciunt eo quia dicũr ſervandum eſſe ordinẽ in prælationibus, id eſt. in honorib. Nec quempiã moveat quod Imperator eſt laicus, ut ex hoc putet inconveniens quod ſe intromittat de clericis non enim ſemper prohibetur judicare de clericis: ſed tunc prohibetur, quando non ſubeſt ratio ſpecialis. Non propter ſpecialem rationem permittitur, ut ratione feudi. de for. comp. c. veram. de ap. c Romana. §. debet. lib. 6. Cum eo quod ibi notatur in Gloſ Hoc autem caſu ſubeſt ratio ſpecialis imò ſpecialiſſima, ne fides catholica ruat, quod nimium periclitatur diu permittendo pluralitatem in ſummo pontificatu, in quo maximè eſt Imperatoris, & præcipuam poteſtatem habet, ut ſupra e q. Nam permittere plures in papatu eſt offendere illum fidei articulũ Unam ſanctam Catholicã &c. ut notatur 7. q. 1. c nõ autem quod etiam dixi ſupra, & probatur 24. q. 1. c. loquitur. & ſpecialiter cũ agitur de papatu conceſſa eſt, poteſtas laico principi ſuper clericos, ut in obſervatione cõclavis de elec. c. ubi §. 1. l. 6. & in Clemen. c. ne Romani. §. Porro. ubi etiã permittitur principi laico, ut cõpellat Cardinales ingredi cõclave. Et quanquam expoſitores non aperiant ibi quomodo poſſint cogi ad ingrediẽdũ cõclave: ego tamẽ in ſecunda quæſtione dixi, quod ſicut poſtq̃ ſunt in conclavi cõpelluntur indirectè expedire electionẽ, ut in e. ubi. §. verũ. ubi cogũtur per ſubtractionẽ victualium: ita etiã poſſunt cogi, ut ingrediãtur ab initio, vel ſi omnes ſunt egreſſi, ut reingrediãtur, ut non ſit melior cõditio Cardinaliũ non parẽtiũ. quàm non ſe offerentiũ ad ingrediendũ conclave. ar. de poſtu. c. 1. nã pmiſſo cõſequẽti, permittitur antecedẽs, de offi deleg c 1. & c. preterea, & cõpelluntur indirectè modo prędicto & per hoc tollitur ꝙ poſſet opponi de e. c. ubi § 1. Ad prædicta eſt, quia ſubſiſteremus in eo, ꝙ nonnulli putãt, ut indiſtinctè diceremus nullo caſu licere alicui cõgregare Conciliũ generale, niſi papę, poſſet fides multũ periclitari, finge ſicut aliquand

A quando accidit, quod papa eſſet hæreticus, quo caſu certè ad Concilium ſpectat judicare. 17. diſt. §. hinc etiam 2. q. 7. §. Item ſymmacus al. ſub. §. Item cum balaam. & notat Archidi. tit. de hær. c. in fidei. lib. 6. ſi papa non vellet congregare Concilium, fugiẽs judicium de ſe fieri, ut facilè contingere poteſt, ſtaret eccleſia ſub hæretico maximo periculo fidei catholicæ, tunc ergo dicendum eſt per præmiſſa, quod papa requiretur congregare Concilium, & ad hoc tunc ſollicitabit Imperator ar. dicti §. hinc etiã. & ſi hoc non fecerit, Cardinales cõgregabunt, vel Imperator modo prædicto, ne per indirectum impediatur tale judiciũ, quod directè non poteſt papa impedire, puta ſtatuendo, quod non poſſit accuſari de hæreſi. quia per hoc periclitaretur tota Eccleſia, ut notat gloſſ. quam non inveni alibi 40. diſt. c. Si papa. Non debet ergo licere, quod directè prohibetur ar. de procur. c. tuæ. Eſſet enim maximum abſurdum, ſi diceretur hoc caſu Deum dimiſiſſe Eccleſiam ſine regimine, ut in ſimili dicit Innocen. de re judi. c. ad Apoſtolic. ad fi. lib. 6. Nam hoc caſu Catholici, ſi ſub hæretici regimine diu permitterentur, contingere poſſet, quod ipſe crearet ſuos complices Cardinales, & illi poſtea de ſe ipſis crearent papã hæreticum, & ſic contingeret, quod ſcriptum eſt, quoniam qualis rector domus, tales & habitantes in ea. Nam id quod dogmatizat princeps, facilè amplectuntur ſubditi 11. q. 3. c. præcipue, & de voto. c. magnæ. Poſſet ergo, niB ſi Deus aliter ſuccurreret, tota Eccleſia perduci ad errorem, quod tamen non eſſet fatẽdum, cũ Eccleſia non eſſet nulla 24. q. 1. c. à recta & c. pudenda. Oravit enim redẽptor noſter pro Eccleſia, ne fides ejus deficiat. 21. diſt. c. 1. Et ipſe redemptor voluntate labiorum ſuorum nõ fraudabitur, ut dicit gloſſa notabilis in capitulo à recta. præalleg. Non eſt autem alius magis idoneus Dei miniſter ad obviandum ne hoc accidat, quam Imperator qui advocatus eſt & defenſor Eccleſiæ, ut ſuprà in ſecundo dubio. Malè verò patrocinaretur permittẽdo quantũ in ſe eſt. Eccleſiam labi in hæreſim. & quanquã fortaſſe non habeant clerici gratum, quod Imperator in his ſe intromittat. Credendum tamen eſt, quod boni clerici & fideles laici hoc haberent acceptum, videntes quod papa & collegium Cardinalium negligerent, vel non facerent convocationem, nulla tamen moti cauſa rationabili, quæ etiam cauſa non congregandi non poſſet longo tempore ſubeſſe, etiamſi non contingant errores præmiſſi. Item etiam fieri poſſet cõvocatio per alios, quã per ipſum Imperatorem, ut in ſequenti quæſtione. Quid autem ſi Imperatore convocante Concilium contendentes de papatu uterq; vel alter, prohibeat prælatos ſibi obedientes accedere? dicam infra quæſtione 7.

Quintò, quæro de eo quod dixi ſuprà quæſtione proxima, quod etiam alii quàm collegium Cardinalium, vel Imperator, papa nolente, convocare Concilium poſſint, qui ſint illi? Reſpondeo, quod duæ partes ipſius Collegii. Nam ut notabiliter dicit Inno de no. op. nunc. c. 2. Si duæ partes Collegii quomodocunque conveniant, ipſi poſſunt vocare alios, qui commode poſſunt vocari. Et ſi non veniunt ipſi procedunt ad faciendum quod inſtat. A Hæc tamen via videtur habere multam difficultatem in hoc. quod duæ partes conveniãt, tamen poſſet eſſe modus, quod Imperator vocaret prælatos generaliter pro reformatione multorum ſibi incumbentium, quod poteſt: & tenẽtur prælati parere, ut notat Inno. de appel. c. cum parati. Et ſic poſſet eſſe, quod convenirent duæ partes, quæ vocarent tertiam. Hoc tamen caſu poſſet cõtingere perplexitas, ſi contendentes de papatu prohiberent pręlatos accedere, per ea quæ notat idem Innocen. in e. tit. ad quod dicendum. ut in ſequẽti quęſtione. Videtur etiam poſſe dici. quod negligente utroq; pontifice, & collegio Cardinaliũ, & aliis modis, de quibus præmiſi nõ habentibus locũ propter impedimẽta. poterunt pręlati majores unus vel plures facere convocationẽ Concilii, per id quod notat Innocẽt. de ma. & obe. c 1. quod dixi ſuprà quęſtione proxima.

Sexto, quæro circa ea quæ dixi in tribus proximis quæſtionibus, ſi contingat quod ſacta congregatione Concilii, per Collegium Cardinalium, vel per Imperatorẽ, vel per duas partes collegii, contendentes de papatu, uterque vel alter prohibeant prælatos ſibi obedientes accedere? Reſpondeo quod non tenẽtur parere. Nam ut eleganter dicit Inno. de ſen. ex. c. inquiſitioni. præcepto papæ non eſt B obediendum, quando ex hoc vehementer pręſumitur ſtatum Eccleſiæ perturbari, vel alia mala eſſe ventura, peccaret enim obediens cũ debeat futura mala præcavere. Item tale præceptum perturbat univerſalem eccleſiam impediendo ejus Unitatem ſub uno ſponſo, ut ſupra in quarta quęſtione, ergo non eſt ſervãdum, ut 25. q. 1. c. quę ad perpetuam in tex. & in gloſſ. prima, quia ut ibi colligitur, & notatur, papa non poteſt immutare ſtatum eccleſiæ vel impedire, quæ ad perpetuam utilitatem ordinata ſunt ad idem ea. q. c. ſunt quidã. ubi dicitur, quod ſi papa vult deſtruere id quod Apoſtoli docuerũt, convincitur errare, debet enim papa omnes conatus impẽdere, ne univerſalis Eccleſię ſalus infeſtetur. 24 q. 1. c. memot. Cõſtat autẽ quod cõcilia ordinara ſunt ad conſervationẽ fidei Catholicæ. Unde etiam Apoſtoli dicuntur feciſſe cõcilia, in quibus canones inſtituerũt, de quibus 16. diſt. c. placuit. Et quãta ſit utilitas conciliorũ nõ expedit rationibus oſtendere, cũ ipſo facto notum ſit. Nã ſi radicem omnium inconvenientium, & malorum, quæ ex multis partibus paſſa eſt eccleſia, conſideremus, tota ſurrexit ab omiſſione cõciliorũ, quæ ſi congregata fuiſſent ut quõdam fiebat, abſq; dubio credendũ eſt, quod proviſum fuiſſet & cõtra mala & ſchiſmata inſtãtia, & futura, nec aliud remediũ citra Dei manũ ad ſchiſma inſtãs tollendũ, & ad eccleſiæ informationem video. Hæc autem quæ ſuperius ſcripſi ſubjicio judicio melius ſentiẽtiũ: in quibus ſiquidẽ erratũ eſt, ſup-

A eſt, ſuppleant & emendent cogitantes quod uniuſcujusque intereſt vigilare ſuper iis per quæ fides Catholica conſervetur, quo zelo, ductus & nullo extrinſeco præmio, ut ſcit is cui hoc ſcripſi, tentavi rem hanc licet arduam & per alios intentatam.

Secundus modus eſt, ut contendentes de papatu. ſ. dominus noſter quem dicimus Inno. ſeptimum, & alius quem alii dicunt, Benedictum, committant aliquibus in numero prout eis viſum fuit poteſtatẽ diſcutiendi de jure, uter iſtorum, vel neuter ſit verus papa, & ſuper hoc pronunciandi, cum hoc, quod protinus cum pronunciaverint, ſtetur ſententiæ abſque alia contradictione. Ubi videndum an talis commiſſio fieri poſſit: cum videatur fieri prejudicium Cardinalibus ad quos ſpectat electio. de elect. c. licet. Cum ergo papa non poſſit ſibi facere ſucceſſorem. 8. q. 1. c. 1. & 2. non videtur quod contendentes poſſent committere poteſtatem pronunciandi ſuper papatu, nam contingere poſſet, quod pronunciaretur pro eo qui non erat papa, & ſic ex tali cõmiſſione videretur dari indirectè poteſtas creandi papam, quod tamen directè non liceret. Et magis hic urgeret, ſi ponatur quod neuter iſtorum ſit papa verus, quod eſſe poſſet, præſupponendo quod electio Urbani Sexti non tenuiſſet, & ſimiliter præſupponendo, quod Cardinales non bene proceſſerint in eligendo illum quem dixerunt Clementem, ut dicunt plurimi, aſſerentes quod etiam ſi electio Ur-
B bani Sexti non tenebat, vel erat caſſanda, propter impreſſionem & metum: tamen ex quo fuit in poſſeſſione papatus, non potuerũt Cardinales ſe ſubtrahere ab obedientia, & alium eligere, ſed debebãt prius facere de hoc diſcuti per Concilium, & ideo ſecundum iſtos ante omnia deberet reſtitui quaſi poſſeſſio obedientiæ illi, qui ſucceſſit Urbano ſexto, ſuper quo ad præſens diſputare non oportet. ſed his non obſtãtib. videtur quod præmiſſa commiſſio fieri poſſit. Nam papa poteſt cedere papatu, de renunciatione c. 1. lib. 6. poteſt ergo uterque iſtorum, cum papa per ſuam obedientiam reputetur, committere poteſtatem pronũciandi ſuper titulo papatus. Nam ex quo uterque præſupponitur habere juriſdictionem, poteſt ſuper hoc dare delegatum, cum etiam poſſit quod eſt fortius, liberè & ſine cauſa dimittere papatũ, dicto c. 1. Ad id quod dicitur de Cardinalibus, dic quod non agitur de ipſorum præjudicio, ex quo ſedes non vacat, ſaltẽ apparenter, per id quod notat Joannes Mõ de hæretic. c ſuper eo. lib. 6. & quia non eſt veriſimile. quod contradicant tanto bono, quantum eſt quod uniatur eccleſia Rom.

Tertius modus eſt, quod per utrunq; contẽdentem fiat commiſſio, aliquib. tanquã compromiſſariis de jure tãtum, vel de facto tantũ, vel de jure, & de facto ſimul. Ubi quæro, an hoc fieri poſſit? Reſpondeo ut ſequitur. Et quantũ ad cõpromiſſum de jure, cõſtat quod fieri poſſit ſuper matrimonio ſpirituali, de elec. c. Cum inter canones, de arb. c. ex parte. Compromiſſio aut de facto, dubia eſt, quia ſuper tit. beneficii nõ poteſt tranſigi, de tranſact. c. ſuper eo. A
Tamen contrà dicitur quod tituli beneficiorũ ſint de jure poſitivo, unde talia dicũtur ſymoniaca, quia prohibita. ut notatur 1. q. 3. c. ſalvator, de offi deleg. c ex parte. de pactis c. cũ pridem, & de jurejuran. c. & ſi Chriſtus, in gloſſ. In his autem quæ ſunt de jure poſitivo, papa non ligatur, de Conceſſ. præben c. propoſuit. Et ſic poſſunt iſti qui habentur pro pontificibus, non obſtante diſpoſitione juris poſitivi, compromittere etiam de facto ſuper papatu. Et ſi dicatur quod poteſtas papæ eſt de jure divino, & non de jure poſitivo, de translat. c. 1. 2. 3. & fin. dic quod hunc eſſe papam vel illum non eſt de jure divino. Unde nun eſt illicitum quod interveniat tranſactio, dum tamẽ non illicita, ut pro ſedando ſchiſmate alter iſtorum remaneat in papatu, & alteri aliter cõſulatur, prout viſum fuerit compromiſſariis. De hoc tamen cõpromiſſo intelligendum eſt, quod fiat conſentiente utroq; collegio Cardinalium. cum ad eos ſpectet eligere papam &c.

Quartus modus eſt, quod uterq; cedat. & eligatur iterum alter eorum, vel eligatur alius tertius per utrũq; collegium Cardinalium: & hic modus eſſet promptiſſimus ad ſedandum ſchiſma, ubi quæro, an de jure hoc fieri poſſit? Reſpondeo ut ſequitur. Et primo quantum ad ceſſionem conſtat quod poſſunt cedere, ut ſuprà in ſecundo modo. Sed quantum ad electionem de novo faciendam, fortè dicet collegium. quod eſt cum Innocentio, quòd ſolùm ad B
ipſum ſpectet electio, quia Urbanus fuit in poſſeſſione papatus. Unde ab eo non potuerũt diſcedere Cardinales, & ipſe tanquã exiſtẽs in poſſeſſione papatus, potuit alios creare, & illi habẽt jus collegii. Ad quod reſpõdeo, quod in dubio ex quo uterq; haberetur papa, utrumq; collegiũ habet jus in electione, & maximè ad hoc facit, quia in tali caſu nõ admittuntur tales exceptiones contra Cardinales, ad excludendũ eos ab electione, de elec. c. Ne Romani. in Clement. & exprimitur ibi ratio ne inter Cardinales eſſent diſſenſiones & ſchiſmata, & hoc procedit de ceſſione voluntaria De neceſſaria verò dicendum eſt, ut in ſequenti dubio.

Quintus modus eſt, ut ſi videatur quod non ſit alius modus æquè bon⁹ ad ſedandũ ſchiſma. niſi quod cedatur, & alter vel uterq; reſiſtat, nec velit cedere: ut fiat cõpulſio. & cogantur cedere. Ubi quæro an hoc liceat? Reſpondeo ſic, nam quãdo aliter nõ poteſt eſſe tuta ſalus Eccleſiæ, & immineat periculum deſtructionis Eccleſiæ vel magni ſcãdali & periculoſi, prælatus etiam nolẽs, cogitur cedere. Ita notat Inno. de renũ. c. niſi §. propter malitiã. ad idem eſt quod notatur 7 q. 1 c. ſcias. in Gloſſ. & c. epiſ. de loco. in Gloſſ. fin & utrobiq; per Archidia. & per eundẽ 58. diſt c. 1. & per Oſti de rerũ permu c. Quæſitũ. Et quãquã in præalleg. juribus nõ habeatur ſpecificè de papa, tamẽ idẽ & fortius in eo dicẽdũ eſt, cũ ſcãdalũ quod imminet ex perſona ejus ſit periculoſi⁹ quã in alio prælato, quia concernit totam eccleſiam, & publicã utilitatem o-

A temomnium Chriſtianorum, quæ debet præferri privato commodo, unius vel duorum incumbentium papatui, cum ſchiſmate & ſcandalo. 7. q. 1 c. mutationes. & c. ſcias. & c. ſequenti. in quibus attenditur, in talibus mutationibus, cauſa neceſſitatis & utilitatis publicæ, nõ propria voluntas aut dominatio alicujus. Sed contra eſt quod notat Inno. in c. liceti de electione. in verbo noluerunt. ubi dicit, quod nemo cogitur renunciare alicui rei, in qua credit ſe ius habere: & quod nemini facit injuriam, qui ſuum jus proſequitur, ad quod dic, quod quis non cogitur renunciare ſimpliciter, id eſt ſine cauſa, ſed ex cauſa ſic. ut in juribus præalle. Itẽ aliud eſt cogi, ut dimittat unum beneficium ſimpliciter, & aliud eſt cogi ut accipiat aliud. hoc enim facilius dimittere debet. Et ſic faciendum eſt eo caſu, quo Prælatus ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis cogitur cedere. Nã tunc ut dicit Inno. in dicto §. propter maliciã dabitur ei bonum Cambium. Sic enim & hoc caſu iſtis providendum eſt, unde honeſtum poſſunt ſtatum ſuſtinere. ar. hujus dicti Inno. Sed circa hoc quæro, quis eſt ſuperior qui poſſit compellere, cum papa non habeat ſuperiorem? Ad quod reſpondeo, quod concilium per ea quæ dixi ſupra in primo modo, vel ſi ſubeſſet difficultas in congregatione concilii: poteſt dici quod hoc faciat collegium Cardinalium. vel etiam Imperator per ea quæ dixi ſupra in primo modo, & tertio, & quarto. Et facit ad prædicta, quia quando iſti Pontifi-
B ces perſiſtãt & nolint cedere, & ſic pro ſua voluntate impediant unioné eccleſiæ, ex hoc cẽſebũtur eſſe in notorio crimine ſchiſmatis. ar. 7. q. 1. c. factus. cũ duobus ſequentibus. ſchiſma verò inducit hæreſim, quia ſchiſmaticus intendit ſibi cõſtituere propriam eccleſiam & univerſalem impugnare, quæ tamẽ una eſt 24. q. 1. c. loquitur. de hæreſi autem papæ, judicat concilium. ut ſupra in primo modo in primo quęſito. Itẽ de quolibet notorio crimine papa etiã, qui eſt unicus, ſi eſt incorrigibilis & ſcandalizatur eccleſia, poteſt accuſari, quia cenſetur pro hæretico, notatur in gloſſ. 4 c. diſt c. Si papa nam hęc incorrigibilitas concernit cauſam fidei. ut in eadem Gloſſ. & ad hoc de pœnis. c. fin. & de hæreticis. c. cum contumacia. lib. 6. & ſi contingat, quod iſti tueantur ſe ad potentiam temporalem. poterunt de facto coerceri etiam per ſecularem poteſtatem. ar de judi. c. cum non ab homine.

Sextus modus eſt quod uterq; horum pontificum cũ ſuo collegio decernat, quod ſe moriente, vel cedente, non poſſint Cardinales ad electionem alterius procedere. & ſi fiat, quod electio ſit nulla, ſed teneantur adhęrere ſuperſtiti, & eum habere pro papa, vel expectare donec etiam moriatur, vel cedat. & tunc utrunque collegium conveniat Romæ, vel in loco vicino, ſi ibi eſſe non poterunt, ad eligendum alium. Ubi quæro an hoc liceat? Ad quod reſpondeo, ut ſequitur, & dico quod quanquam iſte modus non tollat ſchiſma in continẽti, ſatis tamen eſt quod ſaltem tollit aliquando, & eo citius, quod uterq; iſtorum eſt ſenex. Et ſi A dubitetur an alter iſtorum cum ſuo collegio poſſit decernere, quod non valeat electio facta per collegium ſuum, dic quod non eſt de hoc dubitandum, cum papa poſſit ſtatuere de electione ſucceſſoris. 24. diſt. c. In nomine domini. de elect. c licet. & eo. tit. c. ubi periculum. lib. 6. & in. Cle. c. ne Romani. eo. tit. Et ſi quęratur mortuo altero iſtorum, quis reget ſuam obedientiam, quouſq; alter etiam decedat vel cedat. Reſpondeo quod ordinari poteſt primis Cardinalis iſtius collegii, vel ipſum totum collegium adminiſtret in iis. quę non poſſunt commodè reſervari in tempus ſucceſſoris. Itẽ ſi opponatur de eo quod contingere poſſet, ꝙ Cardinales unius collegii eſſent plures quàm alterius, & ſic ageretur in electione de præjudicio paucorum: reſpondeo, quod hoc præjudicium non eſt curandum per eos, ſed ſolum quod bene provideatur Eccleſiæ. Item poſſet ordinari quod electio fieret ad quotas, & in hoc non oportet inſtare, quia non eſt tãta difficultas in hoc, quoniam multis modis poſſet provideri. Utilis autem eſſet obſervatio iſtiuſmodi, quod ante omnia tollerẽtur omnes proceſſus hinc inde, & quod liceret invicem tutè communicare. Et ſi dicatur, quod hoc ſit dare materiã ut duo videantur eſſe ſimul ſummi pontifices, contra id quod notatur 7 q. 1. c. non autem. in Gloſſ. ſicut ergo in eo quod dicit, ideo nõ poſſe duos eſſe pontifices, quia offenderetur ille articulus, Unam ſanctam catholicam &c. Reſpondeo, quod non datur talis materia. quia per hoc non approbantur iſti duo tanquam ſint duo ſummi pontifices, ſed B uterq; admittitur in adminiſtratione tantum. Poſſet etiam ad abundantem cautelã ordinari, quod alter alteri committeret vices ſuas, quod uterque adminiſtret in ſua adminiſtratione, & ſuo jure, & jure commiſſionis ſibi factæ, quatẽus expediat. pro hoc eſt quod notat Inno. de præſcript. c. cum ex officii. Poſtquam hoc ſcriptũ audivi conferre, an per ſortes poſſet hoc dirimi, & poſſet inſtari per ea quę dixi in tertio modo, & ita etiam iſte ſeptimus modus poſſet defendi. Alium & octavũ modum attulit caſus, qui noviter evenit, ut ſubtrahatur utrique obediẽtia, ubi quæro an hoc liceat? Ad hoc poſſet inſtari, cum dictum ſit ſuprà in quinto modo quod poſſunt in totum cogi ad cedendum quod fortius liceat, quod minus eſt, ſcilicet obedientiam ſubtrahere. Ita tamen quod in ſe recipiant illã, ad quos principaliter pertinet, ſcilicet collegium Cardinalium. ubi conſiderandum quod in his quæ concernunt electionem papæ, collegium cardinalium repræſentat univerſalem Eccleſiam, & ejus vice fungitur. 79. diſ. c. Nullus 2. loco in Gloſſ. Sicut ergo univerſalis Eccleſia, id eſt, Concilium. habet hoc caſu judicare, ut ſuprà eo. tracta. q. 1. Ita etiam collegium Cardinalium donec congregetur Concilium, habet providere, ſuper iis, per quæ facilius perveniatur ad Conciliĩ congregationem. & per conſequens ad veniendam eccleſiam. & ſic volentes quod concilium

A lium congregetur, & videntes quod contendentes perſiſtunt, nec volunt cedere, nec Cõcilium cum effectu congregare, nec aliter providere unde ſequatur unio, poſſunt ab eis diſcedere, quia ſi Cardinales ſtarent ſub obediẽtia diverſa, nõ poſſent invicem facilè, imò fortè nullo modo convenire. Item prælati convocati ad Concilium non audetẽt venire manente obedientia, licet ut dixi ſuprà in primo modo, non deberent in hoc timere, quod pauci ſunt fortes & expediti Et pro hac ſubtractioneq́ue noviter facta eſt inducunt aliqui, quia cum præſens ſchiſma ſit inveteratum, per triginta annos & ultra, cenſetur hæreſis & ſic dũ contendentes, cum effectu non tollunt ſchiſma, ſed potius fovent, hæretici ſunt. ab hęreticis autem & ſchiſmaticis, & ab unitate Eccleſiæ præciſis, debemus recedere, nec eis cõmunicare 24 q. 1. c. advocavit. & c. omnis. ubi ponitur exemplum de Joanne Evangeliſta, qui cum ingreſſus eſſet balneum, vidẽs, Cherinthum inimicum veritatis, id eſt, hęreticum & ſchiſmaticum, cõtinuò diſceſſit non lotus, dicens, fugiamus hinc & c. Ad idem e. q. c. quoniam vetus. & c. qui dignior, & pluribus ſequentibus. Et ext. de ſchiſma. c. 1. Nec oportet hoc caſu expectare quod per ſententiã damnetur 19. diſt. c. Anaſtaſius. & quod ibi notatur in Gloſſ. prima. & plenius in dicto c. 1. Dubium tamen reſtat per id quod notatur 24. q. 1. c didicimus. in gloſſ. 2. ad quam gloſſ. reſponde, quod loquatur de recenti. Secus in

B ſchiſmate antiquo, quod tranſit in hæreſim. Et dic quod ideo aliud in recenti. quia adhuc non propriè dicitur eſſe ſchiſma, quia talis nondũ poteſt dici pertinaciter perſiſtere. 24. q 3. inter ſchiſma poſtquam enim perſiſtit tunc dicitur ſchiſmaticus & hæreticus. dicto c. in text. & in gloſſ. De hoc per Thomam ſecunda ſecundæ. q. 40. argum. primo. Et dicitur perſiſtens is, qui non eſt paratus corrigi & deſiſtere. de ſumma Trinitate. c. 2. ad fi & in clement. unica. §. Porro. in verbo pertinaciter. & ff. de ſuſpec. tutor. l. 3 §. tutores. Non ſolum ergo cõtendentes hodierni ſunt inexcuſabiles, ſed & primi quando hoc ſchiſma incepit fuiſſent, ſi perſiſtentes non dediſſent omnem operam, ut tolleretur ſchiſma. ad hoc 24. q. 1. c. Schiſma. & duobus ſequentibus. & tunc iſti dicuntur ſchiſmatici, ſeu nutritores ſchiſmatis, & per conſequens hæretici, non ex eo quod acceptarunt electionem de ſe factam, & geſſerunt ſe pro pontificibus, cum putaverint electionem eſſe canonicam: ſed ex eo quòd in papatu perſiſtentes, nec facientes ea per quæ reintegretur Eccleſia, tenent quantum in eis eſt Eccleſiam in ſchiſmate per hoc. Quia non intereſt multum an Petrus vel Joannes ſit papa, ſed plurimum quod unus ſit papa, cum una ſit Eccleſia, quæ in plura dividi non poteſt. dicto c. ſchiſma. ad fi. unde debent dare operã ut habeatur unicus paſtor. arg. 79 diſt. c. Si duo Et ſi nulla jura de hoc reperientur, quilibet tamen ſanæ mentis hoc diceret, quod duobus exiſtẽtib. in adminiſtratione papatus, nec curantibus cum effectu. quod perveniatur ad unionem, licitũ eſt Catholicis ab eis tanquam deviãtibus à lege Dei, & à via recta diſcedere: & omni cura pro unione Eccleſię laborare, ne ex inveterato ſchiſmate cõtingat Eccleſiam periclitari, quia non poteſt dici Eccleſia in qua ſchiſma eſt. 24. q 1. c. pudenda. ad fi. & licet non poſſit Eccleſia extingui, ut ibi. tamẽ manifeſtè cõſtat quod ex hoc ſchiſmate, graviſſimè laborat, unde deberent contendẽtes magis de publica ſalute, quã de ſua prælatione ſolliciti eſſe. arg. de renun. c. niſi. §. pergravi. Item eo ipſo quod major pars Catholicorum ab obedientia contendentium receſſit, cenſendũ eſt quod rectè, quia ut proximè dixi, Eccleſia non poteſt extingui, & ſic etiam non poteſt errare. 24. q. 1. c. à recta. & dicitur Eccleſia, fidelium congregatio. de Conſec. diſt. 1. c. Eccleſia. & notatur in gloſſ. in dicto c. à recta. ad hoc ſuprà in primo modo. q 1. & q. 4. circa finem. Cum ergo major & potior pars Catholicorũ ab obedientia receſſit, ſic receſſiſſe dicitur tota Eccleſ quia quicquid major pars univerſitatis facit, tota univerſitas feciſſe dicitur. ff ad municipalem l quæ major. & de his, quæ fiunt à majori par. cap. c. 1. Et in hoc non refert quomodo ventum ſit ad hanc ſubtractionem, ſicut & alibi in congregatione univerſitatis ſufficit quod duæ partes convenerint, nec refert quomodo. ut notat Inno. de no. op. nunci. c. 2. & eſt id quod dixi ſuprà in prin. quod debet incipere hæc ſubtractio ab iis ad quos pertinet, ut à collegio Cardinaliũ, & ſic attendimus initium, quia non licet pri-

B vatis per ſeditionem ab obedientia deſiſtere. Sed attento fine, præcedit quod proximè dixi. Nam ex quo major pars univerſitatis Catholicorum ſic ſentit, cæteri debent ſic ſentire, & opinari quod à ſpiritu divino ducatur, cum ut prædixi. Eccleſia tota non poſſit errare, & major pars accipiatur pro tota: unde cum diſcors ſententia in conciliis invenitur, illius Concilii tenetur ſententia, cujus potior eſt autoritas. 50 diſt. c. domino ſancto ad fi. Oppone ad hæc, quia papæ authoritas videtur eſſe ſupra Concilium 17. diſt. c. nec licuit. cum multis capit ibi notatis. non enim concilia, legem eccleſiæ Romanæ præfigunt. ſed concilia per eccleſiæ Romanę authoritatem facta ſunt, & robur acceperũt de electione. c. ſignificaſti. facit quod notatur de capell mo. c. fin. Sed hic non diſputatur de eccleſia Romana, ſed de papa. Aliud autem papa, aliud ſedes Apoſtolica. de reſcriptis. c. ſi gratioſè. lib. 6. Nam ſedes errare non poteſt. 24 q. 1. c. quodcunque. in gloſſ. ſi papa. 19. diſt. c. Anaſtaſius. & notatur in Gloſſ. 24. q. 1. c. à recta, quod dicitur ſedem Apoſtolicam errare non poſſe, videtur intelligendum accipiendo ſedẽ pro tota Eccleſia, id eſt congregatione fidelium. dicto c. à Recta. in Gloſſ. Item ad notata in dicto c. ſi de cap. mo dic quod debent intelligi ſecundum ea quæ dicã infrà eodem contrario. aliàs non procedũt. Item in caſu noſtro agitur de fide, quę periclitatur in hoc ſchiſmate, ut ſuprà e. arg. Cum autẽ agitur de fide, ſynodus eſt major quàm papa. 19. diſt. c.

A Anaſtaſius. in Gloſſ. 15. diſt. c. Sicut ſancti. in
gloſſ. ultima. Et in eo qood dixi, aliud papam,
aliud ſedem Apoſtolicam, videtur intelligeo-
da ſedes Apoſtolica, pro eccleſia Romana, qoę
non cenſetur eſſe ſolus papa, ſed ipſe papa cum
Cardinalibus, qui ſunt partes corporis papæ,
ſeu Eccleſia quę conſtituitur ex papa tanquam
ex capite, & ex Cardinalibus tanquam mēbris,
de pœnis. c. fœlicis. lib 6. & facit illud c. ma-
ximè in verſiculo, qnis enim, in eo quod dicit
eccleſiam Romanam ſubjici caſibus, id eſt, pe-
riculis, cū fuit injuria alicui Cardinali. & hoc
quod Cardinales ſint partes corporis papæ, te-
net etiam Laurent. de celebra. miſſarum. Cle.
ult ibi. 2. notabili. Ad idem eſt quod notatut
de offi. le. c penul. in gloſſ fi. ubi dicitur, quod
legati de latere dicuntur ſoli Cardinales, quia
pars corporis papæ intelliguntur Arg. de ſent.
excom. c. ad eminentiam. Ubi couſiderandum
quod licet dicatur papa habere plenitudinem
poteſtatis, non debet tamen ſic intelligi quod
ſolos poſſit omnia. Sed intelligitur quod pa-
pa, id eſt, eccleſia Romana quæ repræſentatur
in papa, tanquā in capite, & Cardinalibus, tā-
quā in membris. hinc notabiliter dicit Jo. Mo.
de hæreti. c. ſuper eo lib. 6. quod cum Celeſti-
nus V. contolerat multas abbatias & epiſco-
patus, & ſuperiores dignitates ſine cōcilio fra-
trum & Cardinaliū, tales Collationes fuerunt
caſſatę. præſertim quia cœtus Cardinalium eſt
in hac quaſi poſſeſſione, quod ardua negocia
ſint cū eorum conſilio tractaoda. unde in mul-
B tis juribus dicitur de fratrum noſtrorum coo-
ſilio. Et licet princeps ſit ſolutus legibus, tamē
ſecundum eas vivere decet. C. de legibus. l. di-
gna vox. ff. de leg 3. l ex imperfecto Inſt. qui-
bus mod. teſt. infir. in fine. 9 diſt c. juſtum. & o-
mnem indocentiam in principe, qui eſt nmni-
um director, abeſſe oportet, ut dicit idem Jo-
an. Mo in c. nemo poteſt ad impoſſibile. lib. 6.
& de arbi. c. contingit. ibi dic notabili tertio.
Ad idem eſt quod dicitur lib 1. ſententiarum,
diſt. 42. ubi dicitur Deum omnia poſſe præter
ea ſola. per quæ dignitas ejus læderetur: ergo
nec papa, cujus poteſtas divina eſt, de transla.
c. 1. & per totum. per hoc infrà q. ſequēti. item
quoad præmiſſa poſuit idē Joan. Mo. additio-
nem, ut refert Joan. An. in dicto c. ſuprà eo. Et
in additione illa dixi per Benedictum 11. fuiſſe
ſuſpenſa ſtatuta quæ Bonifacius octavus abs-
que fratrū Conciliq dederat Marchianis, quia
tangebant ardua, licet multa valde juſta eſſent
in eis, dicens, quod defectus in perſona facien-
tis, vel in modo, reddit factum inutile. de con-
ſti c. Eccleſia. ff de rebus eorum. l. magis. §. Si
æs alienū. & idem de reſti. ſpo. c. Piſanis. Ex his
infertur quod prædixi, ſcilicet quod id quod
papam dicitur omnia poſſe, intelligitur quan-
do facit conſilio habito cum fratribus unde ut
dicunt Laor. & Arch. 25. q. 1. c. ſunt quidam.
Papa ſine Cardinalibus non poteſt concedere
legem generalem de univerſali ſtatu Eccleſiæ.
quod eſt notandum. & facit c. qoæ ad perpetu-
am. & quod ibi notatur in gloſſ. prima. Quid
ergo erit, ſi contingat in his arduis papā à Car-
dinalib. diſcordare? dic ut in ſequenti quæſti- A
one. Quarto circa hoc, ſi inter papam & Cardi-
nales ſurgit diſcordia, ſicut nunc evenit, quia
Cardinales à contēdentibus de papatu ſe ſub-
traxerunt, ſaltem pro majori parte utriuſque
collegii, & aſſerunt quod per contēdentes ſtat,
quominus tollatur ſchiſma: dic quod oportet
congregare Eccleſiam 1. totam congregationē
Catholicorum, & principales miniſtros fidei,
ſcilicet prælatos, qui totam congregationē re-
præſentant. Videtur tamen quod ad concili-
um ſint vocandi etiam alii. 25. q 5. c. ad ſedem,
poſt princip. ibi convocatis &c. ubi colligitur
quod vocandi ſunt epiſcopi & Clerici & judi-
ces ſicut ergo tunc factum eſt, ita & nunc fieri
debet: & ſuccedit ratio, quia in generali Con-
cilio determinātur dubia juris, ut ibi & de cō-
ſang c non debet. Ergo debent ibi eſſe Juris-
periti. & eſt ille text ſingularis ad tres caſus, in
quibus etiam laici debent intereſſe Conciliis
ſcilicet, ubi tractatur cauſa fidei, vel matrimo-
nii, quia tales cauſæ eos ligant, & notatur per
gloſſ in c. fin. de his quæ fiunt à præl. & c. ubi
colligitur regula, quod ubicunque tractantur
cauſæ quæ eos tangunt quod debeant intereſ-
ſe, quia quod omnes tāgit, ab omnibus appro-
bari debet, ut eſt regula quod omnes, libro ſex
to, & hæc congregatio appellatur Conciliū.
ſic enim legimus in actibus Apoſtolorum c. 15.
quod cum eſſet ſeditio & diſcordia an oporte-
ret converſos ad fidem Chriſtianam circumci-
di, quibuſdam aſſerentibus, quod ſic, aliis au-
tem cōtrà: miſſum eſt ad Apoſtolos & presby- B
teros in Jeruſalem: & ſuper hoc convenerunt
in Jeruſalem Apoſtoli & ſeniores, & facta eſt
magna congregatio. & illud quod placuit A-
poſtolis & ſenioribus, cum omni Eccleſia, fuit
ſancitum. & ſic reſponſum his qui diſſidebāt.
ex quo exemplo colligitur quid hodie agendū
ſit Quod enim tūc geſtum eſt per illos qui ſpi-
ritum ſanctum miraculosè ſuſceperant, debe-
mus credere quod Deo inſpirante factum ſit.
quod etiam patet ibi in Epiſtola ſequenti. Et in
hoc etiā apparet quod licet Petrus fuerit prin-
ceps Apoſtolorum, tamen plenitudo poteſta-
tis non fuit in eo ſolo, imò ut patet in loco me-
morato, Petrus in concilio tanquam unus in
congregatione corregnavit, & poſt ipſum Ja-
cobus apoſtolus. nec reſponſio fuit data ſub p-
ſona Petri, ſed cōgregationis. unde epiſtola in-
cipit, Apoſtoli & ſeniores fratres, iis qui ſunt
Antiochiæ. & infrà, viſum eſt ſpiritui ſancto
& nobis &c. Et hinc mos antiquus habuit, q
omnia difficilia terminabantur per conciliū &
crebro fiebant. Poſtea verò quidā ſummi pon-
tifices, qui magis ad modū terrenorum princi-
pum quàm Apoſtolorum. Eccleſiam rexerunt,
non curarunt facere Concilia. ex qua omiſſio-
ne prodierunt multa mala ut ſuprà. Et ex hoc
apparet, quod id quod dicitur, quòd papa ha-
bet plenitudinē poteſtatis, debet intelligi non
ſolus, ſed tanquā apud univerſitatem. ita quod
ipſa poteſtas eſt in ipſa univerſitate tanquam
in fundamento, & in papa tanquā in principa-
li miniſtro, per quem hæc poteſtas explicatur:
ita ta-

Digitized by Google

A itatamen, quod præcedat clavis diſcretionis. ut eleganter dicit Inno. de jurejur. c. quinto. Et idem Inno. de voto. c. quod ſuprà. exponens illud quodcũq; ligaveris &c. dicit quod papa ſuper omnes juriſdictionem & poteſtatem habet de jure, ſed non de facto. Et notat Hoſti. de translat epiſ. quod judicando & ſolvendo valet quod agit, clave non errãte. & ſic intelligẽdum eſt quod dicitur, 24. q 1 c. quodcunque & quod poteſtas papæ ſit in ipſa Eccleſia, probatur 93. di. c. legimus. ubi dicit Hieronymus, quod orbis major eſt urbe. & ibi colligit gloſſa, qood ſtatutum Concilii præjudicat ſtatuto papæ. & idem notatur 9 q 3. c. Nemo ad hoc. 19 diſt. Ita dominus. ubi dicitur quod Chriſtus commiſit ſalutem univerſitatibus omnibus Apoſtolicis: Ita tamen quod in Petro principaliter collocavit Ubi nota quod non dicit totaliter. ut alij excludantur. ſed dicit principaliter, ut ſic plenitudo poteſtatis ſit in univerſitate ipſa, & per ſingulos exerceatur, ſed principaliter per Petrum. Non tamen ita per Petrum, ut ei etiam erranti ſtãdum ſit. Unde legitur ad Galat. 2. quod Paulus in faciem reſtiterit Petro quia reprehenſibilis erat. 2. q. 7. c Paulus. 1. Ex his infertur quod poteſtatis plenitudo eſt in papa, ita tamen quod non erat, ſed cum errat, habet corrigere Concilium, apud quod ut prædixi, eſt plenitudo poteſtatis tanquam in fundamento. Neq; in hoc poteſt papa per ſuas conſtitutiones, vel alio modo facere reſiſtentiam, quia hoc eſſet ſubver-
B tere Eccleſiam, de quo ſuprà. quia ut ibi dixi, papa non poteſt immutare univerſalem ſtatum Eccleſiæ 24. q 1. c. memor. & de conceſ. præben. c propoſuit. in Gloſſ. nam contra ſed potius debet uſque ad animam & ſanguinem confirmare 30. q. 1. c ſunt quidam quod ibi exponit Laurentius uſque ad omnes conatus, & facit dictum c. memor. & 25. q. 1. c. Quæ ad perpetuam. Nam neque poteſt papa diſpenſare in eo per quod decoloratur ſtatus univerſalis Eccleſiæ. 1. q. 7. c. & ſi illa Nam ex hoc convinceretur errare. dicto c. ſunt quidam in fine. Quæ jura ſunt notanda, quia malè conſiderata ſunt per multos aſſentatores, qui voluerunt placere Pontificibus per multa retro tẽpora & uſque ad hodierna ſuaſerunt eis quod omnia poſſent, & ſic quod facerent quicquid liberet. etiã illicita, & ſic plus quàm Deus. Ex hoc enim infiniti ſecuti ſunt errores, quia papa occupavit omnia jura inferiorum Eccleſiarum. Ita quod inferiores prælati ſunt pro nihilo. Et niſi Deus ſuccurrat ſtatui Eccleſiæ univerſalis, Eccleſia periclitatur. ſed favente Deo, ſperatur de reformatione, ſi ut dicitur conſtitutum congregabitur in Eccleſia concilium. In qua congregatione non oportebit ſolum ſchiſmati præſenti. ſed etiam futuris conſulere, & ita determinare poteſtatem papæ, ut non ſubvertantur inferiores poteſtates. Et ut papa deinceps poſſet non quod libet ſed quod licebit. Nam etiam ipſe beatus Petrus non ſic adminiſtravit, ut occuparet aliorum poteſtatem. Imò tanquam unus ex apoſtolis, accepit partem adminiſtrationis: primum in eccleſia A
Antiochena, deinde in Romana, ut in ejus hiſtoria. Et licet fuerit princeps Apoſtolorum, tamen non uſurpavit aliorum adminiſtrationem. Eſſet etiam conſiderandum de honorificentia facienda papæ, ne in ea excedatur modus, ut videatur nõ minus honorari papa quã Deus. Ita enim honorandus eſt ut non adoretur, qood de ſe fieri paſſus non fuit idem beatus Petrus, de quo legitur Actuum 10. qood Cornelius procidens ante pedes ejus adoravit eum, Petrus verò elevavit eum, dicens, ſurge ego ipſe homo ſum ſicut & tu. & facit quod dixi de mai. & obed. c. iis quæ. quæſtione tertia. de jurejur c. & ſi Chriſtus in prin. nota. 4. Et ſi dicatur quod hoc eſt imponere legẽ principi qui eſt ſolutus legib dic quod eſt ſolutus legib. ſuis non Dei, quales ſunt leges concilii, quæ ſpiritu ſancto ſuggerente, promulgãtur. 50. diſt. c. Si quis diaconus. in princip facit ſuprà. ead q ubi dicitur de epiſtola Apoſtolorum & facit quod dico de oth. or. c. inter cætera contrario ſecundo. & facit prælle. c. 25. q. 1. quidam. ubi dicitur quod ſi papa niteretur deſtruere id quod docuerunt Apoſtoli & prophetæ, non ſententiam dare, ſed magis errare cõvincitur Ad idẽ e. q c contra ubi dicitur quod contra ſtatuta patrũ aliquid cõcedere vel mutare non licet. etiam ſedi Apoſtolicæ. per hoc, quia jus naturale & divinum eſt immutabile 5. diſt in prin. de conſue. c. fi. Ex his infertur ad ſequẽtes quæſtiones Quæro itaq; quia in proxima quæſtione eſt dictum quod cũ B
papa diſſidet à Cardinalib. recurritur ad Concilium: Ideo præſuppoſito facto, quod ambo etiam nunc de papatu contendentes, voverũt & juraverunt renunciare papatui, ut in forma de qua infrà e. q. & ambo, vel alter recuſat implere, an ex hoc incurrãt aliquid propter quod ſubjiciantur Concilio, & an poſſint compelli ut impleant id quod voverunt & juraverunt, & in hoc judicem recognoſcant, attento quod ex hac diviſione ruit Eccleſia. & an poſſint dici veri ſchiſmatici, & an tale ſit ſchiſma quod incidit in hæreſim, & in talẽ ex qua papa ſubjiciatur concilio? De hoc, & de eo quod eſt infrà in ſequentibus quæſtionibus, fui interrogatus propter diſſidium inter utrunq; contendentem, & ſuos Cardinales: & de his & aliis ſequẽtibus, poſſet haberi ſolutio ex dictis ſupra eodem. Sed ad apertius hæc declarãda, præmittenda eſt ante omnia forma voti & juramẽti. Ubi ſciendum, quod in proxima vocatione ſedis Apoſtolicæ, domino Innocentio ſeptimo viam univerſæ carnis ingreſſo, domini Cardinales congregati in cõclavi, pro electione ſummi pontificis celebrandi, univerſaliter ſinguli, & ſingulariter univerſi, unanimiter & concorditer nemine diſcrepante, ex certa ſcientia convenerunt, voverunt Deo, & ejus matri Virgini, & ſanctis apoſtolis Petro & Paulo totiq; cœleſti curiæ, Juraveruntq; ad invicem unus alteri, & econverſo itaq; ſe obligando ſolenniter promiſerunt ſub hac forma ſcilicet, Quod ſi quis eorum aſſumptus fuerit ad

Google

A apicem ſummi Apoſtolatus. pro integritate unitatis Chriſtianorum, renunciabit effectualiter juri ſuo & papatui, purè, liberè & ſimpliciter ſi & quando Antipapa qui eſt, & qui pro tempore fuerit, conſimiliter renũciabit & cedet prætenſis juri ſuo & papatui, ſive decedat, dũmodo Anticardinales effectualiter velint cum iiſdem dominis de ſacro Concilio ſic convenire, & concordare, quod ex hoc ſacro Collegio, & ex ipſis, ſequatur juſta & canonica electio unius ſummi Romani pontificis. Et poſtea ſequitur quod quilibet promiſit & juravit quod intra menſem à die ſuæ inthroniſationis, præmiſſa indicabit Antipapæ, & ejus collegio &c. & ut ſe offerat impleturũ, & paratum eſſe ad ceſſionem modo prædicto, & ad omnem aliam viam rationabilem, per quam dictum ſchiſma tollatur, & unionis ſequatur integritas. Et poſt aliqua, quod quilibet etiam juravit, quod præmiſſa omnia & ſingula, inchoata & inchoanda, mediabit, proſequetur, & fine debito terminabit, nihil de contingentibus, neceſſariis, & utilibus quomodolibet oportunis omittendo, quantum in ſe fuerit. Deinde ſecuta eſt electio domini Gregorii 12. qui poſt aſſumptionem ſuam hæc approbavit, & ſuper hoc literas miſit ad alium, qui apud alios dicitur Benedictus, in quibus hæc narrat & approbat, & ad idem hortatur. Miſit etiam literas ad principes & communitates, hæc atteſtantes. Idem autẽ dominus Benedictus reſpõdit per ſuas literas, in quibus ſunt hęc verba: Parati ſumus unà cum Collegio venerabilium fratrum noſtrorum, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, in loco ſecuro, decenti & idoneo, tecum, & cum quocunque ſucceſſore tuo, ac prætenſo collegio tuo, qui apud partem tuã pro Cardinalibus ſe gerunt, vel gerent. perſonaliter convenire, pro unione Eccleſiæ tractanda, & favente Deo obtinenda. Ibique proviſo & ordinato de iis, quæ pro ſecuritate & acceleratione unionis prædictæ erunt oportuna, & neceſſariò diſponenda, parati ſumus pro pace ac ſalute animarum, ac unione & reintegratione Chriſtianorũ, in dicta convẽtione perſonaliter, modo veriſſimo, juri & papatui purè, liberè & ſimpliciter cedere, & renunciare. quod efficaciter faciam, ſi tu ibidem conſimiliter renunciabis & cedes prętẽſo juri tuo, & papatui. Vel ſi decedes vel quicunque ſucceſſor tuus: & illi qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerunt, aut gerent, ſic ut præfertur, voluerint cum effectu convenire & concordare nobiſcum, & cum prædictis venerabilibus fratribus noſtris, quod exinde unici canonica Romani pontificis ſequatur electio, & unio eccleſiæ Dei. Item ante hoc tempus, eo tempore quo idem Benedictus fuit electus, ſui dicti Cardinales, & ipſe cum eis promiſerunt & jurarunt in forma ſequenti. Nos omnes & ſinguli, ſanctæ Romanę eccleſiæ Cardinales, cõgregati electioni futuræ, in conclavi ante altare, in quo miſſa cõmunis celebrari conſuevit, pro Dei ſervitio & pro unitate Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, & ſalute animarum fidelium omnium, promittimus & juramus ad ſancta Dei Evangelia, corporaliter per nos tacta, quod abſq; fraude, dolo & machinatione quibuſcunq; ad unionem Eccleſiæ ad finem ponendũ ſchiſmati, proh dolor in Eccleſia nunc vigenti. quantum in nobis erit, laborabimus fideliter & diligenter. & per nos, quãtum ad nos pertinet, ſeu etiã pertinebit, dabimus paſtori noſtro, & gregis Dominici, & vicario Chriſti domino noſtro futuro, qui erit pro tempore, auxilium, conſilium & favorem. nec ad impediendum vel differendũ præmiſſa, dabimus conſilium directè vel indirectè. publicè vel occultè. Et iſta omnia & ſingula, & alia etiã præmiſſa, omnes vias utiles & commodas ad utilitatem Eccleſiæ, & unionem prędictam ejuſdem, ſanè & veraciter ſine machinatione, ſeu excuſatione, vel dilatione quacunq; ſervabit & procurabit poſſe tenus quilibet noſtrum etiam ſi aſſumptus fuerit ad Apoſtolatũ: & uſq; ad ceſſionem incluſivè per ipſum de papatu faciendam. ſi dominis Cardinalibus qui nunc ſunt vel erunt in futurũ, vel majori parti eorundem. hoc pro bono Eccleſiæ & unitatis prædictæ videatur expedire. Poſt hæc ſecuti ſunt multi tractatus & tandem contendentes venerunt ad loca invicem, & venit dominus Gregorius Lucam, alter ad portum Veneris: & habitis per internuncios variis colloquiis, uterq; receſſit de locis prædictis: & aſſerit alter quod per alterum ſtetit, & ecõverſo. Et interea major pars Cardinalium, utriuſq; collegii, receſſit ab eis, & iſti aſſerunt quod per utrunq; B contendẽtem ſtat. quo minus habeatur unio: & quod neuter voluit, nec vult cũ effectu renunciare, atq; quod ideo ſunt perjuri, & ſchiſmatici nutritores. ſuprà. q. proxima. Ergo ex eo quod diſſident iſti contendentes cum ſuis Cardinalibus oportet congregare Concilium. & ejus determinationi ſtandum erit. Et in eo ꝙ quæritur, an iſti poſſint compelli ut impleant quod voverunt & juraverũt, patet ſolutio ex eo quod dixi ſuprà in quinto modo, quia etiam ceſſante voto & juramẽto poſſent cogi ad cedendũ ut ibi ergo fortius quando voverunt & jurarunt. 12 q. 1 c. ſcimus & contra facientes delinquunt, & minores ſunt quolibet Catholico. ut notatur in gloſſ. 24 q. 1. c. Achatius 1 arg. dicti c. ſcimus & cũ ex hoc ſint in notorio crimine, ſubi ciuntur Concilio ut ſuprà in quinto modo. Nova tamen in hoc eſt quorundã induſtria ſeu aſtutia, qui nituntur veritatẽ involvere, & rem Dei ad argumentum laicale deducere, dicentes quod dominus Gregorius non tenetur cedere ſimpliciter, ſed ſub conditione, ſi & quando Benedictus cedat & e converſo pro alia parte inducitur, quod Benedictus non tenetur cedere ſimpliciter, ſed ſub conditione ſi, & quando dominus Gregorius cedat. & ex hoc ſurgit perplexitas. quia cum neuter ſecundum hoc debeat eſſe primus qui cedat? & neuter velit renunciari, niſi primo alter renunciet, neuter poteſt juramentum implere: ſed viciatur utrunque juramentum propter perplexitatem & repugnan-

A repugnantiam. ff. de condi inſti. l. ſi Titius. de reg juris c. ubi repugnantia. & ext. de ap. c. ſollicitudinē. de fide inſtru. c. imputari. Ad quod reſpondetur quod Deus non decipitur, neque irridetur: ſcrutator eſt enim ſecretorū. 32. diſt. c. erubeſcant. Item juramentum debet impleri omni modo, quo melius fieri poteſt. ff. de le. 2. cum pater. §. filius matrem. ubi gloſſ. Unde etiā debet obſervari in forma ſpecifica. de jurejur. c. ad noſtram. 1. Quantò magis ergo in caſu noſtro maximè in tanto Dei negocio, intelligi debet purè & ſine plicis, quod uterq; contendentium juramentum obſervaret. arg. 22. q. 5. c. quacunq;. & c. ſeq Item hoc caſu poſſunt ambo per ſe, vel procuratorem ſimul cedere, & hoc ſignat dictio (quando) poſita in juramento utriuſque. ex qua infertur fuiſſe de mente utriuſq;, non quod alter præcedat, imò quod neuter incipiat, ſed ſimiliter cedant: ita quod utriuſq; juramentum ſimul adimpleatur cum effectu. arg. ff quando dies leg. ce. l. quod pupillæ. Item in juramento Gregorii eſt, quod ſe obtulit ad omnem viā rationabilem, per quam ſchiſma tollatur ut ſup. Item juravit, quod nihil velit omittere de contingētib. neceſſariis & utilibus quomodolibet opportunis. Et item in effectu eſt in juramento à Benedicto præſtito, in conclavi, de quo ſuprà Si ergo p utrunq; vel alterū ſtetit quo minus ſchiſma ſublatum ſit, vel ſi hodie ſtat, cenſetur uterque vel alter juramenti violator. Pro prædictis facit, quia juramentum fuit præſtitum

B Deo, ut ſuprà, & ſic vehementius obligat. arg. 33. q. 5. quod Deo & quod notatur de jurejur. c. pervenit 2. in Gloſſ ult. Nec obſtat quod notatur in Regula fruſtra. in prima quæſtione. l. 6. ubi in ſimili caſu dicitur, quod is qui petit, debet prius implere, aliàs non poteſt agere ex juramento conditionali: quia illud cum agitur de commodo privato intelligitur. Item ut prædixi hic fuit in juramento dicto hæc particula quando unde debet intelligi quod ſimul cedant. Aliud autem cū quæritur an poſſint dici veri ſchiſmatici, & an tale ſit ſchiſma quod incidat in hæreſim, & talem ex quo ſubjiciantur Concilio. hoc patet ex dictis ſuprà eo. modo in prin Tertio quæro, an à præmiſſo juramento poſſint contendentes ſe abſolvere, vel per ſuum commiſſarium facere abſolvi? Reſpondeo, quod quantum ad dominum Gregorium, quod non procedit, quia in juramento præſtito in conclavi juravit hoc nō facere, ſed etiam ſi non juraſſet, adhuc idem dicendum eſt, quia ex hoc turbaretur ſtatus univerſalis eccleſiæ, in quo papæ non eſt obediēdum. ſup. eo modo. q 1 & ſup in primo modo. q. 6. Quartò quæro, an ſtante diviſione atteotis dubiis juris & facti, cum peritorum ſint conſilia cōtraria, & factum etiam revocetur in dubium, ex quo jam 30. annis quælibet obediētia eſt firmāta in firmam credulitatem ſui, an cōcilium huic malo poſſit providere, etiam dato quod talia nō incurrerent crimina quib. ſubjicerentur ea vi criminum? Ad quod dic quod ſic, per id, quod dixi ſuprà eo. modo. q prima: in eo q ibi dicitur quod poteſtas eccleſiæ eſt in ipſa univerſitate tanquam in fundamēto. Ad idem. ſup. in primo modo q. 1. Item ut dixi ſupra in quinto modo. poteſt uterq; vel alter pro ſedādo tanto ſchiſmate, cogi ad cedendum ut ibi. Et non obſtat ſi dicatur quod poteſtas papę eſt de jure divino, & à Deo immediate. de tranſlat. c. 1. 2. & 3 & quod notatur in dicto c. 2. in Gloſſ. & quod non poteſt ab homine tolli. Ad quod reſpondeo, quod quando Conciliū privat papam, poteſtas non dicitur ſibi auferri ab homine. ſed à Deo. Cum diſpoſitio concilii ſit divina ſup eo. modo q 1. ad fi. Item licet poteſtas papę ſit à Deo, tamen quod iſte ſit papa, vel iſte eſt immediate ab homine. ſcilicet per electionem Cardinalium. Unde poteſt ab homine tolli arg. c 1 de reg jur. Et ſi dicatur per hoc ſequi quod Cardinales poſſent papam deponere ſine Concilio: Reſpondeo quod ſtandum eſſet argumento niſi aliud eſſet ab ipſa eccleſia receptum. Et tunc diceremus, quod ſicut in iis quæ concernunt electionem papæ, collegium Cardinalium repręſentat eccleſiam univerſalem, ut ſupra eo. modo in prin. ita & in hoc. Sed quia receptum eſt ut de papæ depoſitione ſolum Concilium judicet, ideo collegium licet poſſit eligere, non tamen deponere. Oppone ad hoc de eo quod notat Inno. de cōſtit. c. cum acceſſiſſent, ubi dicit, quod ſi univerſitas habet rectorem, juriſdictio eſt penes rectorem, non penes univerſitatem, & licet ibi referat aliquos dicere quod deficiēte rectore univerſitas exerceat juriſdictionem ſicut rector: ipſe tamen Inno. hoc non credit. Sed

B negari poſſet hoc, nam & Hoſtien ibi hoc tenet quod univerſitas exerceat: licet ſit incommodoſum. ff de orig. jur l 2 § denique. de offic. ordi c irrefragabili. §. exceſſus, de major. & obe c. cum olim Sed quicquid ſit de hoc, iſtud tamen locum habet in univerſitate habēte ſuperiorem: quod ceſſat in univerſitate totius eccleſiæ, quæ ſuperiorem non habet niſi Deum, & papam cum bene adminiſtrat, ſecūdum prædicta Et de hoc an benè, vel malè, habet ipſa univerſitas decernere. Neque unquā ita potuit transferre poteſtatem in papam, ut deſineret eſſe penes ipſam. quia hoc eſſet contra jus divinum, & contra exempla Apoſtolorum, de quib. ſup. eo. modo q. 1. ubi dictum eſt, quod cōgregatio habet judicare difficilia quæ emergunt: & ſic tempore Apoſtolorum judicavit. ut ſupra eo. modo. q. 1. Nam & in prima univerſitate eſt totalis plenitudo poteſtatis, tanquam in fundamento. ut ibi. per hoc quod dicitur, quòd populus Romanus transferendo juriſdictionem in principem, etiam in ſe retinuit, ſcil. quod non potuit à ſe abdicare ſtatuendo legem à qua non poſſet recedere. ff de legat. 3. l. ſi quis in principio, & quod notatur to. coll. Si de inveſtitura inter dominū & vaſallum, & c. c. t. in Gloſ. Sed iſtud licet non firmet, tamen bene facit ibi à Comite vel populo. Ex quo colligitur, quòd major eſt poteſtas populi, quàm magiſtratus ipſius. Et hoc dicit Guil. de Cun. ff. de leg. l. non ambigitur: popu-

A lum Romanum poſſe revocare poteſtatem datam ptincipi. Opp. ad idem: Quia papa à nemine judicandus eſt, niſi deprehẽdatur infidelis. 40. diſt. c. ſi pepa. Sed illud c. loquitur de papa nnico, de quo nõ dubitatur an ſit papa: bic autem ſubeſt dubitatio inter duos, nter ſit verus: & pars eccleſiæ adhæreret uni, pars alteri. Unde in dubio licet, quod alìas non liceret. 13. q 2. non ęſtimemus. ubi notatur in Gloſ. argum. de reſcript. c. ſuper literis. in Gloſ. in verbo Fides, & de ſepul c. ſacris. Item notatur de transact. c. præterea 2. Et ſufficit quod hic caſus nõ eſt prohibitns neq; in dicto c. ſi papam neq; alibi. Item, ipſum concilium non ſubjicitur juri poſitivo, cum habeat plenitudinem poteſtatis, nt dictum eſt. Et ut etiam illud c ſi papa, fuiſſet factum in Concilio, quod tamen non fuit, adhuc non ligaretur hodiernum cõcilium, quia par in patem, &c. de elect. c. innotuit. & ff. ad Trebel. l. ille à quo §. tempeſtivum. Item & dominium poteſt alicui per principem auferri ex cauſa de jurejurando. c. in noſtra. ff. com. prædi. l. venditor §. ſi conſtat. & notatur de conſti. c. quæ in eccleſiarnm. Quanto ergo fortius poteſt auferri titulus adminiſtrationis, ſen prælaturæ, qui eſt de jure poſitivo? Ut notatur in dictis juribus. & pręcipuè in Eccleſiaſticis. Et per id quod eleganter notat Innoc. de iis quæ fiunt à ma. par. capit. c. fin. ubi dicit, majorem partem Capituli poſſe aliquid ſtatuere de tebus eccleſiæ ſingulariter & ſpecialiter, ad quemlibet canonicum pertinentibus: ſecus, ſi non eſſent res eccleſiæ, ſed
B propriæ canonicorum, quia ibi potior eſſet conditio prohibentis. ff. communi divid. l. Sabinus. de ſervitut. ruſt. prædi. l. per fundum. Et bene probatnr primum, in dicto c. ſi. Ex iis videtur, quòd etiam ſi certum eſſet, alterum de iſtis eſſe papam, tamen poſſet univerſitas Concilii eum ejicere, ex cauſa maximè tam gravi, ne eccleſia patiatur ſciſſurã: ut ſuprà in quinto modo Quintò quæro, attento quòd in tollendo ſchiſmate opus eſt, ut tota eccleſia utriuſque obedientiæ ſimul ſit juncta (ut notum eſt) alìas nibil boni poſſe ſequi, ſed ſemper ſchiſmatis confirmationẽ. Et quia de jure concilium debet eſſe univerſale. non particulare: & cum alter contendentium non poſſit totam eccleſiam cum effectu convocare, cum non ſit in poſſeſſione obedientiæ in tota eccleſia & cũ eccleſia non concordet de convocando, ſed declaret ſe diſperſiſſe, nec velle congregare in loco & tempore. Et attento quòd Imperator de facto non poteſt, cum ab altera obedientia mandatum ejus nõ reciperetur, nunquid cardinales ſimul mixti utriuſq; obedientiæ, poſſint convocare: ita quod verum ſit concilium, & poſtea requiſitis contendentib. maximè, dilatando quæ notoria ſunt ſcbiſma terminari poſſit. Ad quod reſpõdeo, quòd cardinales nõ ſolum poſſunt, imò tenentur tam de jure communi qoàm ſpeciali. Nã de jure communi tenentur omni conatu proſequi, ut acceleretur utilis & neceſſaria totius mundi proviſio. idoneo celeriter eidem eccleſiæ ſponſo dato. de electc. c. ubi §. cæterum. lib. 6. Item ad idem tenerentur de jure ſpeciali, propter juramenta A per eos præſtita in electione Benedicti, & in electione Gregorii, de quibus ſuprà q. 2. Sed in hoc aliqui moventur. dicentes, quòd nec cardinales Gregorii poſſunt communicare cum cardinalibus Benedicti, nec econverſo, cum iſti quantum ad illos, & econverſo, ſint ſchiſmatici. Ad quod reſpõdeo, quòd ſufficit q utriq; habeantur pro catdinalibus per ſuã obedientiam, & poſſunt invicem communicare pro facienda electione papę. Nam cõtra cardinales eligentes non obſtat exceptio excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti. eo. tit. Cle. ne Romani. § cæterum. & idem ibi dicit Laudenſis, de exceptione hæreſis. cum excommunicatns appelletur hæreticus. 4. q. 1. c. quod autem & tamen excommunicatus non dicitur bæreticus niſi largè. unde percutiens clericum hæreticum, non eſt excommunicatus: ſecus, ſi clericum excommnnicatũ. ut dicit Innoc de ſen. excommun. c. ſi verè & notatur in Regula, delictum. lib. 6. Sed adhuc eſt melior ratio, quia hic dicitur quòd electus à duabus partibus eſt papa, nulla exceptione obſtante. & ſic excludit quamlibet exceptionẽ etiam ſchiſmatis & hæreſis. Item etiam contra ipſum electum non poteſt excipi de hæreſi, ut repellatur ab electione, licet de ipſa poſſit accuſari, ut ſupra eo. tit. contrario primo Sicut ergo non obſtat electo, ita nec electoribus. Et ſi dicatur quòd adhuc nõ imminet electio papæ, cum duo ſint in papatu: Reſpondeo, quòd B quemadmodum poſſint in electionę communicare, ita & in præparatoriis. ſine quibus nõ poſſit perveniri ad electionem unici papę. arg. de offic. deleg. c. præterea. cum ſimilib. Item non eſt ſimpliciter verũ, quòd cardinales Gregorii vel Benedicti ſint ſchiſmatici. omnes enim ex utraq; parte ſalvantur, dumtamen non errant ſcienter, ut ſup. Et hic eſt dubitatio facti & juris, quia utraque pars putat ſe fovere jus. & in dubio multa licent, quæ alìas non licerent. 13. q. 2. c. non æſtimemus. & quod ibi notatur in Gloſ. & arg. de ſepul. c. ſacris. in qtibus juribus in dubio communicatur ei cũ alìas non eſſet communicandum ad boc etiam quod notatur de poſtul. c unico, lib 6 in gloſ. & ff de re jud l. cum prolatis. Principaliter autem hoc caſu debet boc licere, cnm agatur de electione papæ, in qua nõ tradita eſt forma juris poſitivi. ſicut in electionibus aliorum prælatorũ: ſed ſunt multa ſpecialia ut ſuprà eo tit. Et maximè licere debet in hoc periculo, in quo eſt eccleſia. ut omiſſis cavillationibus, & omiſſis etiam illis facilibus conſiderationib. quæ fomentũ habeut tantum à jure poſitivo, & quæ facilè ſolvuntur, imò vetius non obſtant: quia collegium utriuſq; obedientię, quo ad electionem papæ, repræſentat eccleſiam univerſalem, ut ſuprà eo modo in prin. quę nõ ſubjicitur juri poſitivo, omiſſis etiam omnib. aliis cogitationibus ſeu curis, fateantur potins unde veritati, & tandem poſt tam inveteratam ſciſſuram, eccleſiæ Deo miſerante conſulitur.

Digitized by Google

A latur. ſicq; unica columba ac ſponſa pulchra ſine macula & ruga, ſerviens in charitate ſpōſo ſuo Chriſto (24.q.1. omnibus) & fideles omnes (prout etiam ibi dicitur) in hac domo ipſius eccleſiæ habitantes, unanimiter laudent Deum in hoc ſeculo temporaliter, & tandem in cœlo æternaliter in ſecula ſeculorum: Amen. A

PRIVILEGIA AVT IVRA IMPERII, CIRCA INVESTITVRAS EPISCOPATVVM ET ABBATIARVM, RESTITVTA à Papis, Imperatoribus Romanis. Et ſimul variæ hiſtoriæ, ad eorum illuſtrationem utiles:

PER THEODORICVM A NIEM.

PRÆFATIO THEODORICI de Niem.

FECIT autem Deus duo luminaria magna in firmamēto cœli, majus ut præſſet diei, & luminare minus ut præſſet nocti. Geneſ. 1. Quibus figurātur duæ poteſtates, ſeu dignitates, quæ ſunt Pōtificalis & Regalis: ſed illa quæ præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, major eſt: quæ verò noctibus, id eſt, carnalibus, minor. Ut legitur in Canone, ſolitæ. de maj. & obed. De quib. etiā Fridericus ſecundus Auguſtus loquitur, ut patet in Regiſtro, in hæc verba: In exordio naſcentis mundi provida & ineffabilis Dei providentia, cui conſilia nō communicant aliena, in firmamento cœli duo ſtatuit luminaria magna, majus ſcilicet, & minus: majus, ut præſſet diei: minus, ut præeſſet nocti. Quæ duo ſic ad propria officia in regione Zodiaci offeruntur, ut etſi multoties ex obliquo ſeſe invicē reſpiciant, unum tamen alterum non offendit. Imò quod eſt ſuperius, inferiori ſuam communicat claritatem. B *Similiter eadem æterna providentia in firmamento terræ duo voluit eſſe regimina, Sacerdotium ſcilicet, & Imperium: unum ad cautelam, aliud ad tutelam. ut homo, qui erat in duobus cōponentibus diutius diſſolutus, duobus retinaculis frenaretur, ut ſic fieret pax orbi terræ, hominū exceſſibus limitatis. Hoc autem pulchro & longo protractu deducitur in exordio Conſtitutionum ſuarū Regni Siciliæ, quæ incipiunt, Poſt mundi machinā, &c. Et quia ars ſequitur naturam in quantū poteſt, ſic enim cōgrueret, atq; omnino mortalibus expediret, ut iſtæ duæ poteſtates ſic ſemper exiſterent mutuis invicem favoribus & amicitiis inſimul aggregatæ: aut quod ſaltem una alteram non offenderet, nec ejus ſtatum & gloriam eclipſaret: ſunt etiam hæ poteſtates ab invicem diſtinctæ, ut patet 96. diſt. duo ſunt. Et hæ duæ poteſtates principaliter à Deo pendent, 97. diſt. Eccleſia mea. ubi Bonifacius papa ſcribens, Imperatori ait: Eccleſia mea, cui Deus meum ſacerdotium, vobis res humanas regētibus deputavit, &c. Et ſicut in ſpiritualibus papa omnibus præeſt, ut colligitur ex præmiſſis: ſic Imperator omnibus in temporalibus præeſt, major eſt etiam ſuper omnes Reges, 7. q. 1. in apib. Et omnes nationes ſub eo ſunt, 11. q. 1. §. hic ſi quis. verb. volumus. Ipſe enim eſt princeps & dominus mundi. ff. ad l. Rhod. de jactu l. deprecatio. Et etiam Judæi ſunt ſub eo. c. de Judæis. l. Judæi. Deinde Judæi & provinciæ ſibi ſubſunt. 60. di. c. Adrianus. Et omnia ſunt in poteſtate Imperatoris. 13. diſt. quo jure. & 24. q. 8. convenior. 63. diſt. ego Ludovicus. Et papa vocat Imperatorem Dominum ſuum, 24. q. 1. c. ſumma. Et papa accuſatus vel diffamatus de aliquo delicto, Imperatoris examini ſe ſubmittit. Hos ſi incompetenter, 2. q. 7. Et electio Romanorū pontificum ad jus pertinet Imperatoris. 63. diſt. in ſynodo. Et niſi archiepiſcopus vel epiſcopus laudetur vel inveſtiatur ab Imperatore, a nemine cōſecrādus eſt. 63. diſt. Adrianus papa. 11. Et ab ipſo Imperatore omnes archiepiſcopi & epiſcopi accipiunt inveſtiturā. in eodē c. in ſynodo. Item papa ſupplicat Imperatori, ut cathedrali eccleſiæ vacante epiſcopus præficiatur, ſcilicet vel Reatinæ, vel ſaltē Tuſculan. Quæ tamen immediatè, Romanæ eccleſiæ ſubſunt. 63. diſt. Reatina. Et ſacra Imperialis authoritas ordinationi epiſcoporum eſt neceſſaria. eadem diſt. 63. c. principali. ubi papa vocat Imperatorem Clementiſſimum principem. Et Imperator ſcribendo papæ, ſe præponit. 97. diſt. c. victor. Et Imperator ſcribendo papæ loquitur ei in ſecunda perſona, ut eſt in c. victor. ibi, Scripta beatitudinis tuæ. & 63. diſtinct. Tibi.*

B *Et Imperator Dei miniſter eſt, vindex illius qui malefacit, & illius qui bona, juxta Apoſtolū Rom. 13. Item Proverb. 8. dicitur: Per me reges regnant, & conditores legum juſta decernunt. Propterea Romanus princeps, pater communis poſt Deum dicitur: ut in Auth. neq; virum quod ex dote eſt. in fin. col. 8. Et huic fidem & reverentiam exhibere oportet. quam qui non exhibet, apud Deum præmia non poterit invenire.*

Præterea per Imperatoris maieſtatem juratur, quæ poſt Deum à genere humano diligenda & colenda eſt. Nam Imperatori, cum Auguſti nomen ſuſcepit, tanquam præſenti & corporali Deo, fidelis eſt præſentanda devotio, impendendusq; pervigil famulatus, qui Deo regnat authore. Quia non fruſtra inſtituta eſt poteſtas Regis. 23. q. 5. non fruſtra. Nam regum proprium eſt, facere judicium atq; juſticiam, & liberare de manu calumniantiū peregrinos atq; oppreſſos, pupilloq; & viduæ qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxiliū. eadem q. c. regum. Et is debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas & perjuros non ſinere vivere, filios ſuos non ſinere impiè agere. ead. q. c. rex debet.

Sed hodie adeò depreſſa eſt Imperialis poteſtas, quòd magis honoratur & veneratur etiam à maximo uſq; ad minimum aliquis capitaneus gentium armigerarum in Italia, quàm Imperator vel Rex Romanorum. Sed ſi hoc eſt expediens, videant illi quorū intereſt. Unum tamen patet, quòd poſtq̄ Imperialis potentia depreſſa fuit, nihil niſi oppreſſiones & violētia, nec nō diviſiones in univerſali eccleſia, præſertim in Italia, pullularūt, necdū finis inſtat

A *earundẽ. Nec video quòd illi qui civitates & Imperii bona occupant, multum ſint intenti ad pugnandum cõtra Saracenos, pro recuperatione terræ ſanctæ de manibus impiorum, & ſuccurrendum in brachio extẽſo, & manu forti oppreſſis Chriſtianis infinitis per Turcos, Tartaros, ſchiſmaticos & paganos.*

Ex quibus infertur, quòd papa ſe non debet intermittere de temporalibus, nec econtrà Imperator de ſpiritualibus. 96. diſtinct. c. cum ad verum. ubi redditur ejus ratio, videlicet quoniam idẽ mediator Dei & hominum homo Jeſus Chriſtus, actibus propriis & dignitatib. diſtinctis, officia & poteſtates utriuſq; diſcrevit. Igitur cum oporteat Rempub. armis & legibus conſervari, licet papa ad alterum illorum, ſcilicet quo ad legum conſervationem, forſan conſilium dare poſſit: ad reliquum tamen congruè attendere nequit, niſi per medias perſonas, quæ qualiter ſerviant eccleſiæ experientia docet. Et ſemper Reſpublica pro ſua conſervatione armis & legibus eguit: quia tam militaris res legibus in tuto collocata eſt, quàm ipſæ leges armorum ſervatæ ſunt præſidio. Unde etiam per eccleſiaſticos prælatos & alias inferiores Eccleſiaſticas perſonas de prædiis & poſſeſſionibus ſuarum eccleſiarum, ut eis tuta eſſent omnia ſub tuitione Cæſaris, pro tempore illi tributum ſolvere conſueverunt. ead. q. c. convenior, &c. tributum. niſi ab Imperiali benignitate ab his promeruerint immunitatem. Quib⁹ taliter qualiter introductis ſequitur quod intẽdo. A

INCIPIT DESCRIPTIO DE INVESTITURA EPISCOPATUUM REGUM THEUTONICORUM, EX

quodam antiquiſſimo libro Florentino per me Theodoricum de Niem literarum Apoſtolicarum ſcriptorem & Abbreviatorem reperto, dum Dominus papa Johannes 23. illic cum ſua curia reſideret, fideliter extracta. & ſequitur de verbo ad verbum, prout in dicto libro videbatur ſcripta.

TEMPORE ex quo Longobardi Italiã intraverunt, Romã quoq; obſederũt & ceperũt: Italicũ verò regnũ invaſerũt, & duodecim annos abſq; Rege detinuerunt, ita quòd ex ipſis regem conſtituerint, & præ-
B valuerint uſq; ad Carolum regem qui Deſiderium cepit regem Longobardorum in Papia, poſt longam obſidionem cujus filius Adelgiſus fugam cepit in maritimis.

Hucuſq; legati Conſtantinopolitani urbis Romæ, Italiæq; detinebant oppida, & tributa colligebant, & ea ex ærario Auguſti Conſtantinopolim deferebant, Romanam & alias eccleſias Italiæ non defendebant.

Cumq́; illi expulſi eſſent à gente Longobardorum, ipſi Longobardi uſq; ad Carolum regem regnum detinuerunt. Accidit verò, quod Luitprandus rex Longobardorum Ravennam obſedit, & captam deſtruxit. Hexarchus verò Ravennæ cum Ravennatibus Romam petierunt, & Conſtantinopolim inde direxerunt.

Poſt hoc autem Aiſtulphus rex Longobardorum exarchatum Ravennæ, & Exarchatum Hiſtriæ ſeu ducatum Ferrariæ invaſit, & Faventiã & Ceſenuam abſtulit Romanę eccleſię.

Tunc temporis Stephanus papa, qui tranſtulit imperiũ de Græcis in Germanos, in perſonam dicti Caroli, qui fuit in Germania natus, educatus, mortuus & ſepultus, pro tanta perſecutione legatos miſit ad Germaniam Carolo regi Francorum, rogans, ut prædia Romanæ eccleſiæ defenderet pro amore beati Petri. Iſte verò Carolus pietate motus, Aiſtulpho regi ſæpius legatos miſit, nihilq́; profecit. Nam licet Aiſtulph⁹ omnia bona eccleſiæ Romanæ ablata ei reſtituturum, & ſatisfacturũ ſe in omnibus promiſit, nihil tamen horum obſervavit.

Poſt mortem Aiſtulphi regis, Deſiderius (cujus filiã dictus Carolus habuit in uxorem, qua defuncta cõtraxit matrimoniũ cum quadã filia ducis Sueviæ in Germania quæ fuit mater Pii Ludovici, ejuſdem Caroli filii, & qui ei in imperio immediatè ſucceſſit) regnũ obtinuit, & res eccleſiæ nihilominus invaſit. Ad quem etiã Carolus rex ſæpe legatos miſit: ipſe verò Deſiderius rex bona reddere eccleſiæ, illaq́; relinquere velle promiſit, & nihil profecit. B

Itaq; iſtis temporibus Adrianus papa, qui dicto Stephano ſucceſſit in papatu, ipſi Carolo legatos miſit, & ut Romam veniret ad defendendum res eccleſiæ poſtulavit.

Carolus verò rex ingreſſus Italiam, Papiam obſedit: & relinquens ibi exercitum, Romam tetendit, ad diem ſolennem reſurrectionis ſanctæ: ibiq́; honorificè ſuſceptus eſt à beato Adriano papa, & à cunctis etiam ordinibus Romanis. in laudibus etiam ei acclamatũ eſt, Carolo perpetuo ſemper Auguſto à Deo vitam & victoriam.

Poſt diẽ verò reſurrectionis reverſus Papiã, cæpit Deſiderium regẽ & duxit in captivitatẽ. Poſt hæc reverſus eſt Romam. ubi conſtituta eſt ſancta ſynodus à beato Adriano papa in palatio Lateranenſi, videlicet in eccleſia ſancti Salvatoris, quæ reverendiſſimè celebrata eſt à 153. viris religioſis, epiſcopis & abbatibus, judicibus etiam, & legis doctorib. ab univerſis regionib. & ordinib. hujus almæ urbis, à cũcto etiam clero hujus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, exquirentibus uſus leges & mores ejuſdem eccleſiæ & imperii. quemadmodum etiam hæreſes & ſeditiones aboleri poſſent de Apoſtolica ſede, & dignitate patriciatus & Romano Imperio: ex quibus omnibus nimius error creſcebat in univerſo orbe.

Populus itaque Romanus legem condebat

more,

A more ſolito: ſed difficile erat, pro unoquoque negotio toties in unum congregari. unde ſententiam, jus & poteſtatem Imperii Imperatori conceſſerunt, quemadmodum legitur: Populus itaq; Romanus conceſſit Carolo, & in eũ tranſtulit omne jus ſuum & poteſtatem.

Ad eorum quoq; exemplũ præfatus Adrianus papa, cum omni clero & populo, ac univerſa ſancta ſynodo, conceſſit Carolo Auguſto omne ſuum jus & poteſtatem eligẽdi ſummum pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem, dignitatemq́; principatus, ſicut ſcribitur diſtin. 53. Adrianus. Inſuper archiepiſcopos & epiſcopos per ſingulas provincias ab eo accipere inveſtituras diffinivit.

Nota. *Qualiter Adrianus papa cũ clero & populo univerſo, & ſancta ſynodo cõceſſit eidem Carolo regi, jus eligẽdi ſummum pontificẽ, ut habetur 53. diſt. Adrianus. & illud privilegiũ renovatur & confirmatur per Papã & Cardinales, & populũ Romanũ, ac generale conciliũ, in perſonã Othonis primi Magni Auguſti, ſuosq́; ſucceſſores in Romano Imperio, in perpetuum, ut ſequitur inferius.*

Poſt hoc verò conſecrationẽ accipiant, unde pertinent: & ita abolita ſit veterũ ſententia, moresq́; in poſterum, quatenus nemo per cognationem vel amicitiam, aut per pecuniarum acceptionem ſibi eligat epiſcopũ, ſed ſoli regi Romanorum hujuſmodi reverentiæ tribuatur facultas. veruntamẽ ſi ab univerſo clero & cũcto populo aliqua præſumptione & religionis cauſa eligatur epiſcopus, niſi à rege laudetur
B & inveſtiatur, à nemine conſecretur.

Ex hoc prolatis ſententiis ab univerſis qui in hac ſancta ſynodo cõgregati fuerunt, in nomine ſanctæ Trinitatis, Adrianus papa præ omnibus hæc conceſſit, laudavit, & affirmando conſtituit.

Ad hoc etiã totum roborandum decrevit, ut ſi quis poſthac contra hanc ſanctam ſynodum temerator repertus fuerit, ſive contra hoc totum quod produximus repugnaverit, cujuſcunque ſit gradus, ordinis vel officii, dignitatis vel generis, ſciat ſe in iram beati Petri, principis Apoſtolorum & omnium ſanctorum & prædeceſſorum noſtrorũ caſurũ, & anathematis vinculo damnatum perpetuò victurum, excommunicationẽ quoq; univerſalis eccleſiæ & cuncti populi Chriſtiani incurſurũ. Inſuper, niſi à malo reſipuerit, irrevocabili exilio prematur, vel ultimis ſuppliciis feriatur, & bona ejus publicentur. Qui verò pio intuitu cuſtos horũ & obſervator in omnibus extiterit, benedictionis gratiã vitamq́; æternam à Deo cum omnibus ſanctis ſuis, ſine fine habere mereatur in ſecula ſeculorum, Amen.

ITEM DE EADEM RE LEONIS Papæ aliud Concilium generale, Romæ celebratum in Lateranenſi, ſuper cõceſſione facta Othoni primo, qui fuit Saxo natione.

CONvenit Apoſtolico moderamini petentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione præbere aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud cõditorem omnium reperitur. A Deinde quoq; & cunctum clerum, & omnem populum aſſerimus eſſe concordẽ, & ad meliorẽ ſtatum fore perductum: atq; ideo, quia juſtè rationabiliter veſtra humilitas à noſtro Apoſtolatu humiliter poſtulat, quatenus gratulanter peragentes ſanctam ſynodum veſtro conſilio congregatã in patriarchio Lateranenſi, in eccleſia ſancti Salvatoris conſtitutã à plurib. viris catholicis, epiſcopis & abbatibus, inſup judicibus & legis doctoribus, promulgantes qualiter quietè & pacificè ſtare ac vivere valeamus, præſentibus omnibus ac ſingulis regionibus, hujus almæ urbis Romæ, & ex omnibus ordinibus cleri & populi aſſerentibus & confirmantibus per omnia, ut hæreſi & altercatione ac omni errore expulſo, qui nimis his temporibus error ex hoc accreſcere diſcernitur tã de Romano imperio quàm de Apoſtolica ſede ac dignitate patriciatus, & de inveſtitura epiſcopatuum. Idcirco exemplum beati Adriani, ſedis Apoſtolicę hujuſmodi epiſcopi, cujus vitam & actionem ſatis diſcretam audivimus, & rationabilem admodum in ſuis ſpiritualibus ſanctionibus recognovimus. Idem enim ſanctus vir, ſanctam ſynodum congregavit, & in præſentia omnium, eorumq́; authoritate domino Carolo invictiſſimo regi Francorum & Longobardorum, ac patricio Romano. ſuisq́; ſucceſſoribus, regnũ Italiæ, patriciatus dignitatem, & ordinationem ſedis Apoſtolicæ conceſſit. Inſuper & epiſcopatuum inveſtituras, velut ipſi cum diſcretione & reverentia libitũ B fuerit. Igitur nos Leo ſervus ſervorum Dei, epiſcopus ad idem exemplum beati Adriani cũ cuncto ſimiliter clero & univerſo populo Romano, omnibusq́; ordinibus huj9 almę urbis, ſicut in ſuis ſcripturis apparet, conſtituimus, confirmamus & roboramus per manum Apoſtolicam, dignitatem cõcedimus atq; largimur domino Othoni primo Auguſto, Teutonico, regi providentiſſimo ſpirituali in Chriſto filio noſtro. ejuſq; ſucceſſoribus hujus regni Italiæ in perpetuum, tam ſibi facultatẽ eligendi ſucceſſorem, quàm ſummę ſedis Apoſtolicæ pontificem ordinandi.

Nota. *Othonem primũ voluiſſe eſſe certũ, quòd regnum Italiæ, ſibi ſuisq́; ſucceſſorib. Imperatoribus Germanicis, qui eſſent pro tempore uſq; in perpetuum, per eundem papam & ſuos ſucceſſores, etiam qui eſſent pro tempore, nunquam poſſet aut deberet auferri. nihil enim, aut modicum invenit, quod ſpectaret ad jus & proprietatem Romani imperii, dum illud in ſe aſſumpſit. erat enim propter impotentiam & negligentiam Gallicorum, deſcẽdentium ab ipſo Carolo rege, Græcis & Barbaris nationibus atque paganis illud ubiq; impugnantibus, quaſi totaliter diſſipatũ atq; cõfuſum. Eratq́; iſte Otho primus Auguſtus, filius Henrici primi: ad quem Ludovicus tunc Imperator & rex Francorũ, qui ultimus fuit de ſucceſſione dicti Caroli primi Auguſti, tunc debilis miſit Everhardum Comitem Elſatiæ & quarundã vicinarum partiũ, dicens ei: Frater cariſſime video res noſtras de die in diem malè procedere, & Saxonum negocia multi-*

fariè

Digitized by Google

A *fariè proſperari. Fac igitur quod tibi mãdo, & accede ad Henricum ducem Saxoniæ, & illi inſignia veterã regũ Francorũ ex mea parte præſenta: quia meliorem & utiliorem eo, ad defendendam Rempublicam non cognoſco modò. Qui quidem comes Francorum ſequendo mandatum, dictum ducem ad oppidum Fritzlar Magũtinæ diœceſeos evocavit: eiq; venienti illuc, mentem dicti fratris ſui aperuit: eumq́; ut tantum donum ſibi oblatum nullatenus refutaret, rogavit. Ipſe autem Henricus cõvocatis illuc prælatis & proceribus regni Galliæ & Saxoniæ, ac eorum omniũ accedentibus exhortationibus & precibus, ſe de regimine Imperii & regni Galliæ intromiſit. Noluit tamẽ in regem ungi, aſſerens non mereri ungi pro eo, quod dicto regno adverſarius aliquando extitiſſet. Qui ſic aſſumpto in ſe regno, laudabiliter & ſtrenuè ipſum rexit imperium, Alemaniam reintegrando quò ad omnia dominia, quæ primi reges Francorum & Imperatores illius nationis in ipſa Germania aut jure belli, vel aliàs quomodolibet uſq; ad illa tempora tenuerunt. Et ultra dictus Otho t. Auguſtus, filius (ut prædicitur) dicti Henrici primi, tanquã fidelis, & cõſtans Imperator, ſuo addidit Imperio Lotharingiã, & etiam regnum Burgundiæ in partibus Gallicanis, quæ ex tunc ſub jure & proprietate Romani Imperii hactenus permanſerunt.*

Et per hoc archiepiſcopos vel epiſcopos, ut ipſi tantum ab eo inveſtituram accipiant, & conſecrationem, ubicunq; pertinuerint, exceptis iis quos Imperator pontifici & archiepi-
B ſcopis conceſſit. Ita demum aſſerimus, quòd nemo deinceps, cujuſcuoque gradus vel conditionis aut dignitatis ſeu religionis, eligendi regem ſeu principem, ſive pontificem ſummæ ſedis Apoſtolicę aut quemcunq; epiſcopũ, vel ordinandi facultatem habeat: ſed ſoli regi Romani Imperii, hanc reverendam tribuimus facoltatem, quam abſque omni pecunia diſponet ac reget, otpote rex & patricius Romanus.

Nota. *Quod ſemper excipitur ſymonia in conceſſionibus epiſcopatuum, & etiam majorum ſedium. Et cum ita ſit, cur igitur introductum eſt, ita per eccleſiam & eccleſiaſticos qui Romanæ eccleſiæ præfuerunt, ſcilicet papã & cardinales, qui tunc in Avinione reſederunt, quod per eos promovendi in archiepiſcopos, epiſcopos & abbates concordarent cum camera Apoſtolica, & pro communi ſervitio dominorum cardinalium. Et aliàs nulli ex tunc providebatur, vel nullus creabatur Antiſtes, niſi hæc ſolveret, ſeu ſe ſub horribilibus pœnis ad id obligaret.*

Quod ſi à cuncto clero & oniverſo populo quis eligatur epiſcopos, niſi à dicto rege laudetur & inveſtiatur, non conſecretur: ſi quis contra hanc authoritatem Apoſtolicam & traditionem aliquid molitus, aut temerator in aliqoo repertus fuerit, ſive contra hoc noſtrum conſilium agens, ſciat ſe in iram ſancti Petri principis Apoſtolornm, & filii noſtri domini Othonis, ejusq; ſucceſſorum & omnium prædeceſſorum noſtrorum cenſuram, & anathematis vinculum incurſurum. Ac per hoc excommunicationi Univerſalis eccleſię, omniſque populi Chriſtiani eum ſubjacere decrevimus. Inſuper, niſi à malo reſipuerit, irrevocabili exilio puniatur, vel ultimis ſuppliciis feriator. Qui verò pio intuitu, cuſtos & obſervator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamqoe æternam cum omnibus ſanctis ſine fine mereatur habere in ſecula ſeculorũ, Amen. A

In his actis interfuêre ſeoatores, proconſules, Exarchatus quidem teneotes, Regionarii, Schola * Græcorũ Arabum Judæorũ & Paganorum & de majoribus omniũ platearum. Inſuper cardinales, archiepiſcopi omnes presbyteri & epiſcopi de finitimis civitatibus, proceſſionarii, notarii. cancellarii: & ex omni plebe Romani Imperii.

Scholion. * *Ea nunc eſt titulus Cardinalis at olim in ea legebantur ſeptem artes liberales, & præcipuè Rhetorica. Et etiam in ea legit quandoque beatus Auguſtinus, & Johannes vocatus de Anglia: & fuit mulier de Moguntio nata, quæ ſtuduit Athenis ſub virili habitu. & in tantum profecit in artibus ipſis, quod tandem veniens Romã, & per biennium in eadẽ ſchola artes ipſas liberales legit: & adeò ſufficiens fuit, quod etiam majores & nobiliores urbis, ejus lectiones frequẽter audierunt. Ea poſtea in papam eligitur concorditer à Romanis, & papatum biennio & amplius tenuit. Sed tunc diutius otio & deliciis vacans, nõ potuit continere ſicut prius fecit, dum ardenter in paupertate poſita literarũ ſtudio inſiſtebat. Unde dum quadam die in Rogationibus, cum clero Romano,* B *ſicut tunc moris erat, in ſolenni proceſſione incederet, papalibus ornata divitiis & ornamentis, edidit filium ſuum primogenitum, ex quodã ejus cubiculario conceptum, prope templum Pacis in urbe, ut adhuc vetus ſtatua marmorea illic poſita ſignativè demonſtrat. Unde ſummi pontifices, dum ad Lateranenſem de baſilica principis Apoſtolorũ, & econtrà vadunt, illud rectum iter non faciunt, imò per alios vicos, qui per indirectum tranſeunt, illud aliquantulum prolongando.*

Hæc autem ſcripta repetiuntur in antiquiſſimis bibliothecis & penè præ nimia vetuſtate conſumptis. quæ reſervantur ad roborandam dignitatem Romani Imperatoris in ſecula ſeculorum, Amen.

Verſus:

Is qui iſta pravus de vitæ codice raſus,
Abſq; Deo maneat, morte mala pereat.
Hæc qui conſervat, Chriſtum ſuper æthera cernat,
Summa ſequentium.

Hic infrà reſtituuntur Romano Imperio omnia temporalia & regalia, quæ per Romanos Imperatores eccleſiæ Romanæ per prius collata fuerunt: & hæc reſtitutio facta fuit ſolenniſſimè, etiam per papam & cardinales, ac generale Concilium, nec non per totum populum Romanum, & omnibus illis conſentientibos & volentibus cum abjuratione.

Ad idem ſequitur aliud privilegium dicti Leonis papæ. conceſſum eidem Othoni primo Magno Auguſto, & omnibus ſucceſſoribus

A tibus ſuis, Romanis Imperatoribus & regibus in perpetuum:

Nos Leo, ſervus ſervorum Dei, epiſcopus, Othoni ſpirituali filio noſtro in Chriſto, Imperatori Auguſto, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, Imperatoribus & Regibus regni Italiæ, quæcunq; Dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum, & patricius Romanus, nec non Pipinus pater ejus de regalibus regni Italiæ tribuerunt in ſancta Romana eccleſia beato Petro apoſtolo, ſive per inſtrumẽta quæ ſcripta fuerunt per Ethereũ notarium ſuũ ſive per ſacramenta, ſive per donationes ſeu per alios modos tibi obveoerũt, de Juſtiniano rege, & de Ariperto rege, ea omnia largimur & diffinimus, vobis, Othoni Imperatori, & Adelheidi conjugi tuæ, regnique conſorti, veſtrisq; utriuſq; ſucceſſoribus, regni Italiæ, in perpetuum, præſentibus ſacroſanctis Evangeliis, & patrociniis plurimorum ſanctorum.

Nota. *Quomodo papa in generali Concilio ſuper iſtis venerabilibus reliquiis abjuravit perpetuò illa regalia & tẽporalia, quæ tráſtulit in ipſum Othonem primum Auguſtum, ejusq; ſucceſſores, ac Romano Imperio reſtituit irrevocabiliter & in perpetuũ. Et advertendum eſt, tum quãta authoritate & ſolennitate etiam illa reſtitutio proceſſit, propter rationes & cauſas potiſſimè prout habetur in textu: ſed fuerunt alia multo majores & potiores, ſicut præcipuè in geſtis Saxonum continetur.*

B Videlicet, de cruce Domini, & de caligis pedum ſuorum, & de veſtimento inconſutili, & ſuper corpus beati Petri, com terribilib. ſacramentis, à papa prædicto, & ſuis cardinalibus per conſenſum & authoritatem totius populi Romani, tam clericorum quam laicorum. de omnibus ordinibus Romanis, & unaquaque regione præſentibus, laudantibus & confirmãtibus pro nimia perſecutione paganorum. Et Deus omnipotẽs tibi victoriam largiri digoetur & expellere eos de provinciis Romani imperii. Prædictas autem donationes quas ſpecialiter hic nominabimus, & perpetualiter in regalibus rebus ſubjacere volumus, per noſtrã Apoſtolicam traditionem: Surrianum, montem Bordenſem, & Lunæ inſulam, Corſicæ, Regium, Parmam. Mantuam, Monte celete, inſulam Venetiarum, ducatum Ferrariæ, Gavellum, Camaclum, ducatum Hiſtriæ, Dalmaciam, exarchatum Ravennatenſem, Faventiã, Ceſennam, caſtrom Tyberiatus, roccam Modilianam. roccam Gouiza, roccam Corniculariam, Civitadellam, arcem Mediolanam, arcem Commenſem, terminum caſtrum Cepetianum, terram Cornidariam, arcem Favillã, petram de Appia ſeu caſtrum Tuſinianum, petram Mauri Servotealni, ducatum Arimini, moutem Ferretum, montem Carpimini ſeu Olympicum caſtrum, Ex forti Bobii Eugubium, Urbiuum. Forum Sẽpronii, Galli & Senogalli, Auconam, Auxiniam, Goſam ducatum Peruſii, Urbenetam & Tudertum, Amelia, Ortum montis Sarapti cum oppidis ſuis, caſtrum Clmianum, caſtrum Gallera, caſtrum Sutrium, Caſtellanum, Tiburtinum, ducatum Spoletanum, marcham Marſii. & Zangar, Theatium, Locumbarem terram, Termulanenſem, Drogonaiam, Liſima montis Gargani, & Capitenacam, Apuliam, Calabriam Borterantũ, ducatum Neapolim, docatum Beneveori, Capuam, Salernum, Otrenri inſolam. Sardiniam inſulam, Meſſanam, Aticiæ inſulam ſeu montis Lucreti. montis Argentarii. territoriũ Cuſitanum, territorium Præneſtinum, & Cornetum prope mare cum multis caſtris, terram Silandis, terram Cluſinam prope Peruſiam, terram Fundanam. terram Caſſipate, terram Vegeranam, terram Claudianam, terram Camiſinam, terram Sabioenſem, terram Suanienſem, terram Corami, terram Portuenſem cum inſula Arohis, terram Oſtienſem cum maritimis, caſtrum Luccolis, & montis Bobium, cum tota Campania, civitatem Fundis. civitatem Aquinenſem, Ferentium & Terrarium, civitatem Lamentum & Suffocatiam, Liſuvinas, Septimi Tramiricies civitatem, Nephiſii civitatem, Faliſenam, Fidenam villam, magnum Feretrnm. Biternã, Vitetillam. Pontealongum, Geſſum, roccam Bergali, roccã Fanoanã, roccã Palliloli, caſtrum ruptum, Alborũ, caſtrũ Rubeum, Neapolim, Saliopnlim. Cotronã. Rhegium Almeſiconis, Tranſpadum, caput Apuliæ, Melphim, Belbuiſe, Pineum, Fortomini, civitatem maritimam Territanenſem in regno Trinacria, Pateramſen, Meranenſem, Cachameoſen Athenatum, monaſterium S. Benedicti in moute Caſino, monaſterium Farſenſe, monaſterium imbellimarum, monaſterium S. Vitalis Ravennæ, monaſterium S. Hilarii, monaſterium S. Archangeli Bononienſis, monaſterium Aula regia, monaſteriom Novauculæ, monaſterium Martyrum conſtitutum in Thuſcia, ut hæc omnia habeatis, teneatis, &c. B

Zangar, eſt magna villa ultra Neapolim, verſus Salernũ per 20. milliaria vel ultra diſtans.

Mons Argentariũ eſt inter Piſas & Cornetum prope mare cum multis caſtris.

Scholion. *Quare igitur iſta ſunt ablata eidem Imperio Romano, & nunc per diverſos tenentur occupata, tanquam ſi ſint de jure & proprietate eccleſiæ Romanæ? Et illa forſan eſt cauſa, quare tam ſiniſtrè procedunt in capitibus negocia Catholicæ fidei.*

Et poſſideatis in perpetuum ad uſus curiæ & militiarum veſtrarum, ad bellandum & expugnandum contra prædictos paganos, & cõtra rebelles Romani imperii. Ideoque per hujus noſtri authoritatem inſtrumenti confirmamos, corroboramus in omnibus progeniebus veſtris, de generatione in generationẽ in perpetuum. Quod ſi quiſquam hanc authoritatem noſtram deſtruxerit, & hujus violator eſſe repertus fuerit, ſive contra hoc ageus, ſciat ſe in irã beati Petri principis Apoſtolorum, & noſtram noſtrorumque prædeceſſorum caſurum. Inſuper niſi à malo reſipuerit, ſubjacebit legi Juliæ, & ejus regiæ poteſtari & Reipublicæ. Ut ei qui contra Rempublicam contra Imperatoris majeſtatem aliquid moliti fuerunt animæ amiſſionem ſuſtineant, & bona eorum publicentur. fiat, fiat.

In a-

Digitized by Google

Sequuntur teſtes q interfuerũt huic generali cõcilio & reſtitutioni facta impero, ut præfertur.

In actis his interfuêre archiepiſcopi & epiſcopi. & alii de vicinis comitatibus.
Archiepiſcopus Calaritanenſis.
Ciconatus epiſcopus.
Euſtaſius Albanenſis epiſcopus.
Gratioſus Peneſtrinenſis epiſcopus.
Benedictus Tudertinenſis epiſcopus.
Boardus Caſtrenſis epiſcopus.
Johannes Peruſienſis epiſcopus.
Georgius Ortenſis epiſcopus.
Valentinus Menenſis epiſcopus.
Andreas Momentanenſis epiſcopus.
Theodoſius Miletenſis epiſcopus.
Savianus Ferenenſis epiſcopus.
Albertus Lucernenſis epiſcopus.
Damianus Alanus. Hi omnes archiepiſcopi & epiſcopi in his actis interfuêre. Cardinales, presbyteri:
Geordinus cardinalis in vincula.
Benedictus cardinalis de præſepe ſanctę Marię
Cardinalis presbyter Leo ſanctæ Jeruſalem.
Cardinalis presbyter januarũ ſanctæ Cęciliæ.
Andreas patriarchat' Lateranenſis cardinalis.
Presbyter Fauſtinus ſancti Petri apoſtoli.
Hi omnes cardinales his actis interfuêre.
Omnes ſcholæ Romanæ, deinde proſcrinarii, ſatellarii ex omni ordine Romanẽſi atq; minoris populi Romani. Item Fauſtinus caput, Senatus excõſul, protribunus, exconſul palatio.
Lucianus Romanenſis de forma Trojanenſi.
Paulus de templo Palatii.
Johannes de Via Claudia.
Leo de Via Salaria.
Remigius de Via Aurelia.
Scamphus de Via Mamertina.
Romulus de Via Ardeatium.
Sardus de Via Flaminia.
Marcus de Via Portuenſi.
Garbus de Via Latina.
Savinus de Via Appia.
Menanus de Via Tiburtinenſi.
Gardus de Macello Lydiæ.

In his actis interfuêre de omnibus regionibus iſtis:

** Iſta hodie non habetur.*

*Regio Vico patricii.
Regio caput Dauri.

Harum regionũ multa poſtea deſierunt, ita ut earũ notitia nõ habeatur hodie. Theod.

Regio rivi argentarii.
Regio ad duos montes.
Regio octava ſub Capitolio.
Regio Lybantica.
Regio Fundana.
Regio Via lata.
Regio Celimonte.
Regio prima Aventini.
Regio urbis Ravennæ.
Regio ad Gallinas albas.
Regio berea.
Regio ſecunda Mamertini.
Regio ſecus portam Metronii. Januarius ex nota Græcorum.
Trojanus de ponte Milvio.
Joannes Conſul de Palio Soſortanenſi.
Amatius Conſul de palatio Vaticanenſi.
Johannes de Monte aureo.
Petrocius de circo.

Gregorius de Cellanova. A

Scripta per manum Gregorii Archinotarii noſtri. Datæ in patriarchio Lateranenſi. 3. Calend. Maii. indict. 6. Anno ejus ſecundo, & dicti domini Othonis ſecundo feliciter.

DE REGNO SICILIAE ET Hieruſalem.

Ex quàm pluribus hîc expreſſis ducatibus & civitatibus, & per Romanos Imperatores, à tẽpore dicti Othonis primi Auguſti uſque ad tempus Lotharii tertii Auguſti, qui etiam fuit Saxo natione, poſſeſſis, defuncto ipſo Lothario, fuit regnum Siciliæ conflatum per aliquos nobiles Normannos, qui tunc illud vi occupabãt, & quos ipſe Lotharius Auguſtus vivus exinde expulit violenter, annuente in hoc eiſdem Normannis papa, cum cardinalibus qui tunc erant & regnum illud, ac ſi Romanæ eccleſiæ juris & proprietatis exiſteret eiſdem Normannis ſub cenſu annuo concedendo in perpetuum. Quod tamen ipſi Rogerius & Guilhelmus Siciliæ reges ſucceſſivè poſſederũt: & ipſo Guilhelmo rege defuncto, ſucceſſit ei in ipſo regno Heinricus VI. filius Friderici primi Auguſti, maritus dominæ Cõſtantiæ, unicæ filiæ & hæredis dicti Guilhelmi regis: ex qua idem Heinricus Fridericum II. Auguſtum & regem Siciliæ generavit.

Hic etiam Fridericus ſecundus Auguſtus, regnum Hieroſolymitanum demum acquiſivit, ſibi hæreditario jure ſponte dimiſſum per Johannem ultimum regem Hieroſolymitanũ, hominem vecordem & imbellem, cum Iſabella ejus filia, quam eidem Friderico ſecundo dedit in uxorem, & dictum regnum Hieroſolymitanum ei aſſignavit in dotem: ex qua dictus Fridericus ſecundus genuit Conradũ primũ ſcilicet Siciliæ & Hieruſalem regem, à quo genitus eſt Conradinus: quem quidem Conradinum poſtea Carolus primus rex ejuſdem regni Siciliæ, & de Gallia oriundus. per Clemẽtem papam IV. contra eundem Conradinum in regem Siciliæ ſublimatus, poſt bellum prope Talliacotze per eos commiſſum, & poſt fugam inde dicti Conradini ad caſtrum Aſtur, in maritimis Romaniæ conſtitutum per quendã nobilem Romanum de Frangepanibus nuncupatum, dicti caſtri cuſtodem, de quo dictus Conradinus quàm plurimum confidebat, eidem Carolo traditum & adductum, adoleſcẽtulum ſeptendecim exiſtentem annorum, in foro publico in Neapoli, turpiter fecerat decollari in loco ubi nunc conſiſtit domus fratrum Carmelitarum, opibus piæ matris dicti Conradini innocentis juvenis, & in quo tot regnorum præſidia dependebant, poſtea fabricata. Ex quibus colligitur quòd ipſe Conradus, pater Conradini, fuit ultimus verus rex & hæres & poſſeſſor Hieruſalem & Siciliæ regnorum. in quibus ipſe Conradinus dicebat ſe legitimè ſucceſſiſſe eidem Conrado regi tunc defuncto.

B

Hic etiam Conradinus fuit per eundem Cõradum regem, ejus patrem, in teſtamento relictus

A lictus ſub baila ſeu tutela Urbani IV. & Manfredi principis Tarentinenſis, filii naturalis dicti Ftiderici ſecundi Auguſti: ſed ipſe papa & princeps dictam bailam ſeu tutelam minus fideliter geſſere. Tandem ipſe princeps, qui doloſe ipſum Contadinum ab eodem regno Siciliæ cũ favore dicti papæ Urbani nitebatur excludere, illudq; ſibi tetinere, pugnando cum eodem Carolo rége, victus & interemptus fuit: & ſic vita, & ipſo regno miſerrimè privatus eſt. ſicq; ipſum regnum Siciliæ, quod tam diu duces Sueviȩ tam ſtrenuè rexetunt, ad ipſum Carolum regem & ſuos poſteros devenit, quod tamen iſti cum magna anguſtia poſſederũt. Ex quibus iſte Ladislaus rex Siciliæ ſe aſſerit deſcendiſſe: ſed quis poſſet tam grandia pericula bella, & alia deſcribere terribilia, quæ ex præmiſſis ſucceſſu temporis orta fuerunt, præſertim inter Arragones & Siculos ex una parte, & intet ipſum Carolum regem, & eius filium Carolum ſecundum, regem Siciliæ, ex alia? In quibus ipſe Carolus primus & ſecundus, eorumque adjutores per mare & per terram ſemper ſuccubuerunt.

Ex præmiſſis etiam videri poteſt, quàm excellens & glorioſa fuit olim domus ducũ Sueviæ in Germania, in quorum poteſtate ille prȩpotens ducatus Sueviæ & Romanus, nec non Siciliæ & Hieruſalem atque Sardiniæ, & plura alia regna, nec non provinciæ atque præclara mundi dominia pendebant: quæ omnia extincta in perſona dicti Contadini, & ad exteB tos ſubitò pervenerunt. Illud autem regnum Siciliæ taliter conflatum, de juribus Romani Imperii, dictus Fridericus primus Auguſtus, toto conamine nitebatur recuperare de manibus eorundem Normannorum, qui tunc prædicto Lothario tertio Auguſto defuncto, illud iterum invaſerant, nec non ad jus & proprietatem ejuſdem Imperii reducere: ſed impeditus primo per Mediolanenſes, donec eorum civitatem poſt quadriennalem obſidionẽ cæpit, & ſub poteſtatem redegit.

Scholion. *De qua captione legitur in translatione trium Regum, & beatorum martyrum Fœlicis & Naboris, videlicet anno ab incarnatione 1164. cum Fridericus Romanus Imperator Mediolanenſes ſibi rebelles ſubjugaſſet, & eſſet civitas in ejus poteſtate, Reinaldus Colonienſis archiepiſcopus dictos beatos Reges ſibi dari petijt, & obtinuit. Suſtulit etiam inde duos precioſos martyres Felicẽ & Naborem, qui in eadem paſſi fuerunt ꝓ Chriſto. Venerabilis præſul nimiũ exultans, tam reges quã martyres per honeſtas perſonas Coloniam tranſmiſit: quibus appropinquantibus tota civitas obviavit, tam clerus quàm populus, utriuſq; ſexus omnis ætas, cum hymnis & canticis, theſaurumq; ſibi cœlitùs miſſum in eccleſia S. Petri repoſuit. Ab illo tẽpore cœpit Colonia magis proficere in fama & gloria, ita ut uſq; hodie ſanctorum Regũ odore attracti & allecti ex inſulis maris & diverſis regionibus fideles confluere non deſinant, reddentes ibi vota ſua, quæ voverunt labiis ſuis. Eadem etiam tempeſtate corpora ſanctorum martyrum Gervaſii & Protaſii de Mediolano, & ubi diu antè paſſi fue-* A *runt, juſſu ejuſdem Friderici primi Auguſti ad Germaniam delata ſeu portata fuerant.*

Et poſtea ſupetveniente ſchiſmate in eccleſia Romana, quod 18. annis vel &. circa duravit, ac mortali guerra ita inter eundem Fridericum primum Auguſtum, & Heinricum ducem Saxoniæ & Bavariæ, nec nõ comitem Palatinum Rheni præpotentem, quæ novem annis valde periculosè duravit: tandem Fridericus Imperator eundem ducem victum, poſt multa bella in ſimul commiſſa, extra limites Imperii proſcripſit, eumq́ue dominiis ſuis omnibus ſpoliavit, & armis atque inſigniis ſolitis, nec non voce Electoris in Imperio privavit, & eam in alios proceres tranſtulit, & ſic ad illam recuperationem attendere nequivit. Et ex eodem Heinrico duce, qui etiam fuit Saxo, natus fuit Otho quartus Auguſtus, qui dicto Heinrico ſexto Auguſto defuncto immediatè ſucceſſit in Imperio: tamen in diſcordia, cum Philippo duce Sueviæ, fratre dicti Heinrici ſexti Auguſti, in regem Romanorum electo. Sed poſtea obtinuit dictus Otho quartus Auguſtus, potiſſimè propter aſſiſtentiam regum Franciæ & Angliæ, & fuit per Innocentium papam III. in Romanum Imperatorem in urbe coronatus. Iſti autem duces Sueviæ etiam deſcenderunt à dicto Heinrico I. patre dicti Othonis primi Auguſti. Dictus verò Ludolph⁹, filius ejuſdem Othonis primi Auguſti, habuit in uxorem filiam unicam & hæredem Conradi B ducis Sueviæ, qui cognominatus fuit Sapiens: eratq́ue potentia temporali notabiliter inclytus & inſignis, atque theſauris prædives. qui obtinuit de gratia ſingulari ab eodem Othone primo Auguſto, quòd ipſa ejus filia, eidem Ludolpho tunc adoleſcenti & in omnibus ſtrenuo & virtuoſo copulata fuerat in uxorẽ, traditis per eũ in dotem liberè cum ipſa filia Ludolpho, eodẽ ducatu Sueviæ, & bonis omnibus quæ habebat.

Et ſic computato tempore à dicto Heinrico primo, uſque ad dictum Conradinum, qui etjam in regem Romanorum concorditer fuit electus, incluſivè, quo ipſe Heinricus primus rex & ab ipſo deſcendentes Romanum imperium detinuerunt, anni trecẽti vel circiter effluxerunt, ſicq́ue tranſit gloria mundi: nulla enim domus nobilium ſplendidior fuit ejuſdem Othonis primi Auguſti, qui in omni parte juſtus, & Deo devotus & beatus, in omnibus actis ſuis moderatè & prudenter ſeſe habuit ad inſtar dicti patris ſui. Et valde multas cathedrales eccleſias, & etiam plura venerabilia monaſteria virorum & mulierum diverſorum ordinum, potiſſimè in utraque Saxonia, magnificè fundavit, & opulenter dotavit. Cujus frater Bruno archiepiſcopus Colonienſis factus fuit, & optimè ſuæ præfuit eccleſiæ: ut laudabilis ejus memoria, & etiam collegiatæ eccleſiæ, & monaſteria per ipſum fundata & dotata, demonſtrant.

Scholion. *Colonia eſt valde inſignis civitas,*

A *ſuper flumē Rheni conſiſtens. Et fuit per ipſum Brunonem archiepiſcopum, ex permiſſione dicti Othonis primi Auguſti, ejus fratris, multiplciter ampl ata & dilatata. & eccleſia S. Gereonis fuit extra muros antiqua civitatis Colonienſis, per beatā Helenam matrem Conſtātini Imperatoris ſolēniſſimè ſumptuoſiſſiméq; fundata, pro quadraginta canonicis, & multis aliis miniſtris clericis & laicis, quàmplurima Eccleſiaſtica bēficia & officia obtinentibus in eadem. Et etiam cooperta electro pulcherrimo per totum, ita quòd ſole ſplendente, videbatur valde remotè. ob quam cauſam Hunni jam octingentis annis vel circiter elapſis, qui tunc partes illas Chriſtianorum igne & ferro vaſtabāt, qui credentes quod ipſa venerabilis eccleſia eſſet auro purotecta, aſſilierūt ſuper eam, & ipſam violenter ſuo pretioſo tegmine denudarant. Hi autem Hunni tunc temporis beatam Urſulam cum aliis undecim mille virginibus cum ea venientibus de Roma, & tendentibus ad majorem Britanniam, eo quòd Chriſtiani erant, martyrizarunt: quarū reliqu a in venerabili baſilica earum nomine ad laudem Dei conſecrata, & opulenter ditata pro Canonicis & virginibus, nec nō clericis quā pluribus Coloniæ requieſcunt. Et hæc eccleſia S. Gereonis infra mœnia ejuſdem civitatis per eundē Brunonem archiep ſcopum latè addita, in loco, alibi nunc exiſtit. Et optimè præfuit ſuæ eccleſiæ, ut laudabilis ejus memoria & etiā collegiata eccleſia & monaſteria per ipſum fundata & dotata demonſtrant. De iſto autem archiepiſcopo Brunone tangitur aliquid in hiſtoria S. Maurini martyris &*
B *abbatis, in hac verba. Peracto igitur beato agone ſua triumpho, egregius athleta Chriſti Maurinus, domum tumuli cœli tantum notus, & angelicis obſequiis reverentia veneratus inhabitavit, uſq; ad incarnati Verbi annum 956. primo Othone cum ſceptris regnante. Ceſſerat autem abhinc anno humanis officiis ejuſdem principis dives frater Bruno archiepiſcopus Colonienſis, & mutata vita Chriſtianorum ante Deum captabat præmia: qui corpore extra muros urbis, ſecundum deſiderium cordis ſui reconditus, in oratorio ſanctorum Panthaleonis, Coſmi & Damiani medicorum Domini, locum quem vivens coluit morte ornabat. Erat autem oratorium pro teneræ novellæ converſionis infantia, anguſtum, & magnis meritis magni præſulis impar.*

Quia tangitur ſuperius de regno Teutonicorum, verùm ſicuti ex veteribus geſtis Romanorum & Saxonum, & etiam aliorum Germaniæ populorum, inter quos populos dicti Saxones ab antiquo ſemper fuerunt & ſunt præſtantiores, & numero plures, colligere potui. non reperitur, quòd unquam tota Germania habuerit unicum regem, aut ſub unico rege fuerit totaliter gubernata, niſi per Henricum primum, patrem prædicti Othonis primi Auguſti. & qualiter tunc regnum Teutonicum conflatum fuit, inferius ſum dicturus.

DE TREVIRI.

BEne igitur reperitur in veteribus geſtis, quòd civitas Trevirenſis, quæ ſita eſt in Gallia Belgica, tamen ejus cives & incolæ, nec non patriotæ communiter loquuntur vulgare Teutonicum, antiquis temporibus per reges, aliquando per duces regebatur. Qui cum veris Gallis, vicinis ſuis, quaſi continua bella geſſerunt. horum rex fuit Crocus tempore Conſtantini magni Auguſti: & eum aſſociabat, dum intrabat Italiam, ad pugnandum cū Maxentio Cæſare, filio Herculæi, qui partes Orientis & Aſiam gubernabat, & etiam Occidentale imperium ſibi uſurpare contendebat: quem quidem Maxentium Conſtantinus vicit cum adjutorio dicti regis Croci, prope Romam, ubi dictus Maxentius credens fugere per pontem ſuper flumine Tybris, de lignis eo jubente fabricatum, cecidit ad alveum dicti fluminis, & ſubmerſus eſt: & ſic totum imperium ad ipſum Conſtantinum Imperatorem victorem devolutum eſt, Orientis ſcilicet, & Occidentis.

Scholion. *Legitur in veteribus geſtis Romanorum, quod hæc civitas fuit maxima & potentiſſima, prout adhuc vetus ruina demonſtrat: quā Julius Cæſar, tunc agens in humanis, in partibus illis conabatur ſubjicere poteſtati, ſed non potuit prævalere. erant enim tunc temporis duo fratres ſtrenui & bellicoſi, qui eandem civitatē, & ipſius dominium ſimul tenuerunt. unde idem Julius alia cautela uſus eſt Romanorum. Aſſerunt enim, quòd ipſo nō veniſſet ea de cauſa, ut ipſos fratres deſtruere, ac eorum dominium ſurripere vellet: ſed Treverenſes pro eorundem Romanorum germanis coleret & haberet, ipſiſq; ad opem & auxilium contra eorum hoſtes paratus exiſteret: tamen ſemper cogitando, qualiter ipſos deciperet, ſicq; intenti ſui* B *effectum reportaret. Seminavit igitur maximam diſcordiam inter hos fratres. Ita quòd alter in alterum inſurgeret, & dominio ipſo propellere eum conaretur. Sed quia neuter eorum ad hoc ſufficiēs fuerat, major frater contra minorem fratrem auxilium Cæſaris invocavit: ſicq; Cæſar ipſe ingreſſus eandem civitatem, dicto majore fratre ordinante, eundem minorem fratrem ſuoſq; auxiliatores in eadē civitate, armigeri dicti Cæſaris ſubito invaſerunt, & in ore gladii conſumpſerunt. Quo facto, Romani ſimulantes ſe habere amicitiā cum eodem fratre ſeniore, ſed ipſum etiam poſtea infrà paucos dies occiderunt, cum pluribus potioribus civitatis ejuſdem. Sicq; potiti dominio civitatis, Cæſar & ſui commilitones victores, cives & incolas ejuſdē civitatis bonis & reb' ſuis ſpoliarūt, & ipſam civitatē ejuſq; palatia & mœnia ac turres penitus d ruerūt, exiſtimātes quòd illa deſtructa oppida, caſtra & munitiones quæ ad ipſos fratres pertinebant, de facili acquirere poſſent, prout acquiſiviſſe leguntur. Poſt hæc autem civitate iſta taliter reformata, poſt aſcenſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, infra pauca tempora, ejuſdem habitatores ad fidem catholicam, per quendam ex diſcipulis dicti Domini noſtri Jeſu Chriſti converſi fuerunt: ſed ſubſequenter in Pelagianam hæreſin incidentes, divino judicio civitas iſta denuò deſtructa, & ſolo coæquata fuit, & iterum poſtea reſtaurata. Sed poſtquam ſic aliquandiu viguit, iterum per hoſtes capta, & ignis incendio devaſtata extitit, & demū iterum reædificata fuit in illa figura in qua remanet de præſenti.*

Dicitur

A Dicituretiam & habeturpro certo in Treviri, quòd S. Helena fuit filia regis Croci, & neptis illius temporis regis Britannorum: & ſepulta eſt in Treviri, ubi caput ejus oſtenditur peregrinis & aliis, qui cauſa devotionis, & maximè ad viſitandas reliquias beati Matthiæ apoſtoli, quæ celebrantur ibidem, concurrẽtibus illic. Et hæc beata Helena in diverſis partibus Rheni, multas venerandas baſilicas, valde opulentas, & pro valde magno numero clericorum & miniſtrorum, & opulentè dotavit, & ſumptuoſiſſimè conſtitui fecit, ut adhuc intuentibus patet: & præſertim de dicti ſancti Gereõis, Coloniẽſis, Bonnenſis & Xãtenſis, Colonienſis diœceſis. in collegiatis eccleſiis, quibus ſimiles vix reperiũtur in mũdo.

Scholion. *De Helena legitur, quòd à beato Sylveſtro fuit baptizata in ipſo die Paſcha, inter initium menſis Martii, cum nepotibus ſuis Conſtantini Auguſti filiis. Et affuère ibi tam gentium quàm Judæorum, plures quàm quinq; millia. Ab illo namq; die cœpit ab omni populo Romano manifeſtari nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. Legitur etiam, quòd poſtquam à filio nomen accepit, & authoritatem ædificandi eccleſias Chriſtianorum in omnib. mundi partibus, ubicũq; ſibi placeret, acceſſit ad terram ſanctam: & ibi cooperante Domino, ſancta Dominica cruce reperta, illic venerabiles baſilicas in diverſis locis conſtrui fecit, & dotavit. Quibus feliciter illic peractis, ipſa cunctis ornata virtutibus, & circa religionem Chriſtianam devotiſſima, maximè in recolligendis reliquiis ſanctorũ*

B *animus ejus fervebat, inter cætera devotionis ſuæ inſignia etiam trium Magorum corpora in diverſis quidem locis ſepulta, congregavit in unũ, & ſecũ Conſtantinopolim portavit, ubi fuerunt cũ maximo honore uſq; ad tẽpora Emanuelis Imperatoris: quo regnante, Euſtor. us natione Græcus nobilis & religioſus, quem Imperator ipſe Mediolanum in officio legationis deſtinavit, ubi electus fuit in epiſcopum à populo, & regreſſus Conſtantinopolim Imperatori gratias egit. cui Imperator inter alia reſpondit: Eſto vir dignè præſulatu. reſpondit Euſtorius, Gratias ago Deo & tibi. Rogo ô chariſſime Domine, jube de Dei & tuis ſacris quæ voluerim mecum deferri. Reſpondit Imperator, Quæ velis ſumito. Profectus itaq; cum magnis laboribus, arcam marmoream, quam ego vidi, cum corporibus illorum trium regum ſeu Magorum, cũ multis vigil iis Dei obtulit miſericordia. vix ad urbẽ Mediolanenſem detulit, à qua poſtea per multa tempora ad Coloniam tranſportata fuerunt, ubi ſunt tot venerabiles baſilicæ, & tot ſanctorum reliquiæ conſervantur, quòd ipſa Colonia ſecunda Roma non immerito dici mereatur.*

Iſtud verò regnum Trevirenſe incœpit, ut hiſtoriæ veteres denotant, per ſexcentos annos, & ultra, antequam Roma condita fuit, per Trebas filium Semiramidis reginę Babylonię: qui matris ſuę fugiens intemperantiam, ne cogeretur commiſceri cum illa, per multas Orientis & Aſię partes tranſiens, & tandem navali ſubſidio in Europam perveniens, Treverim condidit.

Scholion. *In hiſtoria Oriẽtalium de hoc ſic legitur: Mortuo Nino rege Aſſyriorum, poſtquam ſuperavit regẽ Bactrianorũ, uxor ejus Semiramis regnavit, & filio ſuo nupſit, ut poſſet regnare. Hæc Æthiopiam, rege illius in bello oppreſſo, ſuo adjecit imperio. Indis quoq; bellũ intulit, quam præter eam & Alexandrum Magnum, poſtea nullus intravit. Hæc libidine ardens, ſanguinem ſitiens, cum cõcubitũ petiiſſet à filio, ab eo interfecta eſt: quæ tribus annis poſt Ninum regnavit. Dicitur etiam, quòd habuit filium Trebas nomine, qui obſtupeſcens nefas, quod frater ſuus cum ejus matre perpetrabat, aufugit de imperio matris, nũquam reverſurus. Et tranſiens per multas regiones, tandem pervenit in Germaniam ſuper Moſellam fluvium. & cum locus ſibi placuiſſet, conſtruxit illic civitatem ſui nominis, Anno à mundi initio 1454. Quæ civitas in hodiernum uſq; diem Treviris nominatur.*

Et illic ſepultus eſt. Et duravit hoc regnum & dominium uſq; quò Theodoricus rex Gotthorum tenuit imperium Occidentale, quo tempore rex Franciæ, qui fuit Theodorico affinitate conjunctus, pugnavit cum duce Treverorũ qui tunc erat, & eum victum in campo interfecit, ſibiq; regnũ illius ſubjecit. Et hoc miraculosè. ꝑpter devotas preces uxoris dicti regis Franciæ ad Dominũ, ſcribitur contigiſſe.

Huic Franciæ victori poſtea ſcripſit dictus Theodoricus rex quandam epiſtolam, exhortando eum ad clementiam, & ne nimis ſæviret in Germanos ſuperſtites, quos per illã victoriam ſuæ ditioni ſubjecit. In qua quidem epiſtola dicit idem Theodoricus rex, quod utiq; mirabile fuit, quòd gens imbellis, Francorum gentem belligeram & in armis expertam Germaniæ vicit: & pro eo non deberet ſuperbire rex victor ipſe, recõmendans eidem regi Frãcorum Svevos & Rhetos, & aliquas alias Germaniæ nationes, quæ tunc etiam ſub ipſius Theodorici imperio militabãt: prout patet in eadem epiſtola, in lib. Epiſtolarum Caſſiodori deſcripta: quam require, ſi velis. B

Scholion. *Juxta illud Petrarchæ, in ejus Bucolico carmine, Egloga 12. ad regem Francorum: Iſta tibi cauſa inſulſa ſuperbia clemẽs, Unde furor neſcit vires ſtolidiſſime noſtras. Et rurſus: Non tibi Pan (ſcilicet rex Franciæ) animus, non eſt manus apta duello. Pan timuit, &c. Et rurſus: Ille autem, Tibi verba placent, mihi facta relinque. Et tamen expediam (ſcilicet ego rex Eduardus Angliæ) nodoſa volumina linguæ (ſcilicet tui Johannis regis Franciæ) & ſimilia.*

DE THURINGIA.

INvenitur etiam, quòd Thuringia, quæ eſt prima in ipſa Germania, & vicina Saxoniæ, olim regem habuit propriũ: & illi etiam prædictus Theodoricus erat affinitate cõjunctus. habuit enim dictus rex Thuringiæ, ſororẽ dicti regis Theodorici, uxorem, mulierem miræ prudentiæ: ut etiam legitur in quadam epiſtola Theodorici regis, dicto regi Thuringiæ ſcripta, ut patet in libro memorato. Quod quidem regnum aliqui reges Francorum, poſt

A dictam per eos habitam victoriam in Germania, cum adjutorio Saxonum pro ſe obtinuerunt. Sed illud poſtea Saxones pro ſe jure belli acquiſiverunt: & uſque dum regnaret ipſe Heinricus rex, & ejus filius Otho primus Auguſtus, pro ſe retinuerũt, & orientalis Saxonia eſt appellata: & arma ſeu inſignia illius plagæ ſunt, caput Aethiopis in albo campo depictũ. ut adhuc patet: quia eo tẽpore acquiſitionis factæ per ipſos Saxones, adhuc dicti Saxones erãt pagani, ſed Martẽ pro deo in capite coluerunt. Unde adhuc loca inſignia habentur in illa, & aliis plagis, ubi Mars ipſe à Saxonibus colebatur. ſed poſtea illa delubra deorũ, ſolennes eccleſiæ & venerabilia Dei templa Chriſtianorum facta fuerunt, tempore regis Heinrici, & ejus filii Othonis, præfatorum, præcipuè volentibus & diſponentibus ipſis.

Poſtquam autem illi reges Francorum partes Rheni in Germania longo tempore occuparunt, aliqui eorum varia bella cum Saxonibus vicinis ab illa parte dicti fluminis habitantes, habuere: & demum Pipinus, & illo mortuo Carolus ejus filius prædictus, illa ſumpta occaſione potiſſimùm, quòd dicti Saxones erãt pagani, & reges Francorum Chriſtiani, cum ipſis Saxonibus continuatas guerras geſſerunt, & quæ quidem guerræ per quadraginta annos & aliquantulum ultra continuo durarunt, & triginta vicibus vel circa, Franci & Saxones in ſimul bellantes varia ſorte, quandoque Franci, quandoq; autem Saxones occubuerunt & uſ-
B que ad illa tempora nullus fuit unquam in regem Saxonum elevatus, niſi Widekindus nomine, qui vixit dicto Carolo tunc regnante, quiq; per crebras victorias contra Francos habitas, & quia ſui etiam ſæpe cum eodem Carolo pugnantes defecerunt, tandem Chriſtianus factus eſt, & collegiatã eccleſiam Angarienſẽ terræ ſuæ Oſnaburgenſis diœceſis, in qua ſepultus eſt, fundavit in villa Angariæ, quæ tũc caput erat illius regionis, de quo multi ſui ſatrapæ dolentes, & nolentes illam fidem ſuſcipere, nec ſub novis dominis militare, ad remotas partes declinaverunt, ſicut de Samogetis dicitur eſſe factum.

Scholion. *De iſtorum converſione ad catholicam fidem, & qualiter tractati ſint poſt eandẽ converſionem per magiſtrum & fratrẽ hoſpitalis beatæ Mariæ Teutonicorum militũ, ſub quorum temporali dominio diu fuerunt, in fine hujus libri, in eorum Epiſtola univerſitati Chriſtianorũ directa continetur: quodq; ab hujuſmodi dominio, tanquam eis intolerabili receſſerunt.*

Qui de illis erant, quique inter Lituaniam, Livoniam & Pruſſiam & Perihoviam, quas tunc incolebant Pagani, ex tunc lares proprios ſub nullius dominio ſtatuerunt, & qui noviſſimè ad catholicam fidem converſi fuerunt.

DE SAXONIA, SAXONIBUS, ET A eorum gubernatoribus.

Poſtquam autẽ dictus Widekindus rex aut dux Saxonum infrà breve temporis ſpacium poſt ejus converſionem ad fidem catholicam, plenus piis operibus deceſſerat, dictus Carolus rex ſuperſtes non reperiens, tunc in eadem antiqua Saxonia fortem & potẽtem dicti Widekindi ſucceſſorem ſibi reſiſtentẽ: quia idem Widekindus non habuit niſi unicum filium illegitimum, qui obviis legibus Saxonum, patri ſuccedere non poterat: eandem Saxoniã quæ tunc ſub uno principe regebatur, quique ad reſiſtendum cuiquam potentia temporali præpotens erat, in plura, ſcilicet Comitatus, Baronias & alia dominia diviſit: & de diverſis exteris nationibus & regionibus, ſcilicet quoſdam de Gallia, aliquos de Francia occidentali, nec non quàm plurimos de alta Alemannia, quia ipſa Saxonia in baſſa Alemannia ſita eſt, & nonnullos alios, de quibuſdã aliis mundi plagis oriundos proceres & potentes, de quibus confidebat, & quorum multi erãt eidem principi conjuncti, in dominos & rectores dictæ antiquæ Saxoniæ deputavit, concedendo cuilibet eorum juxta ipſius ſtatum & merita, ſingula ipſa dominia, quibus ſub quodam intolerabili jugo plebem ſeu ruſticos vel agricolas ipſius antiquæ Saxoniæ ſubjecit: & hoc fecit cautelosè ad illum finem, ut nunquam tot domini temporales in eadem Saxonia regentes, poſſent in ſimul poſtea concordare adhoc, ut ipſi Caroli regi, ſuiſque ſucceſſoribus regibus B Francorum, qui eſſent pro tempore, ſe opponere præſumerent manu forti & illorum dominorum ſucceſſores quàm plures à generatione in generationem uſque ad hæc tempora duraverunt, ſævas guerras rapinas & alia mala quæ ipſæ guerræ parturiunt, propter eorum multitudinem & diverſitatem à generatione in generationem movendo frequenter.

Scholion. *Quibus legibus ſpecialiter utantur Saxones, & quibus cavetur ne mulier, etiam quãtumcunq; nobilis & excellens, in patrio dominio ſuccedere & principari valeat, & hoc etiam in illegitimis filiis cautũ eſt, nec legitur quod unquã oppoſitum in Saxonia fuerit obſervatum. Conſideraverunt autem in hoc Saxones fragilitatẽ ſexus mulıebris, quia neceſſe eſt quod mulieres benè diſponantur à viris, ut ſint honeſtæ verecundæ & humiles, ne fiant inſolentes. Et ideo non debẽt mulieres regere viros, propter earum inconſtantiam: ſed econtrà viri debent dominari. Quod ſi contrarium fieret, refutandum eſſet, quod illius dominium vel periret, vel juſticia ſecluſa ſubito confunderetur, & non eſſet bene diſpoſitum juxta leges. Et quia indignum Saxones exiſtimant, quòd illegitimis legitimis, & viris fœminæ, etiam excellentes, principentur. Noverunt enim Saxones per experientiam in cæteris regnis & provinciis, in quibus principales dominæ principabantur, intemperantiam earundem: juxta illud, Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper irã mulieris. Et intolerabilius nihil eſt quam fœmina dives.*

A *dives. Et Plautus etiam in Aſinaria, duabus malis mulieribus loquens: Mare, inquit, nõ eſt mare, ſed vos mare acerrimum. Et certè ego perambulãdo aliqua regna et provincias quas rexerunt illuſtres dominæ, vidi & audivi multos ſæva morte mori; & juſticia ſecluſis, pro ſolo nutu earundem dominarum. Laudandi ſunt Saxones ipſi, quòd per ſuas leges, à ſe mulierum regimina ſecluſerunt. Præterea etiam maſculus & fœmina contrarias habent virtutes, ſcilicet ſecundum ſe & abſolutè conſiderando: ſed tamen prout conveniunt ad cõmunicationem, habent virtutes ad idem, ſcilicet ad bonum quod ex illa communicatione cõtingit. Item, ut in pluribus animalibus maſculus eſt fortior, audacior, & major fœmella: licet in paucis reperiatur contrariũ, utpòte in quibuſdam rapacibus.*

Unde poſt obitum dicti Widekindi regis, rarò vel nunquam uſq; nunc, patria illa fortis fertilis & amœna, in pace quievit: juxta illud phil. Nil valet pluralitas principum, ſit ergo unus princeps. Ipſi autem Saxones ante cõverſionem dicti eorum ducis, per vim converti ad fidem ipſam nullatenus potuerunt.

Quibus ſic peractis, præfatus Carolus rex, ab aliquibus præpotentibus & nobilibus vicinis dominis, etiam Saxonibus, quos nullatenus etiã cum potentia vel aliàs inducere poterat, ut ad eandem fidem converti vellent, emit pecunia dominia eorum in optima terra. & in illis conſtrui fecit plura ſolennia monaſteria ordinis ſancti Benedicti: ſcilicet prope Hoxa-
B riam, Padebornenſis diœceſis regale monaſterium: Novam Corbeiam ordinis S. Benedicti, juxta flumen Vuezere, quod dividit antiquam Saxoniam Weſtphaliam nuncupatam, & novã Saxoniam, & ultra civitatem Bremenſem circa partes Friſiæ intrat Oceanum, magnificè fecit conſtrui: cui multa oppida, caſtra & villas donavit: & in oppido montis Martis, ubi antiqui Saxones Martem pro deo coluerunt, ejuſdem diœceſis aliud monaſterium virorum dicti ordinis fundavit & dotavit, quod ipſi mõaſterio novæ Corbeiæ ſubjecit, & in quo quidẽ novæ Corbeiæ monaſterio corpus ſancti Viti martyris ſolenniter conſervatur. Ipſiq; domini temporales taliter de remotis & exteris partibus deſumpti boni catholici, paulatim in ipſa Saxonia antiqua parochiales & alias eccleſias conſtrui fecerunt. Nec non etiã dictus Carolus rex, ne patria illa ſpiritualibus capitibus aliquãdo deficeret, incœpit etiam ibidẽ epiſcopatus facere pariter, & dotare, inter quos fuit primus epiſcopatus Oſnaburgẽſis, et ſucceſſivè Padebornenſis. & poſtea Monaſterienſis, & tandem Mindenſis, cathedrales eccleſiæ inceptę, & cooperante Domino ſucceſſu temporis perfectæ, nec non multis temporalibus bonis, terris, caſtris, oppidis, villis. juribus & juriſdictionibus valde multis dotatæ fuerunt: quarum aliquas ſanctus Leo papa, illis temporibus exiſtens cum dicto Carolo in antiqua Saxonia cõſecravit, devotis Chriſticolis magnas indulgentias & peccatorum remiſſiões devotè eccleſias & monaſteria ipſa viſitãtibus annuatim largiẽdo: & ſic paulatim ipſe populus totius Saxoniæ ad ipſam fidem catholicam Spiritu A ſancto cooperante pervenit, in qua tũc fideliter firmiterq; ipſo Domino favente remanſit, & ad ipſa venerabilia loca. in quibus indulgẽtiæ ipſę taliter conceſſæ fuerunt, ſtatutis temporibus ob devotionem annis ſingulis concurrit populi multitudo.

Præterea valde multi nobiles & potentes Saxones, qui metu dictorum Pipini, & eo defuncto Caroli, regum, & ne violenter ipſam fidem catholicam cogerentur ſuſcipere, ſucceſſivis temporibus ultra flumen Weſeræ, quod nutrit copioſè optimos piſces, de ipſa antiqua Saxonia. cujus prius inquilini erant, declinarunt: & ſedes ſuas in ipſa nova Saxonia, quæ eſt fertilis & omnibus bonis abundans patria, catervatim poſuerunt, volentibus nolentibus uſq; vicinis Vãdalis quos vulgus Sclavos appellat: qui tunc habebãt terram aut regionẽ optimã, frugiferam & paſcualem, multis parvis & etiã magnis fluminibus ac mari Oceano verſus Septentrionem, nec non ſylvis ac lacubus mirabiliter communitam ac planam & latiſſimam. Quæ quidem regio Vandalorum incœpit prope urbem Brunſvvig, Hildenſemenſis diœceſis, ultra maritimam Stetinenſis: & uſq; ad mare dulce, Elbing vulgariter nuncupatum, in diœceſim Caminenſem protendebatur. & totam illam regionem nunc Saxones occupant, expulſis inde Vandalis: tamen paucis exceptis, qui adhuc in aliquibus villulis campeſtribus & pleriſque locis paludoſis, tamen ſub perpe- B tua ſervitute Saxonum commorantur, cũ quibuſdam Vandalis, tunc multis & potentibus, & diverſis aliis Barbaris nationibus, eiſdem Vandalis contra ipſos Saxones opem ferentibus, Saxones ipſi tam diu guerras moverunt, quòd demum eoſdem Vandalos, quaſi penitus devicerunt, & vi à locis eorum propriis propolerunt, ipſaque oppida, caſtra & villas pro ſe, & tunc uſq; in hodiernum diem tenuerunt & tenent dicti Saxones. quæ quidẽ guerræ inter eoſdem Saxones & Vandalos quaſi per triginta annos, ſcilicet à tempore dicti Pipini regis uſq; ad tempus Heinrici VI, quaſi continuè duraverunt.

Nec quis miretur, quòd illa bella inter antiquos Saxones & Vandalos, ipſorumque ſocios tam diu duraverunt: quia Saxones ipſi ab antiquo ſemper fuerunt viri conſtantes, & (ut præmittitur) bellicoſi, habentes proprias leges & ceremonias, juxta quas tunc vixerunt, & hodie vivunt, & multorum aliorum regnorum & provinciarum inhabitatores & incolæ ſimiliter illis utuntur: quis enim unquam legit adeò terribilia bella & diuturna commiſſa fuiſſe, ſicut inter ipſos antiquos Saxones, tunc paganos, ex una parte, & Britannos & Pictos, qui tunc majorem Britanniam, nunc vocatam Angliam, malos Chriſtianos, utpote Pelagiana hæreſi infectos, incoluerunt, viguiſſe leguntur? Quia per 75. annos vel circa, ipſa bella continuata fuerunt. & licet ipſi Saxones illius temporis cum Arturo, rege Bri-

A tannorum præpotente, de quo vulgus multa mirāda canit & narrat. qui Angliam, Datiam, Scotiam, & etiam in magna parte Hyberniam & Galliam potenter ſuæ ditioni ſubjecit, duodecim prælia campeſtria ſucceſſivè in diverſis locis, in eadem tunc magna Britannia, poſtea & nunc Anglia vocata, commiſiſſent, ac in omnib. illis bellis dicti Saxones interempti ſuccubuiſſent, & pro tonc quaſi exterminati fuiſſent: præter alia valde molta pericula & prælia ſeu bella, quæ prius cum aliis aliquibus regibus Britannorum & Pictorum, nec nō Walliæ & Hyberniæ ſatrapis commiſerunt, demū verò ipſo Arturo à filio ſuo naturali Mamerto lethaliter vulnerato, ſic quod infrà dies paucos poſtea vita functus eſt, iterum Saxones reſumptis viribus ipſam Britanniam cum navibus invaſerunt, & adeò fortiter & conſtanter & tam diu, ſæpe tamen ſub varia ſorte, cum ipſis Britannis in ludis Martialibus dimicarūt, quòd tandem interemptis per eos & fugatis penitus Britannis ipſis, totam inſulam ejuſdē magnæ Britanniæ, & vicinas regiones, quæ prius erant ipſorum Britannorum, jure belli ſubdiderunt: ipſamque inſulam ſeu Britanniam prima facie in ſeptem regna pro ſeptem capitaneis victoribus ex ipſa antiqua Saxonia orinndis, & triginta quinque comitatus pro inferioribus capitaneis & proceribus, & eis juxta cujuslibet probitatem ſtatum & meritū diviſerunt, qui tandem propter multitudinē regnantium inter ipſos pacem obſervare ne-
B queuntes, crebras guerras ſeu civilia bella mutuò ſuſcitaverunt, quę tamdiu duraverūt, quouſq; ſub uno monarcha demùm victore tota inſula redocta extitit, & ex tunc pet unū regem uſq; in hodiernum diem recta fuit, & regitur, prout hæc de Saxonibus & Anglicis, qui quidem Angli & Saxones appellantur per Bedam & alios plures authenticos viros, veteres & modernos, & in diverſis codicibus ſunt ſcripta, & per Merlinum Britannorum vatē diu antea prędicta & vaticinata fuerunt. Unde in hiſtoria duorum S. Evaldorum, quorum reliquiæ Coloniæ venerabiliter requieſcunt, legitur, quomodo illi de Italia oriundi, ex intimis doluerunt, quod Saxones (ex quibus gens Angliæ proceſſit, & diu antè jam ad catholicam, authore Domino, fidem, & beati Cregorii papæ ſolicitudine ac ſub ejus pontificatu converſa fuit) adhuc nomen Domini non invocarent, nec Deus in ipſa veteri Saxonia tunc notns eſſet. Unde ſperantes ipſi viri ſancti, cum ipſius Dei adjutorio, gentē ipſam tunc effrenem & indomitam Saxoniæ, ad fidē ipſam ſe convertere poſſe, regnante tunc ipſo Pipino rege Francorum, & in ipſa Germania circa partes Rheni Coloniæ reſidente, ipſam veterem Saxoniam conſtanter intrarunt: qui in ruſticano tugutio, in quodum vico campeſtri hoſpitio recepti, nec mora illius vici barbari ſeu agreſtes ruſtici videntes ipſos, ſanctas genuflexiones & orationes ad Deum facere, quales primò fieri non viderant, exiſtimabant iſtos ſanctos magos exiſtere; & concurrentes veluti furioſi & inſenſati, & credētes per hot ipſorum tūc deo Marti offerre ſacrificium, illos ſobitò trucidarunt. Unde legitur in eadem hiſtoria, de ipſis ſanctis:

Quos Angleos origine, ad angelorum gaudia
Pro ſe profuſo ſanguine vocavit ex anguſtia.
Hi dum petunt Germaniam, cultum fugando dæmonum,
Necat docentes gratiam, ingratitudo Saxonum.

Et verſus:

Promptè ergo ibant prædicare per Germaniam,
Ut Germanos germinare facerent juſtitiam.
Locum in hac adierunt antiquorum Saxonum,
Quem præcunctis invenerunt ſibi lingua conſonum.
Olim naves aſcendentes bellicoſi Saxones,
Et Britanniam petentes expulerunt Britones,
Ex tunc victa Britannia vocari cœpit Anglia.
Hinc egreſſi patres iſti, Saxonum de genere,
Saxones ad fidem Chriſti ſtudebant convertere.
Hoc ſuaſit Chriſti charitas, & priſca conſanguinitas,
Adventantes ut legati in vicum Saxonicum
Sunt ibidem hoſpitati ſanctum apud villicum,
Qui ſatrapis gubernabatur, rege carens regio:
Sed à quo vicus ille regebatur, loco manſit alio.

Qui quidem ſatrapa vicum illum poſtea igne cremavit. & occiſores eorundem ſanctorum enſe peremit.

Sicque illi ſancti non potuerunt in illa antiqua Saxonia illa vice perficere, quod pia mente tenus conceperant: quia nondum venerat tempus, quòd ipſi antiqui Saxones ad eandem fidem converti debebant, unde in diverſis diverſorum regnorū Chronicis, & præſertim Anglorum & Dacorum, Saxones, patres multarum gentium appellantur. B

Scholion. *Legitur in veteribus geſtis regū Daniæ, quòd cum olim regio Vandalorū, inter fines novæ Saxoniæ & regni Daciæ conſiſtens, rege careret, duæ ſorores regales ſuperſtites fuerunt, quæ tunc dictam regionem jure hereditar. o gubernarunt, ad ſagittandum & portandum arma ſufficienter inſtructæ. Contigit igitur, quòd inter Danos & Vandalos bellū diuturnum & mortale excreſceret: unde Vandali pro tunc Danis multitudine pugnatorum & potentia præſtantiores, navale bellum indixerunt: & recollectis ſexcentis navibus vel circiter, quas pugnatoribus repleverunt, & credentes ſibi per vim regnum ipſorum Danorum ſubjicere, ſecum ad pugnam ſorores ipſas armatas ad inſtar bellatorum fortium adduxerunt. quibus animoſi Dani etiam, cum ſuis navibus præparatis, & viris ſufficienter armatis viriliter occurrerunt. Commiſſo igitur hinc inde inter partium cohortes bello ſæviſſimo, tandem una ipſarum ſororum ſagittæ cujuſdam emiſſa lethaliter vulnerata deceſſit. ex qua quidem percuſſione ſoror contriſtata nimium, ulterius pugnare ceſſavit. quam Vandali cognoſcentes, ex hoc perterriti fugere decreverūt. ſed Danis eos fortiter cædentibus, tandem Vandali victi, & pro majori parte illic interfecti fuerunt: dicta ipſorum Vandalorum ſuperſtite domina ſeu principe, tūc etiam per ipſos Danos in eodem bello captivata*

A *ptiuata, quam rex eorundem Danorũ victor tunc matrimonio paganus copulavit, & ſic illa guerra ceſſavit.*

Ipſi antiqui Saxones fuerũt de reliquiis exercitus Alexaudri Magni, ut veteres hiſtoriæ docent: qui eo defuncto, quia monarchiam ſuam adhuc vivus, ſed prope mortem conſtitutus, in quamplures nobiles in diverſa regna diviſit. qui ex tunc tamdio inſimul pugnaverũt, donec alius alium crebris bellis deſtrueret, ſibiq; ipſius dominium uſurparet. Fugientes itaque ipſi Saxones de partibus Orientis, per Græciam & Septentrionales partes, & Europam, per binas acies io Germaniam intrarunt, una ſcilicet in alta Alemannia, quæ nunc Suevia: & acies ſecunda, in baſſa Alemannia, prope oppidum Stadeo nuncupatum. In ipſa autem nova Saxonia, qui nunc Saxones appellantur, continuo creverunt ſeu adaucti fuerunt, & paulatim permiſſione principum, qui tamẽ in ipſa Germania in illis plagis rexerunt, etiam villas rurales habere cœperunt & poſtea hi & illi nimis fortificati, ab eorum ſtationibus expelli vi per Germanos nullatenus potuerunt. Saxones verò ſic adaucti, illas circumjacentes regiones & nationes invadere crebris bellorum inſultibus non ceſſarunt.

Intrarunt autem Saxones in Germaniam, regentibus tunc Cõſulibus urbis Romæ rempub. ac antequam Julius Cęſar ſibi urbis & orbis dominium uſurpavit: ut etiam ex ipſis veteribus geſtis & hiſtoriis colligitur evidenter.

B Naturaliter etiam Saxones ſunt pulchrę faciei, & proceræ ſtaturæ, audaces, animoſi. nec mirum ſi etiam ſint tales, deſcendentes ab ipſis ſcilicet, Anglicis: qui tamen etiam magis cauti ſunt in eorum actibus quàm Saxones, forſan propter eorum aſpectum cœli, aut quia participant aliis exteris nationib. ſcilicet Hybernicis, Scotis, Wallicis & Gallicis & Normannis, quos in morib & actibus quodammodo imitantur. Suevi autem licet ſint homines fortes & bellicoſi, & polcbræ ſtaturæ non tamen unquam fuerunt, nec ſunt tam multi ac vigoroſi vel civiles, ptout fuerunt & ſunt Saxones memorati Quòd autem beatus Gregorius Anglos ipſos ad fidem convertit, ſeu converti ordinavit, quodq; ſunt pulchræ faciei (ut prædixi) patet in ejus hiſtoria, ubi legitur: Videns Romæ vir beatus Anglorum ortè pueros, Bene. inquit, Angli vultu nitent ut angeli: oportet illis mnnſtrari iter ſalutis æternę, quia Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentibus. De hoc etiam tangitur aliquid in ipſa hiſtoria eorundem martyrum duorum Evaldorum, ſcilicet: Chriſtiana dogmata legere ſub papa Gregorio Anglorũ novit regio. Sed poſtquam ipſi antiqui Saxones. Britannos & Pictos hæreticos ſeu falſos Chriſtianos divino judicio exterminaverunt, & etiam paulatim, ut præmittitur, ad ipſam fidem converſi fuerunt, multi ex ipſis viri devoti ad diverſas adjacentes antiquæ Saxonię regiones acceſſerũt, ſcilicet Wildebrodus epiſcopus ad Friſiam cõvertendam (unde legitur de ipſo prædicãte bis ſenis ſociis: De Anglia Wildebrodo eſt effrenis A baptiſata Friſia) quæ conjacet Saxoniæ, in plaga Occidentali. ſicque citius Friſones, non tamen omnes, quàm Saxones, ad baptiſmi gratiam pervenerunt. unde legitur in hiſtoria beati Bonifacii martyris, qui tempore ſupradicti Adriani papæ fuit archiepiſcopus Moguntinus, & etiam de Anglia oriundus, vocatus ante epiſcopatum Wifridus, vir miræ ſanctitatis, & ab eodem Adriano papa valde dilectus. Hic potens opere & ſermone apud ipſum regẽ Carolum Magnum exiſtens, ſibi Romanæ eccleſiæ negocia ſedulò commendabat: & tandem cum quibuſdã ſociis & ſanctis viris profectus in ipſam Friſiam, ut alios Friſones qui nondũ fidem noverant cõverteret. Iidem ſancti ab eiſdẽ ferocibus & inſenſatis Friſonibus apprehenſi. fœliciter martyrio coronantur. Unde legitur etiam, quòd quaſi eodem tempore, dũ major ſatrapa eorundem Friſonum per aliquos Chriſtianos, ut ipſam fidem reciperet exhortaretur, inquiſivit. ubi majores ſui eſſent, qui de hoc ſæculo tranſierunt? & ei reſpondit quidam de Chriſtianis, quòd in inferno, pro eo quòd viventes Deum non cognoverunt. dixit eis, Et cum illis volo eſſe. ſicq; intrans balneum, in eo protinus expitavit. Propter quod Friſia quamvis ſit valde longa & lata & magna, nec non fertilis, & plana, & regio aquoſa, nullum tamen epiſcopatum meruit in ipſa regione habere. Sic tota Friſia in ſpiritualibus archiepiſcopo Bremenſi, Oſoaburgenſi, Monaſterienſi, nec non Trajectenſi epiſcopis, in ipſa B Germania hactenus remanſit, & remanet ſubjecta Sunt tamen in ipſa Friſia multa monaſteria virorum & mulierum, ac aliorum regularium, atq; eccleſiæ parochiales copioſæ, & homines bibuli divites & avari nec reperitur in aliqua parte Chriſtianorum tantum aurum, ſicut ibi.

DE HEINRICO REGE Saxoniæ.

CUm autem eo tempore, quo dictus Heinricus rex, pater ejuſdem Othonis primi Auguſti adoleſcẽs erat: quadam vice Ungari, tunc infideles, cum maxima multitudine paganorum ad Germaniam perveniſſent. cauſa occidendi & deſtruẽdi Chriſtianos, & ſubvertendi eccleſias atq; civitates, oppida, villas & loca eorundem hoſtiliter pervagantes in Thuringia exercitum ſuũ in duas acies diviſerunt: quarum una ſcilicet ad debellandam Thuringiam, & orientalem Franciam & Miſniam nec non alias provincias eis adjacentes illic dimiſerunt: & aliam ad novam Saxoniam direxerunt, quæ ad locum nemoroſum & paſcualem de Hoy in volgari Saxonia nuncupatum, non remotè ab urbe Brunſvvicenſi diſtantem, uſq; pervenit: cujus quidem exercitus ſatrapæ, qui in eandem novam Saxoniam venerunt, petierunt pro tributo eis à Saxonibus dari decimam omnium hominum utriuſque ſexus, & etiam animalium Saxoniæ & provinciarum, quæ ipſi Heinrico regi, tunc

A duci Saxoniæ & Thuringiæ obediebant: ipſe verò dux hiſce novis perterritus valde, certã diem ad reſpondendum eis ad hujuſmodi petita petiit, & recepit: & interim cùm nobilibus ſuis ineundo conſilium ſuper his ab ipſo quæſitis, quæſivit, ſi vellent ei aſſiſtere conſtanter contra paganos ipſos, & viriliter, cum melius eſſet quòd aut ſimul & ſemel omnes pro eorum libertate, ſi utique deſuper ordinatum eſſet, ruendo morerentur, aut hoſtes vincerent, quàm ſic ignominioſè ſervi ſub tã vili & horrendo tributo ſemper manerent aſtricti. Reſponſo denique recepto ab eiſdem ſuis ſatrapis, quòd ipſe audacter reciperet, faceretque in his & aliis, ut ſibi placeret, quia eum vellent in omnibus firmiter adjuvare: decrevit cum iiſdem paganis in eodem loco exiſtentibus, certa die velle pugnare, prout fecit. Sed nulla erat proportio ſuarum gentiũ, quoad eorundem multitudinem paganorum. Habebant enim illi in duobus exercitibus eorum ultra centum millia fortium virorum, optimè ad bella inſtructorum. Rex verò Heinricus facta omni diligentia, non habuit niſi duodecim millia bellatorum. nec mirum: quia illo tempore nondum erant in nova Saxonia aliquæ civitates aut oppida munita, ſed villæ cãpeſtres. atque arces ſeu caſtra, in quibus quidem villis ruſtici, in arcibus ſeu caſtris nobiles & Saxonum ſatrapæ reſidebant. Die itaque ad præliandum ſtatuta per ipſum Heinricum, cùm prædicto exercitu paganorum qui in eadem Saxonia remanebant, nocturno tempo-B re ſub ſilentio, ſuo cum exercitulo animoſè adverſus hoſtes caſtrametatus eſt, & in crepuſculo matutinò ſolum cum tribus millibus, qui ei adhærebant (alii enim timidi receſſerãt: erant enim illo mane nebolæ ſpiſſæ, ita quòd alter alterum videre non poterat: ſed tanquã coruſcatio vehemẽs irruit ſuper hoſtes, quos reperit ad bellandum tunc improviſos, & per campos diſperſos hinc inde, cum quib. à mane uſque ad veſperas cum tam paucis ſuis fortiter bellando, pro majore parte delevit. Fugientibus itaque reliquis eorundem paganorum, & iter capientibus verſus eandem Thuringiam, ut ſic alter eorum exercitus ipſis adjunctus, vi Saxonibus reſiſtere poſſet: ſed hoc eorum inſanum conſilium Domino favente diſſipatum eſt. Audientes verò cuncti Saxones, qui ab eodem Heinrico tunc timidè receſſerant, quòd victoriam tam grandem reportaſſet, ilico animati collectis viribus & armis induti dicto eorum duci in ſubſidium advenerunt: & continuò eoſdem fugientes paganos tamdiu de die in diem perſecuti ſunt, quoad omnes eos à majori uſque ad minimum peremerunt, & ulterius proficiſcentes ad locum ubi alter eorum paganorum exercitus in ipſa Thuringia tam grandis immanium atque ferocium paganorum erat ſimul cõgregatus, ſuper quem ipſi Saxones animoſi etiam unanimiter irruentes maximum & terribile bellum prope caſtrum Ilberg ſimul commiſerũt: & etiam tunc annuente Domino Saxones triumpharunt, ipſi verò ſuperſtites pagani in fugam cõverſi ad eandem Franciam orientalem, ipſi Thuringiæ contiguam, per illud longum & condenſum nemus, quod prope dictum caſtrum conſiſtit, iter arripuerunt Sed Saxones impigri, crudeles dictos fugientes paganos tunc etiam perſequendo de die in diem gladio percuſſerunt, & omnib eiſdem paganis per multorum dierum ſpacium à Saxonibus perſequentibus finaliter interfectis, dictus Heinricos cum ejus exercitu victorioſo qui ſemper accrevit, & major factus uſque ad Dalmatiã, quæ tunc erat ſub dictorum paganorum poteſtatem conſtituta, victorioſe pervenit: in qua & certis eorundem paganorum vicinis regionibus aliquandiu moratus, civitates, villas & caſtra & alia loca illorum ignis incendio devaſtavit, & multas civitates: prout adhuc intuentibus patet, earuodem partium deſtruxit. quibus omnibus ſic per Saxones laudabiliter peractis, præfatus Heinricus triumphator eximius, lætus ad Alemanniam rediit. Ex tunc ipſa Germania, nec non quædam provinciæ Italiæ dictis paganis vicinæ, & etiam ſub tributo ſervitutes prius ipſis à jugo ſervitutis & ſolutionis tributo longo tempore abſoluti, & penitus liberati fuerũt præſtante Domino, præter ſpem hominum, ſuis fidelibus, ſcilicet Saxonibus de cœlo ſemper honorem & victoriam. Propter quod communis populos tunc Germaniæ, in laudem dicti ducis acclamabat dicens, Vivat pater patriæ, Benedictus liberator & triumphator inclitus rex Heinricus, B malleus infelicium paganorum.

Alia etiam mulra & maxima bella ipſe Heinricus dux cum Vandalis, Dacis, Gotthis, Pomeranis, Sclavis, Bohemis, Polonis, & diverſis aliis barbaris nationibus longè & propè poſitis, ex voto peregit, in quibus continò triũphavit: & adeò glorioſus in omnibus & Deo devotus extitit, ut à Chriſtianis ſanctus & princeps juſtiſſimus diceretur in partib' illis.

Hic Henricus incœpit in nova Saxonia primò condere oppida, illaque firmare muris & foſſatis: legemq; edidit quę adhuc durat, quòd quilibet primogenitos, qui curiæ principis contra hoſtes in neceſſitate ſervierit abſolutè, & præ aliis ejus fratribus & ſororib defuncto patre illius veſtes & arneſia, quaſi ex quodam prælegato reportaret, nec illa in hæreditatem diviſionis paternæ ei computari deberent Hic etiam fuit primus inventor & magnificus dotator venerabilium eccleſiarum, in quibus Germani nobiles canonici & etiam ſeculares canonici & presbyteri atque cleri multi Domino famolantur. Multas etiam & alias eccleſias & venerabilia monaſteria ordinum diverſorum inſtituit, & opulentè dotavit, ac dies ſuos in omni fœlicitate, in bona ætate tanquam rex regum & dominus dominantiũ illo tempore laudabiliter conſummavit: nec erat contentus ſolum conferre temporalia bona eccleſiis & monaſteriis, quæ fundavit, ſed etiam potentia temporalia dominia perpetuò ſubjecit eiſdem.

A

DE OTHONE PRIMO Cæſare.

NUnc autem de valde multis & mirandis geſtis dicti Othonis primi, Auguſti magni, filii ejuſdem Heinrici primi, inclyti regis, multis, brevitatis gratia, omiſſis, pauca ſubmittam: & ſi fiat comparatio inter eum & ſuos prædeceſſores & ſucceſſores Chriſtianos Imperatores, uſq; in hodiernum diem (ſine tamen injuria cujuſcunq; loquendo) non reperitur ei ſimilis, qui tot bona & magnalia fecit, qui tam fideliter & tam ſtrenuè Romanum corroboravit & dilatavit imperium, qui Italiam de Græcis & Gotthis finaliter expiavit, qui Avares & Ungaros & eorum vicinos paganos crebris victoriis & maximis bellis edomuit, & de terra delevit, & quorundam aliorum paganorum ferocium provincias ad eandem fidem per exhortationẽ quorundam ſanctorum præſulum converti procuravit: qui penè omnibus cathedralib⁹ eccleſiis in Italia, Gallia & Germania, Burgundia & Lotharingia conſtitutis, multas civitates, caſtra, oppida, villas & multa alia dominia temporalia, jura & juriſdictiones donavit, & omnibus illis eccleſiis propria inſignia perpetuò deputavit. Archiepiſcopos quoq; & epiſcopos ducatibus & comitatibus & Baroniis communivit, quibus nobiles & potentes vaſallos ſubjecit, ut ſemper eſſent ad reſiſtendum etiam manu forti paganis & hæreticis in opportuno tempore fortiores.

B Hic etiam in nova Saxonia condidit inſignẽ & valde potentem civitatem Magdeburgenſem, quam Parthenopen appellavit, & multa inſignia oppida, etiam oppidum Goslarienſe nobile & inſigne condidit, cum Imperiali palatio ſtructuræ mirabilis, cujus partes adhuc vacuæ habitatoribus intuentibus patent.

Hic etiam venerabilem metropolim Magdeburgenſem & omnes ejus ſuffraganeos, ſcil. Brandeburg. Havelberg. Miſnenſem, Zicenſem, quæ nunc Naumburgenſis nuncupatur, Merſburg. ſolennes cathedrales eccleſias, in proprio ejus patrimoniali beneficio & dominio in diverſis locis in mediterranea & orientali Saxoniis de novo fundavit & valde multis oppidis, caſtris, certis jurib⁹ & juriſdictionib⁹, atq; aliis bonis temporalibus, & etiam præcipuè in partibus illis, multa veneranda cœnobia virorum & mulierum fundavit, & nunquam à toto tempore ſui regiminis à talibus bonis operibus conquievit: archiepiſcopum autem Magdeburgenſem, qui eſſet pro tempore, per papam ejus ætatis, primatem Germaniæ fieri procuravit: ſibiq; multis Alemanniæ provinciis nobiles & vaſallos potentes, & eorum dominia quæ obtinebant ab Imperio in feudum perpetuò ſubjecit, & magnos reditus etiam illic piè donavit, & eoſdem archiepiſcopos & epiſcopos primas ſedes etiam in temporalibus inter principes ſeculares habere ſtatuit & decrevit.

Hic etiam Colonienſem, cujus antiſtes Bruno prænominatus, vir vita moribus & genere totus nobilis, frater ejus fuit: qui civitatem Colonienſem valde ampliavit, & in ea quamplures eccleſias collegiatas, nec non quædam etiam venerabilia de novo fundavit & dotavit monaſteria: nec non Moguntinenſem & Treverenſem ac Leodienſem venerandas metropoles. & plures alias celebres & inſignes eccleſias Alemanniæ ad inſtar magnorum principatuum in bonis temporalibus dilatavit & ditavit.

Hic etiam patre vivente ſeptendecim annis vel circa, totam Germaniam ut primus & univerſalis rex totius Teutoniæ gubernavit. Patre autem ejus fœliciter vita functo, ejuſque corpore in venerabili eccleſia Quedelburgenſi Halberſtadenſis diœceſis (quam fundavit in inſigniori ejus caſtro in ipſa nova Saxonia cõſtituto, pro valde multis nobilibus puellis & dominabus quæ ſeculares Canonicæ appellantur, & etiam Canonicis & clericis qui illic perpetuò Domino ſervirent) ſepulto ea teſtamentaria inſtitutione paterna, Romani Imperii fit dominus & rector: & eidem Germaniæ addidit realiter ipſam Lotharingiam, quæ olim fuit tertia pars ipſius regni Franciæ, & in diviſione patrimonii trium filiorum dicti Caroli regis, uni eorum ceſſit in partem, qui Lotharius fuit nominatus, & inde pars illa Lotharingia nomen accepit. Et rex Franciæ, nec nõ omnes eccleſiaſtici prælati & univerſi principes ac ſeculares poteſtates Franciæ, qui tunc erant, ipſam Lotharingiam perpetuò abjurarent, eodem Othone primo Auguſto ſic fieri B diſponente. Illudque regnum poſtea in ducatum Cæſaris imperio redactum extitit. & ab imperio in feudum ſemper ex tunc per duces Lotharingiæ teutum fuerat, & tenetur, & Alemanniæ in Gallia Belgica eſt vicina. Nec his contentus idem Otho primus Auguſtus, ſed ad dilatationẽ dicti ejus imperii ſemper & conſtanter intentus, etiam regnum Arelatenſe quod alio vocabulo Burgundiæ, & alio Galliæ regnum vocatur, habens ſeptem provincias ſatis amplas, potentes & fertiles atq; in ſe fluminibus, mari, montibus & vallibus mirificè communitum, quod etiam ipſi Alemanniæ verſus partes Sueviæ & Elſatiæ eſt cõjunctum, eidem imperio in perpetuum & inſeparabiliter incorporavit & univit, ac etiam in ducatum reduxit. Cujus ſatrapa ſeu Rector aliquando Marchio quandoq; Dux, aliquando vero Comes ex tunc vocabatur, prout placuit pro tempore Imperatoribus ſeu regibus Romanis, qui poſtea Reipub præfuerũt, & ipſum regnũ Arelatenſe ea tunc remanſit, & remanet In æternũ, & uſque in hodiernum diem, juris & proprietatis Imperii ſupradicti. Quamvis illud reges Francorũ & aliqui alii de ipſorum domo, novis temporibus annuentibus, & permittentibus illis de Lutzelburg, qui dicto imperio interim præfuerunt, diverſimodè laceraverunt, ſibique ſub diverſis coloribus & figmentis ſubjecerunt aliquas ex provinciis antedictis, & realiter gaudent ipſis in ejuſdem imperii graviſſimum detrimentũ.

Digitized by Google

A Et in hoc regno Arelatenſi etiam Otho ſecundus Auguſtus, filius dicti Othonis primi Auguſti, ſuæ matri, ſcilicet Albeydę Auguſtæ ſupradictæ legitimè hæreditario jure ſucceſſit: quod tamen ab ipſo imperio non removit.

Cumq; illo tempore, Othone primo Auguſto præfato tunc circa præmiſſa in Gallia & Germania occupato, Berengarius Longobardorum & ultimus rex Italiæ, qui juxta veteres quorundã opiniones erat de ſtirpe Gottborum, quandoq; Mediolani, ſed ut plurimum papiæ ſuam reſidentiam fecit, per totã Italiam tyrannidem exerceret, nec non Romanis & omnibus aliis eccleſiis & Eccleſiaſticis atq; ſæcularibus perſonis in Italia, propter immenſam ejus avariciam & maliciam. nimis durus & intolerabilis exiſteret. dictus Otbo primus Auguſtus per Apoſtolicum, & ejus dominorum cardinalium collegium illius temporis, necnon Romanos præcipuè rogarus, ut eis pius adjutor eſſe, ipſosque ab illo intolerabili jugo ejuſdem impii & avari regis Berengarii liberare dignaretur: ipſe Auguſtus eiſdē precibus victus, filium ſuum Lutolphum tunc ducem Sueviæ & Rheni, adoleſcentulum ſtrenuum & præpotentem, cum valido exercitu contra prædictum tyrannum ad Longobardiã deſtinavit. Verùm is confiſus in ſuis divitiis & ſeculari potentia, ipſis aliquandiu reſtitit, & manu forti pugnarunt, & tandem ipſum crebris victoriis ad deditionem vi compulerunt, & ſecum ſub ſpe veniæ per eum ab ipſo

B Auguſto obtinendæ, uſque ad eandem Sueviam, ubi tunc erat idem Auguſtus, venire permiſerunt. & interim quidam præſul Alemannus natione, per ipſum ducem Lutolphũ deputatus, Longobardiam ipſam pro eodem Imperatore gubernabat. Hæc autem quæ cõtigerunt ipſi Berengario regi, ſcilicet quòd finaliter cum ſuis periret, ac etiam quod idem Otho 1. Auguſtus de ipſis, & etiã Ungaris, tam glorioſas victorias reportare deberet. ordinatum & proviſum divinitus fuit, & diffinitum cœlitùs. prout legitur in biſtoria ſancti Udalrici epiſcopi Auguſtenſis.

Prædixit etiam efferæ gentis Ungarorum irruptionem duriſſimamque cum noſtratibus congreſſionem, nec non & loca certaminum. & licet cum ſuo magno detrimento, tamen victoriæ triumphum promiſit populo Chriſtiano. Poſtquam illic ad præſentiã dicti Auguſti victor ille Lutolph' advẽtaſſet, & ꝓ ipſo rege victo multũ apud ipſum patrẽ ſuum Auguſtũ, ne ipſum regno penitus deſtrueret, efficaciſſimè laboravit. Quia tamẽ idem Auguſtus infra triduum dicto ejus filio reſpondere, & interim etiam faciem dicti regis victi adducti videre volebat, de hoc ipſe Lutolphus victor ſatis dedignabatur, & ægrè tulit. Quod conſiderans ipſe Auguſtus, cauſa reconciliandi ſibi in priſtino amore præfatum filium, accerſivit dictum Berengarium: & tandem ejus lachrymis & precibus cõpatiens, recepto tamẽ ab eo bomagio & fidelitatis juramento, & etiã quòd de cætero Romanas & alias eccleſias & populos Italiæ ultra juſticiam & debitum non gravaret aut vexaret, ipſum per eundem ducem in priſtinam dignitatem regiam reſtitui fecit. A

Quam cum taliter adeptus fuerat ipſe Berengarius, de tyranno tyrannior, & de pravo peior factus eſt. Omnes enim eccleſias & eccleſiaſticos prælatos ac presbyteros, clericos, nec non laicos quoſcunq; ſuæ ditioni ſubjectos, indifferenter crebris taleis & angariis, nec non inſupportabilibus oneribus multifariè moleſtavit propter quod iterum communis lamentabilis, ut frequenter, clamor ad aures ejuſdem Auguſti de Italia pervenit. unde iterum Apoſtolicus, & ejus collegium, nec non univerſaliter omnes poteſtates Eccleſiaſticæ & mundanæ ipſius Italiæ, quæ audebant, dicto Auguſto creberrimè & devotiſſimè ſupplicarunt, ut ipſam Italiam de dicto tyranno omnino liberare, ob Dei reverẽtiam, & intuitu juſticiæ dignaretur. quibus precibus victus ſæpedictus Auguſtus, collecto grandi exercitu, ad Italiam properabat: & potenter ingreſſus eſt eandem Longobardiam, ipſumque Berengarium regem in eadem Papia valida manu obſedit: & demum vi dictam Papiam occupavit, ipſumque regem Berengarium & Albertum ejus unicum filium, nec non uxores eorũ cœpit, & ſecum captivos uſque ad Bambergã civitatem in ipſa Germania deportavit. Et omnes ipſi, Berengarius, ejus filius, & eorum uxores, ac eorum filii, in exitio mortui defecerunt. & tunc ipſe Auguſtus etiam dictam Longobardiam poſt tantam victoriam ſuo Romano imperio inſeparabiliter annexit & univit, quæ ex tunc ſub eodem imperio de ipſius juribus remanſit & remanet: quamvis etiam multifariè multiſque modis, potiſſimè propter negligẽtiam & deſidiam illorum de Lutzelburga, qui dicto imperio præfuerunt, noviter ſit per plures tyrannos & diverſos dominos lacerata, & tyrannicè occupata. Sperandum tamẽ eſt, quod quandoq; auxiliante Domino ad jus & proprietatẽ Imperii revocetur. B

Ipſe etiam Berengarius olim quendam regem Italiæ de ſtirpe dicti Caroli regis deſcendentem, prope Veronam bello victum, lumine oculorum privavit, & lethalibus vulneribus ſauciavit. ex quib. deceſſit citò. Nec non illam venerandam Albeidam Auguſtam ſupra dictam, quæ fuit unica filia & hæres regis Burgundorum, quæ tunc erat uxor ipſius obcæcati regis, cum duobus ejus filiis in ipſa Verona captivavit: & pueris etiam poſtea decedentibus, ipſam piam matrem per multos annos penes ſe detinuit captivatam: quam dictus Auguſtus habita finali victoria, per eum contra dictum Berengarium, ut pręfertur, ſibi matrimonio copulavit. de quo tamen ipſe Ludolphus, dux Sueviæ, & filius ejuſdem Auguſti valde dolebat, & contra patrem ſiniſtra plurima ex tunc fieri procurabat: unde civilia bella & multa borrenda nimis tractu temporis proceſſerunt, brevitatis gratia omiſſa.

Scholion. *Idem Otbo primus babuit aliam uxorem prius, Edith nomine, quæ fuit mater dicti*

ducis

A *ducis, & filia regis Anglorum: quippe mulier ſancta, & bonis operibus plena, quam ipſa veneranda metropoli Magdeburgenſi apud ipſum Auguſtum ſepulta ſolenniter requieſcit. Ipſa autem ſecũda uxor Albeida. fuit ſimiliter Deo devota, & bonis operibus ſemper intenta, etiã ſancta à communi populo prædicatur. & hæc fuit genitrix Othonis ſecũdi Auguſti memorati, & ſepulta eſt in quodã venerabili monaſterio ordinis S. Benedicti Spirenſis diœceſis, in ipſa Elſatia, prope oppidum Imperiale Seltz. Quod quidẽ monaſterium Otho primus Auguſtus de novo fundavit, & opulenter ditavit.*

Hic etiã Otho primus Auguſtus, habuit lãceã ſacram, cũ qua miles ille latus noſtri Salvatoris aperuit. Sed aliq dicunt, ꝙ ſit illa lancea, cum qua Magnus ille Cõſtantinus Auguſtus, poſtquam ad catholicam fidem converſus extiterit, contra hoſtes imperii & fidei prædictorum pugnare conſuevit. Ac decrevit & voluit dictus Otho primus Auguſtus, quod illa ſemper apud Imperatores & reges Romanorũ pro eorum inſigniis notabilioribus remanere deberet, prout per ducentos annos & ultra poſtea factum fuit. Et cum qua ipſe contra hoſtes fidei & rebelles imperii præfatorum cõſtanter & ſæpe pugnavit & vicit: & de qua etiã, & aliis ſacris reliquiis, quibus veteres Imperatores de ipſa Germania oriundi reverenter & devotè ad decus & gloriam eorum & Imperii prædicti, uti conſueverunt: inter alia canit Eccleſia Germaniæ in hiſtoria ſingulari, quæ dudum facta B eſt in hæc verba: Gaude pia plebs juſtorum, gensq́ue omnis Germanorum, tantis de muneribus. Nam jocalia ſalutis, tibi dedit rex virtutis, ſuis de vulneribus, clavos, lanceam & crucem, hęc ſacra magnalia: ergo Chriſtum vitæ ducem excole per omnia & rurſus: Collaudemus Chriſti clementiam, quæ per glorioſos clavos & lanceam, dat eccleſiæ de inimicis victoriam, & in cœlo vitam & coronã perpetuã.

Scholion. *Anno ab incarnatione Domini 1099. Chriſtiani cæperunt Antiochiam, quam tunc Turci orientales tenuerunt. qua capta, contigit à quodam homine lanceam inveniri, quam in eccleſia B. Petri apoſtoli Antiochia inventam, & terra copertam, dicebat eſſe illam lanceam, qua Longinus in latere dextro Chriſtum ſecũdum Scripturas pupugit. Ajebat enim hoc à S. Andrea apoſtolo revelatum ſibi fuiſſe, quam epiſcopo Odienſi & Raymundo comiti Bleſenſi præſentavit, cauſa acquirẽdi munera ab eiſdem. tamen per certam experientiã poſtea repertum extitit, quòd idẽ qui hæc aſſeruit mẽtiebatur: & propterea ipſe etiam mendax, volẽs ſe ultro purgare de illo mendacio, etiã judicio divino defecit, & mortuus eſt ibidem. Hujus magnam partẽ habuerũt imperatores veteres Germani, & quocunq; fuerant antiquitùs coram ſe ex devotione portari fecerunt. qua tamen poſtea creditur eſſe diviſa in diverſas partes, ac certis eccleſiis & monaſteriis ob celebriorẽ devotionem conceſſa.*

Hæc autem ſacra lancea & clavi, nec nõ aliqua alia ex ejuſdem inſigniis Imperialibus, reſervantur, in Praga, in Bohemia: & ibi publicè occurrentibus turbis, & etiam multis Chriſti- A anorum provinciis cauſa devotionis ad videndum illa inſignia in ſingulis annis convenientibus peregrinis infrà Paſchalia oſtenduntur: & illa devenerunt indirectè ad quendam regẽ Bohemiæ, qui Heinrico quinto præſidiũ præſtitit contra Arnulphum pſeudoregem Romanorum, per Saxones, contra ipſum Auguſtum pugnantem, in quodam campeſtri bello victum atq; fugatum: qui tunc ejuſdem lancea atq; inſigniis relictis illic aufugit, & ſauciatus lethaliter in civitate Mersburgẽſi, quę ſita eſt in ipſa orientali Saxonia, diẽ clauſit extremũ. Sed propterea tamen ipſum Imperium non debuit, nec potuit de jure ſuis tam venerãdis reliquiis & jocalibus denudari.

Cumq; in ipſa Italia hęc taliter peracta fuiſſent, ipſeq; Auguſtus poſt tantam victoriam ad Germaniam reverſus exiſteret, & dicti Bohemi tunc Pagani ab infeſtatione Chriſtianorum. prope ipſorum dominia exiſtentium non deſiſterent, ſed ipſos multipliciter & frequenter invaderent & cæderent: dictus Otho primus Auguſtus, eiſdem taliter oppreſſis Chriſtianis valdè compatiens, & grãdem validumque exercitum more ſuo recolligens, ad Bohemiam caſtrametatus eſt: tandẽ ducem Warciſlaum & Debislaum nõine, pro tunc Bohemiæ ducem paganum ferocem & potentem, in oppido nova Coloniã ſuper flumine Albis, quod tendit ad novam Saxoniam, & prope Friſiam intrat mare Oceanum, obſidiõe cinxit, & demum ad deditionem vi compulit. quem tunc B etiam, & gentes ſibi ſubditas ad ipſam fidem converti mandavit, nec non Bohemiam atque contiguam illi Moraviam, quam tunc etiã pagani inhabitabant, ſuæ ditioni ſubmiſit: receptotamen homagio, & fidelitatis juramẽto ab ipſo duce victo, & aliis ſatrapis Bohemiæ & Moraviæ, quod ſemper fideles ſub obedientia Romani principis remanerent, prout ex tunc uſq; in hodiernum diem, remanſerunt ſucceſſivè duces, & poſtea reges Bohemorũ & Marchiones Moraviæ, qui huc uſq; fuerunt, ſicuti fideles & perpetui vaſalli Imperii memorati.

Quod cum Ungari ſeu Avares etiam tunc pagani ſenſiſſent, exploratores ad Germaniam doloſe & ſub ſpecie, quod eidem Auguſto de tot & tantis victoriis per eum habitis congauderent. ad eundem Auguſtum direxerunt: quos ad ſe veniẽtes magnificè & benignè, more ſuo, recepit, & largis muneribus prævenit. & quia penes ipſum ſub ſpecie ovina, ſed mẽte lupina diebus pluribus remãſerunt, quamvis ipſe Auguſtus & plures ſui ſatrapæ cognoſcerent apertè, quòd non propter bonum, ſed ut malũ facere vellent, veniſſent, & ad Germaniam declinaſſent: qui valedicto eidem Auguſto, ad propria redierunt.

Audito autem & intellecto, per ipſos Avares & vicinos paganos eorum, quod dicta civilia bella inter patrem & filios præfatos horrendè nimium orta extitiſſent, & tunc per totam Germaniam vires aſſumerent: ita quod dux Lotharingiæ illius temporis, gener Au-

guſti

A guſti ipſius, nec non archiepiſcopus Moguntinenſis, & dictus comes Everhardus, qui pręfato Heinrico regi dicto inſignia veterum regum Franciæ attulerat, ut præfertur, & multi alii potentes Germaniæ & Galliæ principes partem dicti Ludolphi ducis contra eundem Imperatorem ejus genitorem fovendo, in unũ conſpiraſſent: quodque Imperator illis bellis civilibus adeò vexatus exiſteret, quod eiſdem Ungaris per amplius vi reſiſtere non valeret; diſpoſuerunt magnum exercitum cõgregare, & iterum ipſam Italiam & Germaniam manu potenti ſubintrare; illasq; ferro & igne totis eorum viribus devaſtare: quod ipſũ Auguſtum diu latere non potuit. Unde animoſus contra ipſos conſpiratores crebris bellis inſiſteodo, Deo ſibi aſſiſtente, demum victor extitit ubiq; glorioſus. Ita quòd ipſe filius de civitate Ratiſpona valde potenti & inſigni, in qua pater eum diutina obſidione incluſit, exiens ad ejus genua provolutus veniam petiit de commiſſis, & vix obtinuit. Dictus autẽ dux Lotharingię, cui tunc pręfatus comes Everhardus perſonaliter affuit prope Andernacum, nobile oppidum Colonienſis diœceſis, ſuper eodem flumine Rheni conſiſtens, poſt certam prædam animalium per illos illis factam, per frequentes dicti Auguſti fideles terrore concuſſi, in quodam parvo flumine quod pedeſtres abſq; ponte & navi tranſire credebant, ſuffocati perierunt.

Dictus verò Auguſtus poſtea eundem archi-
B epiſcopum Moguntinenſem tanquam proditorem ejus cœpit, & Abbati regalis mõaſterii Fuldenſis, Mogũtinæ diœceſis, ad cuſtodiendum dedit. tamen habita victoria Imperator cõtra ſuos æmulos & cõſpiratores in ipſa Germania, poſtea eundem archiepiſcopum priſtinæ reſtituit dignitati.

Iſtis itaq; taliter geſtis. prę fati Avates credẽtes adhuc ipſa civilia bella perdurare, cũ magna & terribili multitudine paganorum Auſtriam & Sueviam, & demũ alias quaſdam vicinas Chriſtianorũ regiones quaſi locuſtæ totam terram eorum replentes multitudine trãſierunt, cæde & flamma ipſos Chriſtianos & eorũ eccleſias & loca crudeliſſimè devaſtãdo, nec parcendo ſacto vel ptophão, aut ſexui vel ætati: quod cum crebris & lachrimoſis relatibus, ſcriptisq; ad noticiam dicti Auguſti deveniſſet, cõpatiendo Chriſtianis taliter oppreſſis more ſolito, ſicut cũ eo pietas & miſericordia crevit ab infantia, maximũ collegit exercitũ octo legionũ, & ipſe exiſtens in quarta legione, ut illius ductor & capitaneus gẽeralis aliis ſeptem legionibus ſingulis, videlicet ſingulos Capitaneos duces præpotentes præpoſuit, & in illo exercitu Chriſtianorum, etiam Bohemi & Moravi, ad ejuſdem Auguſti juſſionem, unam legionem habuerunt. Filius verò Henrici ducis Bavariæ fratris dicti Othonis primi, adoleſcens ſtrenuus, Bavarorum præfuit legioni.

Conradus verò dux Franciæ orientalis, fuit pater (ut quidam volunt) Gregorii papę quinti, qui ſepultus jacet in capella ſãcti Gregorii papę in baſilica principis Apoſtolorum, in lapide porphyrio, de quo illa metra ſcripta legũtur: A

Gregorius quintus Francorum regia proles;

Lingua Theutonicus, &c. qui prius Brũo vocabatur, & fuit vir ſanctus, & Deo devotus & pius eleemoſynarius.

Hic Conradus dux admodũ ſtrenuus & virilis, nec non Imperatori linea conſanguinitatis conjonctus cũ ſuis Francis orientalibus, capitaneus extitit. Filius autẽ unigenitus domini ducis Lotharingiæ, nepos ejuſdem Auguſti præmortui, ex ſorore prædicti Auguſti, nomine Guberga muliere celebri & admodũ prudẽte genitus, adoleſcens ſpectabilis, præfuit Lotharingiis & Burgundis: & Arnulphus dux Noricorum & Cariothiæ, cujus ſororem dictus Heinricus dux Bavariæ habebat uxorẽ, eorundem Noricorum & Carinthiorum.

Sunt autem Norici dicti, quorum metropolis Lutzelburga vocatur: qui contra ipſos paganos in auxilium dicti principis convenerunt. Cæteras verò regiones Chriſtianorum per ipſum Auguſtum ſui deputati capitanei ſinguli, videlicet nobiles & potentes, & in armis doctiſſimi, contra ipſos paganos viriliter direxerunt: ſed quia ipſi pagani in arcubus & ſagitta ſufficienter inſtructi, & pugnare conſueti, ſe contra paganos eoſdem alacriter defenſarunt, & cum ſagittis hujuſmodi, quas ad inſtar grandinum, de ſuis pharetris emiſerũt, duas contra eos pugnantium Chriſtianorum legiones ſubitò devicerunt: tertiam verò legionem potentet aggreſſi, etiã illam pro ma- B gna parte ſubitò devaſtarunt. Quod videns ipſe Auguſtus animoſus, ſcilicet quòd jam pagani ipſi ſuæ legioni, in qua ipſemet capitaneus interfuit, appropinquarent, ipſam ſacram lanceam, velut miles fortis animi viriliter apprehendit: & brevi admonitione facta per ipſum, quia tempus artabat, militib. qui circa eum erant. & quibus perſonam ſuam cõmendaverat, ut audacter hoſtes invaderent, & impetus eorum minimè formidarent, memores victoriarum, quas per prius contra ſævos hoſtes & paganos ſæpe & ſæpius reportaſſent. & ut meticuloſi eorum priſtinę glorię derogarent, ipſos paganos audacter invaſit: & cooperante Domino, cum eiſdem ſuis commilitonibus magnam ipſorum paganorũ multitudinem ſtravit prope ipſam civitatem Ratiſponenſem, quæ in finibus Bavariæ ſuper flumen Danubii ſita eſt. ubi maximum & terribiliſſimum bellum commiſſum extitit. ſic reliqui pagani ipſorum Chriſtianorum, eos alacriter cædentium impetus ſufferre non valentes. in fugam converſi, ad diverſas villas campeſtres quãto velocius poterant, hi equites. & alii pedeſtres, abjectis armis, pharetris, arcubus & ſagittis concurrerunt. quo facto ipſe Conradus dux orientalium Francorum, quæ eſt in provincia Germaniæ, dum bello ipſo nimium fatigatus, & poſt habitam victoriam per eoſdem Chriſtianos, galeam de capite ca-

A tecauſa recreationis deponeret, ſubitò ſagitta unius hujuſmodi paganorum perculſus interiit: juxta illud, Summa gaudii luctus occupat. Omnes enim principes capitanei & ſatrapæ Imperialis exercitus, de hoc in immenſum doluerunt, exiſtimantes ſe aliquid non feciſſe, ex quo tantæ probitatis & ſtrenuitatis principem amiſerunt: propterea ipſos fugientes tanto ferventius die noctuq; proſequentes, quotquot eorum invenerunt in domibus vel tuguriis, ea cum illis ignis incendio combuſſerunt: quotq; in viis & territoriis apprehendere potuerunt, peremerunt: & quia tantam multitudinẽ non potuerunt gladio exterminare, multa millia eorum in aquis vehementibus, ſeu aquarum propinquis gurgitibus ſubmerſerũt, & totaliter exterminarunt. Ita quod unus ex eiſdem paganis ad propria non redierit: quorum tameo extitiſſe ultra centena millia Saxonum geſta teſtantur. Duos verò reges ſeu præſtantiores duces eorum paganorum tunc per Chriſtianos victores captivatos, & vivos ex induſtria per eũdem filium Heinrici ducis Bavariæ, fratris dicti Auguſti, uſq; poſt commiſſum bellum reſervatos. Idem Auguſtus, pro eo quod ipſe dux Franciæ orientalis ſagitta ejuſdem pagani ſic percuſſus interiit, ut præfertur, prope dictam civitatem Ratiſponam, fecit in furcis publicè ſuſpendi. in quo quidem bello etiam multi ſancti Antiſtites interfuère, ſcilicet ipſe ſanctus Vdalricus Auguſtenſis epiſcopus: in cujus hiſtoria legitur, quòd hoc in choB ro ſanctorum diu antea hæc victoria dicti Othonis Auguſti præmiſſa fuit, ut ſuperius tangitur, & ſanctus Godehardus Hildesheimenſis epiſcopus, & alii quam plures præſules etiam cauſa brevitatis omiſſi.

Hæc autem gens Avarorum fuit tunc & antè valde crudelis, agreſtis & inculta, & præcipuè Italicis & Germanis valde inimica: quod etiam multa loca in eadem alta Alemannia teſtantur, in quibus etiam olim inſignes urbes aut civitates, quæ poſtea per Hunnos ſeu hujuſmodi Avaros ad ſolum proſtratæ, aut totaliter deſtructæ fuerunt, ut adhuc illic aliquibus muros & foſſata eatundem intuentibus patet.

Dicti autem Othonis primi vexillum, quo utebatur in præliis, Angelus vocabatur: quod & perſonam dicti Auguſti, mille electi milites fortiores, & ad bella committenda doctiſſimi, necnon exercitati, apprimè cuſtodire & circuire ſolebant, etiam tunc in eodem exercitu Imperatoris hujuſmodi ducebatur, qua excellentiſſima per illum Auguſtum ſuosq; commilitones reportata victoria, communis populus acclamabat una voce, ubiq; per civitates, oppida & villas imperii, Vivat in perpetuum pater & liberator patriæ, fidelis ubique noſter rex & ſemper Auguſtus, prout factum extitit ejus patri prædicto, poſt victorias contra paganos, prout ſuperius tactum eſt per eum habitas in nova Saxonia & Thuringia ſupradictas. & ex tunc nunquam ipſi Avares ſeu Ungari fuerunt ita audaces & potẽtes, quòd ad exterminandũ Chriſtianos manu armata Germaniã intrarẽt.

Poſtquam ipſe Auguſtus Otho primus, habita eadem glorioſa victoria, contra paganos ſeu Avares, ut præfertur, aliquantulum in ſua Saxonia quieverat: ecce infauſtum, novumq; malum irrupit, quod proceres & aliquæ civitates regni Francorum Occidentalium contra Ludovicum eorum regem, qui Girbergam ſororem ejuſdem Auguſti relictam prædicti ducis Lotharingi primi ejus mariti, rex ipſe duxit uxorem, & ex qua duos filios procreavit, unanimiter conſpiraſſent, & quendam Hugonem militem ſibi in regẽ elegiſſent, dictus Ludovicus rex, qui erat vir pacificus, probus ſeu imbellis per principem Trecenſem in eadem Francia, de quo rex ipſe ſingulariter confidebat, & ad eum pro auxilio & conſilio confugerat, favore dicti Hugonis captus, & in carcerib. exiſteret detentus. Ipſeq; Hugo archiepiſcopum Remenſem, virum venerabilem, ſuo pontificatu ſpoliaſſet, atq; fugaſſet, ibiq; quẽdam ſuum conſanguineum ſurrogaſſet. propter quod dictus Otho Auguſtus vehementiſſimè conturbatus & compatiens regi amico, taliter à ſuis injuſtè & violenter oppreſſo, illico ſuos oratores ad eoſdem Hugonem & principem, eorumq; complices præſtantiores, ad ipſam Franciam deſtinavit: ipſoſq; rogando & exhortando, ac etiam præcipiendo eis, ut dictum regem captivum à captivitate ſolverent, liberarentq;. Ipſeq;, nec nõ princeps & complices honorificè eum pertractarent: ne ſuper hoc, ſi ſecus fieret, ipſum Auguſtum oporteret contra eos, ipſo amico detento, & taliter injuriato, in virga ferrea providere. Ipſe verò Hugo tunc detentor violentius ipſius regni dicti, atq; ſui principes & complices, imperiales apices ipſis directos, & eoſdem oratores parum aut nihil curantes, in verba contumelioſa cõtra dictum Auguſtum fatuè proruperunt, dicentes, quòd Saxones eſſent effœminati & imbelles, & quòd de ipſis penitùs non curarent, & ſine finali reſponſo congruo ipſos à ſe abire permiſerũt. Qui cum ad ipſum Auguſtum reverſi fuerunt, ſibique ea quæ in Francia fecerunt, & illic eis reſponſa fuerant, per ſingula enarrantes, præfatus Auguſtus jam commotus aſſeruit, quod eiſdem conſpiratoribus cum inſigniis muliebribus pugnatores adducere vellet. quòd ſi vera eſſent quæ Saxonibus cachinnando dixerunt, in effectu ſentire deberent.

Nec mora maximum & potentiſſimum exercitum collegit, cum quo verſus civitatem Remenſem adiit. quæ per eum infra dies paucos capta violenter, & ipſo intruſo archiepiſcopo inde repulſo, ipſum de facto deſtitutum, verum Antiſtitem in ſua ſede reſtituit, quam ex tunc ipſe reſtitutus pacificè poſſedit. & ulterius per aliquas partes Galliæ caſtrametatus, contra eundem Hugonem: ſed ille dicto Auguſto, ut regnum illud ab ipſo defenderet, ſe factis opponere non præſumpſit. In illo exercitu ſinguli ornati, geſtabant ſuper galeis ipſorum colos, cum lino & fuſa erectos: exceptis Abbate novæ Corbejæ prædicto, & ſex patrib. presbyteris ſeu Eccleſiaſticis prælatis, qui de

A mandato dicti Othonis Auguſti ipſius more in eodẽ exercitu præſentes, talia inſignia non portarunt.

Dictus autem Hugo qui non erat de ſtirpe aut poſteritate dicti Caroli regis, ſed novus homo, timens multitudinem armatorum contra ſe venientem, & jam in ipſo regno exiſtentem, cum dicto Auguſto ad pacta devenit. Dictusq; rex ſuper hoc illicò à captivitate liberatus, & ad priſtinam dignitatem regni ejus pacificè repoſitus & admiſſus extitit, dicto Auguſto præſente: & cui quidem regi præfatus Hugo fidelitatis præſtitit juramentum. Et quem quidem Hugonem poſtea, quod tamen non habetur in geſtis Saxonũ, dictus rex ejus teſtamẽto tutorem ſuorum filiorum inſtituit: qui tamen filij poſt deceſſum dicti eorũ patris in pupillari ætate deceſſerunt. ſicq; dictus Hugo ex tunc rex & gubernator remanſit dicti regni Frãciæ: & deſcendentes ab ipſo, etiam reges Franciæ de generatione in generationem permanſerũt hactenus.

Hic habuit filium nomine Robertum. qui & dictus Otho ſecundus ambo adoleſcentuli, ſimul in quodã ſtudio per plures annos in artibus ſtuduerunt, ut legitur in geſtis Saxonũ prædictorum, & ſic probavit rex Franciæ illius tẽporis in effectu, in graviſſima imò extrema neceſſitate conſtitutus. quantum ſibi profuit Imperialis clementia. Meritò igitur regales Frãciæ deberent magis habere præ oculis, quã habuerunt multi eorundem Imperatores &

B reges Romanorum, quorũ exempla nota ſunt.

Cum itaq; taliter hæc acta fuiſſent, dictus Auguſtus ad incremẽtum fidei catholicæ ſemper intentus, ſanctum Adelbertum epiſcopũ prædictum ad ipſam Bohemiam. ad prædicandum verbum Dei, ut illud regnum, tunc ducatus, in fide ipſa perfectè ſolidaretur. quia tunc erant adhuc quaſi catechumeni, & noviſſimè ad ipſam fidem converſi, ut præfertur: nec non ſanctum Othonem epiſcopũ ad ſupradictum regem Vandaliæ, tunc paganum, quæ erat cõtigua Saxoniæ, ſimilem ob cauſam deſtinavit.

Idem quoq; Auguſtus, tunc grandi exercitu ad regnũ Daniæ transfretavit, in quo tunc pagani duntaxat habitabant. Rex verò Daniæ illius temporis, cum Imperatoris adventum præſentiret, navali præſidio ad regnũ Suetiæ, cujus habitatores etiam Chriſtum nõ noverãt, meticuloſus aufugit: ubi tam diu latitavit donec Imperator recederet de Dania: dictus verò Auguſt⁹ in Putia, quæ eſt prima ꝓvincia regni Daniæ. ꝓpe ipſam novã Saxoniam, venerabilẽ Cathedralẽ eccleſiã Othonienſem, de novo ad honorẽ Dei fundavit: & illic epiſcopum et aliquos viros religioſos Deo devotos, ad ſeminãdũ illic verbũ Dei incredulis reliquit: ſed & poſtea Dani, nihilomin⁹ obſtinati etiã, quaſi ꝑ ducentos ãuos in paganiſmo ſeu errore priſtino remanſerunt. interim cum converſis Saxonibus ad eandem fidem varia ſorte bellando. Verùm repetamus altius quædam vetuſtiora acta regni Daniæ. Legitur in veteribus geſtis regum Daniæ, quòd regnum Daniæ incœpit quaſi ꝑ ducẽtos annos ante incarnationẽ Domini: & tamen erant duo fratres præſtantiores in ipſo regno, & ſenior illorum ad regnum aſpirando, duxit quandam generoſam & pulchrã de Saxonia in uxorem, ſeq; regẽ, illamq; reginam ab incolis illarum inſularum tunc tẽporis tyrannicè fecit appellari. & timens quòd frater in hoc ſibi reſiſteret, ſe volens tractu tẽporis vindicare, ipſum doloſè peremit: & ſic ſolus rex permãſit. & ejus filii & nepotes poſt eum, inſulas ipſas, quæ multæ ſunt, ſub regali nomine gubernabant. Tempore verò Auguſti Cæſaris quidã rex Daniæ, Suevo nomine, tantæ fuit potentiæ: quòd ſicut ipſe Auguſtus in Oriente, nec non Aſia & Europa pro parte ſibi & Romanis, terras & dominia ſubdidit longè lateq;: ſic iſte Suevo rex, regnante iſto Cæſare Auguſto, provincias maritimas in Occidentali plaga conſiſtentes, ſcilicet Scotiam, Hyberniam, Angliam, Vualliam & quaſdam inſulas maris illis contiguas, per crebra navalia bella ſibi ſubdidit violenter. ex quo apparet. quòd ipſum regnum Daniæ inter omnia Chriſtianorum regna ſit antiquiſſimum, quodque ipſum Cæſarem Auguſtum in dominum minimè recognovit.

Recolo quondam Albertum ducem Magnopolenſem, Saxonẽ natione, regnum Sueciæ à patre ſuo captum poſſediſſe, & ſibi ſubdidiſſe: ſed illud poſt multos annos per ſuperbiam improvidentiamq; perdidiſſe. Similiter quoque civitates & oppida maritima Saxoniæ eo tempore Vuoldamarum, regem Daniæ valde divitem & potentẽ ſed malignum & ſuperbum, violenter ab eodem regno Daniæ depulerũt illudq; diu tenuerunt: ipſo rege interim per mundum vagante, & vix inveniẽte aliquẽ principem, ſeu aliquam communitatem, quæ eum hoſpitio excipere vellet. veruntamẽ poſt multorum ãnorum curriculum, cauſante proditione aliquorum potentum, ex eiſdem civitatibus & oppidis pecunia corruptorum reverſus rediit & aliquam particulam ejuſdem regni Daniæ acquiſivit: ſed poſtea infra paucos annos vita deceſſit. cui domina Margareta regina Daniæ, Sueciæ & Noruuegiæ, ipſius filia ſucceſſit: quæ tamen & ipſa paulo pòſt deceſſit regno. Quæ quidem regina Daniæ Sueciæ & Noruuegiæ tranquillè præfuit: alioqui illa regna ab eorum origine & ex tunc non poterant concordare: nunc tamen per unum regem Ericum nomine. etiam natione Saxonem ducem gubernantur.

Prædicti autẽ Suevonis regis corpus, ſtolida gens Danorum, cũ proceſſit ad bella cum hoſtibus. ſecum portabat: putans ſe pugnando vincere, cum dicti defuncti corpus intereſſet. quod per plures annos ipſi Dani cõtinuarunt.

Dum autẽ hæ ampliſſimæ & præclariſſimæ res ab Othone Auguſto laudabiliter, ſalutariterq; gererentur, rerum ſcandalum accidit in Romana eccleſia, cui tunc præſidebat Iohannes papa XII Is etenim, licet eſſet nobilis genere. fuit tamẽ ignobilis moribus, & ſuis perverſis operibus cathedram Piſcatoris turpiter

defœ-

A defœdavit. Erat .n. levis & fornicator impudi-
cus, & venator, nec ponderabat tãti officii gra-
vitatẽ: de quo ſui cardinales & multi alii Eccle
ſiaſtici p̄lati & viri catholici audiẽtes illa, totis
præcordiis doluerũt. Ita quòd tandẽ duo eorũ,
ſecretè ipſi ſcripſerunt Auguſto, exhortando
& rogando, ut ob reverentiam Dei & beato-
rum apoſtolorum Petri & Pauli, curare vellet,
ut ſedes Apoſtolica à tam pernicioſo & ſcan-
daloſo viro, quomodolibet mundaretur. Ipſe
autẽ papa Iohan. cognitare, ei qui literas ſcri-
pſerat, tres digitos, quib⁹ eas ſcripſerat, & cã-
cellario ſuo, qui in hoc cõſenſerat, naſum am-
putari fecerat: non erubeſcendo tantum faci-
nus in tam venerabiles viros committere, nec
curavit ꝓpterea à vetitis & illicitis abſtinere.

Quod cum iterum ſentiret Imperator, ita
commotus eſt: nec mora grandem exercitum
congregavit, quem ad Italiam, & deinde recto
tramite duxit Romam. quò cum perveniſſet
circa principium menſis Novembris, nolens
in Chriſtum Domini, ſcilicet papã ipſum, pro-
tervum licet ejus exceſſus eſſent notorii, ſub-
itò aliquid ſtatuere, vel fieri mandare: ſed eum
ſecretè & charitativè monuit, ut à ſordidis &
turpibus factis ſuis de cætero abſtineret, nec
non prout deceret ſummum pontificem vive-
ret, dictosq; cardinales tam graviter offenſos
per ipſum ſibi reconciliari curaret, & multis
ſimilibus per eundem Imperatorem prædicto
papæ dictis. Et papa ſibi promittente, quòd
ſic eſſet omnino facturus, vale dicto, de Roma
B Papiam receſſit: ubi poſtea hyemavit. animo
perſcrutandi & videndi, ſi dictus papa ſuis cõ-
ſiliis & monitionibus acquieſceret, bene a-
gendo de cæterũ, ut promiſerat.

Sed quia durum eſt conſueta relinquere, di-
ctus dominus papa exiſtimans, quòd præfatus
Imperator deinceps Romam non rediret, ma-
la malis accumulando, antiquas ejus turpitu-
dines continuavit audacter. quod cum crebris
dictis & ſcriptis Imperator ſẽtiret de toto cor-
de compunctus, in ſacro quadrageſimali tem-
pore, cum valido exercitu, iterum iter arripu-
it verſus Romam. ſed tunc eum papa non ex-
pectavit ibidem: imò ad Campaniã Roma fu-
giens, vagando in ſylvis & locis abditis, ne ca-
peretur à Cæſaris imperio. diu latitavit in eiſ-
dem. Sed impiger Auguſtus interim Romæ
collegit generale Conciliũ epiſcoporum, Ab-
batum Italiæ, & etiam cleri Romani, juxta
modum Romanum, fieriq; conſuetum: quos
exhortabatur, ut de perpetratis & iniquè per
ipſum Johannem factis dijudicarent, & ſe-
di Apoſtolicæ dignè providerẽt: prout & con-
tigit. Unde prædictus papa Johannes depoſi-
tus fuit in eodem concilio.

Quod rectè factum fuit. Oportet enim pa-
pam eſſe prudentem, providum, modeſtum,
doctum, pacificum, ſcrutatorem, pium, ju-
ſtum, & æquum, & mundum. Nam quomodo
indoct⁹ doctos, immodeſtus modeſtos, immun
d⁹ mundos efficere valebit? Qui ſi pacẽ oderit,
quomodo pacificabit? Aut ſi quis habuerit
manus ſordidatas, quomodo ſordes alterius
inquinati tergere poteſt? Quia ſcriptum eſt: A
Si cæcum cæcum duxerit, ambobus fovea pa-
tebit. Et juxta dictum Catonis: Turpe eſt do-
ctori, cum culpa redarguit ipſum. quia papale
officium non eſt vi rapiendum, verùm cum o-
ratione, devotione & timore Dei ſuſcipien-
dum. Non eſt mirum, ſi tunc mundus inqui-
etatur totus, & conturbatur, quando Roma-
na eccleſia, in qua eſt principalitas correctio-
nis univerſæ Chriſtianitatis, obtinetur ſchi-
ſmate, & turpitudine quomodolibet confun-
ditur. Quia tunc confeſtim accidit, mem-
bra ſibi ſubdita à capitis dolore etiam paſſibi-
liter debilitari. Et cum caput taliter eſt con-
tritum, continuò membra læſa ſunt. Quia cũ
caput ægrotat, cætera membra dolent.

Sed & olim tempore Heinrici quinti Au-
guſti, viguit etiam ſchiſma in Romana eccle-
ſia ſatis magnum, inter Urbanum papam II. &
Guibertum Ravennæ urbis archiepiſcopum:
quod ſchiſma tamen poſtea illa potẽs & glo-
rioſa Domina comitiſſa Mathildis, neptis e-
juſdem Imperatoris, ſedavit. ipſo Urbano pa-
pa remanente: quia canonicè fuit electus &
conſtitutus, & bona vita & piis operibus, nec
non laudabili fama & literarum ſcientia & a-
liis virtutibus adòrnatus, multum à populo,
& ab eadem matrona nobiliſſima, quæ in Ro-
mana patria, multa poteſtate vigebat, ac ma-
gna donaria ad altare, in quo ſanctorum Petri
& Pauli apoſtolorum corpora requieſcunt, e-
idem beato Petro apoſtolo obtulit, amabatur, B
ipſo Guiberto antipapa per clerum & popu-
lum omnino detruſo. De quo ſchiſmate in-
ter alia multa legitur, quòd capite ſic læſo, &
membris marceſcentibus dolore recepto. In
quibus quidem perſonis totius Europæ pax,
bonitas & fides in eccleſiis & monaſteriis, tam
à majoribus quàm à minoribus utiliter infrin-
gebãtur: & baſilica beati Petri per ambas par-
tes detinebatur. ſed homines dicti Guiberti
oblationes altari ſuppoſitas, gladios ſuos ma-
nib. tenentes iniquè arripiebant. Hoc ſchi-
ſma fuit ſedatum Anno Domini 1097. vel cir-
ca, & infrà paucos annos poſtea fuit Hieruſa-
lem obtenta per Chriſtianos.

Cæterùm prædicto Joanni XII. depoſito, ve-
nerabilis vir Leo papa VIII. ſibi ſurrogatus
extitit, ipſe verò Johannes olim papa, ſuis ſce-
lerib. & culpis exigentib. taliter deſtitutus,
nomen & omen papatus amiſit, & priſtinum
nomen recuperavit, quo ante papatum voca-
batur: quod erat Octavianus, in omnib. fa-
ctis ignominioſus, tandem in magna miſeria
& inedia ſeu intolerabili egeſtate deceſſit. Di-
ctus etiam Otho primus Auguſtus civitatem
Leoninam illis temporibus conſtrui fecit, ac
muris & portis communivit, quam ſic muni-
tam, eidem Leoni papæ pro ſe ſuiſque Roma-
nis ſucceſſorib. pontificibus, qui eſſent pro
pro tempore ipſorum ſuorumque curialium
manſione ſeu habitatione in perpetuum con-
donavit ſeu conceſſit. Quibus peractis, ite-
rum Dominus Auguſtus de Roma per ipſam

A Italiam tranſitum faciens, rediit ad ſuam Germaniam ſæpius repetitam.

Subſequenter verò cum dictus Otho primus Auguſtus, tunc in eadem Germania moderamini Reipublicæ & ædificationi eccleſiarum ſolito more inſiſteret, infauſtum novum accepit: qualiter dictus Leo papa per quoſdam nobiles Romanos à papatu ejectus & loco ejuſdem papæ Joannis XII. tunc ut præmittitur defuncti, quidam Benedictus nomine ſibi violenter ſurrogatus extiterit: ſicq; dictus Leo papa eſſet in tribulatione maxima conſtitutus, & quid nam facere deberet, abſque repentino dicti Auguſti auxilio penitus ignoraret, dictusq; intruſus valde potenter papatum obtineret, ſibi munerib' & ꝓmiſſionibus valde multos alliceret clericos, laicos, nobiles & plebejos. Unde Imperator dolés vehemẽter, nec ſinẽs illud ſchiſma diu in eccleſia Romana vigere, denuò validũ exercitum in Germania congregavit, cum quo iterum Italiam petiit, & uſque Romam pervenit. Romani porrò per eundem intruſum ad tuendum ſe cõtra Imperatorem & ſibi adhærentes animati pariter & allecti, ut præfertur, Imperatori portas urbis, ne ipſas ingredi poſſet, fatuè obſtruxerunt: ſibique etiam ac ſuis armigeris ac benevolentibus, ubi poterant, damna plurima inferebant: ſed animoſus Imperator urbem ipſam circumcirca obſidere vallavit, & vineas & oliveta fecit incendi, & agros depopulabatur: ipſa ędificia etiam quæ erant extra mœnia crebris machinarum ictibus conquaſſavit: & tandem tãta fame panis & frumenti penuria cives invaſit, quòd menſura furfuris tantum valuit, ſicut prius menſura grani valere conſueverat. Ideoque ulterius famem ipſam pati non valentes, unanimiter Imperatori portas aperuerũt, ſive veniret iratus, ſive pacatus. Scientes autem Benedictus ſuique complices, quòd Imperator ipſam urbem potenter intravit, illico fugæ ſubſidio, timore regis, cujus ira revera mortis nuncius extiterat, quidam eorum magis potẽtes in Capitolio, quod tunc valde forte erat & munitum, & reliqui complices cum ipſo Benedicto in ſancti Angeli, quod tũc carcer Theodorici nominabatur, ſe incluſerunt. Sed Imperator aſſerens, Me ſic non decipietis veteratores: domus & palatia eorundem Romanorum incluſorum, in ipſa urbe conſiſtentia, etiam crebris machinarum ictibus & per alia inſtrumenta bellica devaſtavit, & demùm etiam ſimiliter Capitolium & caſtra prædicta expugnavit: multos etiam eorundem cõplicum Romanorum decollari fecit, & quam plures ab ipſa urbe proſcripſit, & juxta qualitatem ſuorum exceſſuum animose punivit.

Dictoque Leone verò papa in ſede ſua cum pace repoſito, præfatum Benedictum catenatum ad eandem novam Saxoniam in exilium deſtinavit: ubi mortuus poſtea fuit in oppido Hamburg Bremenſis diœceſis, ut veteres hiſtoriæ teſtantur. Ipſeq; Auguſtus, ne Romanis præſtaret [illegible] occaſio[illegible] ſchiſmatis iterum in Romana eccleſia faciendi, [illegible]ũ Capitolium ignis incendio deſtruxit, præcipiens quòd de cætero nulla munitio ſeu fortalitiũ aliquod in eadẽ urbe conſtrueretur. Sed Otho ſecundus Auguſtus Romanis indulſit, ut illud quod adhuc apparet, Capitolium conſtruerent, poſt prædicti ſui genitoris obitum. Et quia tunc Græci per Siciliam, Calabriam, Apuliam, & terrã Laboris diſperſi, potiſſimè Romanos & Romanum pontificem pluries infeſtabant: quod videns & conſiderans dictus Auguſtus, Imperatori Græco, qui tunc erat, bellum indixit, eumq; more Saxonico diffidavit. Necnon exercitum mittens ad illas partes, Græcos perſequebatur: & multis bellis commiſſis, per ſuos armigeros & auxiliatores, cum eiſdem Grę cis continuè triumphavit.

Timens autem Imperator Græculus, quod præfatus Auguſtus eum tãdem penitus exterminaret, mediantibus multis ſatrapis, pacis pacta inter eos concepta fuerunt. In quibus etiã iſta etiam, quòd dictus Imperator Gręculus ejus inſignia ſeu arma deponere deberet in aliã ſpeciem quàm erant, quibus tunc utebantur ad differentiam Germannorũ: quodq. dictus Otho ſecundus Auguſtus, filius dicti Othonis primi Auguſti, filiã ejuſdem Imperatoris Græcorum Theophilam nomine, duceret uxorẽ, & cum ipſa in dotem ipſas inſulas Siciliam, Calabriam & Apuliam habere deberet: quodque certi limites ſeu fines de cætero inter ipſa imperia eſſent, quibus Imperatores ipſi & eorum ſucceſſores, qui forent ꝓtẽpore, eſſẽt contenti, ne alter alterius jura vel ſubditos, ſicut prius quandoq; contigit, ſub dubio deinceps damnificare aut invadere poſſet. Unde diviſio illa facta fuit taliter, quòd finis Romani imperii eſſet in portu civitatis Brunduſii, quæ civitas ſita eſt in eadem Apulia. Et abinde principium dicti imperii Imperatoris Græculi inciperet, atque per Romaniam & partes vicinas ulterius perduraret.

B

DE OTHONE SECUNDO & tertio.

Iſtis omnibus taliter peractis, & ex ipſis Othone ſecundo Auguſto, & ejus conſorte Theophila, natus fuit Otho tertius Auguſtus. Iſti igitur Cęſares, videlicet Henricus prim' rex, & ejus filius Otho primus, & poſt eũ ipſius filius Otho ſecundus, & poſt illum, ejus natus Otho tertius. Saxones nutrimi Auguſti. Romanum imperium jure hæreditario tenuerũt, ipſe autem Otho tertius juvenis & abſq; prole deceſſit. Cui in eodem imperio ſucceſſit per communem electionem principum Germaniæ & Galliæ, ſanctus Henric' ſecundus Auguſt', filius dicti Heinrici ducis Bavariæ, germani ejuſdem Othonis primi Magni Auguſti: qui & uxor ejus ſancta Cunegundis virgines, pleni piis operibus, permanſerunt. Hic autem Heinricus Auguſtus, fratrem habuit Othonẽ nomine, epiſcopum Auguſtenſem.

Dictus quoque Otho ſecundus, poſt multa bella, quæ pro ipſa fide catholica propagãda cũ paganis ſeu infidelibus & ſchiſ[illegible] [illegible] ge[illegible]t,

A geſſit, & etiam ejus cõſors, in eadem urbe Roma deceſſerunt, & ſub illo lapide porphyrio ante altare ſummum, in quo corpora beatorũ Petri & Pauli apoſtolorum venerabiliter conſervantur, in baſilica principis Apoſtolorum ſepulta eſſe dicuntur.

Dictus autem Otho tertius Auguſtus, qui etiam poſtquam reliquias beati Bartholomæi apoſtoli. & quædam alia venerabilia ſanctorũ corpora, de civitate Beneventana, quam poſt longam ejus obſidionẽ vi cæpit, Romam perduxit, ſimiliter in eadem urbe deceſſit, ſed corpus ſuum abinde ſatis ingenioſè uſque ad urbem Aquiſgrani Leodienſis diœceſis adductũ eſt, & ibi prope ipſum Carolum Magnum regem, dicitur eſſe ſepultũ. Ipſe enim Otho tertius Auguſtus, numero canonicorum venerãdæ baſilicæ beatæ Mariæ Aquiſgrani, in qua ipſius Caroli corpus requieſcit, per eundem Carolum dotatæ, addidit tot canonicos, ſicut erant inibi per eundem Carolum regem inſtituti, & eccleſiam collectam in honorem & ſub vocabulo dicti ſancti Adelberti, pontificis & martyris in eadem urbe Aquiſgrani, nec non monaſterium monialium in Gorſitz, prope urbem ipſam opere magno & laudabili fundavit, & ſatis opulentè dotàvit.

Sed quàm glorioſè iſti quatuor Imperatores, ſcilicet atavus, avus, pater & filius, & poſt eos Heinricus ſecũdus rexerunt. & ipſum auxerunt Romanum imperium, tempus non patitur nos deſcribere. Unde in ſarcophago vel
B epitaphio dicti S. Heinrici ſecundi Auguſti, in quo ejus reliquiæ reconditæ jacent in eccleſia Bambergenſi, (quam ipſe Heinricus ſanctus, ut & plures alias venerandas eccleſias, fundavit, & etiam opulentè dotavit) ſcriptum eſt:

Saxonicum ſtemma cælo terraq; beatum.

Legitur etiam in geſtis Saxonum, quod dũ prædictus Otho primus Auguſtus in Saxonia decederet de omnibus regnis Chriſtianorum, tũc ibi erãt magni & diverſi oratores ad ipſum undiq; deſtinati. quòd nonquam priùs & pòſt, tot & tales nũcii & oratores in ipſa Saxonia viſi fuerint, nec aliquo tempore videbantur. Et tãtus dolor ex obitu ipſius principis Germanis ortus eſt, ac ſi cujuslibet eorũ charisſimus genitor tunc deceſſiſſet: quippe 35. annis tam regno Teutonico, quàm toti imperio imperaverat. Nam Teutonico ſeptendecim præfuit, ut prædicitur, eius patre vivente & eodẽ defuncto, idem regnum & imperium ſimiliter octodecim annis, & aliquantulum per amplius, feliciter & ſtrenuè rexit & gubernavit.

Fuit etiam vindex & juſticiarius magnus, ut patet in multis ipſius exemplis: & præſertim quando Mediolanenſes falſificarunt ejus monetam auream & argenteam, injunxit eis, ut moneta facta de corio uterentur, prout factum fuit extunc ſemper eo vivẽte. Ac de Roma rediens noviſſimè, ac tranſitum faciens per Longobardiã, cognoſcens locum in quo quædam vidua dudum antea ſibi conqueſta fuerat, quòd filia ſua vi rapta fuerat, illam viduã protinus accerſivit, inveſtigando quid nam factũ eſſet de ipſo viro, qui dictã ejus filiam rapuit? A
Qua reſpondente, quod poſtea eſſent in ſimul concordati raptor & filia, & matrimonialiter in ſimul copulati: quæſivit ulterius ubi nã eſſet ille vir? quæ reſpondit. in domo ſervitricis tuæ eſt. Cæſar illico mandavit eum corã ſe adduci. & adductum propter tantum nefas quod ibidem ſpontè confeſſus fuerat, in ſua præſentia decollari fecit. Aſſerens, quòd matrimonia liberè, & non per raptũ virginum, nec violẽtiã fieri oporterẽt. & ſimiles actus ſępius fecit.

Hic etiam cognoſcens multa latrocinia in Italia fieri, ut frequenter, legem edidit, quę in Longobardia deſcripta eſt: quòd inſignes latrones omni die feriata, quæſtionibus ſubjici poſſent: ut ſic tolleretur eis dilatio tẽporis cõponendi mendacia, per quæ poſſent ſe in peccatis fortè taliter qualiter excuſare. Juſtificans eandem legem per illud: Beati qui faciunt judicium & juſticiam omni tempore. ſic Propheta dicente.

Porrò cum quodam tempore, idẽ Otho primus Briſacum oppidum in Elſatia ſuper flumẽ Rheni conſiſtens, quod nunc occupant duces Auſtriæ, obſideret, facta conſpiratione contra eum per aliquos potentes, qui ſecum illic erant, in favorem illorum qui tunc dictum oppidum detinebant, plures illorum conſpiratorum catervatim ab Imperatoris exercitu receſſerunt. Quidam verò comes de Bavaria. etiam de ipſa conſpiratione occaſionem quærẽs, qualiter cum ſuis ſub aliquo velamine ab ipſo Auguſto recedere poſſet, petiit ut certam B
Abbatiam tunc vacantem, multum opulentã, ſibi pro tenendo ſuo ſtatu decẽtius, Imperator commendaret. nam tunc temporis prædictus Imperator, vigore ejuſdem privilegii ſpecialis & ſolẽniter conceſſi. omnes cathedrales eccleſias & etiam monaſteria vacantia abſolutè contulit Eccleſiaſticis perſonis, idoneis & fide dignis quos tales eſſe pro ſua conſciẽtia judicaret: ſicut etiam ipſemet Carolus Magnus, ſuiq; ſucceſſores reges Francię prioribus temporibus facere conſueverant.

Scholion. *Unde legitur, quod tempore illius Othonis primi, quaſi omnes etiam in Alemannia epiſcopi fuerunt ſancti viri: ut ſunt, S. Godehardus, S. Adelbertus, S. Conradus, S. Otho, S. Bernuardus, & multi alii, qui non per pecunias aut preces adepti fuerunt ab Imperatore epiſcopatus. At nunc (pro dolor) contrarium fit. cum enim ad papatum quis gratis & ſine vitio ſymoniæ, ac etiã non per impreſſionem aſſumi debeat, alioquin ſecundum jura non ſit Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus: ſicq; etiam cardinalatus gradus ad honores, ſine interventione precum & pecuniæ, dari conſueverãt. Quæ igitur ratio eſt, quod ipſi cardinales & papa non debeant gratis & liberaliter, abſq; omni interventu pecuniæ, aut promiſſione, vel pacto promovere alios ad epiſcopatus, nec non ad monaſteria & ad alias Eccleſiaſticas dignitates, nõ video. Sed ſi dicitur, quòd papa ſit generalis diſpẽſator omniũ epiſcopatuũ, monaſteriorũ, & aliorum eccleſiaſticorum beneficiorum & bonorum eorundẽ: bene quidem, licet hoc non reperitur in Evangelio & ſacra*

A *ſcriptura, ſive in dictis ſanctorum, tamen tenendũ & credendum eſt, quòd ſolum illud dominiũ ad hoc ſe extendat, quatenus ipſi papa & cardinales ſunt fideles & prudentes diſpenſatores eccleſiaſticorum beneficiorum, dignitatum ac rerum, ut ſicut gratis acceperunt, gratis donent ſeu miniſtrent eiſdem perſonis utilibus & dignis. Et illa eſt veritas, dicant alii quicquid placet eiſdem, & de illis in ſacra Scriptura ſunt exempla & doctrina innumerabiles: & quod ſic fieri debeat, ratio dictat. Ex quo infertur, quod omnes alii, qui alio modo circa ea operantur, ſeipſos & alios qui cum ipſis paciſcuntur, ducunt ad interitum animarum, ut etiam clarè legitur & notatur 40. diſt. c. ſi papa, cum ſimilibus &c. Sed quod ipſi papa & cardinales in hoc tranſgrediuntur præceptum Domini, patet, & ſicut Chriſtus dicit Matth. 23. Alligant onera gravia & importabilia. Et per illud Irritum feciſtis mãdatum Dei, propter traditionem veſtram. Et poſtea: Fruſtra me colunt docentes, doctrinas & mãdata hominum. Item quòd per hoc, non placitum Dei, nec utilitas ſubditorum, ſed commodum proprium quæritur, ſicut multi experti Theologi dicunt. Ex iſto maximi errores in Chriſtianitate, & vehementes diffamationes contra Romanam curiam, nihil heſitantur, & trahuntur in valde pernicioſum exemplum aliorum. Nam valde multi bene literati & bona conſcientia, nec non utiles viri ad acquirendum epiſcopatus, abbatias & alias eccleſiaſticas dignitates, nunc ad ipſam curiã curſitare coguntur. Tenent verò & affirmant multi Theologi, quod non liceat alicui Eccleſiaſtica vel* B *ſeculari poteſtati, etiam quantumvis excellenti, authoritate clavium vel aliàs propter promotionẽ cujuſcunque, ad Eccleſiaſticam dignitatem vel titulum eccleſiaſticum, aliquod temporale commodum petere vel exigere, abſque vitio ſymoniæ & peccato mortali. Quia in Evangelio legitur: Gratis date, quod gratis accepiſtis. Et idem in jure Canonico obſervari mãdatur. Et ibi legitur ratio, ſcilicet quòd gratia, niſi gratis data, nõ eſt gratia, ſed quædã mercantia. Et idem leges aſſerunt, ubi alia redditur ratio, ſcilicet: quis locus demum tutus erit, ſi venerabilia Dei templa pecuniis expugnentur? itẽ rectæ rationi & morali repugnat, non providere dignũ & benemer. tũ gratis, ſed indignũ interveñte pecunia alicui dignitati Eccleſiaſticæ præficere. Igitur nullo modo ac jure poteſt pecunialis promotio fieri, ut ex præcedentibus patet. Quid igitur, ſi ille qui promovere poteſt, legem facit (ut nunc fit) quod quicunque præfici velit tali dignitati, ſolvat medios vel integros fructus unius anni, iſtius dignitatis ante ejus promotionem? Dicunt quidam magni Theologi, quòd ſit hæreſis, tenere vel aſſerere, dictam legem abſque peccato mortali procedere: quia inferior non tollit legem ſuperioris. Et quia ille non poteſt talem legem facere ex ſe quantumcunque, etiã ſtatu vel gloria ſit excellens. Juxta illud Evãgelii: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui majores ſunt, exercent poteſtatem. Nõ ſic erit inter vos: ſed quicunque voluerit inter vos major fieri, ſit miniſter veſter. Et quicunque voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſervus: ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Unde igitur illa poteſtas procedit ſtatuendi & obſervãdi illam legem? Dicas abuſivè, ex diabolica ſuggeſtione, quaſi ſequitur illos, qui ſacros ordines vendunt & emunt: quique epiſcopatus, canonicatus, & plebanatus ſymoniacè acquirunt et vendunt, qui de ſacris importunè exigunt: qui avarè, luxurioſè, vel quomodolibet criminoſe viventes, ſacerdotiĩ polluunt poteſtatem. Illi enim etſi verbis confitentur ſe noſcere Deum, factis tamen negant. Ex quibus infertur, quòd omnes tales promotiones ſunt ſymoniacæ. & illi qui per eas aſcendunt, ſunt in peccato mortali & in damnatione animarum ſuarũ, & juxta Evangelium fures & latrones, qui per oſtium non intrãt, veritate dicente. Igitur quomodo talis promovens pontifex poneret animam ſuam pro ovibus ſuis, aut ſe impenderet, juxta illud Apoſtoli: Et ipſe impendar pro animabus veſtris? Qui pauperem & benemeritum non promovet gratis, cique non concedit Eccleſiaſticum beneficium, quod ab illo petit, & in hæreditate Domini exiſtit, cum ad diſtribuendum talia inter dignos gratis à domino acceperit poteſtatem. Et quod gratis deberet dari gratia per prælatos eccleſiaſticos, & maximè per papam, quia omnibus præeſt, & ditior eſt omnibus ſingularibus prælatis, patet ex geſtis ſanctorũ, & præſertim ſancti Cyriaci, qui ait: Nos gratiam Domini noſtri non pretio offerimus, ſed eandem fide vendimus & exiſtimamus.*

Sed ut ex longa digreſſione ad hiſtoriã Othonis redeam⁹. prædicto comiti illam Abbatiam petenti. Imperator reſpondit: Scriptũ eſt, Nõ debet ſanctũ canibus dari ad manducandum. Quod quęris à me, nõ habebis: vade igitur quò vis, & ſequere cõplices tuos: nec credas, quòd ꝓptèr hoc abhinc recedere velim. Scio enim, ꝙ facile eſt Domino vincere ſic in paucis, ut in multis. B Quo dicto comes ipſe ꝑterritus, ad pedes Auguſti ſe proſtravit, petens humiliter veniam de commiſſis q̃ ſibi clemẽter Imperator indulſit. Nec ab eadẽ ꝓvincia dictus Imperator abſceſſit, donec eam totaliter ſuæ ſubdidit poteſtati, in qua adhuc multa notabilia oppida immediatè Romano imperio ſunt ſubjecta.

Ratio autem, ob quã tempore illius Auguſti & genitoris ſui, nec nõ poſt eos per ducentos annos & ultra, valde viguit Romanũ imperium: & interim fides Catholica, præſertim in Occidentalibus partibus, mirabiliter dilatata fuit. Interim etiã Bohemi & Moravi, & poſt eos Ungari, Dalmatę, Sclavi, Poloni. Pomerani, & poſt eos Dani, Sueci, Norvvegi, & ſubſequẽter Pruteni, Livones, Eſcones, Curoni. Luſati, & multi alii diverſorũ regnorũ & provinciarũ incolę & habitatores tũc pagani (quæ quidem regna & ꝓvinciæ pro majori parte ipſi novę Saxonię ſunt vicinæ.) Imperatoribus & regibus Romanorum fervidis laboribus pro Catholica fide adhuc aſſiduè fideliter laborantibus, ad baptiſmi gratiam pervenerunt.

Sed poſtea diſſẽſione inter Romanã eccleſiã & imperiũ maximè ꝓpter regalia ac tẽporalia, & etiã alia ipſi Othoni primo Auguſto, ſuiſque ſucceſſoribus Romanis Imperatoribus p eãdẽ Romanã eccleſiã cõceſſa, quæ tunc iterum illi Romani pontifices violenter extorta attraxerũt, multi ex Imperatoribus, qui ex tũc fuerũt, maximè propter impotentiam & jurium temporalium diminutionem, non poterant ulterius prævalere. Ita deinceps etiam in arduis factis fidei, prout facere & prævalere prædeceſ-

Digitized by Google

A ſores eorundem ſolebant. juxta illud, Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur. Nec in hoc fefellit illud Boetii: Noſti ne igitur, quod inquit, omne quod eſt, tam diu manere atq; ſubſiſtere poteſt, quamdiu ſit unum: ſed interire & diſſolvi pariter, cum unum eſſe deſtiterit. Poſt hoc enim multi potentes & feroces tyrãni in terris eccleſiæ & imperii crevere, qui nõ poſſunt, quia multum fortiter radicati ſunt, de facili extirpari.

Valde igitur fuit neceſſaria & utilis Chriſtianitati ſupradicta translatio Romani imperii in Germanos facta, & ſine dubio divinitùs ordinata. Nec legitur, nec credendũ eſt, quòd ipſe Otho Auguſtus per ſe vel alium, integros vel medios fructus unius anni, eccleſię vel monaſterii, vel eccleſiaſticæ dignitatis, quam vel quãd alicui contulit, in titulum poſſidendũ, vel aliquod aliud petierit, vel receperit nuquam. Cur igitur fit contrarium per aliquos Eccleſiaſticos? certè eſt mirandum. Et quia forſan in hoc exceditur, vel ritus antiqui non attenduntur laudabiles, militanti eccleſiæ à ſanctis patribus traditi, avaricia ſæculi ſimulante, qualiter propterea ipſa fides catholica proſperetur, magis patet facto quàm ſcripto.

Porro quippe Otho III. Auguſtus, aliud ſchiſma ſuo tempore ortum in Romana eccleſia valde atrociter & amarè vindicavit, & ſedavit: quod itidem quorundam Romanorum potentum, pecunia corruptorum, factione excitatum fuit. Nam ſancto viro Gregorio quinB to. qui fuit etiam natione Saxo, & de regalibus ortus, quiq; etiam in vita & in morte claruit miraculis, per ipſos turpiter à ſede Apoſtolica pulſo Johannem epiſcopum Parmenſem violenter in ſede ipſa intruſerunt. Quod cum Cęſar audiuſſet, tunc in ipſa Germania conſtitutus fortem & potentem collegit exercitum, cum quo uſq; Romam pervenit: & infrà paucos dies ipſo intruſò. cum multis ſuis complicibus per eundem Cæſarem captivato, eundem Johannem exoculatum detruncatis etiam ſibi digitis manuum, & ſordidis indutum veſtibus, necnon ligatum manibus & pedibus, & ſuper aſinum ſeorſim ligatum, per urbẽ duci fecit: ſicq; uſq; ad montem Tarpeiũ, in quo prędictum Capitolium cõſtitit, à ſummo uſq; ad deorſum præcipitati mandavit, unde finaliter ipſe ſymoniacus & ambitioſus, omnium miſerrimus ſuis factis digna recepit: ipſeq; Cæſar multos etiã ex complicibus ſuis vita mulctavit: prædictum verò apoſtolicum Gregorium expulſum ſuo papatui glorioſè reſtituit: Romanosque ſub jurejurando aſtrinxit, quod nullũ deinceps in papã, niſi prius Imperatore conſentiente, recipere ſeu addmittere vellẽt.

Hic autem Auguſtus, poſtea ſede ipſa vacãte, Sylveſtrum papã tertium, qui tunc fuit Ravennatenſis archiepiſcopus, ſublimavit in papam, cui octo civitates in Marchia Anchonitanenſi, quàm diu viveret, pro ejus ſtatu papali tenendo, decentius commendavit, aſſerens: indecens eſſe, quòd papa magiſter ſeu pędagogus ſuis careret bonis tẽporalibus, de quibus honorificè vivere poſſet. Quia idem Sylveſter A vir beatiſſimus, præcipuè in artibus liberalibus peritus ac nobilis philoſophus & mathematicus fuit. Vidi aliquos libros, quorum author ipſe fuit ſubtiliſſimos in philoſophia cõſcriptos. Ob tam eximiã verò eruditionẽ multi Romani ipſum odio habebant, dicẽtes quòd Magus eſſet, nec non magicã artem exerceret.

Ipſe etiam dictavit illam ſequentiã, quæ incipit: Sancti ſpiritus adſit nobis gratia. Et aliã quæ incipit, Dies hodierna. &c. de feſto aſcenſionis Domini: & plures alias ſequentias celebrium feſtivitatum, in dulci melodia ſeu harmonia & dictamine cõpto, nec non ſenſu profundo, quæ antiquis temporibus infrà miſſarũ ſolennia cantari conſueverunt. & adhuc fit in Germania: ſed in Italia, quia gaudẽt brevitate moderni, illæ ſequentiæ in oblivionem tractu temporis devenerunt.

Hic etiam Sylveſter fuit pædagogus, ſeu inſtructor in eiſdem artib domini Othonis III. Auguſti, in quadam celebri univerſitate in Hiſpania, ubi tunc idem Auguſtus tener adoleſcẽtulus juſſu parentum ſuorum ſtuduit in artibus. & quem quidem Sylveſtrum Imperator ipſe primò Remenſem, deinde Ravennatenſem archiepiſcopum & poſtea papam Romanum fieri procuravit. Erat enim Sylveſter ille natione Gallicus, de Arelate in Provincia oriundus, ubi eum tunc ætate juvenili in monachum certi monaſterii ordinis S. Benedicti Otho II. Auguſtus recepit, & deputavit in pędagogum ſeu magiſtrum dicto ejus filio Othoni B III. Auguſto, in artibus erudiendo. Quem dictus Otho tertius, quàm diu vixit, ſemper tenerrimè honoravit & dilexit.

Hic autem Otho III. Auguſtus, ſemper honorando doctos viros & ſcientes, oſſa Boethii Romani magni philoſophi de terra, in qua à tempore Theodorici regis Gotthorum. tãdiu jacuerunt in Papia, exhumari, & in tũba marmorea, in qua adhuc conſervantur, venerabiliter ſuper terram exaltata. recondi mandavit: & hoc in metris ſepulchri Sylveſtri papę. quod videntibus patet in Eccleſia Lateranẽſi & Boethii ſculptis aliqualiter declarata, leguntur.

Hi verò heroes, Heinricus rex pater ejuſdẽ Othonis primi, & ipſi tres Othones qui ſucceſſivè regnarunt, ex ipſo Heinrici ſtipite deſcendentes, fuerũt in artibus liberalibus, & legib. ſufficienter inſtructi. Nec crediderũt iracundiæ, quæ eſt inimica conſilio. Nec victorię quæ de natura ſui eſt inſolens ac ſuperba, ſed ſeipſos vicerunt, qui cæteros vincebant gloria & virtute. Nemo fuit ipſis, quoad Deũ, ad eccleſias & monaſteria multa ædificãda & dotanda, in divini cultus augmẽto devotior, nec in pauperes liberalior, nec juvando clerum in omnibus cũ magnanimitate ſublimior, ac generis nobilitate ac morum probitate, & optimatum artiũ ſtudio, clementia quoq; & quovis alio laudis titulo, bellorum numero & victoriarum varietate præſtantior, quibus erat in infideles & paganos, rebelleſque mentis amplitudo & pertinacia: ſed in Chriſtianos de

A votos & ſubditos clementia, ut in omnibus eis gloria poſſet non injuſtè conferri. Quis igitur laudes eorũ tam re quàm voce mirabiles, plenè valeret ſcribere vel referre? Quoniam fuerunt in magna parte oblivionis caligine obumbrata, quas tamen venerabilia Dei templa, eorum præceptò ac bonis tam largiſluè ac diverſimodè conſtructa pariter & dotata in diverſis partibus, & potiſſimè in Saxonia in quibus ipſorum fundatorũ remanet ſemper memoria, in omnia ſecula enarrabunt.

Veriſimile profectò eſt, quod ſi etiam ita punirentur illi de cætero, qui noviſſimè ſchiſmata in ipſa Romana eccleſia fecerunt & ſuſtentant, ſicut prædictus Otho primus, & poſteũ nepos ejus Otho terti⁹, Auguſti, illos punieverunt, qui ſub Leone VIII. & Gregorio V. ſummorum pontificum prædictorum pontificatu, ſtimulante avaricia & ambitione ſchiſmata excitarunt: quòd tunc facile ad perfectam unionem & reformationem ipſa eccleſia perveniret, quodque tunc aliqui oculos aperirent, & proſpicerent, ne diu in ſchiſmate perſeverantes in locum venirẽt æternorum tormentorũ.

Scholion. *Legitur in geſtis ultra marinis, quòd ab incarnatione domini M X C V. regnante Henrico V. Imperatore & Philippo rege in Francia fuit magnum & horribile ſchiſma in Romana eccleſia inter Urbanum papam ſecundum canonicè electum, & Guidbertum archiepiſcopum Ravennatenſem: cui quidem Guidberto Imperator*

B *ipſe & dux Bavariæ, atq; Romani & plures alii potentes contra eundem Urbanum adhærebant, ipſumq; fovebant: & ſic Urbanus expulſus, & per regiones incedens populum Deo conciliabat. Guidbertus verò ob eccleſiæ principatum turgidus papam ſe oberrantibus oſtentabat, & Apoſtolatus officiũ, licet injuſtè, inter conſentientes exercebat & Urbani facta tanquam irrita vilipendebat, ita quòd duo papæ Romæ præerant tunc etiam: ſed cui eorũ obediretur, à quã pluribus dubitabatur, vel à quo conſilium poſceretur, vel quis ægrotis mederetur. Hi huic illi alteri favebant, prout intellectibus hominum patebat. Urbanus juſtior erat putandus, qui cupiditates tanquam hoſtes ſubjecit. Guidbertus verò erat honore & divitiis opulentus, valde enim ſplendebat. Mirandum igitur, quare ſibi tam locupleti tantum non ſufficiebat, qui etiam ut juſtæ actionis exemplar ab omnibus conſiderari debebat, cur temerè Philopompus invadere præſumſit ſceptrum eccleſiæ? tunc in omnibus partib. Europæ pax, bonitas & fides in eccleſiis & extrà, tàm à majorib. quã minorib. violabantur & omnia mutabantur. Sed illud ſchiſma poſtea illius nobiliſſimæ patronæ, Mathildis nomine, neptis Imperatoris, ejuſdemq; factione quæ in Romana patria multa poteſtate vigebat, ipſumque Urbanũ, ppter ejus bona opera fovebat, terminatũ eſt. Itaq; paulatim illi q. prius Guidberto prædicto adhærebãt, ipſum ſimiliter relinquẽtes, eundem Urbanũ ex tũc pro vero papa habuerunt, hoc autem ſchiſma terminatũ fuit anno Domini M. XCVI. poſt generale concilium in Avernia in Galliis per ipſum Urbanum ſecundum, in Claro monte cum trecentis & decem epiſcopis & abbatibus celebratum. In quo quidem concilio ipſe Urbanus plures fecit ſermones prolixos & comptos, in quibus tandem ordinavit multos ex epiſcopis. Idem Urbanus papa etiam ſeculares poteſtates induxit ad liberandam terrã ſanctam de manib. Saracenorum & Turcorum, qui anno Domini M. XCVII. & etiam paulo antè illuc profecti fuerunt, in numero ſexies centum milium pugnatorum, inter quos centum mille homines loricis, galeis, lanceis, & gladiis & clypeis bene fulciti, quorum duces principaliores fuerunt Hugo Magnus frater dicti Philippi regis, Rupertus dux Normannorum, Rupertus comes Flandriæ, Godfridus de Balion de regno Lotharingiæ, Raimundus comes Provinciæ, Boemundus comes Apuliæ, Stephanus comes Bleſenſis, & quam plures alii capitanei qui in eadem terra ſancta fuerunt, feceruntq; miranda & magnalia. Et primò ceperunt Antiochiam, deinde Jeruſalem, Berytum, Ptolemaida, Cæſaream, Sydonem, Tyrum, Accaron, Ramulam, nec non multas alias egregias civitates & urbes, quæ poſtea pro majori parte per Saracenos ſolo coæquata & deſtructa fuerunt.*

A

Anno Domini M. XCIX. decima quinta die menſis Julii, ipſum Godfridum ducem ob nobilitatis excellentiam & militiæ probitatem, atq; potentiæ modeſtiam, nec non morum elegantiam Hieroſolymitanum regnum in urbe ſancta omnis populus Dominici exercitus ad conſervandum & regendum illud, elegit. Ex quo infertur, quod ſi in iſto generali concilio Conſtantienſi negocia provide dirigantur, ex hoc multa ipſi Chriſtianitati commoda poterunt exoriri, ſicut orta fuerunt in Avernenſi concilio memorato. B

Quare autem tam diuturna ſchiſmata & periculoſa in modernis temporibus vigent in papatu & Romano imperio, & ita vehementer utriuſque poteſtati ubilibet derogatur. S Hildegardis monialis, de Germania nata, dudum Spiritu ſancto inſpirante prædixit: de cujus vaticiniis pauca in teſtimonium veritatis volui præſentibus annotare, prout ſequitur.

Scholion. *Conjectores temporum, & aliqui vaticinantes diſpoſitionem temporum occurrentium, dicunt eſſe in cauſa, quod poſt deceſſum Friderici ſecundi Auguſti, uſq; ad tempora papæ Gregorii XI. eccleſia Romana gaudebat quiete & abundantia divitiarum: ſed illa ipſam præcipitarũt in vitia & peccata, propter quæ iſtud longum ſchiſma ſuſcitatum, ſtatim poſt obitum dicti Gregorii exigentibus peccatis habuerit ortum. Sed multa majoraq; diſcrimina ipſa eccleſia patietur. Addunt etiam, quod ceſſantibus martyriis, paupertate in primitiva eccleſia, & ipſa Romana eccleſia, à Conſtantino & aliis principibus ac populo Chriſtiano ditata ſeu dotata, inceperunt in ea hæreſes & ſchiſmata pullulare, & intruſiones. Et exinde ſubſecuta fuerunt odia & rixæ inter ſummos pontifices & Romanos Imperatores & eis adhærentes, nimium periculoſa, quod à longis temporib. per exẽpla demonſtrarunt. & videtur innuere, quòd illa periculoſa tempora uſq; ad adventum Antichriſti perdurabũt. Sed dicunt prædicti divinatores, quòd ante illud tempus erit quidam papa, qui alterum dividet ab altero, & unam ab alia mixturam in-*

decen-

Digitized by Google

A *decentē, quā tollet divitias ab univerſis prælatis, nihil eis penitus dimittendo, niſi tantūmodo quantum ad ſuſtentationem poſſit ſufficere eorū neceſſitatis. cæteras divitias eorum ordinabit pauperibus erogandas, ut virtus corporalis ad ſanitatem animæ reducatur. Tunc convocabuntur plurimi ad prælationis onera & officia aſſumenda, ſed pauci acceptabunt. Tunc cuncta prælatorum militia per ſanctiones Canonicas extirpabitur. Item paſtores fructum magnum facient animarum. Tunc Iudæi & Saraceni cōpellentur mandata Eccleſiæ & viam veritatis attendere. Plurimæ ſanctæ ordinationes tūc fient & executioni debitæ demandabuntur per eundē papam. In quod cuncta in uſum & rationem bonam ſeu præceptum Evangelicum deducantur. Tunc ipſa vero eccleſia vero ſponſo copulabitur, & eius honeſtatem augebit: tunc ſilebunt vitia, & illicitæ conditiones amplius in eccleſia nō regnabūt. Et tunc hoſtes imperii adverſus eam nequibunt prævalere.*

Mihi tamē videtur, quod comparando ſingulis ſingula, quod durante ſchiſmate prædicto quod nōdum expiravit, magis & magis ipſa Romana eccleſia & aliæ eccleſiæ propter malos rectores obfuſcata & denigrata ſunt, variis exceſſibus & delictis. Quidam etiam dudum vaticinati fuerunt, quod prædictum ſchiſma, in quo modo (proh dolor) ſumus per 36. annos durare deberet, prout tāgitur ſupra, quod illud ſchiſma cauſatum fuerit propter quietem et divitias multimodas in ipſa Romana eccleſia, credendum eſt iuxta illud propheta: Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. vix enim inter
B *divitias effluentes modus ſervatur, & ita vehemēter utrinſq; poteſtati ubilibet derogatur.*

Erat ſiquidem virgo ſancta Hildegardis, fūdatrix & magiſtra monaſterii ſancti Ruperti, quod ſitum eſt apud Bingiam, Moguntinenſis diœceſis, miræ ſanctitatis, apud Deum & homines meriti præcellentis. Hæc floruit tempore Eugenii tertii, Anaſtaſij quarti. Adriani quarti, Romanorum pontificum, & Conradi regis ac Friderici primi Imperatoris temporibus. Quæ in eodem monaſterio ſignis clara requieſcit. Hæc virgo ſacra, reliquit libros poſt ſe, quos de futuris temporibus. illuſtrata divinitùs, cōſcripſit. & eos Pentachronō vel Speculum futurorum temporū nominavit: quos libros recepit & canonizavit Eugenius papa prædictus, in concilio Treverenſi, præſentibus multis epiſcopis Franciæ & Almanniæ. & beato Bernhardo abbate monaſterii Clarevallenſis.

Hæc igitur ſancta virgo in libro divinorum operum, capitulo nono, ſecundæ partis, dicit ſic: Cum peccata hæc in populis ſimul ſe junxerint, ſcilicet odium, homicidium, Sodomiticum peccatum. & alia his ſimilia: tunc conſtitutione legis Dei dividetur Eccleſia, & illa quaſi vidua concutietur. & principes & nobiles & divites per conſimiles atq; per ſuos minores de locis ſuis expellentur, & de civitate in civitatem fugabuntur, nobilitasq; generis ipſorum ad nihilum deducetur, & de divitiis in paupertatem redigentur. Iſta omnia tunc fient, cum antiquus ſerpens varietatem morum & varietatem veſtimentorum in populos ſibilabit: & in prædictis operibus ſemper ſe variabunt. A

Deſcripſit eadē virgo quinq; tempora crudelia, ſub imaginibus quinq; beſtiarum, quas vidit ſtantes ad Aquilonem: quarum prima apparuit ut canis igneus, ſed non ardens. deſignās mordacitatem hominum primi temporis, charitatem Dei (quæ ignis eſt) non habentiū, quorum charitas penitus refrigeſcet. Altera beſtia ut leo fulvi coloris. deſignans homines bellicos illius temporis, non coloris aureæ juſticiæ Dei, ſed fulvas hypocriſi & tyrannide. Tertia, ut equus pallidus, deſignans homines laſcivos & voluptuoſos, ad deſideria ſua cutſitantes: quia qui ruborem fortitudinis amittunt, in pallorem ruinæ ſui confringentur. Quarta, ut niger porcus: quia tūc homines immundiciæ luto ſe involvent. in fornicationibus ſe & ſuos, quos virtutum debebant exemplis regere, fœdiſſimè maculabunt. In legem divinam multas contrarietates & ſchiſmata multa divinorum præceptorum, & in ſanctos homines machinationibus pravis, ſuſcitātes. Quinta. beſtia ut lupus griſeus, quia tunc homines multi cōmittent rapinas, nec nigri nec albi, ſed griſi in ſuis verſutiis & aſtutiis verſipelles, tūc error eorum ab inferno uſq; ad cœlum erigetur. Vidit has beſtias ad Aquilonem, à quo pandetur omne malum. Librum illum, qui eſt unus de multis. nominavit (ut dictum eſt) Pentachronon, quod ſonat de quinque tē- B
poribus: pente enim quinque, & chronon tēpus ſignificat.

Prophetavit etiam eadē virgo ſancta, quòd in fine iſtius temporis primi, laqueus graviſſimi ſchiſmatis & cōfuſionis ſuper omnē clerū & Eccleſiaſticū ſtatū extenderur, ut de patria & locis expellātur. Scripſit etiam, quòd ſicut fides catholica ab incarnatiōe filii Dei per multa curricula dierū ad excelſa ſāctitatis velut per quaſdā ſcalas aſcēdit, & quaſi puriſſimo auro bonorum operū perfuſa & perlucida in veritate & juſticia fulſit: nec ulla indignitate pravorum operū ſorduit ſed in vinculis charitatis perſtitit. Ita in diebus muliebris levitatis, quaſi per quoſdā deſcenſus à juſticia & honeſtate & ſui rectitudine inclinabūtur. Quia radix iniquitatis, & oblivio juſticiæ, & inhoneſtatis ſqualor ſunt exorta. Submittit præterea longum ſermonem, quomodo juſticia coram Deo conqueritur contra prævaricatores rectitudinis, & deſtructores legis, & qui regūt non ratione, ſed voluntate, qui ſeductores magis ſunt q̃ doctores, oppreſſores magis q̃ defenſores: & quòd illi q habent poteſtatē loquendi, ligandi & ſolvēdi, ſuis officiis abutuntur. Et ꝙ turpationis hujuſmodi occaſionē tribuit deſidia & inertia tam ſacerdotii quàm regni.

Ideo poſt multa ſubdit: In illis autem diebus Romani Imperatores à regiæ dignitatis fortitudine, qua prius Romanum imperium ſtrenuè tenuerunt deſcendentes, in gloria ſua imbecilles fient, ita ut imperium in manibus eorum divino judicio paulatim decreſcat

&deſi-

A & deficiat: quoniam ipſi ſqualidi & tepidi, ſerviles & turpes in moribus ſuis exiſtentes in omnibus inutiles erunt, & à populo quidem honorari & venerari vellent: ſed proſperitatem populi non quærunt, & ideo etiam honorari non poterunt. Quapropter etiam reges & principes populorum multorum tunc Romano imperio in defectum diſpergentur. Nam unaquæque provincia & quiſque populus regem ſibi conſtituet, cui obediat, dicens: Quòd Romani imperii latitudo magis ſibi oneri fuit quàm honori. Et poſtquam Imperiale ſceptrum hoc modo diviſum fuerit, nec recuperari poterit. Tunc etiam infula Apoſtolici honoris dividetur. Quia enim nec principes nec homines reliqui tam ſecularis quàm ſpiritualis ordinis, in Apoſtolico ordine nullam religionem invenient, & propter dignitatem nominis illius parvipendent, alios quoq; magiſtros ſeu archiepiſcopos, vel ſub alio nomine in diverſis regionibus ſibi præferent. Ita etiam, ut Apoſtolicus eo tempore, ex diminutione honoris priſtinæ dignitatis attenuatus, tantum Romam & pauca ibi adjacentia loca, vix etiam tunc ſub infula habebit & obtinebit. Hæc autem ex parte per bellorum incurſionẽ evenient, ex parte quoque per commune concilium & conſenſum ſpiritualium & ſecularium populorum perficientur. Illis hortantibus, ut quiſque ſæcularis princeps regnum & populum ſuum muniat & regat. Et ut quilibet archiepiſcopus, ſeu alter ſpiritualis ma-
B giſter, ſubditos ſuos ad rectitudinem eccleſiæ conſtringat, tunc juſticia in ſua rectitudine ſtabit: ita ut homines dierum illorum ad antiquas conſuetudines & diſciplinas, antiquorũ hominum honeſtate ſe convertant, & eas teneant & obſervent, ſicut antiqui illas tenere & obſervare conſueverunt. Multa etiam notabilia de turbulentiis, quibus longè retroactis temporibus damnabiliter vexat' eſt orbis Chriſtianus, eadem virgo ſancta aptiſſimè ſcripſit: & quæ de ſacerdotio & regno præmiſit, vocat defectionem de qua loquitur Apoſtolus. Concludit autem, quia jam venit diſſenſio primum, & nunc poſtremò in regno & ſacerdotio quod citò revelabitur ille filius perditionis Antichriſtus, qui ſe extollit ſuper omne quod dicitur Deus: de cujus ortu & educatione videlicet de ingreſſu, progreſſu & egreſſu, quem Dominus Jesus interficiet ſpiritu oris ſui, eadem virgo ſancta clarè dixit, & quòd ex tunc juxta ſententiam Apoſtoli inſtet dies *Domini*.

Infinita hæc concurrentia, ut creditur, ſpiritu veritatis edocta prædixit. Dudum enim ſermone prophetico dictum erat: In noviſſimis diebus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ. Hæc ſiquidem una de filiabus eſſe dicitur, & fuiſſe, quæ in tempore ſuo in media nebula claruit quaſi ſtella matutina. Corpus ejus exanime in prædicto monaſterio, cunctis petentibus palàm demonſtratur: quod & ego vidi, ut & libros ejus, qui ibidem ſub magna cuſtodia ſunt. & moniales loci iſtius ſæpius libros negant, timentes (ut ab una illarum intellexi) quòd ſpolientur eis violenter. A

Scholion. *Deploratio Romani Imperii. Quia tangitur hic per eandem ſanctam virginem Hildegardim, qualiter imperium propter negligentiam Imperatorum qui fuerũt poſt eam, valde diminuebatur in ejus primævis, robore, ſtatu & honore. Ad quod verificandum, ecce ex ordine rerum opt mo procedit, ut ſub uno Imperatore ſeu rege omnes provinciæ ſibi immediatè ſubjectæ, per ſingulos duces aut Marchiones, aut Lantgravios vel alios principes ſingulæ ipſarum regantur, qui ſinguli præſides pro defenſione regni diligenter ſerviant, & fideles exiſtãt Imperatori vel regi. per hoc enim regnum in fortitudine, divitiis, & pace atq; honorifice ẽtia integrè conſervatur. Quia tunc, juxta verbum Domini, Dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet, Et rurſus. Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur.*

Sed infrà ducentos annos, vel circa, ex impotẽtia, imò verius peſſima negligentia ſeu affectione privata quondam Romanorũ Imperatorum, & infra fines Romani imperii, & quaſi ex quadã cõſuetudine ſeu longiſſima præſcriptione, paſſim introductum eſt, quod unus princeps ſibi ſoli plures vendicaverit, & vẽdicet plures principatus ac provincias notabiles, illoſq; ſui ſucceſſores jure hæreditario tenẽt & uſurpent. Exẽpla ſunt nota. Propter quod, quandocunq; accidit quòd ſi Imperator vel rex injungeret aliquod faciendum, etiam quantumcũq; eſſet juſtũ, tolerabile & honeſtum, regnóq; utile & B *ſubditis, tamen ipſe princeps nõ plus propterea vel minus faceret, quàm ſibi mẽtis ſuæ ſuggeſſerit affectus, ſicq; regnum in ejus ſtatu fortitudine & honore deprimebatur. Et in illo tẽpore ſurrexerunt propterea diuturna & horribilia bella: quia Imperator vel rex per tales uſurpationes, videbatur inter ſuos ſubditos quaſi Zephra ſtare, vel rex fabarum. quia ipſi ſubditi per hoc honores ejus & emolumenta ſibi attraxerunt: ipſe autem ſolo nomine gloriabatur, & quandoq; terrarum imperii grandis devaſtatio propterea ſequebatur. At olim longè alia authoritas & potentia Imperatorũ fuit, ſicut contigit tempore Friderici primi Auguſti, prout ſuperius tactum eſt. Qui Henricum cognomento Superbum, tum præſtantiſſimum principem, electorẽ Imperii, Saxoniæ & Bavariæ ducem, nec nõ comitem Palatinum Rheni, tandem titulo electionis & ducatibus, nec non aliis ſuis dominiis privavit, & extra fines imperii ſui relegavit: non verbalẽ tantum, ſed etiam realem executionem ſuæ ſententiæ faciendo. Sic etiam legimus feciſſe Fridericum ſecundum Auguſtum, nepotem ipſius Friderici primi Auguſti, de duce Auſtriæ ejus temporis, propter multiplices & enormes ejus exceſſus, quem ſententialiter & ſolenniter privavit Auſtriæ & Syriæ ducatibus, illos aliis potentibus ſibiq; fidelibus concedendo, etiam tali executione dictæ ſentent. æ ſubſecuta. Magni.n. vigoris, Imperatoris & regni Romanorum ſententiæ antiquitus eſſe conſueverunt.*

De titulis iſtis abuſus multi ſunt. Verbi gratia, Ladiſlaus Dei gratia Hieruſalem rex & Siciliæ, comes Provinciæ. quæ omnia ſunt excellentes principatus

A *cipatus, & qualibet proprium ducem ſeu præſidem olim habebat. Item Erneſtus dux Auſtriæ, Syriæ, Carinthiæ, & comes Atheſis: quæ omnia ſunt excellentes principatus, & qualibet proprium ducē ſeu præſidem olim habebat: & ſimiliter ſunt juris & proprietatis Imperii. Item, Vuilhelmus marchio Miſnenſis, Lantgravius Thüringiæ & c. & hæc ſimiliter ſunt juris & proprietatis ejuſdem Imperii. Item, Amadeus comes Sabaudiæ, dux Schaloſiæ & Auguſtæ, in Italia marchio, ac Gebennarū comes, ſacriq; imperii vicarius generalis: & hæc omnia ſunt juris & proprietat. imperii memorati. Et multi alii ſunt magnates & potentes, qui ſimiliter uſurpant civitates, principatus & dominia in Germania, Italia, Gallia: & quilibet eorum plus habet in redditibus de illis, quàm habet de reſiduo Imperator vel rex Romanorum.*

Videntes autem tantam negligentiam & deſidiam eorundem recentium regum Romanorum & Imperatorum. regales Franciæ, & poſt illos Florentini, Jannenſes, Senenſes, & Venetiarum & quadam aliæ communitates præcipuè, nec fuerunt nec ſunt deſides, quia meliores & utiliores in redditibus & terris & præſtantiora dominia, juraq; ipſius imperii, in quibus multæ egregiæ ſunt civitates, eis conjacentes, ſibi attraxerunt paulatim, & quietè gaudent de eiſdem: nemine illa corde & animo viriliter, prout deberet fieri, perpendente.

Jacet igitur Imperium, ſicut bona quæ in nullius ſunt dominio, & occupanti juris privilegio conceduntur. Nec etiam deputata eſt aliqua curia B *Imperialis, ad quam pro juſticia conſequenda in cauſis ſubditi imperii accedere, & jura ſua proſequi poſſent. Et niſi Deus tamdiu gubernaſſet imperium, ita tamen quod adhuc aliqua umbra illius appareat, jamdiu propter hanc negligentiam ipſorum modernorum Imperatorum ad nihilum penitus deveniſſet.*

DE EXPEDITIONIBUS HIEROſolymitanis, occupatione & amiſſione Terræ ſanctæ.

VErùm omiſſa hac juſtiſſima querela, dicamus adhuc aliquid de expeditione Hieroſolymitana.

In captione igitur urbis ſanctæ, facta per Chriſtianos ut infrà dicetur, fuerunt iſti principales capitanei: Gotfridus de Buillion dux, cum Teutonicis ſuperioris Alemanniæ & Lotharingiæ, poſtea rex Hieruſalem, ab exercitu communiter electus: Robertus dux Normannorum: Robertus comes Flandriæ, capitaneus Teutonicorum Occidentalium circa mare: Raimundus comes Provinciæ, Boamūdus comes Apuliæ, & Ademarus epiſcopus Bobienſis, cum Gaſconibus & provincialibus. quippe dictus epiſcopus vir Apoſtolicus, benigne ſemper populum confortabat & in Deū roborabat: Boamundum verò ſequebâtur Italici, Siculi, & Appuli. qui poſtea factus eſt princeps Antiochenus: quæ glorioſa civitas Antiochena. per Chriſtianos capta fuit, anno Domini M. XCVIII. die 18 menſis Maii, de qua ſunt hi verſus compoſiti:

Cum fuit urbs capta venerabilis Antiochena, A
Undecies centum, ſi ſubtrahis inde bis unum,
Tunc tot erant anni Domini de virgine nati,
Bis novies octo Gemino ſub ſidere Phœbi

Jeruſalem, quam obſederunt Chriſtiani anno Domini M. XCIX. à ſeptima die menſis Junii, die Veneris, 15. menſis Julii, violenter ceperunt Chriſtiani: appoſitis muris ejuſdem civitatis, machinis, arietibus, ſtrophis, & aliis inſtrumentis bellicis. quod teſtantur hi verſus:

Luci ſeptenæ jam Julius ipſe calebat,
Jeruſalem Franci ab omni gente collecti,
Convallant obſidione. quia tunc cœperunt eā obſidere: ſed cœperunt eam die veneris, qua Chriſtus illic mundum ſua paſſione redemit. Cornubus inſonantibus, cunctis tumultuātibus, & viriliter impetentibus, Adjuva nos Deus clamantibus, vexillum in muri faſtigio ſtatim elevantibus, pagani omnino exterriti per angiportus victorum audaciam ſuā in fugam celeriter cōmutaverunt. omnes enim qui velociter fugeruot, velociter fugati ſunt, Unde verſus:

Enſibus extractis currit gens noſtra per urbem.
Nec cuiquam parcunt, etiam miſerere precanti.
Vulgus erat ſtratum, veluti cum putrida motis B
Poma cadunt ramis, agitataq; ilice glandes.

Nunc ſequitur de Terræ ſanctæ amiſſione: & qualiter Saraceni eam recuperarunt à Chriſtianis violenter, patet in Epiſtola Friderici ſecundi Auguſti ac regis Hieruſalem ac Siciliæ, nec non ducis Sueviæ,

Hic transfretando multum potēter ad Terram ſanctam, Joppen, contra Saracenos propè mare in terra ſancta conſiſtentem, & per dictos Saracenos valde deſtructam. muris & turribus atque foſſatis fortiſſimè reparavit: nec non illic magnum caſtrum & inexpugnabile pro Chriſtianorum tutione de novo fecit. Poſt hæc progreſſus ad urbem ſanctam, ubi reperit Joannem ultimum regem Jeruſalem, hominem pacificum & imbellem, qui Sarracenis & eorum multitudini, qui terras Chriſtianorum illic continuè deſtruxerunt, manu potenti reſiſtere non valebat.

Hujus filiam nomine Iſabellam, Imperator duxit in uxorem, cum qua habuit in dotem regnum Hieruſalem: ex quibus Friderico & Iſabella, natus fuit Conradus rex Jeruſalem & Siciliæ, & dux Suæviæ, pater Conradini & illud Jeroſolymitanum regnum, hæreditario jure ad ipſos, Fridericum ſecundum Auguſtum, & ejus poſteros pervenit. quod tamen ipſi modico tempore poſſederunt: quia ipſe Conradus rex qui erat ſtreouus & potens in armis, valde modico tempore vixit, & in juventute deceſſit: cujus filius unicus ipſe Conradinus, infeliciter pugnando (ut ſuperius tactum eſt)

fraude

A fraude militis de Frangepanis de Roma, ad quẽ confugerat, ad munus dicti Caroli primi regis Siciliæ pervenit: qui eum in adoleſcentia cõſtitutum, Neapoli fecit in foro publico; contra morem regalem, turpiter decollari.

Ipſe autem Fridericus ſecundus Auguſtus, cum grandi & victorioſo exercitu Chriſtianorum remanens illic, & per biennium cum Soldano Babyloniæ, & multis aliis ſatrapis infidelibus in Syria, Arabia & Aegypto longè lateque multa bella commiſit feliciter: qui nbilibet triumphavit, nec non civitates, urbes, caſtra, & ipſam civitatem ſanctam interim bene munivit: & demum ſe in ipſo die Dominicò ramis Palmarum in regem Ieroſolymæ coronari fecit, non ad pompam vel inanem gloriã, ſeu in contumeliam Creatoris, ſed ad laudem ipſius mediatoris inter Deum & homines Jeſum Chriſtum. Per vicos quoq; ipſius urbis ſanctæ, ſolenniter & publicè taliter coronatus inceſſit. Ipſemet etiam Fridericus, ſuas crebras victorias & adverſitates & pericula valde multa, quæ illic ſuſtinuit cum ejus exercitu, deſcripſit principib. ciſmarinis, prout legitur in ejus Epiſtola pulchra, quæ incipit, Lætetur eccleſia.

Et cum hæc agerentur in terra ſancta, Apoſtolicus qui tunc erat Honorius III. qui ipſum Imperatorem habebat exoſum, miſit legatos ſuos ac exercitus armigerorum ad regnum Siciliæ prædictum, ut illud pro Romana eccleſia occuparent. Ipſique legati intrantes, dictũ
B regnum Siciliæ manu forti, quos voluntarios invenerunt & alios debiles ſibi ſubdiderunt. ubi enim erat reſiſtentia fortis, ibi prædicari fecerunt, quod ipſe rex ultra mare deceſſiſſet, quodque ipſi dictum regnum pro vero ejus hærede vellent ad mandata dicti pontificis gubernare. & ſic dictum regnum Siciliæ ſub tali colore, infra breve tempus totaliter occuparunt. Quod cum ſentiret ipſe Imperator, cum paucis ad ipſum regnum Siciliæ rediit, dimiſſo ejus exercitu in dicto regno Hieroſolymitano: cui comitem Cornubiæ de regno Angliæ, virum ſtrenuum & prudentem, ac in armis exercitatum & inſtructum, per opportunè capitaneum deputavit. ipſeq; Imperator poſtquam pervenit ad regnum Siciliæ, prædictum Apoſtolicum inſtanter requiſivit, & legatis hujuſmodi, ut ſibi dictum regnum in pace dimitterent, quod cum ipſi legati & eorum capitanei facere nollent, ipſe cum eis conflixit apud civitatem Trojenſem, in Apulia. & devicit eoſdem.

Scholion. *Iſte papa ad hoc quòd regnum Siciliæ poſſet acquirere, noluit Fridericum ſecundum Auguſtum vivere. Fridericus II. econtrà noluit papam in hoc proficere poſſe, imò dictum regnum pro ſe ſuisq; hæredibus potius vellet obtinere: certant pro incertis, & ſunt incerti de certis: contendunt pro momentaneis, & non laborant pro æternis: currunt quis forſan non comprehendant, remanebit in bivio bravium. non eſt igitur volentium neq; currentium, ſed Dei miſerentis, ad nutum Dei momenta tranſvolant, & cogitationes hominum inanes ſubvertuntur.* A

Et demum per plura bella, illis pro majori parte proſtratis, reliqui turpiter fugerunt, & totum regnum Siciliæ bellando viriliter & conſtanter recuperavit. unde odium non parvum Apoſtolici contra eum in maximum damnum Chriſtianitatis ſuſcitatum eſt.

Quin etiam ultra marinos fideles prius eidem imperio & Imperatori obſequio & favore devinctos, Apoſtolicus ab ejus fidelitate diviſit: quæ diviſio cauſa fuit deſtructionis & amiſſionis dictæ civitatis ſanctæ, & regni Hieroſolymitani. Et ipſe Imperator univerſis mundi principibus ſcribit in epiſtola ſua quæ incipit. Et ſi tam juſta quàm vehemens cauſa doloris fuit in nobis. & ſequitur: Anima tamẽ noſtra propter præteritorum curſuum & futurorum eventuum, motuum in amaritudine poſito, &c. boni nunciũ verbum de terra longinqua ſciẽtis expectat, eoq; magis anxiamur in mente, velut qui ſcimus potius contigiſſe culpa, quàm facto. dudum enim ſpectabili viro Heinrico, comite Cordubiæ, dilecto ſororio noſtro, cum honorabili comitatu nobilium tranſalpinorum, in partibus ultra marinis, vices agente noſtras, de conſilio Magiſtrorũ hoſpitalis S. Johannis & S. Mariæ Teutonicorum & totius Chriſtianitatis exercitus pro parte noſtra, qui jura dilecti filii noſtri Conradi in regem Romanorum electi ſemper Auguſti, & regni Hieroſolymitani hæredis ejuſdem regni, & moderamine fungebatur, cũ Soldano Babyloniæ ſupradicto treugas fideliter & prudenter inivit. Quas magiſter militiæ B domus templi, cum cæteris terræ nobilibus indigenis occaſionem ad ſpeciale noſtræ Celſitudinis odium, non ad commune bonum reſpectum acceptare nullatenus voluerunt: quin potius more diſparium aurigarum in diverſis hinc inde trahendo vehiculum, tandem (prout eventus eorum edocuit) in præcipitiũ demum vectores & ſarcinam deduxerunt. Hæc vos latêre non credimus, fuiſſe præcipuã, imò ſolam originem morbi præſentis, & cauſam quæ Soldanum Babyloniæ continuis etiam poſtmodum injuriis laceſſitum, ad quorundã remota ſuffragia deſperando coegit. Hæc quandoque ciſmarinorum nobilium animos à devotione ſeducunt, qui divinitùs inſpirati ad reliquiarum illius terræ ſalutem votis ardentibus aſpirabant. qui quanquam perſonas & bona exponerent pro prædictis, tamen propterea ab ipſis injuriari indignum exiſtimant & reputant. dum ipſorum conventiones & treugæ deluſoriæ reputantur: propter quod quamplurimum ad ſollicitudinem noſtrã gerentem curã negocii tranſmarini, pervenit pervigil, & continua meditatione penſavimus, qualiter cũ terræ primatibus, licet nobis & noſtræ fidei, ac propter perfectæ diſcordiã inimicitię palliatæ cujuſdã amicitię fœdera traheremus, & potiſſimè cũ Soldano Babyloniæ, quã Terræ ſanctæ diſſidio, pœna majore & hujuſmodi locorũ habilitate vicinior habebatur: ad hęc nullius nos familiaritatis intrinſeca, pro-

cavit

A cavit affectio, ſed proviſione deſperare prędictos neceſſariò cogeremus, & ne particularia metuenda diſſidia ſuas conflare potentias cogerentur in unum, priuſquam temporis opportunitate captata, pacatis Italiæ partibus inter nos & eccleſiam unione ſecuta, quam teſte ſummo judice ambivimus. Quanquam hoſtis humani generis diſcriminibus noſtris avidus ſubtiliter hactenus impedivit, ne unanimibus votis & præſidiis votivis vacare poſſemus. Igitur veſtra circumſpectio ſi Romanum principem & Hieroſolymitanum regem ad iracundiam vehementem, tam ſiniſtri caſus infeſta relatione quadam indignitate commovit, vobis & cæteris viris Eccleſiaſticis, principibus & mundanis in ciſmarinis deliciis exiſtentibus, barbarorum nequitia fides noſtra deprimitur, crudelitate hoſtium fidelium reliquiæ trucidantur, perverſorum injuria pulchritudo templi Domini deturpatur, illic pro fide noſtra ſervanda confligitur, & à vincentibus palma victoriæ, & cadentibus palma martyrii hilariter expectatur. Vobis interim bella geri placuit nullos habitura triumphos.

Fuit igitur Jeruſalem capta per Sarracenos, ut ipſe Fridericus II. tunc temporis Auguſtus lamentabiliter ſcribit eiſdem mundi principibus, in hæc verba: Tunc temporis cordis noſtri nervum pertigerat rumor infeſtus, & ſubitæ nuncius tempeſtatis, qui Goheſminorum peſtem ab originalibus ſedibus, Tartaria clade depulſam, velut molem ingentem per B abrupta montium declivium fulminis ictibus devolutam, in ſanctam civitatem irruiſſe crudeliter nunciavit, quæ fortè deſolationis ſuæ tempore habitatore continuo, ſolito defenſore catervatim undique concurrentibus populis colebatur, dederatque concurſui, famoſi tum loci, longis retrò temporibus à Chriſticolis maxima deſiderata ſecuritas, & ſiniſtris auſpiciis diebus illis obtenta, quarundam occaſione treugarum, quas Soldanus Damaſci & Nahaſar, & Soldanus tracti qui priùs hoſtes etiam adverſarii fuerant, concordiam invicem facientes, ipſam cum Chriſtianis ea conditione fecerunt: quòd totaliter regni Jeroſolymitani terra, quam Chriſtiani poſſederant trans Jordanem, retentis ſibi villis & montanis aliquibus, à Chriſtianis reſtituta, Soldanus eiſdem in expugnatione Babyloniæ deberet aſſiſtere toto poſſe. qua confœderatione, tanquã in ſui perniciem inita, Soldanus Babyloniæ accinctus, prædictam gentem barbaricam Goheſminorum per deſerta vagantem, & velut feram in ſaltibus ante venabula fugientem, ad ſuæ defenſionis auxilium convocavit, qui ſibi reputantes oblatum præſidium potiùs quàm petitum, ad deſignata loca ſubitò non minùs taciti quàm celeres pervenerunt: ut inviſos hoſtes deveniſſe maturius noſtrorum vigilantia noverit, quàm venturos. Sicque factum eſt, ut Chriſtianorum exercitu cum Soldanis prędictis, in finib. terræ Soldani Babyloniæ apud Gazaram commorante, patriarcha Jeroſolymitanus, de partibus ciſmarinis ad partes illas athleta novus acceſſit. Quo ſuperveniente A perfidæ gentis metu, de civitate Jeroſolymitana, unà cum magiſtris domorum hoſpitalium, & militiæ templi, ac univerſis habitatoribus civitatis ejuſdem, tanquam de humano præſidio deſperatis, noctis ſilentio ſalubriter procedentibus verſus Joppem, emenſo ferè jam medietatis itineris ſpacio, ad cujuſdam vanæ ſeu potiùs callidè procuratæ vocis auditum, quæ Goheſminorum natione devicta ſecurum peregrinis & civibus reditum promittebat, homines regionis & incolatus affectione seducti, confeſtim ad victimam potiùs quàm ad patriam redierunt. Nondum eiſdem infra ſepta domorum reſpirantibus à labore, priuſquam ferè ſarcinulas ſuas & itineris impedimenta deponerent: ecce quòd multitudo gentis hoſtilis, quam dinumerare nemo poterat, univerſam faciem terræ occupans, ſic improuiſò, ſic ſubitò continuatis pugnatorum agminibus circumdedit civitatem, ut nec in defenſione præſidium, nec in fuga conſiliũ obſeſſis fidei noſtræ pugilibus laxaretur. Ambigentibus autem eis, cujuſmodi genus mortis eligerent ex prædictis, tandem etſi nulla via ſecurior, ſaltem viſa eſt via dulcior, ut per fugæ remedium aliquos à perſequentium oculis cavernæ montis imminentis abſconderent, & noctis circuitu aliqui manus occidentium feras evaderent, vel ut ſaltem unum ex omnibus cladis & periculi nuncium reſervarent. Non defuit tamen inter tot advenarum hoſtium millia ductor & cognitor viarum indigena, B qui ſufficientes inſidiantium turmas, velut per ſylvarum anguſta venatores per inevitabilia loca diſpoſuit: in quorum manus, quantò celeriùs fugerent, tantò rapidiùs caderent fugientes. Sed fefellit, ô proh dolor, eventus rei miſerandæ conſilium: quia tanquam in rete paratum avibus: ſic omnes ſeptem millia ferè hominum in gladium inciderunt: & teſtantibus ſanguinis occiſorum per valles mõtium, ſicut profluentis aquæ, decurſibus, nulla prorſus extitit pugna, ſed cædes. Infantes autem & virgines in urbem beatam venientes nequiter reduxerunt. Senes, infirmos & debiles & moniales, ad fugæ laborẽ inhabiles, in urbe relictos, in ipſorum, quin potiùs in ipſius Dei noſtri conſpectu, ſepulchro Domini violato, quod fuerat fidei Chriſtianæ viſibile nutrimentum, miſerabiliter occiderunt. Poſt hæc, ad reconciliationem tanti diſſidii, & totius reipublicæ ac fidei Chriſtianæ vindictam, armavit, ut dicitur, univerſaliter omnes Orientalis plagæ Chriſticolas, ut ſic magis proviſa eſſet & tuta religio, Soldanorum Damaſci & Tracti conſortio: quod tamen juſto timore non caret: de quorum eventu velit altiſſimus Deus, pro cujus cauſſa certatur, quod præcurrentis famæ pernicies ſubſequentis rei proſperitate vincatur.

A

DE CONRADO IIII.

OLim verò Conradus quartus Romanorum Imperator, conſanguineus Friderici primi tunc adoleſcentuli, in ſubſidiū Terræ ſanctæ proficiſcitur per Ungariam, Bulgariam & Græciam tranſitum faciendo, cum octuaginta millibus equitibus, galeis, ferreis loricis, clypeis, lanceis, enſibus benè fulcitis, bellatoribus ex Alemannia electis. & in eodem exercitu prædictus fuit Fridericus. Præfatus igitur Conradus Imperator prçveniens, demum poſt multa itineris diſpendia & labores, ad Syriam: ubi reperit exercitum regis Francorum, inductus per capitaneos dicti exercitus Gallicorum, obſedit per plures menſes Damaſcum: & dum eſſet propè victoriam, ita quòd Damaſceni ulteriùs propter defectum aquarum & victualium ſe diutiùs contra exercitum Chriſtianorum conſervare non poſſent: quidam mali Chriſtiani pecunia corrupti per eoſdem Damaſcenos, incœperunt eſſe mediatores, ad tractandum pacem inter obſidentes Chriſtianos & obſeſſos Sarracenos: & in effectu tandem corruperunt Gallicos duces, aſſerentes & mentientes quòd inutiliter ibi ſtarent. quia civitatem obſeſſam, utpote omnibus victualibus & neceſſariis adjutoribus munitam bene, nulla vi capere poſſent: promittentes etiam maximam Biſantiorum ſummam dictis Gallicis, ſi ab eadem obſidione decederent, & recederent à parte hujuſmodi obſeſſorum. & ſic factum extitit. nam prædicti Galli, ſeu hujuſmodi Gallici exercitus capitanei, recepta dicta pecunia, calva occaſione captata receſſerunt ab obſidione prædicta dicto Imperatore cum ſuo exercitu relicto, per tempus aliquod illic remanente. Poſtquā autem Gallici capitanei eādem receptā pecuniā inter ſe diviſerunt, reperierunt monetā illam, per eos receptā à Sarracenis, nō eſſe aureā, ſed de aurichalco ſophiſticato fabricatā. Quo comperto per eundē Imperatorem, poſtquam aliquas terras de eorundem Sarracenorū manibus acquiſiverat, redit ad propria iterum per eandem Græciam, Bulgariam atque Ungariam tranſitum faciendo. Sed more ſuo, Græci fraude & malicia repleti, ordinante dolosè Imperatore ipſorum illius temporis, in terris per quas ipſe Conradus & ejus exercitus tranſitum fecerunt, vendiderunt eiſdem de exercitu, panes ex farina triticea & calce viva decoctos: quos ex improviſo Chriſtiani comedentes, infecti fuerunt, & pro majori parte dietim moriebantur exinde: & peſtis illa diu duravit inter illos, veſcentibus illis de exercitu, & etiam medicis, unde peſtis illa proceſſit. Sed tandem aliqui experti milites de ipſo exercitu violenter inſultārunt quādam terram ejuſdem Imperatoris Græcorum, & captis aliquibus incolis ejuſdem, & ad quæſtionem poſitis, commentum fraudis ejuſdem invenerunt: propter quod magnam vindictam exercuit tunc exercitus antedictus. Dictus Imperator poſt hæc reverſus ad Alemanniam, infra breve temporis ſpacium moritur. Cui dictus Fridericus primus ſucceſſit in regno. Illa tempeſtate durante occupatur regnum Siciliæ, & inſula Trinacriæ, Calabria, Apulia, & terra Laborum, per Romanam eccleſiam, & conceditur ſub tributo Normannis.

A

DE BELLO INTER FRIDERICUM primum & papam.

TUnc temporis fuit ſchiſma in Romana eccleſia, inter Alexandrum papam tertium, & Octavianum quod octodecim annis vel circa duravit, & demum Venetiis ſedatum fuit: quo durante dictus Fridericus Auguſtus intendebat, ſeque præparabat ad recuperandum in Romano Imperio dictas provincias & terras atque dominia. ex quibus dictum regnum conflatū extiterat. Quod ſentientes ipſi Normanni occupatores pro tunc regni præfati, clam Mediolanenſes ad rebellandum eidem Imperatori, magnis promiſſis muneribus mediantibus induxerunt, propter quod ipſe Imperator ita commotus, obſedit Mediolanenſes per quadriennium continuum: & demum fame & ſiti afflictos cives ad deditionem coegit, & civitatem rebellem ſub ejus poteſtatem redegit. Ipſumque tribus Magis & aliorum ſanctorum venerandis reliquiis pluribus ſpoliavit, quas inter devotos epiſcopos, qui ſecum erant in ipſa obſidione diviſit: mandavit tamen, & voluit, quòd nullius civium ſeu incolarum bona auferrent: ſed mœnia urbis captæ ſolo æquavit, ipſamque in Burgis tripartivit. Multos etiam civium prædictorum, qui principaliores erant hujus guerræ terribilis, perpetuò relegavit. B

B

Quibus ſic peractis, Henricus Superbus dux Saxoniæ & Bavariæ, ac comes Palatinus Rheni, & princeps elector, in ſua confiſus potentia, & partem fovens dicti Alexandri papæ contra eundem Imperatorem, qui alteri tunc de papatu contendenti adhæſit, & Imperatori ſe oppoſuit, & multæ inſignes civitates & alia oppida & caſtra, & loca Romani Imperii in Saxonia, Bavaria, Thuringia, & partibus Rheni conſiſtentia, violenter invaſit & deſtruxit: fideles & ſubditos dicti Imperatoris, qui ſibi non adhçſerunt contra eundem Imperatorem, quos potuit, ut ipſius hoſtes crebris excurſionibus & violentiis devaſtavit nihil eorū quæ ad deſtructionem Imperii facere poterant omittendo. quod bellum per novem annos cōtinuè duravit, nec nunquam ſævius bellum civile antè vel pòſt fuit in Germania viſum. Unde tandem Imperator ipſe collecto magno exercitu, ad Saxoniam caſtrametatus eſt: ubi tam diu, auxiliante ſibi tunc temporis Vuoldemaro, rege Daniæ, auro prædivite, atque viribus ac ſubditis præpotente, moram traxit in expugnatione terrarum dicti ducis, quòd demum ipſum vicit, & exauthorizando omnibus divitiis, & titulo electoris, nec non armis ſeu inſigniis privavit, & extra limites Imperii proſcripſit, ac Bavariam cum comitatu Palatini Rheni, in quoſdam parvos marchiones, tunc de Francia orientali, & Germania, nec

non

A non ducatum Saxoniæ, & titulum electionis in principes de Anhald in Saxonia tranſtulit: & inſignem civitatem Lubecenſem in finibus Saxoniæ, & in fronte dicti regni Daniæ conſiſtentem, quæ tunc erat prædicti ducis, Romano Imperio in perpetuum annexuit & univit. Poſt longam obſidionem civitatis ejuſdem, in qna prædictus rex Vuoldemarus præſens fuit, & tunc etiam prædictus Fridericus Auguſtus, duces Pomeraniæ & Stetinenſes ſibi ſubjecit.

Prædictus verò dnx Henricus, taliter humiliatus & devictus acceſſit ad Angliam: & rex Angliæ ipſius temporis, inſignia ſua ſecum diviſit, eique comitatum Pictavienſem in Normannia dedit: ubi Ottho IIII. Auguſtus, de quo in c. venerabilem, de electio. fit mentio, genitus fuit. Poſt hæc omnibus benè diſpoſitis per eundem Imperatorem in Alemannia, & ſucceſſivè concordia Venetiis de ipſo ſchiſmate facta fuit, eodem Imperatore conſentiente, in qua dictum & conditum fuit, quòd ex tunc intra novem annos Imperator ipſe ad recuperationem dictarum provinciarum, ex quibus dictum regnum Siciliæ conflatum fuit, attendere non deberet: Imperator ipſe facta concordia, eundem Alexandrum papam Venetiis, per Marchiam Anchonitanenſem uſque ad urbem aſſociavit, eum in ſede Apoſtolica cum magna devotione ac reverentia collocando.

Unde tunc Imperator ipſe in ſubſidiū Terræ ſanctę cum multis principibus ſibi aſſiſtentibus ab Apoſtolico cruce ſignatus eſt, & infra
B triennium extunc colligendo magnum exercitum, verſus Terram ſanctam profectus eſt, viriliter ac potenter. Quo durante triennio pax inter Imper[illegible]em ex una, & inter ipſos Normannos, [illegible]ilhelmum regem Siciliæ, de ipſis Normannis, qui tunc dictum regnum pro ſe tenuit, ex altera parte facta extitit: ſcilicet quòd Henricus dux Sneviæ, filius dicti Imperatoris, duceret in uxorem dominā Conſtantiam, unicam filiam & hæredem regis ejuſdem. Sicque diſcordiam quæ inter Imperatorem & Normannos, propter occupationem provinciarum ſeu regni hujuſmodi tunc vigebat, eſſet ſedata.

DE EXPEDITIONE HIEROſolymitana Friderici primi.

QUibus peractis, dictus Imperator more Imperiali Romam rediens, cum exercitu magno & recepta benedictione populi abinde recedens, iter recepit verſus Terram ſanctam. & cùm pervenit ad Græciam, recordatus injuriarum & fallaciarum, quas dictus Imperator Græcorum irrogaverat conſanguineo ſuo domino Conrado Imperatori defuncto, ſibique exercitum Imperialem inficiendo & interficiendo eos panibus coctis de farina triticea, & calce viva mixtis inſimul, ut præfertur, quod Imperator Græcorum injurioſè cœpit, & per plures annos detinuit violenter epiſcopum Monaſterienſem, nec non abbatem monaſterii Corbejenſis in antiqua Saxonia, & quoſdam A alios ambaſiatores dicti Friderici Imperatoris, quos dicto Imperatori Græcorum fiducialiter deſtinavit, atque tentavit apud ipſum Alexandrum papam, & ſuos Cardinales per pecuniarum corruptelas dicto ſchiſmate nunc durante in Romana eccleſia: Quòd Germani privarentur Romano Imperio, & ad illud Imperator Græcorum cum ſuis ſucceſſoribus reſtitueretur. Quare Fridericus multas civitates, inſulas & loca munita in Græcia viriliter expugnavit, & tandem ipſum Imperatorem Græcorum in Conſtantinopoli tunc degentem, ad deditionem coegit. Sed pax & concordia poſtea inter eos facta eſt, in qua conditum fuit, quòd Imperator Græcorum eidem dicto Friderico Imperatori pro poſſe auxiliari deberet, ad expugnandum Soldanum Babyloniæ, & hoſtes alios Catholicæ fidei. ſibique & omnibus exiſtentibus ſecum de navigiis & aliis neceſſariis uſque ad Syriam. per Helleſpontum providere deberet, prout fecit. Et ſubſequenter dictus Fridericus Imperator, poſtquam transfretavit Helleſpontum, ſeu ſinum maris qui brachium ſancti Gregorii nuncupatur, cum exercitu ejus equitum aſcendit ad terras, in quibus Iconium ſituatur, ubi tunc Soldanus Iconii reſidebat. Qui audiens adventum dicti Friderici Imperatoris, maximam multitudinem Turcorum contra Chriſtianum exercitum congregavit: qui quidem Turci in plano inſidiantes Chriſtianis, quotquot ex eis apprehenderunt, ſubitò trucidàrunt. Quod cùm B
Fridericus animadvertiſſet, per montana immeabilia ſecum eundem duxit exercitum, in qno filius ſuus junior ejuſdem nominis fuit. Etcùm ſiccum maximis laboribus & periculis tranſitum feciſſet aliquandiu, pervenerunt ad quoſdam præruptos montes, in quibus non patuit aut deſcenſus ad terram, aut tranſitus ulteriùs, niſi ex illius cacumine quis ſe ſicut de cœlo ad terram deorſum præcipitare vellet, unde ſubito inito conſilio, omnes de ipſo exercitu, eorum ſarcinas & arma projicere ad terram, & deſuper jumenta & ſarcinas hujuſmodi quæ ſecum portabant, projicere. ut (ſic opitulante Domino) deſcendere poſſent Nam retrocedere nulla ratione propter inſidiantiū multitudinem præſumebant. Filius autem Friderici Auguſti, cum ſuis, primò de prærupto monte deſcendit in planum: nec mora, ad Iconium properavit, & intravit, ignorantibus civibus & cuſtodibus civitatis, an eſſent Turci, eorum complices, vel Chriſtiani. Et ſtatim Chriſtianis incipientibus interficere, in civitate capta per eos, Sarracenos, indifferenter Sarraceni prædicti fugerunt ad caſtrum civitatis, in quo ipſe Soldanus Iconii perſonaliter reſidebat: & tunc Chriſtiani potiti ſunt dominio ejuſdem civitatis, ſed non caſtri præfati. Et interim Imperator cum reliquis de exercitu appropinquavit, & tandem civitatem ingreſſus eſt manu potenti, adhuc ipſis Turcis inſidiantibus eiſdem Chriſtianis, manentibus veluti in inſidiis in primo loco: nec cre-

A dentibus, quòd Chriſtiani per illos montes tranſire poſſent, ſeu vivere & venire.

Nec mora, ipſe Imperator mandavit fieri machinas & alia inſtrumenta bellica, ad expugnandum dictum caſtrum, quod cùm continuè per unum menſem impugnaſſent, demum tractatus pacis inter eum & dictum Soldanum concepti fuerunt, inter alia continentes, quòd Soldanus ipſe omnibus Chriſtianis illic exiſtentibus provideret de equis, armis, & aliis neceſſariis uſq. ad Terram ſanctam: & omnes terras Chriſtianorum, quas ibi tenuit, redderet liberè Imperatori, & ei cautionem faceret de non offendendo, per ſe vel per ſuos, Chriſtianos qui ad Imperatorem pro tempore declinarent, atque de ipſo venirent, & alia multa: & pro illis firmiter obſervandis, 24. obſides, notabiliores quos habebat in ſuo dominio, dedit. Et tunc victor ipſe ad Syriam præfatam profectus eſt cum gloria & honore. Ubi omnibus per eum in regno Hieroſolymitano & vicinis Chriſtianorum terris etiam tunc benè diſpoſitis, circa feſtum Reſurrectionis Dominicæ, cœpit verſus Armeniam inferiorem tranſitum facere: quia Armeni tunc nō erant boni Chriſtiani, ſed diverſis erroribus & hæreſibus infecti & implicati. Et cùm appropinquarent ipſi Armeniæ, faciendo diu tranſitum die noctuque, nihilominùs Turci Orientales eum & ipſius exercitum multifariè moleſtabant: nec permiſerunt quòd Chriſtiani pro ſe & beſtiis eorum per viam quam egerunt, emeB re & acquirere victualia poſſent, interficiendo eos quos apprehendere ſeu habere poterāt. Propter quod ira commotus Fridericus Imperator, plures de illis obſidibus illic fecit decollari. Cumque res Chriſtianorum taliter agerentur in partibus illis, ipſe Fridericus Imperator, juxta quoddam parvum flumē veniens, quod ſuperiùs apparuit tepidum ſolis calore, ſed inferiùs erat valdè frigidum: & quia toto illo anno ſemper armatus inceſſit, nunquam arma à ſe deponendo, cupiebat in ea aqua ſe lavare, quam dearmando paululum intravit, & ſubitò adeò viribus defecit, quòd vix illi qui penes eum erant, ipſum vivum ex rivo retraxerunt. erat enim inflammatus ex itinere, & pori meatuſque in corpore aperti. quare ex contraria qualitate aquæ frigidæ illud contigiſſe videtur. Cumque paululùm in littore quieviſſet, erigens oculos devotiſſimè ad cœlum, expiravit: ex quo tantus dolor, ululatus & fletus in eodem exercitu, qui continebat ultra centum millia pugnatorum hominum, invaluit, & tota illa die duravit, quòd nunquam talis dolor & planctus auditus eſt in aliqua parte mundi. Sed quid moror? Exercitus ipſius inito conſilio retroceſſit, & rediit ad regnum Hieroſolymitanum, cujus fines jam per plures dietas exceſſerat, ipſum filium Cæſaris ducem reſtituendo. Habebant enim de more ipſe pater & filius, ut in eodem exercitu, aut pater præcederet & filius ſequereretur, vel econtrà.

Nec unquam ſuſtinuerunt, quòd cùm alicujus ſarcina equus vel jumentum aut aſinus caderet, quòd aliquis ulteriùs progrederetur, A niſi priùs à terra, quæ cecidit, eadem ſarcina ſublevata fuiſſet. Et cùm ad Ptolemaidam, aliàs Accaron, tunc inclytam civitatem. idem perveniret exercitus, illic corpus ejuſdem Imperatoris honorificè & decenter Chriſtiani ſepeliunt.

Scholion. Unde ſunt hi verſus:

Jeruſalem luge, complangite quoq; fideles,
Omne genus rerum, cœlum tua lumina claude,
Omnia flete ſimul elementa, quod inclytus autor
Et decus Imperii probi Fridericus obivit,
Per quem facta fuit ſalus Iſrael & peregrinis,
Chriſticolis miſeris, qui tunc fuerant ibi tuti.
Quis modò præſtabit poſt mortē principis hujus
His mœſtis requiem? ſine quo quid ſylva, quid antrum,
Quid colles, valles? nō poſcat vivere quiſquam,
Aut valet, aut poterit inter diſcrimina tanta,
Quo coram ſiluit, tremuit quoq; cūcta poteſtas,
Nunc Acaron modico clauditur in tumulo.

Hujus bella, quæ geſſit varia ſorte cum Mediolanenſibus, ipſos obſidendo continuè per quadriennium, prout ſuperiùs tactum eſt. deſcribit M. Taldeus de Roma in quodam libro ſuo in metro ſubtiliſſimè compoſito, qui etiā continuè obſidioni interfuiſſe teſtatur. Poſtquam autem per ſex menſes exercitus in eadem Terra ſancta in bona proſperitate, dicto filio duce, ſtetiſſet: ſupervenit peſtilentia in ipſo exercitu, ex qua etiam filius ipſe diſceſſit, bonæ indolis, & fortis viribus, ſtrenuus & prudens, ſicut erat genitor ejus: cujus corpus apud oſſa B paterna. etiam regali more honoreque condigno ſepultum eſt. ex tunc negocia Chriſtianorum in partibus illis de malo in pejus continuò pervenerunt.

DE HENRICO VII.

AUdita igitur morte Friderici primi Auguſti, Henricus ſextus, filius ejuſdem Friderici, in regem Romanorum electus, in Roma Imperiale diadema ſuſcepit: & in ipſum Siciliæ regnum profectus, illud ſubitò acquiſivit, habēs uxorem dictam dominā Conſtantiam, & cum ea dictum regnum Siciliꝗ habuit in dotem, qui multùm ſtrenuè rexit dictum regnum, & inſulam Trinacriæ ſeu Siciliæ. Qui poſt crebras victorias contra potentes adverſarios per eum habitas, deceſſit. Ipſe autem Henricus Imperator propter guerras, quas habuit cum Tancredo principe Antiocheno, qui ſe dicebat eſſe heredem regni Siciliæ & quibuſdam aliis de reliquiis ipſorum Normannorum quos devicit & delevit, non ponit perſonaliter ire in ejuſdem Terræ ſanctæ ſubſidium, ſed illic deſtinavit grandem exercitum, cui præfecit archiepiſcopum Moguntinenſem, & ducē Carinthiæ, nec nō ducis Saxoniæ filiū. cujus patrem idem Fridericus Auguſtus privavit & proſcripſit, ut præfertur: & cui aliquas terras idem Henricus Imperator reſtituit, in ipſa Saxonia. Qui quidem exercitus duo caſtra in Arabia cœpit: & deinde rex Armeniæ, qui tunc erat in manibus dicti archiepiſcopi, præſtitit homagium & fidelita-

A delitatis juramentum dicto Imperatori Henrico. Quibus peractis, exercitus ipſe rediit ad Auguſtum. Defuncto verò poſtea dicto Henrico ſexto: Philippus frater ejus in diſcordia in regem Romanorum electus, cum ipſo Otthone quarto Auguſto: Ottho per Innocentium papam tertium coronatus, & Philippus dolo quorundam in Bamberga interemptus eſt. Poſtea exortæ ſunt inimicitiæ eidem Otthoni cum ſummo pontifice Innocentio tertio, qui ei diadema Imperiale impoſuit, pro eo quòd idem Ottho quartus Auguſtus non diu poſt ejus coronationem incepit regnum Siciliæ invadere, volens illud recuperare & acquirere, ac ipſi Imperio Romano applicare Unde præfatus pontifex ipſum Imperatorem excommunicavit. & in ejus odium operam dedit, ut Fridericus ſecundus Auguſtus, tunc juvenculus, rex Siciliæ, dux Sueviæ, in regem Romanorum eligeretur: ſicque maximum & periculoſiſsimum bellum inter eoſdem Fridericum & Otthonem ſubortum eſt, quod uſque ad mortem dicti Otthonis perduravit, & interim etiam negocium ipſius Terræ ſanctæ malè tranſivit.

DE FRIDERICO II.

CUm autem dictus Ottho IIII. etiam in Saxonia deceſſiſſet, per fratrem ipſius Otthonis Imperatoris, quia ſic dictus Ottho in teſtamento fieri præceperat, Imperialia inſignia eidem Friderico II. Auguſto apportata fuerunt:
B & dum aliquandiu imperium, nec non Siciliæ, & alia plura mundi regna, ipſe Fridericus, (quia fuit vir prudentiſſimus) in pace gubernaſſet, ſuſcitatum fuit ſchiſma & odium inter ſummum pontificem & ipſum.

Videns autem Fridericus ſecundus dictus Auguſtus multùm debilitari Chriſtianitatem, in eadem Terra ſancta: pia compaſſione ductus, illuc cum magna claſſe galearum & navigiorũ & armatorum ingenti potentia transfretavit, & ibidem valde benè profecit, prout ſuperiùs deſcriptũ eſt: ac principibus & prelatis Chriſtianis undecunque oriundis, qui illic ſecum erant, de vitæ neceſſariis ac equis & armis largè providit. Sed cùm hoc etiam per duos annos duraſſet, crevit hujuſmodi papale odium contra ipſum. unde negocium Chriſtianorum poſtea deſtructum eſt in partibus illis.

Scholion. Reperitur autem in quibuſdam ſcripturis, quòd Fridericus dictus ſecundus Auguſtus, transfretavit ad Terram ſanctam, & in ejus ſubſidiũ non animo benè pacato cum ſummo pontifice ejus temporis, ſed quaſi coactus pro fide Catholica in partibus ultramarinis, nõ adeò ardenter & viriliter, prout debuit fieri merito, rebusq; ordinatè procedentibus, præcipuè contra Soldanũ Babylonia laboravit: imo concordiam ſeu treugas decennales clanculo fecit, irrequiſitis patriarcha Hieroſolymitano, ſedis Apoſtolicæ legato tũc in partibus illis, nec non magiſtris hoſpitalium ſancti Joannis templariorum, atq; beata Maria Teutonicorum, aliisq; magnatibus: quorũ intererat partium prædictarum, & prout hæc latè ſcripta fuerunt in ſpeciedom. no Gregorio papæ nono, pontificatus ſui anno tertio. Quiq; propterea ipſius Imperatoris progreſſus, & tunc magis & magis in Italia, Germania & Gallia diverſis ſuis epiſtolis querelosis, apud reges, principes, nec non pontifices & inferiores poteſtates, prout meliùs ſcivit & potuit, impedivit, dictusq; Imperator in Terra ſancta diſſentiens, cum paucis de civitate Hieruſalem verſus Joppen iter agens, ad ſuum regnũ Siciliæ rediit, ultramarinum negociũ illic in magno diſpendio relinquendo. Licèt frater Hermannus, tunc magiſter ſancti Johannis Hieroſolymitani, amicus Imperatoris ejuſdem, aliud ſcripſit dicto domino papæ, pro excuſatione Imperatoris ſæpè dicti, aſſerens quod multa magna & utilia ibi dictus Imperator fecerit: & majora feciſſet, ſi in bona concordia illuc cum præfato domine papa extitiſſet. & pro certo, ſi dictus Imperator talia fecerat, ut de ipſo ſcribebatur, ipſi papæ de ipſa Terra ſancta quoad treugas ſeu pacem hujuſmodi cum Soldano prædicto, & quadam alia imputabantur eidem, tunc vehementer exceſſit. Sed reperitur totũ contrariũ in authenticis ſcripturis. A

Sed quia Templarii & Acconenſes, ut prætenditur, fuerũt in cauſſa, quod prędictæ induciæ inter eoſdem Fridericũ Imperatorem, & Soldanum Babyloniæ, interruptæ fuerunt, ut ſuperiùs tactũ eſt: ipſi poſtea in ſe vindictam Dei, & pro omnibus duplicia receperunt. Nam ipſe Soldanus Babyloniæ, dictã tunc glorioſam civitatem Ptolemaidam, juxta mare conſiſtentẽ, ac in ea exercitum Chriſtianorũ per mare terramq; aliquandiu obſedit, & demũ vi cœpit: in B qua erant quatuor caſtra unum ſcil. regis Hieroſolymitani. aliud hoſpitalis ſancti Joannis, tertium Venetorum, quartum Piſanenſium. Quæ omnia cum Chriſtianis illis ad terrã per Sarracenos ipſos proſtrata fuerunt, in quibus ultra ſeptem millia Chriſtianorum occubuerunt. & ſolo ipſa civitas coæquata fuit, & penitùs deſolata. Subſequenter verò, poſtquam urbs ſancta, necnõ Ptolemais, Tyrus, Sidon, Cæſarea Philippi, Palæſtina. Tripolis, Edeſſa, Joppe, Antiochia, & aliæ multæ inſignes civitates, & etiam oppida & caſtra munitiſſima, quæ priùs erant Chriſtianorum & diu in eorũ poteſtate, ut & regnum Hieroſolymitanum, paulatim per eoſdem Sarracenos expugnata & capta fuerunt, proh dolor, violenter.

De reliquiis militum Hieroſolymitanorum.

IPſe Fridericus ſecundus Auguſtus ex intimis compatiens Henrico magiſtro, & fratribus hoſpitalis beatæ Mariæ Teutonicorum Hieroſolymæ, quia ſemper erant fideliſſimi & prudentiſſimi pugnatores pro fide Catholica, in partibus illis, in quibus extunc deficientibus ipſis auxiliatoribus Chriſtianis tutò habitare nequibant, eis dedit diverſa loca habitandi in Achaja, in eadem inſula Siciliæ, nec non Italia: & cum hoc dedit Livoniam, Eſconiam, Pruſſiam, Cureniam, & plures alias provincias in partibus Aquilonaribus & prope mare Oceanum, in quibus tunc pagani incolatum habebant. Quas extunc ipſi magiſtri & fratres lon-

A gotemporis tractu crebris bellis obtinuerunt, & ad fidem Catholicam converterunt. Magiſter verò & fratres hoſpitalis ſancti Johannis etiam in Terra ſancta, in quibus erant valde divites & potentes in caſtris & poſſeſſionibus, propter invaſiones & multitudinem ipſorum infidelium nequeuntes per amplius illic habitare: ſed ad inſulam Rhodi in oppoſitum regni Cypri conſiſtentem, reduxerunt.

Scholion. De quibus calamitatibus ſequuntur metra:

Nulla fides rerum ſequitur poſt mella venenum,
Et claudit nox atra diem, nebulaq́; ſerenum:
Ecce Jeruſalem, quam fundavit benè Salem,
Quæ caput eſt fidei, in qua Chriſtus nos liberavit:
Noſtr. ceperunt hanc, & poſt diu tenuerunt.
Heu nuper inculta gens dæmonis, & quaſi ſtulta
De manib. noſtrûm malè tulit, & occupat illam.
Multi nam miſerè de noſtris tunc periêre.
Quodq́; Ptolomaida, Tyro, Sydoneq́; Beritho,
Edeſſa ſimul, Antiochia, Cæſareaq́;
Philippi, Joppe, Gaza, Tripolis, Romuleaq́;,
Atq; Laodicea, tortoſa ſicq́; Gibello
Tarſus, Cilicia, Jericho, Melinaq́; Bethlem,
Arſuth ſicq́; Bara, Turbezel atq; Mara.
Hæ fuerant urbes majores, quas tenuerunt
Cum caſtris, oppidis in partibus ultramarinis,
Tunc Chriſti ſervi (proh) ad Turcos redierunt:
Cujus cauſa fuit capitum diſſenſio grandis,
Et rupta treuga per noſtros ut docuerunt
Scriptura veteres, heu malè, multiplices.
Hinc gemit illa ſatis mater, ut exiſtimo gratis.
B *Nullus enim cogitat, quòd ſibi ſubveniat.*

Prædicti verò magiſtri & milites templi etiam qui diu antea erant potentiſſimi in partibus illis, & in diverſis Chriſtianorum provinciis atq; regnis in Italia, Gallia Hiſpania atq; Portugalia, procurante rege Franciæ qui tunc erat. Nam declinaverunt de terris ultramarinis ad Galliam in eadem tempeſtate. Sed poſtquam aliquandiu reſederunt ibi, & ordo eorum per Clementem quintũ papam una die cõdemnati: multi eorum præſtantiores ſeculari judicio ſeu poteſtate publicè Pariſiis, & in diverſis locis in regno Franciæ miſerrimè combuſti fuerunt, eodem rege Franciæ præcipiente, anno Domini 1307. & ſic milites Templi & eorum ordo hujuſmodi finem habuerunt: cujus cauſſa fuit quòd in odium dicti Friderici Auguſti, factas treugas decennales per ſuum Capitaneũ & exercitum in eodem regno Hieroſolymitano cum Soldano Babyloniæ, illic ipſi & Acconenſes cives conſentire noluerunt: ex qua diſſenſione dicti regni Hieroſolymitani amiſſio & deſtructio ſequebatur. Ex eo tempore non fuit aliquod paſſagium generale, notabile ſaltem, in ejuſdem Terræ ſanctæ ſubſidium efficaciter ſubſecutum: licèt ſuper hoc aliqui ſummi pontifices, poſtea quòd fieret, operam inutiliter dediſſent. Et hujus cauſſa permaximè fuit & eſt, quòd dicta regna Hieruſalem & Siciliæ pervenerunt ad Gallicos, ſic ordinantibus aliquibus Romanis pontificibus pro beneplacito eorundem. Nempe illi regales Gallici, ſcilicet Carolus comes provinciæ, frater regis Franciæ illius temporis, in quem Clemẽs papa IIII tranſtulit ipſum regnũ Siciliæ. non erant de viris illis per quos ſalus facta fuit in Iſrael: ſicuti per duces Sueviæ, qui eadẽ regna Jeruſalem & Siciliæ diligentiùs reſpexerunt, propter quod ſubſequenter ipſa Græcia pro majori parte. & Bulgaria, Boſna, & aliqua alia regna Chriſtianorum vicinorum, ſub ditione Turcorum infidelium pervenerunt: & videtur quòd modica ſit cura regnantibus & potentibus Chriſtianis (eorum pace ſalva) quòd ea de manibus eorundem infidelium eripiant aliquando. In quo tamen illi potentes ſeculi multum errare videntur, juxta illud: Scienti bona facere, & nõ facienti peccatum eſt illi. Omnes enim ad Catholicæ orthodoxæ fidei defenſionem non ſolùm ſacerdotes, obligantur: verùm etiam laici quicunque, equites & pedeſtres. Qui etiam per pugnã corporalem, ſi caſus occurrerit, illi maximè qui ſunt magis idonei, cũ per papam vel Imperatorem aut regem Romanorum aut ducem ſuper hoc fuerunt requiſiti, debent ad hoc unanimiter & conſtanter eſſe parati. Dictus enim Carolus, primus rex Siciliæ, poſtquam Manfredum principem Tarentinorum, & poſtea Conradinum filium, dicti Conradi primi hujus nominis regis Jeruſalem & Siciliæ filiũ mactavit propter guerram ſibi inſidioſè motam per Arragones & Siculos, ac captivitatem filii ſui Caroli regis ſecundi Siciliæ ſubſecutã, & alias calamitates & injurias, adeò mente oppreſſus & puſillanimis tandem factus eſt ut dicitur, quòd mortem ſibi conſtituit, noctis ſub ſilentio ſeipſum laqueo ſtrangulans. Sic tranſit gloria mundi. B

Romani pontifices autores ſunt amiſſa Hieruſalem.

QUERELA DE PRAESENti ſtatu.

EX iſtis paucis etiam colligi poteſt, qualiter crevit fides Catholica in partibus Septentrionalibus, Occidentalibus & Orientalibus, eo tempore quo vigoroſi Imperatores Alemãni Romanum rexerunt Imperium: & qualiter poſtea, orta diſcordia inter aliquos Romanos pontifices & Imperatores. Unde etiam, ac propter aliquorum Imperatorum & regum ſubſequentium effœminatorum & puſillanimiũ negligentiã atq; væcordiam, juxta ipſius beatæ Hildegardis virginis vaticiniũ, defecit paulatim ipſa Chriſtianitas in ipſis partibus Orientalibus, & etiam non parum in Europa, quas nunc Tartari & Turci occupant, velint nolint ipſi Chriſtiani, ſub miſerabili habitantium in eiſdẽ Chriſtianorũ, eorum jugo perpetuæ ſervitutis. Nec ſpes veriſimiliter habetur, q dicti Chriſtiani, per ipſos infideles taliter oppreſſi, in partib. ultramarinis, potiſſimè per auxiliũ Ciſmarinorum Chriſtianorũ ab eadẽ ſervitute unquã valeant liberari. Pullulant.n. tot ſchiſmata & hęreſes in ipſa Romana eccleſia & Imperio, quod de liberanda ipſa Terra ſancta, de manib. impiorũ. ſit ultima quęſtio, ut videtur. Propter quod etiam exiſtimo, pauci Imperatores & reges Romani, qui fuerunt infra ſexaginta annos proximè præteritos, parum aut nihil

cura-

Digitized by Google

A curaverunt jura Imperii Romani (per plures Eccleſiaſticos prælatos, & etiam quoſdam potentes proceres, nec non aliquas civitates in Germania, Italia, Gallia quomodolibet occupata) viriliter & manu forti recuperare, ne fortè illis recuperatis, ac in eorum poteſtate redactis compellerentur facere profectioné ultramarinam, & proficiſci in ejuſdem Terræ ſanctæ ſubſidium, aut alibi pugnare contra infideles ipſos more veteri, ad propagandum & defendendum eandem fidem Catholicam, manu forti ad inſtar ſuorum prædeceſſorum, catholicorum, & ſollicitorum olim reipu. & catholicæ fidei principum prædictorum. Hoc vel maximè lædit remp. quando princeps effœminatus, deſes ſeu iners præſidet illi: quia tunc ejus proceres & armigeri non exercitant ſe ꝓ rep. protegenda, ac ſi non habeant ſupra ſe dominum: & tunc etiam imbelles & effeminati & deſides fiunt, ac inter ſe mutuò guerras & rapinas, cædes & civilia bella committũt, per quæ ipſa reſpublica læditur, & mala plurima ſequuntur. Nunc autem reſtat videre exemplariter parumper, qualiter pagani & infideles, qui modernis temporibus ad ipſam fidem orthodoxam convertuntur, à ſuis Chriſtianis dominis pertractantur. Non eſt mirum igitur, ſi admodum pauci ad fidem noſtram convertuntur, quod ubi credebant pacem corporum & animarum per hoc ſe conſequi poſſe, oppreſſiones, damna & ſupplicia ſine fine reportant: verbi gratia, de gente Samogetarum noviſſimè

B ad fidem, Domino inſpirante, converſa, qualiter de ſuis dominis in toto Chriſtianiſmo côqueruntur: & multorum etiam noviter converſorum ſimiles ſunt querelę gratia brevitatis omiſſæ.

PRUTENORUM QUERELA DE ſuis oppreſſoribus.

UNiverſis mundi principibus & populis Chriſtianis, Seniores populi totaque univerſitas gentis Samogetarum, Audite chariſſimi principes, tam ſpirituales quàm ſeculares, ſingulique magnifici & validi ac nobiles providique viri, fideique catholicæ profeſſores, & in manſuetudine animi ſuſcipite relationem turbatorum & clamores oppreſſorum, qui dudum ſancto ſancto gremio catholicæ fidei ipſius ſe aſſociare ſatagebât, nec ad ipſam deſinunt aſpirare. Non tamen per gubernatores, & quoſdam fratres ordinis Teutonicorum de Pruſſia, nunc de præſenti poſſeſſores terræ noſtræ ad baptiſmi gratiam concitati, adeſſe admiſſi. Ipſi enim olim noſtri gubernatores prædicti cruciferi de Pruſſia poſt aſſumptioné terræ noſtræ, quærentes dũtaxat quæ ſua ſunt commoda & non Dei, cœperunt nos primo paulatim, poſtea gravius opprimere labores ad uſus noſtros fieri conſuetos, ſubtrahere, & noſtrarum poſſeſſiones hæreditatum, quæ à patribus, avis, proavisque noſtris habuimus, pro ipſorum uſibus uſurpare & proventus noſtros minuere, beneficia noſtra tota, cæterasq; utilitates victus noſtri, à nobis contra Deum & juſticiam auferentes, demum autem ad opera ſervilia colla noſtra, natura donante libera, ſucceſſivè cœperunt adjungere, & tandé multijugis oneribus importabilibus nos gravare, ſervis proprietariis ruſticis & tributariis noſtris, ſine juſticia nos privátes. Deinde verò omnibus libertatibus noſtris, venationum, piſcaturarum, & aliis hujuſmodi uſibus nos ſpoliatis, ad terras denique vicinas tam exercendarum negociationum, cæterarumq; neceſſitatum domeſticarum noſtrarum, conſuetum nobis tranſitum prohibent. Similiter & vicinos noſtros nos viſitare cum mercibus, & aliis utenſilibus corporalibus: hujuſmodi admittere nolunt aliaq; multa nobis imponentes onera: quæ ſcriptis & relatibus non poterunt plenè explicari, & hoc videbatur nobis omnibus gravius ſingulis oneribus, quod ſingulis annis, liberos noſtros in obſtagium à nobis obſides requirebant, quos cum eis dare recuſaremus, ob hanc cauſam, quod aliàs prius liberos noſtros in obſtagio habuerunt, ipſi tãdem in nobis impatientes & patientiam non habentes, contra miſerationem pietatis æternæ, conſortes noſtras cum pueris à nobis exigebãt ab ipſis uxorib. noſtris ſeparare nos ſatagentes, ferè ducentorum noſtrorum liberorum, quos habuerunt in obſtagio numero minimè contenti. Audite ulterius, qui juſticiam diligitis, oppreſſionem noſtram enormem, q̃animos noſtros plurimum ſauciavit, ſuper qua flendum eſſet potius quam loquendum: quomodo prædicti gubernatores noſtri, quam plu- B ribus nobilioribus noſtris, & potentioribus terræ noſtræ, quos natura ab origine in artib. bellicis & ſtrenuos, prout experientia teſtatur, conſpicuos conſtituit, & viriles in cœpto ſervitutis jugo, mancipatis tribus nobilibus viris, qui ſe aliqualiter, ne filios ſuos obſtagio exponerent, abſcondebant, cũ duab. captis mulieribus in igne combuſtis, nonnulliſq; viris hujuſmodi ligatis, & cum uxoribus eorum in Pruſſiam deductis, ſeu ſorores, filiasque noſtras juvenculas, ipſi: cruciferi, tevetentia crucis poſtpoſita vi captas, quod dolentes referimus ſtupraverũt, q̃ publicè notoriũ eſt, & poterit comprobari. Nam vir quidam ex noſtris, tantas oppreſſiones per amplius ſuſtinere non valens, quendã cruciferũ circa ſororem ſuam, in eam ſtuprũ exercenté, transfixum gladio notabiliter interemit. O quot lamẽta oppreſſorum inſurrexerunt continuò in ipſa noſtra ꝓvincia, quæ à ſæculis audita non erant? Unde non alia opinionis noſtræ expectatio, & expectationis opinio fuit, ex ſignis paſſumtis, niſi mortẽ crudeliſſimã & damnationẽ ab ipſis noſtris gubernatorib. ſperare, & ipſorũ enſes noſtro cruore debere miſerabiliter rubricari. Ipſi itaq; poſſeſſores, ne dicãtur amplius gubernatores noſtri, ſed oppreſſores, mala malis accumulãtes & adjiciẽtes, coegerũt nos per ſerviles operas, viarũ aſperitates & ſylvas immeabiles, ꝑquas nullus, aut difficilis potuit haberi trãſit᷒, in plão cõvertere trãſibiles vias facere, ꝑquas eo latẽti᷒ nos poſſẽt interimere & necare

A Cum vidiſſemus eos taliter in noſtri exterminium anhelare, his aliiſque in animo revolutis, inter cætera etiam cogitare cœpimus de protectione baptiſmi noſtri, cur & quare nullam eccleſiam in provincia erexerũt, imò nec aliquem præſulem in tota terra noſtra quamvis ſatis ampla conſtituerunt. Cœpimus exinde præſumere, quòd in mortem & deſtructionem noſtram machinati fuerunt, ex qno dimiſſis Dei operibus ad opera ſæculi direxerũt mentes ſuas. Nec occurrit aliquis quem ipſi baptiſaſſent de noſtris, interim quod terram noſtram tenuerunt, præter hos quos inclyti principes domini Vladislaus rex Poloniæ & Alexander, aliàs Witoldus, dux Lituaniæ baptiſârunt. Taliter ergo prædicti cruciferi, ſub nomine defenſorum, offendere nos quærebant, & ſub medici ſpecie includere nitebãtur animam ægrotantis. Conſideret ergo veſtra chariras crudelitatem & inhumanitatem iſtam, quæ nobis magnum metum mortis præbuit, & ab eorundem obedientia nos abduxit. Quapropter ob cupiditatem & ambitionem ipſorum, Deus noluit eis beneficium præſtari tanti honòris, quod ſub gubernatione eorum baptiſati fuiſſemus! & nunc hoc ſentire dignetur veſtra ſerenitas, quòd vota noſtra ad altiſſimi gratiam reducentes ad baptiſmi gratiam, dicto duce Chriſto totis viribus aſpiramus, veſtram humiliter deprecantes claritatem, qualiter ſi ipſi cruciferi aliter, vel alia de nobis fulminate voluerint, illis fidem credu-
B lam ſubtrahere velitis! quinimò vos in orationibus veſtris habentes nos commendatos, ut Deus omnipotens ſpiritu charitatis corda noſtra inflammet, & ad baptiſmi gratiam feliciter & citò nos perducat.

Seniores populi, totaq; univerſitas gentis Samogetarum.

Scbolion. *Terra Samogetarum, aliàs Senogallenſium nominatorum, qui (ut præfertur) de antiquis Saxonibus traxerunt originem, & fertilis ac paſcualis & peroptima, ut ſuperius tactum eſt, mari Oceano verſus Livoniam & Pruſſiam, nec non fluminibus, magnis aquarum decurſibus, fontibus irriguis valde referta, omnibus piſcibus, nec non ſylvis & nemoribus amœnis conſita, & pro nutriendis apibus & ovibus per totum ampliſſima, gaudens temperato aere & ſalubri, unde homines illic habitantes ſunt procera ſtatura, temperati in moribus, & civiles: ſtupra, adulteria, perjuria, furta rapinaſque & violentias præcipuè vitantes, & de bonis eorum honeſtè viventes, venationibus cervorum, & aliarum ferarum ſylveſtrium, nec non aucupationibus volucrum: quorum ibi ingens ſemper habetur copia (admodum inſiſtentes) & ante eorum converſionem ad Orthodoxam fidem noviter factam aliquem ſupra ſe aut inter ſe non habuerunt dominantem, ſed per prudentiores & ſeniores inter ſe electos & juxta eorum conſilia vixerunt circiter quingentos annos & ultra, poſtquam illuc de antiqua Saxonia declinarunt. Sed demum illos Magiſter & frater de Pruſſia, cum adjutorio ducis Livoniæ eorum dominio ſubdiderunt, nec non caſtra & civitates illic facere procurarunt. Sed hoc ipſi Samogetæ patienter ferre nequeuntes, & occaſione captata, ut inferius continetur, ab eorum dominio receſſerunt, ſubjiciendo ſe Vuitholdo memorato.* A

Hactenus in præcedentibus admodum pauca deſcripſi de geſtis Imperatorum & regum Romanorum, quos ſuperius nominavi. Reliqua verò in diverſis Chronicis & codicibus diverſarum nationum latius conſcribuntur. qui enim omnia eorum bella & opera magnifica & notatu digna deſcribere vellet, tempus forrè ſcribendi deficeret, ac volnmen importabile exararet. Hæc verò ideo annotavi, quia pleriſque placere conſuevit virorum fortium, & præſertim Deo ac reipublicæ militantium geſta perlegere, ut in armario mentis ſuæ recondita, memoria teneantur. Per ea enim multi admoniti ſibi de periculis præcavendo vivent alacriter & quietè. Alii enim prædeceſſorum noſtrorum pia mentione moti, qui flore mundi ſpreto firmiter adhæſerunt Domino, dominia, parentes, uxores & poſſeſſiones, & nativã patriã relinquẽtes, in ipſius Terræ ſanctæ ſubſidiũ, indeſinentibus laboribus & periculis, profecti fuerunt. Alii vero Germaniam, & vicinas regiones de graviſſimo jugo paganorum, per crebras pugnas, divina eis ſuffragante miſericordia, liberarunt. Alii etiam partes ipſorum infidelium Chriſtianorum ſubdiderunt: & ipſi noſtri orthodoxi Germani principes, qui verè eidem reipublicæ præſederunt, plantaverunt Eccleſiam in ſanguine ſuo, in Ungaria, Bohemia, Polonia, Dacia, Suecia, Norvegia, Pomerania, Pruſſia, Luſatia, Livonia, & aliis multis & magnis provinciis & terris tunc Chriſtianorum, tunc paganorum, ex quibus Romana eccleſia pro tẽpore non modica ſumpſit incrementa, & adhuc ſuſcipit. B Nec ſanè quiſquam meritò doluerit, quòd ſupradicta translatio Romani imperii de Græcis in Germanos facta fuit. Hoc quippe Dei ordinatione proceſſit. Prodeſt etiam defunctis in Domino, recitatio geſtorum laudabilium eorundẽ. Nam vivi auditis operib. eorum bonis, & devotas fideles animas eorum propterea benedicunt, & eleemoſynas cũ piis orationibus, charitativè pro ipſis impẽdũt.

DE HIEROSOLYMA.

QUia tetigi ſuperius de ipſius Terræ ſanctæ acquiſitione, & ipſius amiſſione, aliquid adhuc, parum tamen, de hac adjicere volui: ſcilicet, quòd perlegẽdo geſta magnifica Chriſtianorum in ipſius Terræ ſanctæ acquiſitione, reperio quòd quotieſcunque ſe luxuria, avaricia, rapinis aut ſuperbia polluerunt, nec compuncti, nec purgati aut confeſſi pugnam cum infidelibus inierunt, aut devicti omnino fuerunt, ſeu pericula & damna graviſſima, in perſonis & rebus incunctanter ſubierunt, unde tandem experti damna & pericula, hujuſ-

A hujuſmodi inito intereos conſilio, ejecerunt ſœminas ah eorum exercitu tam maritatas q̃ alias, ne ſortè luxuriæ ſordibus inquinati, Deo diſplicerent, pariter & perirent. Et illa etiam fœda luxuria, ut quidam autheoticus ſcribit Hiſtoriographus, qui ea tempeſtate, diu in Hieroſolyma morabatur, potiſſima cauſa fuit, q̃ ipſa urbs ſaocta nimium coinquinata à Chriſtianis, per Sarracenos fuit recuperata. Eſt enim. ut aſſeritur, quodam divino latẽte ſecreto, inſitum ipſi, Terræ ſanctæ, quod obſtinatè peccantes Chriſtianos diu ſufferre non poteſt.

Hieruſalem in mõtano loco poſita eſt, rivis, ſylvis, fontibusq; carens, excepto tamen fonte Siloe diſtante ab urbe, quantum eſt quartus jactus arcus, ubi ſufficienter aqna interdum habetur, interdum verò rivus æſtu tenuatus reperitur. Qui fonticulus in vallis fundo, ſub monte Sion, in decurſione decurrentis torrẽtis Cedron, qui tempore hyemali per vallem mediam Joſapbat defluere ſolet. Ciſternæ autem multæ & aquæ in urbe habentur, quæ hybernis imbribus replentur. Extra urbem verò plures inveniuntur, quibus homines & pecora reſocillantur, conſtat autem urbs condecenti magnitudine facta per circuirum, ita ut nec parvitudine nec magnitudine cuiquam faſtidioſa videatur, quæ inferius à muro uſque ad murum, quantum jacet arcus quater ſagittam eſt, habet ſiquidem ab Occaſu turrim Davidicam, utroque latere ſupplentem civitatẽ ac montem Sion, à Meridie paulo minus quã B jacit arcus ſagittam lata eſt. Ad Orientem mõtem Oliveti mille paſſibus ab urbe diſtantem, prædicta ſiquidem turris Davidis uſq; ad medietatem ſui, ab imo ſolido maſſata eſt, & de lapidibus magnis & quadratis & plumbo fuſili A ſigillata quæ ſi bene munita cibariis fuerit, eã quindecim vel viginti homines, ab omni inſultu hoſtium defendere poſſunt. Et ibi templum Dominicum opere compoſitum rotundo, ubi Salomon altare prius inſtituit mirificum, quod quamvis illi priori ſchemati nullatenus eſt comparandum, iſtud tamen opere mirabili & forma ſpecioſiſſima factum eſt, ſepulchrum Domini etiam ſimiliter forma rotunda. quæ nunquam fuit tecta, ſed ſemper foramine paululo architecti ſapiẽtis magiſterii, artificioſè imaginata, hiatu perperuo in ſummo claret aperta: non valeo nec audeo dicere multa, quæ ibi habentur, quæ quidem p̃ſentia, qualia illa fuerunt veruſta, declarant, & ut verificetur illud: Glorioſa de te dicta ſunt, civitas Dei. & rurſus: Jeruſalem quæ ædificatur ut civitas, &c. Ibi etiam habetur rupes quædam, quæ incepit creſcere jam trecentis annis vel circiter elapſis quę cępit oriri per quindecim annos, antequam Chriſtiani urbem ipſam reciperent vel acquirerẽt: ab ipſis infidelibus, ut præfertur. Templum autem Dominicum Sarraceni habẽt in magna veneratione, in quo habent idolum Mahomet nec illud aliquem Chriſtianum permittunt intrare. Hanc urbem Aelius Imperator mirificè decoravit, & ab eo Aelia diu vocabatur. Ipſam etiam reperio Jeruſalem in antiquis ſcripturis, à tempore conſtiturionis ejuſdem, novem vicibus captam, & penè deſolatam, per diverſas natiooes & gentes antiquitùs B extitiſſe.

FINIS.

NICOLAI CUSANI, QVVM HÆC SCRIBERET, DECANI SANCTI FLORINI CONFLUENtiæ, Theol. Decretorumq; Doctoris excellentiſſimi (quippe qui virtute & ingenio tantum profecit, ut Cardinalis Tit. S. Petri ad vincula evaſerit) in treis ſequentes de Catholica concordantia libros, Præfatio.

EXPOSCUNT agitata hujus ſacri Baſilienſis Concilii, quæ fortè in novitate quadam (facilè apud eos qui hujus tempeſtatis ſcriptoribus indubiam fidem etiam in voluntariis præbent) dijudicarentur: aliqua peritiora veterum ingenia, vetuſtate jamdudum abolita, ob eorum qui hoc ævo dies graves ad finem ducunt, & priſcorum illuminatiſſimorum naturam diſparem, palàm facere. Et eo hæc res diſſonantior videtur, quòd minus à teneris annis imbibita, minusque prævisa, quodam excitativo ſuperno influxu, ex conquaſſatione ingeniorum ob exortã diſcordiam definita eſt.

Quis, rogo, ante hos pauculos annos ea dixiſſe abſque nota potuiſſet, quæ nunc fieri conſpeximus, ad manifeſtandam univerſaliorum Conciliorum eminentiſſimam poteſtatem: quæ dudum non ſine maximo publicæ utilitatis ac fidei orthodoxæ diſpendio dormitavit? Videmus autem per cuncta ingenia, etiam ſtudioſiſſimorum omnium liberalium ac mœchanicarum artium, vetera repeti, eaque avidiſſimè quidem, ſi totius revolutionis circulus proximo compleri ſuperaretur, reſumimus tantum graves, nec ſententioſos aucto-

A auctores. Verum & eloquio, ſtylo ac forma literarum antiqua, videmus omnes delectari, maximè quidem Italos, qui non ſatiantur diſertiſſimo (ut natura Latini ſunt) hujus generis Latiali eloquio: ſed primorum veſtigia repetentes, Græcis literis maximum etiam ſtudium impendunt. Nos verò Alemanni, etſi non longè aliis ingenio minores ex diſcrepanti ſtellarum ſitu eſſemus effecti: tamen in ipſo ſuaviſſimo eloquii uſu, aliis plerunque non noſtro cedimus vitio: cum nou niſi labore maximo, tanquam reſiſtenti naturæ vim facientes, Latinum rectè fari valeamus. Non admirentur itaque nationes cæteræ, ſi inſcripta teſtimonia certorum mandatorum legerint. Originalia enim multa longo abuſu perdita, per veternm cœnobiorum armaria, non ſine magna diligentia collegi. Credant igitur qui legerint quòd omnia ex antiquis originalibus, non ex cujuſquàm abbreviata collectione huc attracta ſunt. Non retrahat rogo quẽquam à legendo, incultus ſtylus: apertus enim abſque fuco clariſſimus ſenſus, humiliori eloquio, etſi non avidiùs, faciliùs tamen rapitnr. Verùm quamvis omnibus placere vellem hác collectionem, maximè tamen in hoc ſacro Concilio conſtitutis, & tibi inprimis invictiſſime Deo coronante Imperator noſter Sigiſmunde: ac etiam prædigno Cardinali Juliano, veſtræ nationis manſuetiſſimo legato. Si etenim tantæ & excelſæ utriuſq; poteſtatis ap̃pbatorum judicia pateſcent, nemo ſic laudata

B rectè ſpernere poſſit.

De Catholica concordantia tractaturus, inveſtigare neceſſe habeo ipſam unionẽ, quæ eccleſia fidelis populi catholici dicitur. Et illius eccleſiæ partes unitas, ſcilicet animam & corpus. Unde & prima conſideratio eſt de toto compoſito, ſcilicet ipſa eccleſia.

Secunda, de anima ipſius, ſcilicet ſactatiſſimo ſacerdotio.

Tertia, de corpore, ſcilicet ſacro imperio. Et in qualibet inveſtigabo ex antiquis & approbatis libris, quæ fuerint neceſſaria ad intelligendam ſubſiſtentiam, naturam, compagines, & juncturas cnm membris: ut ſic dulcis & harmonica concordãtia ſciri poſſit, per quam ſalus æterna Reipublicæ terrenæ conſiſtit.

Primi libri capita.

IN hoc primo libro de Eccleſia, inveſtigatio circa infrà ſcripta verſatur.

Cap. I. Quòd Eccleſia conſiſtat ex concordantia omnium ratiocinabilium ſpirituum, per dulciſſimam harmoniam ad Chriſtum, veritatem, viam & vitam, qui eſt ſponſus eccleſiæ.

Cap. II. Quòd hæc colligantia, qua membra ipſius eccleſiæ modo dicta Chriſto uniuntur, habeat graduationes differentes, ſecundum exemplum ſancti Ambroſii, de Magnete lapide & annulis ferreis ſibi invicẽ ſubſtitutis, & per magnetẽ attractis. Ex qua differentia, Hierarchicus ordo inveſtigatur.

Cap. III. Quòd una eſt eccleſia à principio ad finem: ſicut unus Chriſtus, qui ſolus quoniam veritas eſt, per omnes ſcripturas, per ſigna & ſacrificia, loco & tempore congruo exprimitur, licet clariori modo uno tempore quàm alio. Et ibi quomodo graduativè quodammodo, usque in Chriſtum ſucceſſivè, in majori lumine ſanctitatis & veritatis, apparuerunt membra Chriſti, & ſic deſcenſivè uſque in finem. Et quòd paradiſus regnum eccleſiæ ſignificet.

A

Cap. IV. Quòd licet eccleſia triplex ſit, triumphans, dormiens, & militans: tamen ipſa militans variè conſideratur, vel pro traducenda in triumphantem patriam, & eſt prædeſtinatorum, vel Deo in præſenti tempore per fidem & charitatem unitorum, vel per fidem tantum. Et quomodo ſit ſimilis exercitui, & aliis exemplis proportionetur. Et eſt cap. notandum, valens pro evacuatione multorum dubiorum, & reductione errantium.

Cap. V. Quòd eccleſia ex bonis & malis permixta ſit: & quod exercitium malorum, quod ex officio dependet, non caret effectu, quod & de ſignaculo trinitatis in eccleſia militante, ac etiam de ſubordinatione eccleſiæ triumphantis, dormientis & militantis: & ibi de hoc pulchra & notanda.

Cap. VI. Quòd in triumphanti conſideratur unitas, ex Deo, angelis, & animabus ſanctorum. Et quòd militans triumphanti ſubordinatur, quoniam ex ſacramentis & ſacerdotio & populo catholico connectitur: ſacramenta ſubalternantur Deo, ſacerdotium miniſtris, ſcilicet angelis, populi beatis animabus. Et de ipſa colligantia ſubalternali: quomodo ſacerdotium cõjungitur per ſacramenta, quæ Deo proxima ſunt, Chriſto, populus ſacramentis per ſacerdotium, & de graduatione cujuslibet partis: & quomodo in qualibet parte, ſupremus Hierarcha in ſe repræſentativè inferiora comprehendit, & eſt ſingulariſſimum cap. deinde de ſacerdotio ſacro ſingulariter, & primò. B

Cap. VII. Quòd eccleſiaſtica Hierarchia, ordines & gradus ad inſtar angelica habeat. Et ibi exemplo & mixtura, hæc pars manifeſtatur.

Cap. VIII. Quòd trinitas à ſacerdotio conſideratur: ſcilicet ordo, præſidentia, & cathedra, ſicut ſpiritus anima & corpus ſe habentia: & quòd ſicut in ordine eſt Hierarchica graduatio, ſic & in præſidentia, & cathedra: & de ſanctitate ſacerdotii.

Cap. IX. Quòd ſicut ſacerdotium ſubalternatur Deo, ita præſidentialitas angelis: & quòd ſacerdotium per medium cathedræ angelo qui eccleſiæ prælatus eſt, connectitur, ex quo veritas cathedra ſolidatur, & eſt ſingulare.

Cap. X. Quòd efficacia interceſſionalis ſacerdotalis officii juvatur ex cõtinuatione ipſius ſacerdotii, quo ad hoc beatos in patria. Et ibi epilogus, quomodo veritas ſacerdotii radicatur in triplici cœleſti concordantia, quoniã ad divinã per ordinẽ, ad angelicã per cathedram, & ad beatos in patria per officium. Et ſic eſt ſacerdotium, ut anima una in corpore fidelium. Et eſt valdè mente tenendum illud parvũ cap. maximè ubi epilogat & ſubinfert.

Poſt præmiſſa oportet inveſtigare, quæ verba Chriſti ad eccleſiã & Apoſtolorũ ſucceſſores trahi debent, ut in illis fundetur radix eccleſiaſticæ poteſtatis.

Cap. XI.

A *Cap. XI. Quòd Chriſtus ad Apoſtolos loquutus eſt ſæpè aliqua, quæ non poterant de ipſis, ſed ſucceſſoribus verificari, & ſæpè voluit ad eccleſiam congregatam actu verba dirigi, aliquando ad diſperſam. Et ibi de Petro figuram eccleſiæ gerente. Et inſeritur epiſtola Alipii, Auguſtini, & Fortunati, quæ habet notanda puncta.*

Cap. XII. Quòd per documenta pulchra, exempla illa probentur alibi. Et ibi de diſperſione eccleſiæ per mundum, ante adventum Domini ſecundum. Et ibi, qualiter illi adventus intelligi debeat in nubibus.

Cap. XIII. Quòd illa eſt vera catholica eccleſia, quæcunque eſt loco coarctata: & ibi de Materno Colonienſi epiſcopo.

Cap. XIIII. Quòd una ſit vera certa Petri cathedra, in qua omnes Petri ſucceſſores ſedent. Et ibi de unitate cathedræ, in qua neceſſario catholici ſedere habent: & prior ſedens in eadem eſt papa. Et quomodo hoc intelligitur, Qui cathedræ Petri non adhæret, fidelis non eſt: & eſt ſingulare.

Cap. XV. Quòd præſidentes ſuam ſubjectam figurant eccleſiam: & ſic eccleſiaſtica poteſtas, eſt in epiſcopo. Et ibi de principatu Romani epiſcopi: quomodo in epiſcopatu fides ſtet primus.

Cap. XVI. Quòd Romana eccleſia capitur aliquando pro ſede: & occaſione illius, quot ſint ſedes, & quæ prima: & quod primitivitas ab Ethnicis traxit initium. Et quòd epiſcopus Romanus ab ipſa urbe Romana eminentiam habeat: & hoc declaratur argumentis multis, concurrente nihilominùs privilegio Chriſti.

B *Cap. XVII. Quòd Romana eccleſia aliquando capiatur pro proximè unitis ſibi, & aliquando ſedes pro pontifice & eccleſia, pro papa & pro clericis ſuæ diœceſis & fidelibus, aliquando pro ſubjectis metropoli, aliquando pro ſubjectis patriarchatus, aliquando fidelium eccleſia. Et in quo intelligitur, Romanam eccleſiam errare non poſſe.*

Secundi libri Capita.

SEcundo loco, præſuppoſitis quibuſdam fundamentis, ad propoſitum facientibus, ſe offert Conciliorum principalis materia: ob quam inveſtigandam radicitùs, labor omnis aſſumptus eſt. Unde quod primò tractatur, eſt id.

Cap. I. Quòd ſynodus eſt cœtus ſenum vel presbyterorum per unam viam tendentium, & quòd diſſentientes non faciunt Concilium, & quòd habet graduationes varias à particulari uſque ad universalem, & quòd univerſale variè capitur. Et ibi exprimuntur graduationes, ab infima ſynodo uſq; ad ſupremam.

Cap. II. Quòd quiſque præſidens regulariter habet ſubjectam ſynodum convocare. Et ideo papa univerſalem. Et quomodo intelligitur, ſine papæ auctoritate ſynodum univerſalem regulariter non eſſe.

Cap. III. Quòd ex quinque Patriarchis plenum univerſale Concilium conſtituatur. Et quòd ad eſſe Concilii requiritur, quòd in aperto & non in obſcuro, abſque motu cum omni libertate, abſq; tumultu & ordinatè celebretur. Alioqui ſi ritè non celebratur, errare poteſt, & etiã ab ipſo ad aliud appellare, & multa ibi quæ ſingulariter notanda ſunt. A

Cap. IIII. Quòd in ſynodis univerſalibus ad hoc quòd à Spiritu ſancto dictata cenſeantur definita: ex concordantia, & communi omnium cenſenſu, pronunciatio & decretatio fieri habet.

Cap. V. Quòd licèt legantur multa Concilia, in quibus etiam interfuère legati Apoſtolicæ ſedis, erraſſe: tamen nullum de illis ritè celebratum fuit, & hoc probatur de ſingulis conciliabulis. Et ibi, quomodo univerſalia Concilia corrigunt particularia, & de maxima firmitate univerſalis Eccleſiæ catholicæ.

Cap. VI. Forma antiquorum breviſſima, in celebrandis univerſalibus Conciliis. Poſt hæc de Conciliis generalibus, quæ ſæpè univerſalia dicuntur, ſubmittitur, in quo tractatu enodatur deceptio multorum recentiorum.

Cap. VII. Quòd aliquando Concilium multarum provinciarum, aliquando occidentale, & quòd omnia etiam cum legato papæ celebrata, præter Concilia univerſalis Eccleſiæ, dicuntur, ſicut ſunt, provincialia ſeu localia, licèt dicantur vel generalia vel univerſalia, aliquando etiam papa in eis præſidente. Et quòd dicantur Patriarchalia. Et ibi de Concilio generali vel univerſali ratione Eccleſiæ. aut papa quomodo ſolum ſit in certis regionibus, Patriarchalis ſedis ſubiectis collatum, & in quibus & quomodo hoc ſubeſt papæ, & quanta auctoritatis exiſtat. Et alia utilia de congregatione & ſubſcriptione.

Cap. VIII. Quòd auctoritas in conciliis non dependet à capite Concilii, ſed communi omnium B *conſenſu. Et hoc declaratur per multas ſubſcriptiones, papam de conſenſu, & non tantùm de Concilio definire & conſtituere, & quòd omnes Epiſcopi ſunt judices & definitores & conſtituentes, & quòd ſubſcriptio roboret & confirmet acta Conciliorum.*

Cap. IX. Quòd nulla conſtitutio canonica ſit efficax, niſi ex conſenſu expreſſo vel tacito, aut ſecundùm aliquam canonicam ſacta fuerit. Alioqui ſi per qualemcunque particularem fiant ordinationes, non dicuntur conſtitutiones, nec ligant niſi ex acceptatione vel conſenſu præveniente, quoad poteſtatem conſtituentis.

Cap. X Quòd ſtatuta etiam generalia, non ligent aliquando particulares provincias, niſi acceptentur. Et quod vigor ſtatutorum ex acceptatione per uſum vel conſenſum potiùs dependet, & quòd ideo propriè ſolùm ſunt conſtitutiones, quæ ſynodicè promulgantur.

Cap. XI. Quòd Romani pontifices decreta, robur & ligandi vigorem ex acceptatione & uſucapiunt, aliter in periculo eſſent Chriſtiani. Et propter hoc ſynodica conſtitutiones ſunt maximæ efficacia, & ibi cauſſa redditur: & inſuper jura quæ de decretalibus Apoſtolicæ ſedis loquuntur, de ſynodicè aut ſecundùm canones decretis intelligi debent.

Cap. XII. Quòd ex conſenſu vigor ſtatutorum dependeat, probatur per vim quæ conſuetudini ineſt. Et quòd præſidentia papæ in Concilio univerſali, quoad poteſtatem condendi, rectè æquiparetur præſidentiæ metropolitani, in provinciali Concilio.

A cilio. Et ideo papa ſemper quaſi apud antiquos archiepiſcopus nominatur.

Poſt hæc examinatur difficultas prætacta, ex argumentis quæ fieri poſſent, à papa juriſdictionem omnium & ſtatutorum vigorem dependere.

Cap. XIII. Quòd argumenta omnia, quæ dicunt papā habere poteſtatis plenitudinem à Deo, & conſimilia, non obſtant, & ibi latè de hoc. Et quomodo conſtituatur adminiſtratio ſuperiorum, ex ſubjectione inferiorum: ex quo evenit poteſtatem ſuperiorum etiam ab inferioribus dependere, & eſt notatu dignum. Et quòd papalis adminiſtratio non habeat alia principia quàm Epiſcopalis: quoniam omnis eccleſiaſtica poteſtatis adminiſtratio, deſurſum & deorſum conſtituitur, quoniam mediator eſt ipſe paſtor, inter Deum & gregem. & evacuantur omnia argumenta ſecundùm ordinem, per longum proceſſum.

Cap XIIII. Quòd omnis conſtitutio, ex radice naturalis juris locum habet: & quòd omnis coactio cum natura æquè liberiſſimus, ex electione & conſenſu ſubjectorum ſit. Et quòd juriſdictio creata, ex ſe non habet poteſtatem, niſi ſecundùm legem, & eſt pulchra ſpeculatio.

Cap. XV. Quòd ex fundamentis prætactis, ſicut epiſcopus ſine capitulo, & Metropolitanus ſine ſuffraganeis: ita & papa ſine Cardinalibus univerſalia ſtatuta omnes ſubjectos tangentia ſacere non debeat. Et quod ideo nullius Synodi judicium. abſque auctoritate Apoſtolicæ ſedis ratū eſt: quia ab omnibus etiam Synodicis, excepta univerſali univerſalis Eccleſiæ Synodo, ad ipſam
B Romanam ſedem appellatum invenitur. Et ibi quomodo hoc commune dictum intelligi debeat.

Deinde cognitio quòd ex conſenſu firmitas Synodica dependet, videndum qui intereſſe debeant, & ibi.

Cap. XVI. Quomodo ex definitiis ſubſcriptionibus deprehenditur, epiſcopos & definitores alios etiam conſenſum præſtare & ſubſcribere abbates & monachos: laicos verò tanquam auditores & teſtes. Et quòd periti clerici etiam adminiſtratione carentes, non debeant à Conciliis pelli.

Et primò conſequenter, de poteſtate univerſalis Concilii ſubnectitur.

Cap. XVII. Quod patriarchale Concilium non eſt regulariter ſupra papam, ſed ei ſubeſt niſi erret, in fide tamen eum reformare poteſt, ſicut & Metropolitanum provincialis. Et quòd univerſalis Eccleſiæ Synodus, non tantùm ſupra papam, ſed etiam ejus & omnium aliorum patriarcharum Synodos exiſtit ſimpliciter: quo & evacuatur argumentum id, quod communiter objicitur, Romanam ſedem privilegio Chriſti toti Eccleſiæ ſupereminere. Et quòd univerſale Concilium, ſalvo illo privilegio in ſedentem in ſede, dum ſua abutitur poteſtate, pro bono univerſalis Eccleſiæ juriſdictionem & ſuperioritatem habet, & exempla ponuntur,

Cap. XVIII. Quòd fundamentum hujus conſiderationis majoritatis Concilii ſupra papam eſt, ſecundùm Auguſtinum: quia certior & infallibilior eſt repræſentatio Eccleſiæ. cui veritas & aſſiſtentia eſt promiſſa in univerſali Concilio, quàm in papa tantum. Et ibi aperitur fundamentum totius materiæ, repræſentationis, & adminiſtrationis & cur eligi debent prælati, & qualis ordo ſervari, & quomodo Cardinales, tanquam legati provinciarum à provinciis eligi. Et ibi de ipſis aliqua ſingularia, quod ipſarum poteſtas ex communi conſenſu exorta eſt, & quomodo. A

Cap. XIX. Quòd libertas electionis eſt radix, per quam omnis ordinata poteſtas conſtituitur, & breviter & pulchrè de hoc.

Conſequenter ad difficilem materiam acceditur. An papa per univerſalis Eccleſiæ Concilii canones ita ligari poſſit, quòd in contrarium nequeat. Et primò:

Cap. XX. Quòd papa non poſſit tollere, immutare, vel retractare, univerſales canones. Et probatur auctoritatibus & exemplis, & profeſſionibus ac argumentis multis. Et quòd diſpenſatio & declaratio rationem canonis in particulari caſu locum non habere, locum habet abſque canonū præjudicio: & ibi de hoc latiſſimè, quia ita expedit.

Cap. XXI. Quòd etiam diſpenſare & aliquid diſponere (quod videatur univerſalibus canonibus contrarium) papa ſine Cardinalibus non debeat.

Poſt ſuperiora, de Conciliis aliis particularibus aliqua reſtantia annectuntur Et primò.

Cap. XXII. Quòd provincialis Synodus per Metropolitanum qui eſt judex provinciæ (licèt criminales cauſſas per ſe judicare nequeat) congregari debeat: & quòd Concilia ſunt optimè & neceſſariè pro bono Eccleſiæ inſtituta. Et de univerſali Concilio multorum provincialium, quomodo eſt ſuper particularia provincialia. Et quomodo judices locorum concurrere debent in illis, B & quòd ſolvi non debeat, niſi præfinito loco celebrando, & tunc cunctis determinatis.

Cap. XXIII. Quòd forma celebrandi illud Concilium, tradatur in primo capitulo Tolletani Concilii, & ibi inſeritur de verbo ad verbum, quæ eſt notanda per omnia, maximè in fine.

Cap. XXIIII. Quòd univerſalia unius nationis vel regni magni Concilia, habent magnam poteſtatem, & de omnibus etiam de fidei definitionibus inveniuntur ſe intromiſiſſe. Et judicant de conſuetudinibus de primatu, & breviter de omnibus quæ in natione aut in regno oriuntur. Et ibi quòd non niſi ex univerſalibus & arduis cauſſis congregari debeat, & quomodo, & etiam qualiter per legatos provinciarum, vel eorum qui Concilio interſunt, plena auctoritas Concilii habetur.

Cap. XXV. Quòd univerſalia talia Concilia tanquam caput congregans, eis nihilominùs ſubſit. Sic etiam pariformiter papa, univerſalis eccleſiæ Concilio ſubeſt, licèt ad ejus juſſum congregatur. Et quòd ſicut auctoritas primorum Conciliorum univerſalium, à congregante non dependet, ita nec univerſalis eccleſiæ Concilii auctoritas à papa. Et ibi pulchra de hoc, quomodo continuari ipſa Concilia debeant. Et ibi cauſſa utilitatis eorum.

Et quia omnes canones & ſtatuta & ſynodi ſunt, quibus ordinetur vita noſtra in Deum, & propter hoc ſunt reformatoria omnia cōcilia: ſubſequenter pauca de reformatione ſacerdotii ponuntur.

A *nuntur. Et quia omnis abuſus poteſtatis eccleſiaſtica eſt maximè, quæ reformari debet, ideò primò de poteſtate eccleſiaſtica.*

Cap. XXVI. Quòd poteſtas ſacerdotio tradita eſt libera, à Chriſto ei credita, pro ſalute animarũ in Dei laudem ordinata. Et quòd ex hoc virtus diſtributiva ſacramenti Euchariſtiæ, illimitate eſt eis credita. Et quòd fideles, decipi in modo diſtributionis ita à libera & credita poteſtate ſacerdotii dependẽtis non poſſint, in quo diſſolvitur error Bohemorum dicentium: utranq; ſpeciem de neceſſitate ſalutis diſtribui debere.

Cap. XXVII. Quòd major deformatio oritur ex deformatione capitis, ex hoc quòd ſuperiores inferiorem poteſtatem uſurpant.

Cap. XXVIII. Quòd papa regulariter competit arduas cauſas definire, & curam univerſalis Eccleſiæ habere, Metropolitanos cõfirmare, ſicut cuilibet Patriarchæ in ſuo diſtrictu. Et ibi de ſentẽtia Calcedonenſi, & canone 8. Concilii. Ex quibus & aliis poteſtas ordinata papæ elicitur. ſ. facere permiſſa, & Synodos ſuas & ad eas Metropolitanos convocare, & inter Metropolitanos judicare. Et ibi quomodo Princeps ſeu Imperator, ſolum univerſalis Eccleſiæ Conciliis, non illis Papalib. ſeu Patriarchalib., intereſſe conſuevit. Et quomodo niſi jus unicuiq; illæſum & canones ſerventur, pax Eccleſiæ perit.

Cap. XXIX. Quòd canones 8. Concil. corruptè ſæpe in decreto poſiti ad reformationem optimi ſunt. Et quòd juxta 8. cantionem ejus Metropolitani, ſecularibus curis vacare nullo modo debeant, B *nec ſpiritualia per ſuffraganeos exercere: & quod maxima difformitas oritur ex hoc, quòd prælati tantùm ſæcularibus curis invigilant.*

Cap. XXX. Quòd magna ſit difformitas in eo, quòd correctio & viſitatio vertitur in quæſtum, & ibi canon illius 8. Concilii: qui dicit illum ſacrilegum, qui ſub ſpecie viſitationis ſubjectas eccleſias gravat. Et quomodo avaritiam, de præſidentib. & maximè Romana curia, tolli oporteat: & quòd neceſſitati Eccleſiæ communi, ordinata contributione ſubveniri debeat.

Cap. XXXI. Quòd remedium ſit in 8. Concilio cap. 26. traditum, quomodo gravatis ſubditis per epiſcopum tres forma judicii ſubveniatur. Et quomodo gradatim uſque ad Patriarcham per appellationes deveniendum ſit.

Cap. XXXII. Quòd monachi promoti ad dignitatem Epiſcopalem, habitum & vitam monaſticã ſervare teneantur ex canone 27. Et quòd prælati per electiones fieri debeant liberrimè abſq; impreſſione. Et quòd epiſcopi ex præceptione principum, ex potentatu epiſcopi facti diſponendi ſint: & quòd ſolùm idonei per aſcẽſum, qui gradatim fieri debet, aſſumendi ſint ad prælaturas, qui ſolum zelo Dei non appetitu principandi tonſi ſunt. Et ibi quòd quatuor annis in ſacerdotio prius ſtare debuerit. Et quòd de eadem eccleſia ſi digni inveniuntur, promotiones gradatim fieri debeant. Et qui geſſerant curam ſecularium aſſumi non debere. Et quòd invitis epiſcopus dari non debeat. Et multa pulchra rationes fortes ad hoc, quomodo electiones in jure divino & humano fundatæ ſunt.

Cap. XXXIII. Quòd reformatio depoſcit neceſſariò, ut quiſq; officio & voto ſatisfaciat: & enumerantur aliqua, quæ etiam ſunt neceſſaria fieri, ſi reformatio ordinaria introduci debeat in eccleſiam & ſacerdotium. A

Cap. XXXIV. Ultimò epilogabitur in brevi quicquid præmittitur. Et evacuatur opinio eorũ qui primatum Petri à Chriſto eſſe negãt, & ſolidatur ipſa veritas, quæ dicit, principatum papæ à Chriſto, mediante conſenſu eccleſiæ eſſe: & quod ejus poteſtas eſt à Deo, coactio verò mediante eccleſia.

Tertii libri Capita.

Eſſent tertio loco pandendæ præãbulari loquutione, eximiæ laudes noſtri à Deo coronati præſentis piiſſimi Sigiſmundi Imperatoris maximi. Et quia ipſe ille alter Auguſtus, qui ſe dominum nominari renuit, ac rectè, alter Baſilius humillimus, cujus laudes ſubſequentia manifeſtant: ignoſcet facilè maximè mihi rudiſſimo omnium, qui cũ minima explere nequeam, facilè in maximis imò in immenſis, confuſo ſtylo etiam prius clara convolverem, nec aliquod futurum etiam veritatis argumentum præberem: ſi ejus invictiſſimi Cæſaris viventis, & imperium efficax in me ſuum ſervulum habentis, laudes canerem. Præſumtio enim adulationis, & principibus omnibus dum vivunt, cõplacendi ſtudium, fidem parvi faciũt, ſi ab iis maximè quæ ego humili conditione cõſtitutus ſcripturis mandantur. Ad rem itaq; veniens, verſatur totâ intentio, ut potentia ſacri noſtri imperii, quod apud Alemannos eſt in finem ut conſervetur: & cõcordantia, quâ ſe annuè ſacerdotio ſancto uniat, ne vivat catholica ſciatur. Eſt itaq; pro hujus & difficilis rei fundamento, primò inquirendum de ipſo ſacro imperio, quo ordine aut qua dependentia & qua via apud Alemãnos ſubſiſtat. Unde primo loco rectè inveſtigabitur. B

Cap. I. Qua radice legiſlatio ac principatus omnis, & maximè monarchicus exoritur, ac quomodo ſolidetur, & exinde Imperatorem in corporali hierachica ſicut papam in ſpirituali caput & omnium principem eſſe.

Cap. II. Quòd Imperialis poteſtas, ordinatè ex dono Conſtant. in occiduis à papa non dependeat, & quòd ipſa formoſa donatio apocrypha ſit, ſicut quædam alia, & ibi hiſtoria quædam de Pipino & Carol. breviter connexa, ad ſciendum quomodo temporalia primùm ad Romanam eccleſiam devenerunt.

Cap. III. Quòd imperium non fuit de Græcis tranſlatum per papam in Germanos vel Francos, licet patricii Rom. ſeu etiam Imperatores dicerentur, ſicut Henricus 4. in generali Baſilienſi Concil. coronatus patricius dicebatur. Sed quòd Otho primus fuerit inter omnes Imp. primus pleno jure, recto ordine per populum & clerum Romanum & Synodum cum ſucceſſoribus creatus Imperator, & de hoc hiſtoria.

Cap. IV. Quòd electores à Rom. pontifice nõ ſunt creati, nec poteſtatem habent: ſed ex communi cõſenſu ſubjectorum imperio, qui divino & humano jure, non poſitivo, ſibi Imp. præficere poſſunt. Et quòd rectum & juſtum imperium, vim ſolam ex eorum electione, abſq; Papali confirmatione habet. Et quòd deponi à ſolo papa non poſſit.

A *Poſt hæc inveſtigatur poteſtas imperii.*

Cap. V. Imperium poteſtatem ſupremam mũdi, ac vicariam ſubſtitutionem à Chriſto habere, hinc & Dei miniſter, & Chriſti vicarius dicitur, typum Chriſti regnantis ſuper omnes gerens.

Cap. VI. Quòd imperii poteſtas æquetur ſubjectiõi obedientiali. Et quòd Rom. imperium in certis ibi nominatis provinciis & regnis nunquam fuit, licet dominus mũdi à majori parte dicatur. Et quòd inter cunctos potentatus, ſupremum locum ex appropinquatione ad Chriſtum regnantem, per fidem juſtè poſſideat.

Cap. VII. Quòd Imperatori ſuprema cõmiſſa Cura, ob quã omnib. præeminet, eſt in cuſtodia orthodoxæ fidei: & quòd ſuo modo papæ æquetur, cũ ipſi etiam fidei gubernacula cõmiſſa ſint. Et quòd hãc cuſtodiam, ſicut ſacerdotio quo ad inquiſitionem & magiſterium. Et quòd hanc ſummam poteſtatem, ab electione Chriſtianorum conſequitur.

Deinde examinatur, an Conciliis Epiſcoporum, Imperator cum laicus ſit, intereſſe debeat, occaſione primò dicitur.

Cap. VIII. Quòd laici certis conciliis intereſſe debent ad ſe defendendum alii, ad tantum audiendum, & princeps in ſibi ſubjecta patria, pro corrigendis delictis & reformatione Concilia congregare debet, & ibi exemplum de Carolo Magno &c.

Cap. IX. Quòd ſanctus Gregorius Theodoricũ regem Francorum exhortatus eſt, & monuit, ut Cõcilium aggregaret Epiſcoporum, & de ſuo regno concubinatum & ſymoniam eliminaret. Et ibi alia
B *exempla, de Recaredo rege Hiſpaniæ & Galliæ. Et quòd regum ſit illa exequi, quæ in illis Conciliis cõmuni conſenſu dictantur.*

Cap. X. Quòd Reges & principes cum magna reverentia & devotione, illis Conciliis interfuere cum dulciſſ. exhortationibus, & ibi notandũ exẽplum Recaredi regis. Ad idem Syſenandi & Chintillæ regum exempla.

Cap. XI. Quòd Rex obligetur ad augmentum fidei & devotionis in ſubjectis, & etiã tenetur forma virtutis, exemplo doctrinæ ſancti Gregorii ad Hilpertum regem Francorum: & quòd Eccleſia ipſis tradita eſt, de qua commiſſione rationem reddere tenentur.

Cap. XII. Quòd Rex & princeps leges & ſtatuta generalia provinciam reſpicientia, in generalibus utriuſq; ſtatus ſui regni Conciliis, per conſenſum edicere habet, & illa ſalva & illæſa exequi & defenſare. Et quòd quotidianum Concilium, de electis ex tota provintia ſubjecta, de conſervatione univerſalis ſui Concil. habere debeat.

Conſequenter ſubjungitur, quomodo Imperator quo ad ipſa univerſalia totius Eccleſiæ concilia, ſe habere debeat.

Cap. XIII. Quòd Imperator ad univerſalem ſynodum totius catholicæ Eccleſiæ quò ad collectionem & exhortationem & cætera: ſe habet ſicut rex in ſuo regno. Et ibi quomodo & quando congregare ſolitus eſt Imperator univerſalia illa Cõcilia. Et ibi exempla aliquorum Imperatorum notatu digna inſerta ad longum, ex cauſa ut obſtruantur ora quorundam recentium, qui pauca vetera viderunt.

Cap. XIIII. Quòd Imperator dare debet, ut omnis tumultus vitetur in Concil. & expulſis expellendis, in tranquillitate & libertate Concilium conſtituatur, cum punitione turbantium patres. Et ibi de hoc exempla pulchra. A

Cap. XV. Quòd Imperialis convocatio ad ſynodos eſt exhortatoria, & papalis quò ad ſacerdotium præceptoria. Et quòd Imperiali, urgente neceſſitate Eccleſiæ, papa negligente, præceptoria fiat.

Poſt hoc quid in ipſis Conciliis cum ſuo ſenatu agere debeat Imp.

Cap. XVI. Quòd in univerſalibus Conciliis legitur Imperator præſediſſe, & ſecum paucos raro ultra 15. ex ſenatu habuiſſe, qui ex ejus juſſione interfuere tantũ, & non alii. Quare in laicos omnes en Concilio juriſdictionem habet, & eis ſedes deputare.

Cap. XVII. Quod laici vocem non habent in Concilio, dum eccleſiaſtica tractantur, & quod ex illo fundamento, concordia in ſedibus ſecularium principum, quorum hodie præſentia utilis, facilè abſq; turbatiõe fieri poſſit, cuj⁹ ibi practica ponitur.

Cap. XVIII. Quod officium Imperatoris & laicorum in Concilio eſt promotoriale, ad digerendũ cuncta quæ tractantur abſq; omni partialitate per clarum judicium. Et quòd ut judices neutrales in omnibus ſe habere debent, ſententia autem ſynodi eſt in practica.

Cap. XIX. Quòd exhortationibus ad totum Concilium uti debeat Imperator, exemplo piiſſimi Baſilii, quod inſeritur & eſt valdè notandum.

Cap. XX. Quòd locum ſuum tenentibus Imperatores, alloqutiones ad Concilia ac perſuaſiones & inductiones committere poſſint, ſicut & ipſi facere. Et ibi practica, ex 8. ſynodo per Baſilium Imp. congregata. B

Cap. XXI. & XXII. Quòd præmonere poſſit & debeat Concilium in iis quæ neceſſariæ ſunt pro Eccleſia, & in ſynodo tractari debent, exẽplo Martiani Imperatoris.

Cap. XXIII. Quod alloqutio Baſilii imperatoris ad ſynodũ quæ eſt ſuaviſſima, per quã oſtẽditur Imperatorem laborare debere, ut omnis definitio cum Conciliis clariſſimo ordine omnibus volentib. audiri, auditis concludatur. Et poſt hoc nullus contradictor admittatur, & alia multa & notanda.

Cap. XXIIII. Qua pietate in omnes qui deliquerunt, tanquàm communis pater & paſtor, pro eorum redactione uti debeat, & demum in rebelles & non acquieſcentes imperiali exhortationi, ſynodicam ſententiam exequi debeat, exemplo piiſſimi Baſilii ſingulariter notandi oſtenditur. Et quòd noſter Imperator alter Baſilius, illo exemplo in reductione oberrantium Bohemorum uti debeat. Poſt præmiſſa ad ſtatum ordinatum ſacri imperii perquirendum, ſtylus vertitur. Et primo:

Cap. XXV. De imperiali Concil. ex membris principalibus imperii collecto & ejus uſu antiquo & utilitate, quòd regimini Reip. valdè conveniat, ſi rectè celebretur & cõtinuetur: & exẽpla & cãtelæ ponuntur.

Deinde pro inveſtigatione reformationis lapſi imperii noſtri à gradu ſuo primo iſta tractantur. Et primo:

Cap. XXVI.

A *Cap. XXVI. De florenti ſtatu imperii, quō fidei augmentum omni ſtudio procurabatur, & leges ſtrictiſſimam ſuam cenſuram obtinebant.*

Cap. XXVII. Quod Othonis oratio ſecundi, de dando temporalia eccleſiis, ſanctam habuit cōſiderationem.

Cap. XXVIII. Quòd principes & duces ſub imperio, pro tuendis ſubjectis officiati, temporanei primò & poſt hoc feudales vaſalli, ex bonis cauſis ſervato imperio annuo tributo & ſervitio conſtituti fuere. Et quomodo Telonia & vectigalia & talliæ, Reſpublica ſerviebant. Et Imperator illam Rempublicam ſtipendiato exercitu tuebatur.

Cap. XXIX. Quòd hodierno tempore, imperiū multum ab illis obſervationibus in difformitates maximas cecidit. Et quòd Romana curia etiam in cauſa ſit evacuationis ærarii Reip. Similiter quòd regimen hodiernum inordinatum in temporalibus quo ad eccleſiaſt. Reſp. obſit.

Cap. XXX. Quòd imp. ſolùm habens adminiſtrationem imperialium, arctatur injuſtè ſæpe per pacta & juramenta clericorum, ad confirmandū quæ irrita eſſe deberent. & ibi exclamatio contra iſtud.

Cap. XXXI. Quòd imperiū valdè cecidit: quia juſtitia locum non habet, & vis & propria voluntas, diffidatio, incendia & rapina, Rempublicam devaſtant. Et ibi exclamatio, contra dicentes honorem eſſe, & perenni poſſe rem poſſidere ſine juſtitia.

Ultimò ſubjungetur reformatio imperii, poſt notitiam quondam ſani, & poſt noſtro tempore la-
B *pſi.*

Cap. XXXII. Quòd citò ſit imperio mortaliter infirmo ſuccurrendum. Et quid Imp. noſter agere debeat, & proponere, pro introductione reformationis.

Cap. XXXIII. Quòd primo ordinari debeat annuus conventus, & judices per provincias. Et in quolibet tres conjungantur de triplici ſtatu, eccleſiaſtico, nobilium, & populari. Et de modo cognoſcendi eorum.

Cap. XXXIV. Quòd nulli liceat niſi judicialiter rem alterius invadere, ſub pœna furti, latrocinii: neceſſariò ordinetur. Et quòd hujuſmodi lex, conſenſu omniū in imperiali Concilio, dictari, ſub- A
ſcribi, & in provinciis ſigillari debeat.

Cap. XXXV. Quòd ipſa ordinatio annui conventus, fieri debeat ſecundum exemplum priorū. Et ibi quo ad proximè præmiſſa, exemplum in Galliis per Imperat. (ut quidam dicunt) Conſtantinū practicatum, & notandum. Et quòd ibi publica commoda, & ultima omnium conſuetudinum provinciarum & judiciorum examinari & regulari debeant.

Cap. XXXVI. Quòd electoribus imperii, in quorum poteſtate eſt dare Imperatorem, ſit danda forma ſtrictiſſima, ſecundum quam procedere habent vacante imperio.

Cap. XXXVII. Aperitur forma qua ipſi uti poſſunt, quæ eſt perfecta, bona & utilis, & ars examinata, congruè practicabilis.

Cap. XXXVIII. Quòd illa ars multum proſit, ubi ardua in Conciliis tractantur, ut enim libertatem melius Concilium à quoquam intrepidè haberi poſſit. Et ibi de quodam alio Venetorum ingenio in conſiliis dandis.

Cap. XXXIX. Quòd poteſtas imperii neceſſariò reſuſcitabitur, ſi pax ſervari abſque deſolatione, & omnimoda diſceſſione, & de modo eandem reſuſcitandi, per publica tributa, Telonia, & ærariū publicum. Et ibi de exercitu publico, quomodo omnibus provinciis & dominiis proſit, & eaſdem in expenſis alleviet.

Cap. XL. Quòd lites abbreviandæ ſint, ac illæ leves appellationes extra provintiam & ad Romanam curiam inhibendæ, & quòd talia multa quæ proſunt Reip. etiam in Eccleſiaſticis negociis, ſecū- B
dum ſanctorum patrum canones qui repetendi ſunt ordinari per imperiale Concilium poſſint & debeant.

Cap. XLI. Ultimò & finaliter declaratur, nihil reipublicæ eccleſiaſticæ tantum obeſſe, ſicuti diſcordia inter potentatum ſacerdotii, & potentatum imperii. Et ibidem ſuaſio, ex qua concordia ſervari poterit, & in ipſo capitulo, ſub brevibus aperitur in figura per modum epilogi, utriuſq; potētatus conſideratio. Et ea in ſumma brevi, ad figuratam & prægnantem conſiderationem reducuntur, quæ diffuſè tractata ſunt.

EXCELLENTISSIMI DECRETORUM DOCTORIS DOMINI NICOLAI DE CUſa, poſtea Cardinalis Tituli ſancti Petri ad vincula, de Concordantia Catholica LIBRI PRIMI, qui de Eccleſia eſt,

CAPUT I.

QUIA facilè ſcienti fundamenta pateſcere poſſunt elicienda, quātum minimo iogenio ex alto dabitur: de illa profunda divinę Eccleſię harmonia perpauca dicam. Concordantia enim eſt id, ratione cujus Eccleſia catholica in uno & in pluribus concordat in uno Domino & pluribus ſubditis. Et ab uno infinitæ concordantiæ rege pacifico, fluit illa dulcis concordantia vel harmonia ſpiritualis, gradatim & ſeriatim in cuncta membra ſubjecta & unita: ut ſit unus Deus omnia in omnibus. Sumus enim ab initio ad hanc ſupermirandam harmonicam pacem, in adoptionem filiorum Dei, per Jeſum Chriſtum prædeſtinati, qui ideò deſcendit, ut adimpleret omnia. Hāc prædeſtinationē probat Apoſtolus ad Epheſios, per id quòd à principio pronūci-

A atum: quia relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ, & eruut ambo in carne una. Sacramentum eſt Chriſti & Eccleſiæ. Si ergo Adæ & Evæ copula, ſacramentum magnum eſt in Chriſto & Eccleſia, certũ eſt quòd ſicut Eva os de oſſibus viri fuit, & caro de carne ejns, ſic & etiã de membris Chriſti, eſt os de oſſibus & caro de carne ejus. Unde Ambroſius in epiſtola 16. ad Herenninm hanc epiſtolam Pauli extollens ait: Nulla benedictionis tantę epiſtola increpuit in plebem Dei, ſicnt illa. Et dicit, qnòd Chriſtus ſedet ad dexteram patris, & non omnes nos ſedebimus, ſed conſidebimus in Chriſto & ejus carne in cœleſtibns, nt autem ad illam æternam concordantiſſimam unionem perveniremus per fidem: poſuit gradualem differentem concordantiam eccleſiaſticam, alios dando Apoſtolos, alios epiſcopos, alios doctores, & ita deinceps, quouſque in unitate fidei & agnitionis occurrat capiti. Et ut quaſi membrum non deſit capiti ſuo Cbriſto qui eſt caput omnium, ex qno nnum corpus fidelium, per harmoniam rationabilem verbi compaginatum atque cõpactum & connexũ, per omnem juncturam miniſtrationis, in mẽſuram uniuſcujuſque partis. Angmentum enim corporis facit ædificationem ſui in charitate, ut aſſurgat nnum templum in omnibus, in unum templnm in omnibus, in unum domicilii habitaculum in ſpiritu univerſorum. In quo nõ ſolum ſanctorum hominum, ſed omnium credentium, omnium et-
B iam ſnperiorum rationabilium virtutum atq; poteſtatum connexionem, fidei ſpiritusq́ue accipiendam arbitror, nt per harmoniã quãdam virtntum ac miniſteriorum, corpus unũ ex omnibus rationabilis naturæ ſpiritibus, adhæreat capiti ſuo Chriſto. Ita ædificationis compage connexa, ut ne acu qnidem in junctura ſingulorum adhærentium diſcrepare videatnr. Hæc & pulchra, pnlchrè Ambroſius ubi ſupra. Et concordat Hieronymus, in epiſtola ad Algaſiam quaſi penultima. Et in epiſtola de Monogamia, ubi dicit: Eva Eccleſiam ſignificat, quia mater viventium. Adam Chriſtum, matrimonium, unitatem ſpiritus. Chriſtus caput mulieris & mulier id eſt Eccleſia de coſta viri formata, & caro de carne, hæc ille. Multa ſanctorum ſcripta, quæ brevitatis cauſa prætermittenda cenſeo, de hoc ſunt. Et quià manifeſtiſſimum eſt, omne eſſe & vivere, per concordantiam conſtitui: tunc in illa divina eſſentia, ubi vitam & eſſe unum ſunt ſumma æqualitate, eſt ſumma & infinita concordantia: qnoniam ibi nnlla contrarietas locnm habere poteſt, ubi æternitas vita eſt. Omnis antem concordantia differentiarum eſt. Et quantò minor contrarietas in differentiis: tantò fortior concordantia, & longior vita, & ibi æterna tunc eſt ubi nulla contrarietas. Ex hac enim radice, vide alta fundamenta ſanctiſſimæ trinitatis & unitatis: quoniam unitàs in trinitate, & trinitas in unitate. Nec ulla penitùs contrarietas, quia qualis pater, talis filius, talis & Spiritus ſanctus. Ecce inexpreſſibilem concordantiam, in Deo trino & uno, A à qua quidem concordantia, volenti ſubtilius indagare qnomodo cuncta perfectionalia, de Deo dicibilia ac cogitabilia, in ſumma cõcordantia unius eſſentiæ & trium perſonarum ſunt, maxima & incomprehenſibilis veritas, quæ ex hoc diſcurſu oculis intellectus objicitur, elici poteſt. Qnoniam hæc concordantia, eſt ipſamet veritas ſumma. Sed non eſt noſtri propoſiti. Sufficit tamen ex Alberto Magno ſup verbo, tu es Chriſtus filius Dei vivi, Math. 16. ſcire ad noſtrum propoſitum, quòd pater eſt fons vitæ, quæ in filio venam accipit, & fluxum in omnes, in Spiritu ſancto: qnoniam per unitatem ſpiritus matrimonium quod inter Chriſtum & Eccleſiam eſt, conſtituitur. Sicut placet Cypriano in lib. de nnitate Eccleſiæ, q Deũ patrẽ habere vult, non poteſt in vita regnare, niſi per matrem viventium ſcilicet Eccleſiam. Et tunc cum in unitate ſpiritus eſt cum Cbriſto Chriſti membrum eſt à quo per adhæſionem & concordantiam, ſecnndũ gradus transformamur, ut ait Auguſtinus ad Cõſentium, de trinitate. Deus cum in ſeipſo ſit vita, nobis vita efficitur, cum ejus utcunque efficimur, participes. Et cum in ipſo ſit juſtitia, etiam nobis ſit juſtitia cum ei cohærendo juſtè vivimus & tantò magis minuſvè juſti ſumus, quãtò magis minuſve illi cohæremus. Unde ſcriptum eſt de unigenito filio Dei, cum utique ſit patris ſapientia, atque juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Et quemadmodũ ſcriptum eſt: qui gloriatur, in Domino glo- B rietur. hæc ille. Unde hæc eſt ſumma dicendorum: quod Chriſtus eſt via, veritas & vita, & omnium creaturarum caput, unicus ſponſus Eccleſiæ, quæ per concordantiam creaturarũ omnium rationabilium ad eum unum, & inter ſe plurium conſtituitur, ſecundnm varias graduationes.

Cap. II.

NUnc ut propiùs accedamus, poſito hoc fundamento, ſcilicet quòd Eccleſia per unionem ad Chriſtum conſtituatur, modum intelligendi inveſtigemus. Et profectò ſicut à Deo unico, æterno, ſimpliciſſimo, fluunt per creationem cuncta, in quadam diverſa & variè diſtanti imagine: ita ut altiſſima prima creatura participet in alto ſignaculo cum primo, non tamen in quadam concordantia eſſentiali infinita qua filius eſt imago & ſplendor patris lucis æternæ, & tres perſonæ nnus eſt Deus & hoc propter incapacitatem creaturæ, quæ cũ infinita ſit, incapax eſt ex parte ſua infinitæ cõcordantiæ: eſt tamen altiſſima ſuo modo, ex ſuprema adhæſione & ſui diſpoſitione, quæ quantò plus præcellit alia creata, tantò plus increato, ſimplici, infinito ſimilior. Unde ſuo modo naturali fluxu gradatim minùs ſimilitudinis gerunt, & quaſi in umbra, ſignta aut ſimilitudine præcedentis altioris naturæ, diſponitur inferior gradatim, qnonſque multiplicatio verſus inferiùs & ignobiliùs ita in radio deficiat vitalis natura, quod abſque mul-

A multiplicatione amplius quieſcat, in ultimo puncto ita parum habens virtutis: quod tantum ſibi ſufficit, & non amplius communicare poteſt, & ſic ultimum illius ordinis in umbra terminatur. Et hæc eſt graduatio ab infinito uſque ad nihil: licet talis media graduatio à primo ordinata ſit, nihil tamen eſſe poteſt per ipſam totam hierarchicam lineam, quòd abſque fontali principio à mediis conſtitui poſſit. Et ut mea intentio clarior fiat, notat exemplo Ambroſii, in epiſtola 3. ad Sabinum: qui volens lapſum humanæ naturæ per medias propagationes declarare, ſumit exemplum magnetis lapidis, qui cum vim habeat attrahendi ferrum tantam, ut ſe transfundat in illius ſpeciem: ita ut pleriſq; experiri volentibus, cum pluresannulos ferreos ad eum lapidem admoverint, omnes pari teneat modo, deinde ſi ei annulo cui adhæſerit lapis alium admoveas annulum, & rurſus per ordinem ſingulos ſubſtituas licet in omnes penetret per ordinem ex illo lapide vis naturæ, tamen priores nexu vehementiore conſtringit, poſteriores remotiore. Sic verbum ſupernum lapidem imaginor, cujus virtus penetrat cuncta uſq; ad ultimum: non quod gradatim deficiat virtus infinita, ſed ut finitis & terminatis creaturis, inſit mirabilis cõnexionis ordo. Hoc generali ordine, trinitatis figuram geſtant cuncta creata, quæ aut ſpiritualia, aut corporalia, aut mixta ſunt. Deinde ſpiritualia, triplici ordine diſtinguũtur; & quilibet ordo triplici choro, ut per omnes

B cæleſtium angeli chorum ſpirituum choros, ſit unitas hierarchica & ſignaculum trinitatis, & unitas in trinitate, & trinitatis in unitate, Et deinde quantæ ſint ſubdiviſionum graduationes in quolibet choro, à ſupremo uſque ad infimum angelorum, & deinde cujuslibet angeli in ſuis conſtitutivis principiis: quis capere poſſet: deinde ſuo modo in corporali natura hanc hierarchiam quærentes invenient tripli cem ordinem, & cujuslibet tres choros. Et ſicut ſuprema ſphæra eſt ut umbra ultimi angeli, ita eſt terra ultima umbra, & ſex elementorum. Deinde tertia mixta natura habet ſe ad inſtar aliarum, quoniam ex rationabili, & ſenſitivo, & vegetativo: & in ea ordines & chori, ut in angelica, & eſt elementati ut umbra hujus, de hoc alibi. Magna enim iſta ſunt, in quibus à priori, inveſtigatio omnium naturalium ac univerſæ creaturæ latet. Dum enim iſtæ admirandæ differentes concordantiæ, totius univerſi inveſtigantur: quanta ibi miranda naturarum combinatio, quanta orbicularis & inſinentialis mutua participatio quantusvè in iis ad unum finem ordo invenitur, ſapientes cognoſcunt. Sufficiat pro præſenti ſcire pro noſtra inveſtigatione, quòd licet omnia creata in eſſe ex principiis creatis, quandam gradualem ſimilitudinẽ cũ primo gradatim habentib. cõſtituãtur, & p cõcordãtiã uniantur naturali, & originali principio, ut conſerventur: tamen noſtra Eccleſia de qua ſermo, ex rationabilib. ſpiritibus & hominib. qui cum Chriſto uniuntur, licet non omnes pariformiter, ſed gradatim, ut in exemplo magnetis apertum eſt, tantum cõſtituitur. A

CAP. III.

NAm ſuperius manifeſtum eſt per Ambroſium, quomodo ſancta Eccleſia quam beatus Paulus ſupernam Hieruſalem, ac matrem noſtram, ac manentem civitatem, & ædificationẽ ex Deo, & domum non manu factam appellat, ex angelis & hominib. cõnſtat, q̃ partim ex hominibus ſocietate angelica, in ordinib. diſtinctis perfruens, jam cum Deo in cœlo regnat: partim verò in ordinib. diſtinctis peregrinatur in terra, & ad ſocietatem ſuperoam ſuſpirat, ubi eſt tabernaculum non manufactum, neq; hujus creationis. Ad cuj᷒ inſtar per Moyſem factum eſt tabernaculum, juxta juſſionem Domini, ut omnia faceret juxta quod in mõte illi oſtendit. In quo ſuperno & vero tabernaculo, quod fixit Deus & non homo, in interiora velaminis. i. in ipſum cœlum, confeſſionis noſtræ antiſtes, ſummus & ſempiternus Pontifex, ſempiternum habens ſacerdotium, ſacerdoſq; magnus ſecundum ordinem Melchiſedech, per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta æterna redemptione inventa, ſedensq; ad dexteram patris, in gloria paternæ majeſtatis interpellat: non voce, ſed miſeratione prò nobis. Ideoq; rex regum & dominus dominantium per quem reges regnant, & conditores legum juſta diſcernũt: cæleſtem & terrenum principatum, cunctam videlicet Remp. B regens, tam cœleſtem quàm ſpiritualem ac tẽporalem: & terram, diſtinctis in ordinibus diſponens, ac moderans, ac ſupernæ, ac mundanæ curiæ præſidens: miro ordine angelorũ hominumq; miniſteria, pro temporum varietate & opportunitate diſpenſat, Et q̃ ſingulis temporib. congruunt, vel occultiore inſpiratione vel evidentiore illuſtratione, præceptione decernit. Hæc probant ſancti doctores in variis paſſib. quoniam per hoc, q̃ anima cibo ſapientiæ paſcitur, tunc divinæ efficitur conſors naturæ, filius enim eſt patris ſapientia. Et hoc deus aperuit (ut ſcribit Ambroſius 12. epiſtola ad Herennium) per Prophetas & Apoſtolos, & ſcripturas theſauri ſui, iſtud ſcilicet, fidem q̃ eſt in Chriſto: ut hic per fidem cognoſcamus, & ibi facie ad faciem videamus, de quo plura ibi. Et idem Auguſtinus ad Deo gratias in ſecũda quæſtione de diverſitate ſacrificiorum, ubi latiſſimè tantam difficultatem aperiens dicit unum Chriſtum ita diverſis ſacrificiis tempore & loco congruis exprimi, ſicut in varietate linguarum idẽ pronunciatur. Et hæc varietas pro hominum ſalute à Deo facta & præcepta extitit, qui nunq̃ juſticiæ & pietati mortalium deficit: aliis enim tunc moribus & ſignis, alia nunc, ut prius occultus, & poſtea manifeſtius, & prius à paucioribus poſtea à plurib. una & eadem religio ſanctificatur & obſervatur. Unde ut idem in tertia q. ad eundẽ ſubjũgit, graduatio in iis ſacrificiis fuit, quoniam prima ut umbræ, deinde alia ut figuræ, uſq; ad Chriſtũ q.

A fuit veritas. Et fortè, ut præcedenti cap. tactũ eſt, quoniam omnia creata propter Chriſtum & ad eum ſunt, ut unus mundus nni Deo vero incarnato ſufficititunc à primordio tam in ſacrificiisq̃ hominib. gradatim adventus clariori lumine ꝓphetiarũ manifeſtatus eſt. Joannes inter natos mnlierum eũ digito oſtendens ſanctiſſimus, ante eum, & poſt eum Apoſtoli relicti. Et ſicut graduatio à Chriſto vero Deo & homine, ad principium mundi uſq; in principiũ hominum: ita ab eo graduatio uſq; in ultimũ. Quod Auguſtinus ad Eſicium, de die noviſſimo declarat, dicens: licet nunq̃ defecerunt mali, tamen quantò plures erunt mali, tantò plus appropinquatur ad finẽ. Videmus autẽ malos nũc abundare apud nos, & poſt erunt abũdantiores, & omnino abundantiſſimi, quando jã jamq; finis inſtabit: quæ quamdiu aberit ignoratur. Scimus tamen in noviſſimis dieb. & tẽporib. nos agere ſicut Apoſtoli ſed multò magis q̃ fuerunt poſt illos ante nos, & magis nos quam qui erunt poſt nos, donec ad illos veniatur ſi dici poteſt, qui erunt noviſſimorum noviſſimi. hæc ille. Et illa eſt ſumma hujus veritatis, ꝙ nihil aliud per cunctas ſcripturas, niſi Deus & verbum caro factum crucifixum propter nos, oſtenditur ſignis & ſacrificiis. Hoc ſolum Paulus ſcivit, & ad hoc tantùm per fidẽ invitamur, ut per adoptionem filiorum Domini in Eccleſia, per fidem clamemus in ſpiritu abba pater, & ſimus quaſi Dei filii quando reſurgemus omnes incorrupti, & facie ad faciẽ

B videbimus illud æternum lumen: ut hoc latius Ambroſius in epiſtola 23. ad Hierennium. Nam idem ad eundem epiſtola 20. ſcribit ita: Sicut inter animalia creata, homo meritò poſtremus quaſi finis naturæ formatus ad juſtitiam: ſic inter omnes fines legis Chriſtus, ad juſtitiam omni credenti, & ſic nos ut jumenta ſumus contemplatione Domini, ſicut ait Propheta: tanquam jumentum æſtimatus ſum apud te hæc ille. Unde ipſe paſtor bonus, & nos oves paſcuæ ejus. Et hæc ſit radix vera noſtræ intentionis, quia verum eſt ſapientia Dei patris, eſtque ſapientia vita, Proverb. 8. Tunc omnis rationalis creatura, quæ in vita remanſit & remanebit neceſſariò vero adhærebit: & ſic peccatum quod cauſa mortis fuit, tam in angelis quam hominib. contra Dei ſapientiam fuit. Erexit enim ſe angelus contra ſapientiã, qui voluit altiſſimo ſimilis eſſe. Et ſimiliter homo, qui voluit ſimilis diis eſſe, ſcientib. bonum & malum. Omnis itaq; humanæ naturæ vita poſt lapſum, ex adhæſione per fidem mediatoris incarnati verbi eſt. Unde non ineptè conſiderari poteſt, quò Paradiſus à principio plantatus, regnum Eccleſiæ ſignificet, in cujus medio arbor vitæ, veram tã cœleſtiali q̃ terrenæ rationabili creaturę, indefectibiliter pręſtitiſſet vitã: quia ad ejus radicẽ indeficiẽs fons ſpiritꝰ ſancti, q̃ Eccleſiã irrigat, à principio fluxit, & arbor illa fructifera ſemper protulit fructũ vitæ paſcens unitos. Sed cœleſtialis creatura, poſuit ſe contra hanc vitã, convertens ſe ad arborẽ ſcientię. Dum voluit enim ſimilis eſſe altiſſimo, abſq; hoc quod per ſapientiam q̃ fuit ab æterno, participanter ſimilis fieret altiſſimo, quia elevavit ſe ad ſcire, volens edere de arbore ſcientiæ: ſic & homo ſpreuit credere, ut ſimilis eſſet altiſſimo, voluit ſcire anteq̃ crederet. Ecce ꝙ ſapientia q̃ vita eſt & vita q̃ Chriſtus eſt, perdita fuit per illas creaturas. Ambroſius de fide, Dei filius, ſapiẽtia Dei: qui de corde patris adveniens, arcana cœleſtia credẽtib. reſervavit, dicit credentib. Nam ut idẽ ad Simplicianum ſcribit, ſolus filius nuſcit patrẽ, & ille etiã cui ille revelaverit, & nullus abſque revelatione filii, cœleſtia myſteria apprehẽdit. Quicunq; enim de Dei majeſtate aut cœleſtib. ſive Apoſtoli, ſive Prophetæ: non niſi ex revelatione demonſtrata ſibi loqui auſi ſunt. hæc ille. Quò Chriſtus ſit ſapientia, juſtitia, ſanctitas, fortitudo, ſecundũ Hieronymum 11. q̃ſtione 3. exiſtimata, unde patet quantus fuit error priorum ſpirituum & hominum qui ſine illa vita ad vitã & veritatẽ nitebantur aſcendere. Ex quo cõcluditur, ꝙ Eccleſia catholica, per fidẽ unionis ad Chriſtũm conſtituitur: quoniã ſine fide impoſſibile eſt, illã deſideratam æternã gloriã apprehẽdere, Deũ videre & Dominũ Jeſũ ſalvatorẽ.

Cap. IIII.

Breviꝰ loqui exigit compendium, quàm exorditus ſum. Planè itaque deſcendendo ad intentum, in hac Eccleſia, trinitatis ſignaculum, quærentes, inveniemus jam Eccleſiam triplicem ordinem habẽtem, ſcilicet, triumphantem, dormientem, & militantem.

B In quolibet etiam ordine, iterum trinitatem contineri, cum aliis multis graduationibus triniter in quolibet choro ſe habentibus. Et has hierarchias triumphantis & dormientis dimittendo, ad militantem ſtylum vertentes: conſiderandum puto, id quod Leo nonus Zachariæ adverſus præſumptiones Michaelis Conſtantini ſcribit, dicens, ipſa corporeorum compoſitio membrorum, nos doceat, qualiter Eccleſia intelligi debeat, ipſa enim eſt corpus Chriſti. Et Apoſtolus dicit, vos eſtis corpus & membra de membro. Et ſicut in uno corpore multa membra ſunt, omnia tamẽ non habent eundem actum: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſingulariter alter alterius membra. Et infrà. Si totum corpus oculus, ubi auditus & alii ſenſus? Nunc autem diſpoſuit Deus ſicut voluit corporis membra, ſingula officio ſuo apta. Membrum enim ſuo officio non contentum, ſed cupiens præripere alienum, conturbat corporis ordinem totum: velut ſi viſus voces, auditus colores, diſcernere tentet. Sic ſingulorum ornamenta non ſunt aliis congrua, ſed unumquodque requirit ſua & abjicit aliena. Nam pes refutat galeam & coronam, caput ſandalia: & tã diſcors cõcordia eſt in eis, ut eorumꝙ libet alii officium ſuũ omnino deputare recuſet. Et tamẽ de bono unius pariter exultant, ſicut de malo cõmuniter dolẽt, & officia ſua nõ ſibi tãtũ, ſed magis mutuæ utilitati exhibẽt. Unde sãctus Apoſtolus ait: Si gloriatur unũ mẽbrũ cõgaudẽt omnia mẽbra. hæc ille. Et eſt ſingulare

ſatis

A ſatis iſtud ſcriptũ cum eo, ꝙ in principio illius cap. ad Michaëlem Patriarcham, & Leonem archidiaconum loquendo, ſcribit: Sumus unum corpus, & unus ſpiritus, ſicut vocati ſumus in una ſpe vocationis. Ex quo patet, papã, Patriarchis & omnibus Chriſtianis unũ tale corpus conſtituere, ubi ſunt diverſa membra & quodlibet ſuo officio contentũ, ne totus ordo turbetur. Unde ex membrorũ diverſitate, hierarchia comprehendi poteſt in ordine ad veritatẽ concordantiæ, ſine qua hierarchia nõ ſubſiſtit. Neceſſe eſt ergo concordiam illam eſſe in uno & pluribus in uno cap. & plurib. membris. Et ut de multis pauca per ordinẽ dicamus, in hoc corpore ꝙ ita Chriſto adhęret in ſpiritu, habitat ſpiritus, vivificans totũ corpus. & quodlibet ejus membrum: ſicut anima eſt tota in toto corpore, & in qualibet ejus parte: ut hoc latè ꝓſequitur Auguſtinus ad Dardanũ, de Dei prę-ſentia. Et ideò corpus iſtud animale ex Adam contractũ, factum eſt ſpirituale per regenerationem in Chriſto, in qua regeneratione mortuum & conſepultũ Chriſto. homo novus ſpiritualior ſurrexit, tanquã ſponſa ſine macula deſponſata, ut per militiã deveniat ad victoriã, quæ eſt per mortem, ut tunc ſponſa ſpiritualiſſima incorruptibilis reſurgens, traducatur ad unionem perpetui matrimonii. Et manifeſtũ eſt, hoc corpus Eccleſiæ quod ita ſe habuit, ex prędeſtinatis tantum cõſtitui, quia illi ante mundi conſtitutionem ad illam hæreditatem vocati tantùm pervenient. Et quia hoc judiciũ

B eſt cunctis hominib. incognitũ, quia nemo ſcit an odio, an amore dignus ſit. ideò cõſideratione illa, ꝙ quiſq; fidelis faciens voluntatẽ Dei, unus ſpiritus cum eo efficitur per conſenſum, & ſic ſponſalia tunc contrahit futuræ conſummationis matrimonii: dicimus Eccleſiã ex prędeſtinatis & præſcitis conſtitui, Deus enim ut optimus eſt diſpoſitn & capaci gratiam gratũ facientem diſtribuit. Sed ꝙ non quiſq; hujus militantis Eccleſiæ, ad conſummationem matrimonii perveniet, hoc in cauſſa eſt, quia ultimam victoriam, quæ eſt per mortem, perdet de meritis ejus. Mortis hora indicat prædeſtinatũ & pręſcitum. Ante hoc tempus præſcitus aliquãdo poteſt eſſe in mortali peccato, pręſcitus autem gratiam Dei, abſq; fide & adhęſione nõ poſſet habere. Quare in Eccleſia tunc eſt, & hoc modo exiſtentes in gratia pręſentis juſtitiæ, ſolùm de Eccleſia eſſe cenſentur. Eſt deinde conſideratio alia, qua Eccleſia ut ſponſa fidelis cõſideratur, obediens ſecundùm altiorem & nobiliorem ejus partem, & ſe quoad hoc incarcerans, & refrenans, ut ſponſo fidelis permaneat: & hoc modo incarcerans intellectũ, ut credat Chriſtũ Deum & hominem ſalvatorem, de Eccleſia eſſe cenſetur Unde homo ſecundùm Auguſt. ſuper ſymbolo, adinſtar trinitatis imaginem gerens, ex ſpiritu & anima & corpore cõſtitutus exiſtit. Spiritus autẽ eſt nobilior, ſuperior & altior intellectualis, perſonæ patris figuram repræſentans: & corpus perſonã filii: & anima quaſi utriuſq; naturã participans, ab utroq; procedentis perſonã Spiritus ſancti. Et ſic homo ſe ſecundùm ſpiritũ intellectui ſubjiciens, & credens in Chriſtũ, quòd ipſe ſit via, veritas, & vita: de Eccleſia dicitur, licèt nondũ ſpiritus ſubjecit ſibi animã, nec per animã corpus. Unde ad hoc ut homo benè divinæ trinitati configuretur, ad percipiendam illam vitalem concordantiã, oportet ſpiritum eſſe perfectum: ſcilicet, ut per fidem, ſpem & charitatẽ, ſe jungat ſpiritui divino, tanquam vitæ & veritati. Oportet animam eſſe perfectam, ut ſpiritui obediat, cui ſæpè non natura ſed conſuetudine peccandi, reſiſtit. & tũc animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Et ſic quãdo anima obedit ſpiritui, & ſpiritus Chriſto, non eſt deſperandũ, corpus etiam naturæ reſtitui propriæ per reſurrectionẽ, ut totus homo ſpiritualis Deo uniatur, ſecundùm Auguſtinũ, ubi ſuprà. Unde militans Eccleſia ſecundùm illam victoriã, quæ eſt per fidem, eſt ſimilis exercitui cognoſcenti Chriſtum verum Deum & hominem, regem & Imperatorem vitãm & veritatem, licèt non omnia membra operentuř ſecundùm hoc ut ejus imperio obediant, etiam licèt alium regem poſſe eſſe nõ exiſtiment. Et quanquam fides ſine operibus mortua ſit: tamen nõ eſt præciſio durante fide. ſed adhuc eſt connexio adinſtar membri aridi. i. q. I. ſicut urgeri, 23 q. 7. quemadmodum. Unde dicitur hęc Eccleſia immaculata ſponſa ſecundùm fidem, licèt per inobedientiã animæ & corporis multorum varia nomina ſæpè ſortiatur, adinſtar communitatis, quæ ob multos bonos & multos malos aliquando tota bona, aliquando tota B mala vocatur: ut Paulus ad Corinth. jam bonos jam malos nominat. Fuit hujus Eccleſiæ Paulus membrum dum diceret: mente ſervio legi Dei, carne legi peccati. Et quia ſolus Deus ſcrutator eſt cordium: ideò nullum eſt judicium humanum certum de membris Eccleſiæ, niſi in modò renatis infantibus. In adultis autem fictio eſſe poteſt, ut Auguſtinus de correctionẽ Donatiſtarum, multos in Eccleſia fictè dicit eſſe. Unde ex hoc trahitur, deſponſationem qua Chriſtus militantem Eccleſiam & quodlibet membrum ejus deſponſavit, ſimilem eſſe deſponſationi, in qua Imperator reginam Franciæ deſponſaret, ut reginam & dominã Franciæ: ita ut ipſa laboret, ut regnum obediat ſibi, ut ſponſo offerat, alioqni non traduceretur. Unde licèt regina conſtans in fide remaneat, quia tamen aliquando rebellionem regni non caſtigat, & ad obedientiam non reducit cùm poſſit, non traducitur. Non enim obligavit eã ſponſus ad impoſſibile, licèt ad difficile. Et ſic quoad militantis Eccleſiæ qualitatem, iſta notanda, ſicut deinceps ad explanationem corporis ſuprà deſcripti accedamus, ejus habitudinem ponderantes.

Cap. V.

ADhuc penſandum eſt quoniam Eccleſia ab unitate & concordantiali congregatione dicitur, quòd ipſa ex fraternitate conſtituitur, cui nihil propriè tantùm contrariatur, quantũ diſciſſio ſive ſchiſma. Nã licèt fides una, ſit fu-

Digitized by Google

A niculus colligantiæ: tamen aliquando varietas opinionũ abſq; pertinacia ſtat cũ unitate. Cyprianus enim & totum conciliũ 70. epiſcoporum, diverſi fuerunt in fide catholica Eccleſiæ: tamen nõ abſciſsi quoniã non prætulerunt opinionẽ unitati fraternæ, quia abſq; pertinacia fuerunt, ut Auguſtino placet; libro ſecundo contra Donatiſtas. Deinde judiciũ fidei eſt multùm difficile. Ambroſius ad Conſtantiũ epiſtola 37. Nervi enim ſunt & quidam artus ſapientiæ, non temerè credere, maximè in cauſſa fidei, quæ rarò perfecta eſt in hominibus. Quare Eccleſia iſta militãs, quæ humano judicio ſubeſt, multos habet in corpore exercitus, ſigno extrinſeco nõ apparentes infideles, licèt latenter ſciſsi à concordia fidei, & non expelluntur aut damnãtur, niſi cognitis his occultis. Et ſicut tales non inficiunt totũ exercitum: ita quouſq; cognoſcantur, in aliorum ſalutem & tutelam quæ agunt, effectu nõ carent. Cùm enim homo ad impoſſibile non obligetur, excuſatur meritò in occultis. Et ideò miniſteriũ illius occulti hæretici, quod in unitate Eccleſiæ in ſalutem diſpenſare credit rectè licèt diſpenſatori obſit, nõ tamen ipſi rectè diſpoſito in unitate Eccleſiæ capienti. Hæc eſt catholica veritas, quam cuncti fideles fatentur, quam Auguſtinus libro ſecundo contra epiſtolam Parmeniani, ad longum ꝓſequitur. Perfectiſſimus itaq; Deus & homo, qui eſt mediator Dei & hominum, perfectiſſimè ex infallibili ordinatione ita ordinavit, quòd ſicut Auguſtinus ad Pauli-
B num epiſt 42. ſcribit, ac altiſſimo ingenio Ambroſio, in epiſtola ad Juſtum lib. 6. placet, tunc Chriſtus eſt totum illud quod quæritur, & medium concordantiæ ad Deum per quem ſolum omnia. Igitur nõ obeſt malus miniſter, quoniã ſanctus Spiritus per prælatum præpoſitum, & miniſtrum etiam fictum, operatur. Qui fictè in Eccleſia eſt, ita operatur evangelizando, conſecrando, regenerando, ꝙ ſalus ex hoc miniſterio nõ minùs præſtabitur dignè recipiẽti, quoniam nõ homo ſed Chriſtus hominis miniſterio per ſanctum Spiritum hoc agit. Hæc eſt infallibilis veritas, quam Auguſtinus cõtra Parmenianũ proſequitur, & habetur 1. q. 1. per Eſaiam & multis aliis capitulis, 19. diſt. ſecundũ. Et quòd officiũ ſacerdotale vim capiat à Spiritu ſancto, Ambroſius lib. 1. de pœnitentia ſcribit. Ex quo nunc apparet, ad ſalutẽ membrorũ Eccleſiæ fictos in exercitu exiſtentes effectualiter miniſtrare. Et ſic cõſtituitur hæc militans Eccleſia in veritate quoad hunc finẽ de bonis catholicis, fidelibus & fictis. Et in hac ultima conſideratione Eccleſiæ, ſtabit ſtudium noſtrũ. ampliùs: & ſic ſignaculum trinitatis, in conſideratione Eccleſiæ nota. Quia aut conſideratur quoad judicium divinũ, & tunc ſolum per charitatem Deo uniti ſunt de Eccleſia. & hos ſolus Deus cognoſcit: aut quoad judicium angelicũ. & ſic fideles omnes & ſolùm illi & illi angelici ſpiritus, hoc judiciũ abſq; extrinſeca operatione cognoſcunt, poſtquã ad fidem intellectus converſus eſt. Quæ quidẽ fides eſt ut linea ſpiritualis continua, penetrans cunctos

Chriſto unitos uſq; in caput. Igitur cùm hæc chorda, quacunq; ſpirituali harmonia occultè tangitur: in augmentum gaudii cœleſtium omnium ſpirituũ, percipitur ab ipſis angelicis ſpiritibus. Aliud eſt judiciũ humanum, in quo per ſpem judicantur extrinſecè humano judicio, regenerati in Chriſto eſſe, quouſq; ex opere aut ſigno extrinſeco aliud conſtet. Sperant enim homines quodcunq; bonum in fide permanere, & ſua ſpe æternæ gloriæ non fruſtrari unquã velle, nec de occultis judicium ſumere debent: Unde militans Eccleſia eſt exercitui ſimilis, qui ſignatur ſigno crucis, Antichriſto qui Chriſto adverſatur, cujus Chriſti vexillum exercitus geſtat, ex ſigno & ſignatura extrinſeca contrarius, licèt nõ ita intrinſecè omnes qui in illo exercitu continentur, ſint, ſicut extrinſecè ſtigmatizati. Et in hoc exercitu Chriſti immortali, tanquã in uno corpore concordantialis unitas fidei verè aut præſumptè graduationes differentiales requirit, de quibus ampliùs dicendum. Et oportet ea tranſitoriè ſaltem tangere quæ ad rem neceſſaria ſunt, quæ fortè cùm ſint profunda & alta, ſubtiliùs intrãti majores fructus miniſtrare poſſent, quàm noſtrum propoſitum hoc loco requirat. Unde ut ſit una continua concordantia unius ſponſi & unius ſponſæ, neceſſe eſt in hoc primò conſiderare, ꝙ tota Eccleſia una eſt in trinitate ſcilicet eſt triumphans eſt & dormiens, eſt & militans. Unde militans eſt in infimo loco. Et ſicut infimus ordo hierarchiæ in triumphanti illuminatur paſſivè abſq; communicatione ulteriori, quoniam ibi ſubſiſtit fluxus, & medius ordo illuminatur & illuminat, ſupremus verò illuminat: ita militans eſt, in quo ſubſiſtit influentia. Eſt dormiens in medio conſtituta, & deinde ſuprema triumphans. Et hæc eſt miranda continuatio per diſparia media, nã tota dormiens eſt ſub tota triumphante, altior dormiẽtis immediatè ſub infimo triumphantis, & altior militantis ſub infimo dormientis. Tota enim dormiens ex prædeſtinatis eſt: militans verò quouſq; ad dormientem vel triumphantem pertingat, ſemper dubia. Tranſitus autẽ de hac militanti habet ſe ita, quòd omnis per dormiẽtem, triumphantem attingit: ſed plures attingunt abſq; dormienti, qui nõ indigent purgari. Unde inperſcrutabilis eſt iſta harmonia dormientiũ, licèt abſq; ordine nõ ſit cùm tendat in ſupremã. Et quia Chriſtus eſt omnia (ut præhabitum eſt) tunc ex Deo angelis & hominibus per Chriſtum Deo unitis, conſtituta eſt Eccleſia radicali conſideratione. Quare dormiens Eccleſia, tanquam media inter angelos & homines, conſiderata eſt ut umbra angelicæ, & militans ut umbra dormientis: licèt dormiens ab humana viatrici Eccleſia non ſeparetur, quouſq; traducatur in triumphantem. Unde quoad hoc, cõſiderari debet in connexitate eſſe cũ militanti. quia in purgatione hinc inde beatificandæ animæ epulantur: licèt illæ quoad meritum dormiant, iſtæ autem adhuc militent, ſunt tamen in linea peregrinantium. Dormiẽtes primi, quia abſorpta eſt mors in vi-

ctoria,

Digitized by Google

A ctoria, & certi ſuot de pręmio, & ea propter ſpiritualiores firmioti ſpe & indubitabili factæ ſecundùm gradus meriti Militantes infrà in dobio in corporibus groſſis, quaſi ombræ ꝑcedentes Et licèt tota dormientiũ multitudo ſub infimo triumphantis exiſtat tanquam ſint purgatione indigentes, antequam ad pattiá venire poſſint: tamen de tota peregrinantiũ graduatione, nõ talis ordo aſcendendi eſt, ut gradatim de iofima militantiũ per dormientium quiſq; rapiatur, & ſubſtituatur ultimo triumphantis. Quoniá iſte aſcenſus verſus unionem ad verũ caput, fit velox, & tardus, altus & baſſus, ex graduatione intrinſecæ adhęſionis, ex parte meriti vel demeriti depeodentis, ex cujuſq; proprio arbitrio libero ſibi concreato: ut quiſq; æquè gaudeat principiis illis, per quæ in adoptionem filii Dei pervenire poſſet, gaudeat certè ſicut ex infimo gradu aot ſacerdotũ aut laicorum, ob benemerita quis abſque graduatiooibus mediis, ad præſidentiam aut ducalem, aut archiepiſcopalem, vel altiorem rapitur. Sed hæc miſſa faciamus, ut ad viventium hominum Eccleſiam, ouoc ſtylũ convertamus.

Cap. VI.

Est autem in hoc corpore Eccleſiæ concordantia inveſtiganda, in ſignacnlo trinitatis, quoniam repęriuntur tres ordines magni, una mirabili cõnexione ad uoũ caput Chriſtũ. Primò, diviniſſimæ concordantiæ trinitatis & unitat s ſubalternatur ſacramentorũ connexio.
B Secundò, divinæ concordantiæ angelicæ qui ſunt mioiſtri divinæ trinitatis, ſubalternatur ſanctum ſacerdotiũ: quoniam ſacerdotes ſunt miniſtri ſacramentorũ. Tertiò, ſubalternantur beatis ſpiritib. in patria, homines fideles in via. Et ſunt ſacramenta illuminaotia & purgantia, eſt ſacerdotiũ paſtorale purgatũ & purgans, eſt fidelis populus qui purgatur, & non purgat ad modũ angelicæ, & cooſequenter divinæ trinitatis concordanti diſpoſitiooe ordinata. Io ſacrameotorũ admiranda hierarchia caput Chriſtus. ſe cõmunicat cunctis in hac via exiſtentibus, ſub figura & in ænigmate, quemadmodũ viæ convenit & mortalitati noſtræ: ſicut ſe in triumphanti facie ad faciem cõmunicat, abſq; ænigmate, quoniá ita convenit juxta capacitatem utriuſq, ſtatus. Et talis divina ſacramentalis cõmunicatio, habet hierarchicum ordiné, quoniá tot ſunt ſacramenta, ot vult Auguſtinus ad Voluſianum. qui dicit, ꝙ oimis longum eſſet de varietate ſignorũ diſputare cõvenienter, quæ cùm ad res divinas pertinent, ſacramenta appellantur. Uode in tot & tantis ſacramentis, ita divinitùs pro noſtra ſalute impertitis, quoniá in unum Chriſtũ finaliter tendunt: ordo ſanctus concordantialis, uſq; in ſupremũ ſacramentũ Euchariſtiæ exiſtit, ad modũ quo in triumphanti omnis ordinatio tendit mirabili concordantia, uſq; in Chriſtũ caput, per quem requieſcit in Deo æternaliter omnis cura. Sic in hoc ſacramento illius unici capitis Chriſti, alia omnia ſacramenta ut in fine quieſcunt, cũ ſit ſacramentũ ſacramentorum. Omne etiá ſacramentũ imaginem trinitatis geſtat, quoniá A in quolibet eſt ſacramentũ tantum, eſt res tantùm, & res & ſacramentũ ſimul. Quis cunctam illam dulcem cõncordantiá ab ultimo ſigno in primũ ſacramentum & iotermediis, & in quolibet per ſe inveſtigare poteſt? Nollus pro certo: ſufficiat ergo hęc pauca tetigiſſe. Subſequitur ordo ſacerdotii, qui per ſacramenta characterizatur, ut ſit continuatio abſq; omni diſciſſione media, totius Eccleſiæ: & ſic geſtat ſacerdotium ſignaculum ſacramentalis indelebilis communionis, ordinis ſive concordantiæ ad ſuperiora divina. Et in hoc ſacerdotio hierarchia eſt ordinata à pontificato ſummo, uſq; in laicum: quemadmodũ magnus Dionyſius, eccleſiaſticá hierarchiam deſcribit. Et ſicut homo conſtituitur ex ſpiritu, anima, & corpore: ita ſacramenta hujus corporis Eccleſiæ unius ſunt ſpiritus, & ſacerdotiũ anima. & fideles ut corpus. Sicut enim anima partim adhæret corpori, & partim ſpiritui, & eſt mediũ, per quod ſpiritus influit in corpus: ita & ſacerdotium ſe habet ad fideles. Quare totum ſacerdotium, eſt ut anima una in corpore uno fideliũ. Unde Gregorius Nazianzenus in Apologetico in principio, ubi loquitur de corpore Eccleſiæ, quomodo cõſtituitur ex regentib. & rectis, dicit: Alios paſtores dedit, & doctores ad perfectioné Eccleſiæ, eos videlicet, qui præ cæteris virtute animi pręditi Deo familiarius aſſiſtant, & id officii in Eccleſia gerant, quod vel anima in corpore, vel mens & ratio operatur in anima. In B quo quid deeſt, & in quo abũdat, velut in mébrorũ diverſitate conſonantia facta per ſpiritũ perfectum, integrũ atq; aptum ad omnia corpos exiſtat, & dignum quod Chriſtũ habeat caput. Hæc ille. Quare ſacerdotio cõvenit virtus regitiva, vivificativa, & illuminativa: quoniá ſacerdotes ſunt lux mondi, & ſal terræ. Unde (ut dicit Cyprianus in epiſtola de Aleatore) ideo ſál terræ dicuntur ſacerdotes, ot ex ipſis omnis fráteroitas cœleſti ſapientia ſaliatur. Et ſunt hierarchicæ ordinationes, quoad animationem in ſacerdotio. In hac cura regitiva pręſidentiali, quoniá licet omnes ſupremę hierarchiæ, qui epiſcopi ſunt, quoad ordiné & pontificale judiciũ ęquales ſint: eſt tamé diſcretio gradualis, quoad regitiva curam. Et in hac pręſidentia, hierarchia cõſideratur ex quadá coocordantia, qoæ eſt in uno & pluribus. Eſt enim unus tantùm epiſcopatus, cujus quiſque partem tenet, & ordo differentialis, quoad præſideotialem curam. Hoc utiq; erant alii omnes Apoſtoli, quod erat Petrus, pari conſortio honoris & poteſtatis præditi: ſed Petrus prælatus eſt cęteris, ut ſit unitas in concordantia, ut Cyprianus deducit ad Novatianũ ſcribeos. Et Hieronymus contra Jovinianum dicit iorer pares Apoſtolos, Petrum ad pręſidendũ electũ, ut capite cõſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio Unde ſicut epiſcopatus unus, ita una cathedra, & una præſideotia gradualiter & hierarchicè cõſtituta. De hac unitate cathedræ, Optatus Milenitanus libro ſecundo contra Parmenianũ, contra quem ſeptem libellos ſcripſit, eleganter diſ-

Digitized by Google

A ter diſputat, cunctos catholicos epiſcopos unitatem cathedræ, neceſſariò tenere debere. Et quoniam hæc præſidentia à Chriſto capite eſt ad vitandum ſchiſma, & pacem fidelium, ac unitatem conſervandam, inſtituta: tunc habet ſuam graduationem, adinſtar dominorũ temporalium figurativè. Unde hoc eſt animadvertendum ſecundùm Hieronymum, quòd ſicut exercitus ſibi capitaneum conſtituit, & ille tũc omnium conſenſum in ſe geſtans, una præſidentialis publ. perſona exiſtit: ita & epiſcopus præſideus conſtituitur 93. diſt. legimus. Quare ſicut Reſpub. eſt communis res populi, & res communis eſt res civitatis, & civitas eſt hominum multitudo, in quodlibet vinculum côncordiæ redacta, ut ſcribit Auguſtinus ad Voluſianum de legum divinarum imitatione: ita ſe habet pręſidens in curia paſtorali ad modum illius, cui Reſpub. commiſſa eſt. Unde cuncti qui ſubſunt curiæ, intelliguntur ita in præſidente uniti, ac ſi ipſe eſſet anima una, & ipſi corpus, quod anima haberet animare. Unde tales ita uniti, cum paſtore Eccleſiam conſtituunt, ut eleganter ſcribit Cyprianus ad Florentiũ, & Papianum, cujus pars habetur 7. q. 1. ſcire debes. Illi inquiens ſunt Eccleſia, plebs ſacerdoti adunata, & paſtori ſuo grex adhęrẽs. Unde ſcire debes, epiſcopum eſſe in Eccleſia, & Eccleſiam in epiſcopo: & ſi quis cum epiſcopo non ſit, in Eccleſia nõ eſt Hæc ille. Idem dicit Cyprianus in epiſtola ad Cornelium de quinq; presbyteris, de quo plura inferiùs habentur. B Unde ſicut Eccleſia univerſalis, eſt corpus Chriſti myſticum: ita particulares Eccleſiæ, myſtica ſunt corpora ſuorum præſidentium, qui Chriſti legatione funguntur. Sic Anaſtaſius papa ad Joannem Hieroſolymitanum contra Rufinum ſcribens, de Eccleſia Romana loquens dicit: mihi cura non deerit, Evangelii fidem circa meos populos cuſtodire parteſque corporis mei, per ſpatia diverſa terrarum quantum poſſum literis convenire, ne qua profanæ interpretationis origo ſubrepat, quæ devotas mentes immiſſa ſui caligine labefactare conetur. Hæc ille. Concor. 19. di. ita dominus. Et hæc eſt radix una propoſiti noſtri, quòd Eccleſia in epiſcopo per unionem, & ſic epiſcopus eos figurat & repræſentat, quia publica perſona, quoad iſtum concurſum, & hoc valebit pro ſequentibus. Habet autem graduationem ſuam, ita ut Leo nonus in epiſtola qua ad duos ſcribit Africæ epiſcopos dicens: Epiſcoporum ordo unus eſt, quamvis alii præferantur aliis, ſive ex eo quòd primas civitates, & magis nominatas ſecundùm potentiam, aut leges ſeculi obtinent: ſive quòd à ſanctis Patribus, pro aliqua reverẽtia dignitatis, aliquod privilegium dignitatis poſſident. Nam ſicut omnis mundana poteſtas, his gradibus dignitatum à ſe invicem diſtat. id eſt, ut primus ſit Auguſtus vel Imperator. deinde Cæſares, deinde reges, duces, & comites, atque tribuni: ita & eccleſiaſtica poteſtas, ordinata à ſanctis Patribus invenitur, dicente beato Clemente: In illis civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legis doctores erant, primates vel Patriarchæ poſiti ſunt, qui reliquorum iudicia, & majora negotia juſtè definirent, qui etiam non uni provinciæ, ſed pluribus præeſſent. Deinde ubi Archiflamines erant Paganorum, archiepiſcopi conſtituti ſunt Chriſtianorum, qui in ſingulis provinciis præeſſent. Ubi verò Metropolis erat, quæ interpretatur mater civitas. Metropolitani erant, qui de tribus aut quatuor civitatibus intra aliquam provinciam, majori, & matri aliarum civitatum præſidebant. Unde iſta aliquando Metropolitani tantùm nominantur, aliquando archiepiſcopi, ſi in ipſa provincia majores aliqui non fuerint. Ubi autem minores civitates habuerunt tantùm flamines vel comites, epiſcopi ſunt conſtituti. Porrò tribuni plebis nõ importunè intelliguntur presbyteri, ſive reliqui inferioris ordinis clerici. His omnibus divino & humano jure prælatus eſt Pontifex Romanus. hæc ille. Hæc etiam ſententia eſt Anacleti. Clementis. Anitii, Julii & aliorum Romanorum Pontificum. Et eſt multùm notanda talis applicatio, quoniam ex ea conſtat, quòd præſidentialis eccleſiaſtica poteſtas ſuperaddita ſit temporali, quemadmodum anima corpori, ſic quòd ubi fuerit temporalis coadunatio in regimine terreno, ſuperaddita eſt per viam pacis & concordiæ directiva præſidentia in Chriſtum, ut cuncta in unũ caput poteſtatis ſupremæ, convenienti medio reducerentur. Reſtat alio loco iſtud dictum meliùs ponderare, nunc fundamentalia quædam tangamus, dein de ſacerdotio ſingulariter. B

Cap. VII.

SUperiùs cũ de ordinis & choris hierarchicis diceremus, diximus ꝙ ad modum quo tota in hierarchiã eſt ſupremum, mediũ. & infimũ: ita & in ſuprema parte cujuslibet creatæ inveniũtur ordines varii. quouſq; ad unum primũ illius ordinis perveniatur. Rectè ſicut in angelica ſunt tres ordines. & in primo ordine iterum ſunt tres chori, & licèt in quolibet choro, ad hunc modũ graduatio inveniatur: tamen hoc nunc intendo ad hoc, ut una continua concordialis connexio per totã hierarchiam inveniatur. Ordinatiſſimè tamen ultimus chorus eſt primi ordinis, licèt primi ordinis illuminatio, ita in eo incommunicabiliter pſiſtat, ut ipſius ibi fluxus terminetur. tamẽ adhuc ille chorus, eſt ſubſequentis primi alterius ordinis ita prælatione cõnexus, ut abſq; radio primi ordinis, ſibi activaliter radiũ ſufficientis ſecundo ordini communicet, ut ſic ſit unus cõtinuus dulcis tonus in ordine graduale cõtinuo. Ex quo trahe adinſtar, ac ſi ordo primus ad imaginationẽ ſit 21. gradus ſpiritualis illuminationis, qui ſunt adeò activi & redũdantes in primo choro, ꝙ ſe nituntur cõmunicare ſecũdo, ſed nõ poſſunt in totum: ſic 20. tantùm recipit ſecundus chorus, & ille receptus nõ poteſt cõmunicare totaliter: unde cõmunicat 19. Et quia in tribus punctis luminis conſiſtit ordo, tunc non poteſt ampliùs infimus chorus in eodem ordine

commu-

Digitized by Google

A communicare. Quare qnoad ordinem purè
paſſivè ſe habet. Unde t8. puncta quæ poteſt
communicare, tranſeunt in ordinem inferio-
rem, & ſic ſucceſſivè uſque ad ultimum cho-
rum tertii ordinis, qui habet 12. Et ex hoc no
ta, quia Deus eſt lux infinita: tunc omnis lnx,
extra Deum creata finita comparativè ad Deũ
umbra eſt infinitæ lucis. Et tantò plus umbræ
habet, quantò plus à Deo diſtat: licèt in patria
lumeo æternum, divinum ſufficientiſſimè ju-
xta omne deſideriom, quemlibet ſpirituum ir-
radiando, complectatur. Sic io noſtro propoſi-
to in ordinibus religionis, & illius partis Ec-
cleſiæ, quæ ſpiritualior cenſetur, ſuot novem
chori, ab epiſcopali choro uſq; monachalem.
Et ſupremus ordo conſtituitur ex epiſcopali,
ſacerdotali, & diaconali, totus ſacer medius, ex
ſubdiaconali, acolytali, & exorciſtali mixtus.
Infimus, ex lectorali, oſtiariali, & tonſorali. Nã
ſacer iterum ex diaconali, ſubdiaconali, & aco-
lytali ordo comparativus concordantialis plns
permixtus ſanctitate, quoniã duos ſacros ha-
bet choros. Item ex ſacerdotali, diaconali, &
ſnbdiaconali ordo ſacer: ſub primo tamen or-
dine conſtitutus, & ſic dealiis mixturis. Mo-
nachatus autem ad tonſoralem chorum con-
nectitur, quoniam eſt nt medium inter laicos
& clerum.

Cap. VIII.

SImiliter juxta ſuperiora, & virtus regitiva,
ex qua præſidentialitas & paſtoralis cura
otitur, habet ſuos ordioes: quoniam ex papali,
B patriarchali, & arcbiepiſcopali, conſtituitur
primus ordo. Secundus ex epiſcopali, arcbi-
diaconali, & decanali. Tertius ex ſacerdotali,
diaconali, & ſubdiaconali, & habet ioter ſe
ſuas permixtas graduationes, & ſubalternas
connexiooes. Cur autem talis graduum diver-
ſitas, neceſſariò pro conſervatione univerſi
exiſtat adinſtar, ſicut in cœleſtibus ut magnus
enm differentiæ ordo ſervaret: habetur 89. di.
ad hoc. Io tota etiam cathedrali unitate, hoc
eſt advertendum quòd totum ſacerdotium Ec-
cleſ. & corpus uoum cooſtituit: cujus quidem
ſacerdotii ordo eſt ut anima, & Spiritus ſan-
ctus, ſpiritus. Conſtituitur ergo eccleſia ſacer-
dotalis, ex corpore, anima & ſpiritu. Et quoniã
ſanctus ſpiritus, per cbaracterem ordinis ſa-
cerdotalia perficit: tunc ſanctum eſt ſacerdo-
tium. Quòd antem Spiritus ſanctus operetur
in ſacerdote jam ſoperiùs per Aoguſtinũ lib. 2.
contra epiſtolam Parmeniani oſtenſum eſt.
Idem etiam Albertos Magnus latè ſuper ſym-
bolo. in opere de Officio Miſſæ, ac per alios pe-
nè omnes doctores, ſacerdotes, ſchiſmatici &
hæretici ſint & fuerint: Chriſti tamen ſenten-
tia vera eſt qui ſacerdotium ſanctum oſque ad
ſecnli conſummationem in ipſo, & in ſeipſo,
dixit permanſnrum. Quare corpus ſacerdotale
licèt caducũ, & mortale & deviabile io mem-
bris, non tamen io toto: quoniam ſemper ma-
jor pars in fide & lege Chriſti permaneat, ut
hoc Cyprianus eleganter deducit ad Novatia-
nũ, nbi dicit: Licèt omnis homo mendax, Do-
minus tamen verax. Quare confeſſorum pars
major & melior, ſtat in fidei ſuæ robore, ac lege A
& diſciplina Dominicæ veritatis. Et ſicut per
caſum Judæ, dignitas Apoſtolorum aliorum
nõ eſt diminota: ita etiã propter caſum aliquo-
rum ſacerdotum à fide, alii dignitatem nõ per-
dunt. hæc ille. Ex quo ad noſtrum propoſitum,
fundamentum non parvum elicio, quòd ma-
jor pars ſacerdotum, in fide & lege perſiſtit. Et
hæc eſt altera radix magna ad ſubſequentia.

Cap. IX.

DEiode in præſidentialitate boc conſideran-
dum, quòd ipſa habet ſuum ſignaculum ex
angelico ſpiritu, ex cathedra, & corpore. Quo-
niam ſicut ſacerdotii poteſtas ab ipſa trinitate
robur capit, & Spiritu ſancto regitur, per me-
dium characteris ordinis, quia ſacerdotium
ſummo ſacerdoti ſubalternatur, & primæ di-
vinæ concordantiæ: ſic præſidentialitas. quæ
ex ſacerdotio fluit deſcenſivè & corporativè
ad fideles, per diſpenſationem ſubalternatur
hierarchiæ angelicæ, & ad angelicã virtutem
ſacerdotium per medium cathedræ connecti-
tur. Præſidere & præferri angelos eccleſiis, jam
ex Apocal. manifeſtom eſt, ac etiam Reipubli-
cæ & principatibus, doctores catholici tenent,
ex illis quæ angelus ad Danielem loquutus eſt;
qui dixit: Ego veoi propter ſermunes tuos,
princeps autem Perſarũ reſtitit mihi 21. diebus.
Et ecce Michaël, unus de principibus primis,
venit in adjutorium mihi. Et paolò pòſt: Nuoc
revertor ut prælier adverſus principem Perſa-
rum, cùm enim egrederer princeps Græcorum B
veniens. Et dicit ſanctus Gregorius, quos (in-
quit) alios principes vocat gentium, niſi ange-
los? quia circa angelorum miniſteria diſpen-
ſanda, ſingulis quibusq; geotibus angeli ſunt
prælati, & uni populo diverſi. Quoniam po-
pulo Judæorum captivo in Perſide, angelus
qui Danieli loquebatur, prælatus fuit: & Mi-
chael, alter Judæorum populo nõ captivo. Un-
de patet prælationem iſtam ſanctam, angelicis
ſpiritibus cõnecti per medium cathedræ. Qua-
re ſacerdotium ita ad præſidentiam relatum,
habet ſuæ præſidentiæ animam, ſcilicet cathe-
dram, & ſpiritum, ſcilicet angelum ad modum
prioris. Unde ex hoc trahitur, quòd veritas
præſidentiæ & cathedræ ex hoc eſt infallibilis:
ut Auguſtinus de correctiooe Donatiſtarum,
tractando hoc dictum Chriſti, Super cathedrã
Moyſi, declarat. licèt multi peſtilentiales in
cathedris ſæpè ſedeant. Et ex hoc ſurgit alia
magna radix noſtri propoſiti, qoomodo veri-
tas cathedræ adſit.

Cap. X.

TErtiò conſideratur ſacerdotium, quoad of-
ficium interceſſionabile: & hoc modo ori-
tur officium ex ordine & præſidentia permi-
xtim. Et tunc ſubordinator beatis ſpiritibus
in patria, qui fuſas orationes, ex officio, ex or-
dine & preſidentia reſultato, offeruot pro illis
quibus funduntur. Et hæc operatiò, ex hac cõ-
tinuatione per officium ſanctum ſuſcipitur, li-
cèt perſona offerentis accepta nõ ſit. Et in hac
conſi-

Digitized by Google

A conſideratur radix, quo modo oratio ſacerdotis acceptior eſt. quia continuatur per officium ad ſanctos qui in patria ſunt, & ſic penetrat uſque in veritatem, quæ Chriſtus eſt: & hæc ſunt notanda. De hoc dicit Hoſtienſis in Summa, de remiſ. circa fin. Una eſt eccleſia, quæ militat in terris & in cœlis, alia triumphat. Et tota eccleſia deſiderat animas devotas adjuvari. de pœni: diſt. 1. hi duo. Et notat ihidem, quòd tria ſunt in eccleſia, quæ ſemper retinent ſuã efficaciam, à quocunq; etiam peccatore fiant: ſcilicet virtus verborum, virtus ſacramentorum, & eccleſiæ deſiderium. 15. qu. fio. c. 13. q. 2. pro obeuntibus. Deus enim ad ſupplicationem triumphantis, & ſuffragium militantis movetur. hæc ibi. Quia nunc habemus, quomodo veritas ſacerdotu radicata io triplici concordantia, ad divinam continuatur per ordinẽ. Unde Gregorius Nazianzenus in Apologetico dicit, ſacroſancta myſteria adinſtar cœleſtis imaginis celebrari: per quæ, uti in terris adhuc poſiti, cœleſtibus ordinihus ſociamur. Continuatur ad angelicam per cathedrã, & ad heatos in patria per officium. Et ſic ſacerdotium eſt ut anima una in uno corpore fidelium, quæ membris communicat vivificationem, vegetationem, & ſenſationem: & juxta graduationem membrorum quibus præſidet, gradũ in præſidentia cathedrali ſortirur. Corpus autem ex principatu mundi compaginatur gradatim, cujus caput eſt Reſpuhlica Romana. Unde hierarchias illas mundanas, corporis ordines & choros, facilè quis ex ſuperiorihus hahere poteſt. Quare brevitatis cauſſa ſuperſedeo nunc, in tertia parte de hoc dicturus. Et hîc tantum eſt tenendum animo, quòd ſicut anima reſidens in capite, æquiparatur pontifici Romanæ civitatis, cujus respublica ſupremum locum mundi obtinet: ita reſidens pariformiter gradatim in aliis membris, alios pontifices repræſentat, juxta graduatiooem & notam Leonis noni ſuprà poſitam. Et ſufficiat pro nunc cum Cypriano ad Rogatianum ſcire, quomodo una eſt Eccleſia, per rotum mundum in multa membra diviſa: & unus epiſcopatus, multorum concordi numeroſitate diffuſus, & quòd, qualiſcunque ille eſt, qui in illa non eſt, extra Chriſtum vitam & veritatem eſt, ut ipſe ait. Poſt præmiſſa oportet inveſtigare, quæ verha Chriſti ad Eccleſiam & Apoſtolorum ſucceſſores trahi debent: ut in illis fundetur radix Eccleſiaſticæ poteſtatis.

Cap. XI.

NUnc videndum de iis quæ ex præmiſſis ſolidis fundamentis, conſiderationibus elici poſſunt, ad cognoſcendã viam in dubiis, quæ in Eccleſia oriri poſſent. Et primò ad verba Chriſti, quæ loquutus eſt Apoſtolis, ſententiam Auguſtini ad Eſitium de die noviſſimo notemus, quia dicit: Verba quæ loquutus eſt Chriſtus ad Apoſtolos, oportet de ſucceſſoribus intelligere, ſicut illud: Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et illud: Eritis mihi in teſtes in Judea & Samaria, & uſq; ad extremum terræ. Et ſicut illud: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque in ſeculi conſummationem, quod ramen eum univerſæ Eccleſiæ promiſiſſe, quæ aliis morientibus, aliis naſcentibus uſque in ſeculi conſummationem futura eſt, quis non intelligat? ſicut eis & illud ait (quod ad eos omninò non pertinet, & ramen ſic dictum tanquam ad ſolos eos pertineat) Cùm videritis abominationes, & cùm videritis hæc, ſcitore, hæc ille. Ex quo conſiderandum, quòd verba Chriſti ad Apoſtolos, trahi debent ad Eccleſiam. Et in hoc adverti debet, quòd aliquando Chriſtus voluit Eccleſiæ aperire myſteria, tanquam Eccleſiæ unitæ, aliquando tanqoam diſperſæ. Et quoniam Petrus ſenior erat inter Apoſtolos, quem ideo ad vitandum ſchiſma, & pacem conſervaudam Apoſtolis protulit, ut dicit Hieronymus lib. 1. contra Jovinianom: tunc Chriſtus Petrum præpoſitum Apoſtolorum ſæpè alloquitur ut principem, in unitate totam Eccleſiam ſibi commiſſam figurantem & repræſentantem. Nam non dubium, Eccleſia univerſalis claves habet ligandi & ſolvendi, dum unita eſt: & non reperitur qoòd alibi Chriſtus ipſi tradiderit, niſi ibi ad Petrum loquendo: Tibi dabo claves, & quodcunque ligaveris. Hoc Auguſtinus 22. capitulo, de agone Chriſtiano, proſequitur. Similiter illud dictum Chriſti: Petre rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et ibi: Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Uode quia (ut dicit Ambroſius 1. diſt. fidelior) Petrus pro ſoliditate Eccleſiæ B petra dictus eſt, & ex eo petra: quia ipſe eſt, qui primus in nationib. fidei fundamentũ poſuit, & tanquam ſaxum immohile, totius operis Chriſtiani compagem molemque continet: ideo Chriſtus de Eccleſia loqui volens, ad eum tanquam ipſam figurantem loquitur. Ideo Eccleſiæ privilegia ſolida, ex iis quæ Chriſtus tradidir & promiſit & loquutus eſt Petro, haurire debemus. Et (ut breviter reliqua tangantur) epiſtolam quam Alipius, Auguſtinus & Fortunatus ad Generoſum ſcripſerunt, notemus, ubi haberur: Evangelizatum eſt enim tibi per vocem ipſius Domini Jeſu Chriſti, quòd omnibus gentibus annunciabitur Evangeliũ ejus, & tunc erit finis Evangelizatum eſt tibi per Prophetas & Apoſtolicas literas, quomodo Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini ejus qui eſt Chriſtus, cùm ei diceret Deus: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Has ergo promiſſiones tenenti, ſi tihi angelus de cœlo diceret, Dimitte Chriſtianitatem orbis terræ, & tene partem Donati, anathema eſſe dehet: quia te à toto præcidere, & in partem contrudere conatetur à promiſſis Dei. Si enim ordo epiſcoporum ſihi ſuccedentium conſiderandus eſt, quantò rectiùs verè & ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait: Super hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorũ non vinceot eam. Petro enim ſucceſſit Linus, Lino Cletus, & Melchiades: ex Euſebio. In illo autem ordine qui ducitur à Perro uſque ad Anaſta-

A Anaſtaſium, qui hodie eſt, & in eadem cathedra ſedet, etiamſi quiſpiam traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præjudicat Eccleſiæ & innocentibus Chriſtianis. Cui Dominus providens, ait de præpoſitis malis: Quod dicũt, facite, quæ faciunt, facere nolite: dicunt enim, & nõ faciũt. Ut ſic certa ſit ſpes fidelis, quæ nõ in homine, ſed in Domino collocata, nunquã tempeſtate ſacrilegi ſchiſmatis diſſipetur. Hęc ibi.

Cap. XII.

PUlchra documenta ſunt in prætacta epiſtola complexa. Primò, quòd eccleſia vera eſt illa, quæ eſt catholica & diffuſa, & quòd ipſa diffundetur ante diem judicii per univerſum orbem. Hæc etiam Auguſtinus latiſſimè in epiſtola ad Eſitium, de die noviſſimo. Unde licèt dies judicii extremi non veniat, niſi priùs Antichriſtus: & licèt ſancti (ut Cyprianus, Gregorius, Lactantius) varia ſcribant de fine mũdi & Antichriſti adventu, imò Cyprianus eum proximè ſuo tempore venturum credidit, ut ſcribit in duabus epiſtolis ad Demetrianum & Fortunatum: tamen an Antichriſtus in medio temporis venerit, & an mundus ſeptem milliũ annorum curriculis, ut Lactantius in 7. lib. Inſtitutionum videtur opinari, vel quando hoc eveniat, penitùs incertum eſt. quia Chriſtus ad Apoſtolos qui eccleſiam conſtituebant, dixit: Non eſt veſtrûm noſcere tempora vel momenta, quæ Deus in ſua poſuit poteſtate. Hoc tamẽ ſcimus ex Apoſtolo ad Theſſal. ſecundùm ſan-
B ctum Hieronymum, ultima quæſtione ad Algaziam, quòd priùs totum Romanum Imperiũ debet deſolari, & diſceſſio ab eo fieri ſic, quòd omnes ſubjacentes ei ab eo recedent. Et ſimiliter ſecundùm Gloſſ. ſuper illa verba Pauli diſceſſio ab obedientia Romanæ ſedis, quoad eccleſiaſticos fieri debet, ante ipſius Antichriſti adventum, ut hoc multi doctores dicunt. Unde ex hoc dicto, & hodierna diſpoſitione papatus & imperii, diſcretus & ſagax, non multum temporis ſupereſſe arguit: licèt tamen perſequutio, & multa de iis malis quæ præcedere debent, hodie videantur: ſcimus tamen quòd nondum ſtatim finis: ſed oportet ut nomẽ Domini & eccleſia, per totum mundum & omnes inſulas diſpergatur. Quare Auguſtinus adventum Chriſti in nubibus tempore perſequutionis, non in ſuperficie literæ de adventu ejus in die judicii: ſed ſubtiliori penetratione de adventu Chriſti in eccleſiã, dicit intelligendum: exponens, quomodo in nubibus Eccleſiæ cum poteſtate magna tempore perſequutionis veniet, & tũc mittet angelos ſuos, & congregabit electos: de quo per eum latè in præfata epiſtola ad Eſitium (hæc alibi latiſſimè in libello Inquiſitionis veri & boni proſequutus ſum) cõcludens, plus 600. annis de tempore ſupereſſe, ac hoc tempore ad reformationem mundũ diſponi debere. O Deus, ſi hoc noſtro tempore levare poſſemus capita noſtra, & videre appropinquantem redemptionem noſtram, quia videmus Eccleſiam nunquam ad eum caſum deveniſſe, in quo nunc eſt: vellet Deus in ſacrã Synodo Baſilienſi electos ſuos eſſe congregatos, & in tanta adverſitate & perplexitate, in nubibus ibi congregatis oſtendere adventum Majeſtatis ſuæ. A

Cap. XIII.

HAbetur itaque ſolidum refugium in dubiis omnibus, ex ſuprà ſcripta epiſtola. Quoniã hæc eſt catholica Eccleſia veræ fidei, quæ minùs coarctata loco, & diffuſior per orbem. Ita Optatus 2. lib. contra Parmenianum, quomodo de Romano Melchiade papa. Materno Agrippinenſi, Rhetico Auguſtodunenſi, Marino Arelatenſi, & aliis 19. epiſcopis, Eunomius & Olympius in Aphricam miſſi, Carthagine 40 diebus ſteterunt, & de ſtudio partium ſtrepitus quotidiani ſunt habiti, & noviſſima ſententia ferebatur, Eccleſiam catholicã eſſe quæ per orbem eſt diffuſa. De hoc Auguſtinus & Cyprianus, & ſancti patres, ſcripta nobis maxima reliquerunt. Unde ex hoc elicitur, quòd quia fides noſtra hodierna eſt concordans cum ea fide, quæ fuit illis temporibus per orbẽ diffuſa, neceſſariò vera eſt: quia una eſt fides invariabilis, licèt de ducentis & 17. epiſcopis, qui in Aphricanis partibus commorabantur, & ſe in Conciliis ſubſcripſerunt, nullus Chriſtianus ſit, neque in Orientalibus partibus: tamen inter tot ſchiſmata & varias hæreſes in fide Chriſtiana, noſtra hæc unica vera fides diffuſior eſt, quàm aliqua ſecta ſchiſmaticorum aut hæreticorum. Unde ex hoc unico argumento, B omnis hæretica pravitas victa jacet. Deinde habetur, Petrum figuram geſſiſſe Eccleſiæ, cõtra quam portæ inferi non prævalebunt. Et hanc ſententiam omnes priſci patres & fatentur, & rationibus aſtruunt. De hoc infrà latiùs.

Cap. XIIII.

HAbetur inſuper, quòd una eſt cathedra vera & certa ſancti Petri, in qua ſedent omnes ſucceſſores. Unde quum una cathedra ſit privilegium unius Eccleſiæ primum, ſecundùm Optatum libro 2. contra Parmenianum: tunc eſt verum, quòd non adhærens unitati cathedræ, extra unitatem Eccleſiæ eſt, 93. diſt. quæ cathedram. Dicit autem conformiter Optatus loco præſcripto: Cathedra una eſt, & negare non potes, te ſcire in urbe Roma Petro primo cathedram eſſe collatam, in qua ſederat omnium Apoſtolorum caput Petrus, unde & Cephas appellatus. In quo uno cathedræ unitas ab omnibus ſervaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderet: ut jam ſchiſmaticus eſſet, qui contra unam cathedram, alteram ſibi collocaret. Ergo cathedra unica eſt, quæ eſt prima de dotibus, & in ea ſedit primus Petrus, ſucceſſit Linus, Lino Clemens, cui Anacletus, & ſequentes. Damaſo Siricius, qui hodie noſter eſt ſocius. Et infrà: Contra portas inferi, claves ſalutares legimus Petrum principem noſtrum recepiſſe, cui à Chriſto dictum eſt, Tibi dabo claves. Unde eſt ergo, quòd claves regni vobis uſurpare contenditis, qui

Digitized by Google

A contra cathedram Petri veſtris præſumptionibus & audaciis ſacrilegè militatis? Et infrà: Igitur de dotibus eccleſiæ cathedra eſt prima, quam probavimus per Petrum noſtram eſſe; quæ ducit ad ſe angelum. Angelus enim, qui datur Eccleſiæ, ei non conjungitur, qui ſe cathedræ Petri non conjungit. Et infrà: Vos dico eſſe abſciſſos palmites à vite, vos rivum conciſum à fonte. Non enim poteſt origo eſſe rivus, qui parvus eſt, & non de ſe naſcitur: & arbor à ramo conciſó exectus antè, areſcit. Hæc ille. Magna ſunt iſta documenta, quoniam non eſt niſi una cathedra per deſcenſum ſuccedentiũ uſque in Petrum, ſuper quem Eccleſia fundata conſideranda: quoniam certi ſumus, quòd portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Unde ex hoc notandum, quòd qui ſe Chriſtianum eſſe fatetur, neceſſariò confiteri habet, connexam eſſe cathedram ſuam ad ſuccedentium cathedræ ſancto Petro, & in ſocietate illius cathedræ per unionem eſſe alioqui Chriſtianus non eſt 14. q. 1. quicunque. & c. pudenda. in fine. & c. ſchiſma. 93. diſt. qui cathedram. cum multis ſimilibus. Eſt itaque verum unam eſſe cathedram Petri, quoniam cathedra principatum regitivum ſignificat in Eccleſia. Et ſicut in ipſa cathedra Petri, tres primi patriarchæ leguntur ſediſſe, ſcilicet Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus: ita & cum illis omnes ſubjecti epiſcopi. Unde dicit ſanctus Gregorius papa in Regiſtro, 991. epiſtola ad Eulogium Alexandrinum: Suaviſſima mihi

B ſanctitas veſtra, multa in epiſtolis de ſancti Apoſtolorum principis Petri cathedra loquuta eſt, dicens, quòd ipſe in ea nunc uſque in ſuis ſucceſſoribus ſedeat. Sed me quidem ego indignum eſſe, non ſolùm in numero ſedentium, ſed etiam ſtantium agnoſco. Sed ea quæ dicta ſunt, io ea libenter accepi, quod ille mihi de cathedra loquutus eſt, qui in Petri cathedra ſedet. Et infrà: Unde quum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorũ principis ſedes in auctoritate convaluit, quæ in tribus locis unius eſt: ipſe enim ſublimavit ſedem, in qua etiam quieſcere. & præſentem vitam finire dignatus eſt: ipſe decoravit ſedem, in quam Evangeliſtam diſcipulum miſit: ipſe firmavit ſedem, in qua 7 annis quamvis diſceſſurus ſedit. Quum ergo unius et que una ſit ſedes, cui ex auctoritate divina tres Epiſcopi nunc præſident: quicquid ego de vobis boni audio, hoc mihi imputo: ſi quid de me boni crediris, hoc vobis imputate, quia in illo unũ ſumus, qui ait: Ut omnes unum ſint, ſicut & tu pater in me, & ego in te: & ipſi in nobis unũ ſint. Hæc ibi. Et eſt epiſtola ſingulariter notanda: quoniam in una Petri cathedra ſedent tres epiſcopi principes, quorum ſummus eſt Romanus. Et ſicut omnes epiſcopi ad has ſedes, tempore Niceni Concilii & antè conjungebantur, & poſt illa tempora omnes epiſcopi ab illis poſt hoc egreſſi ſunt: ſic eſt omnium epiſcoporum unus epiſcopatus, una cathedra, in qua primò ſedet Romanus. Et iterum, licèt aliqui, ut Liberius, Honorius, & alii in cathedra Petri aliquandiu ſedentes, in errorem ſchiſmaticum ſeducti ceciderint, ſedes tamen abſq; vitio remanſit. Maximum eſt iſtud quod menti tenendum eſſe cenſeo, quia hæc eſt certa regula & ſecura firmitas; quòd ſedes quæ originem receperunt à ſede Romana, cum qua tanquam filiæ uniuntur, una ſedes ſive cathedra cenſentur: licèt tàm in ſucceſſione directa, in linea recta Romanorum pontificum, quàm collateralium, certi pontifices in hæreſim ceciderint. Ab Abraham enim in Chriſtum generationes per Matthæum ſecundùm lineam nominantur, licèt non omnes in linea ſancti fuerint, Chriſtus tamen per eandem attingebatur. Sic in Eccleſia cujus hæc eſt figura, Chriſtus per rectam lineam pontificum ettingitur, malitia mediorum præſulum non obſtante. Eſt enim ipſa linea ſive cathedra ſancta in Chriſti adventum indefectibiliter duratura uſque ad ſeculi conſummationem. Unde qui ſe in Chriſtiana fide eſſe putant, de illis eſt regula Cypriani infallibilis, quòd major pars ſemper in fide & veritate legis perſiſtit, & quicunque ſe ab illa ſeparat, ab Eccleſia fidelium ſe ſeparat. Unde Cyprianus ad Florentium & Puppianum: Quid enim ſi exciderint quidam à fide, nunquid infidelitas eorum fidem Dei evacuavit? abſit. Eſt enim Deus verax, omnis homo mendax. Et (ut legitur in Evangelio) quum eum loquentem diſcipuli dereliquerũt, converſus ad duodecim dixit: Nunquid vos vultis abire? Reſpondit ei Petrus, & dixit: Domine, ad quem ibimus? verbum vitæ æternæ B habes: & nos credimus, & cognovimus, quia tu es filius Dei vivi. Loquitur illic Petrus, ſuper quem ædificati fuit Eccleſia, docens: quia etſi contumax & ſuperba obedire nolentium multitudo diſcedat, Eccleſia tamen à Chriſto non recedit: & illi ſunt Eccleſia, plebs ſacerdoti, & paſtor gregi adunati. Hæc ille. Bona eſt hæc doctrina, quia Petrus ut eccleſiam repræſentans, nomine totius Eccleſiæ loquutus eſt: & tamen de eccleſia multi exciderunt, imò de Apoſtolis Judas. Quare illi Eccleſiam veram fidelium cõſtituunt, qui inter ſe Chriſti fidem habere putantes, majorem partem cõſtituunt, & ſe ſuo paſtori Petro coadunant, & ejus cathedræ. Hanc ſententiam ex ſuperioribus manifeſtavi, relinquens pauca, diffuſiùs ſubnectere de hac re curabo. Nam licèt Chriſtus rogaverit, ut non deficeret fides Petri, qui pro ſua reverentia exauditus eſt: & licèt hoc exponatur de fide Eccleſiæ, tamẽ etiam per aliquos, puta Albertum Magnum, ſuper eodem paſſu, de fide Petri & ejus ſucceſſoribus intelligitur, quæ in eis finaliter non deficiet. Per alios autem, ut Gorra exponit, intelligitur de fide eccleſiæ Romanæ.

Cap. XV.

PRo clariori intellectu intẽti noſtri, revocemus ad memoriã ſuperiùs tacta ſecundùm ſanctum Cyprianum & Leonem nonum: ſcilicet quòd quiſq; præſidens, gradum præſidentiæ ſortitur ſecundùm locum cui præſidet, & ejus

A ejus loci leges vel privilegia: & quòd præſidens ita totam Eccleſiam figurat ſibi unitam, quòd Cyprianus eam eſſe dicit in præſide. Quoad primũ dicimus, quia ut ſcribit Ambroſ. 2. q. 7. beati. Roma principatum & caput obtinet nationum: & ita actum eſt divino nutu, ut ubi erat caput ſuperſtitionis, illic caput ſanctitatis quieſceret. Ergo Romanus epiſcopus, eum præſidentiæ gradum habet, quem habuit apud ethnicos Roma. de hoc 80. diſt. urbes, ſecundum Lucium papam: & ſecundum Clementem c in illis. c. diſt. Et talis ordinatio fuit divinitùs inſpirata, ſecundùm Leonem in c. illud. c. diſt. de quo etiam 99. diſt. provinciæ. Deinde privilegium divinum. Petrũ prætulit aliis, concurrente tamen electione Apoſtolorum, ſecundùm Anacletum & ſanctũ Hieron. lib 1. contra Jovinianũ. Sed ex ſuperioribus ſecundùm Auguſtinum, ſucceſſores Petri in eadem cathedra ſedent: ergo privilegium cathedræ æquale nunc & tunc. Quare ita ut Petrus princeps fuit Apoſtolorum: ita & Romanus pontifex epiſcoporum princeps, quoniam in locum Apoſtolorum epiſcopi ſuccedunt. Ad hoc infinita quaſi habentur ſcripta. Unde iſte principatus eſt ſuper omnes homines in eccleſia exiſtentes, qui per fidem conſtituitur, eſt enim capitaneus in eo exercitu. Ita enim ſcribit Leo Imperator ad Theodoſium, & Valentinianus ad Theodoſium: Beatiſſimus Romanæ civitatis epiſcopus, cui principatũ ſacerdotii ſuper omnes antiquitas cõtulit, locum habeat ac
B facultatem de fide judicare. Et infrà: Hac enim gratia & ſecundùm ſolennitatem Conciliorũ, & Cõſtantinus epiſcopus eum per libellos appellavit, propter contentionem quæ orta eſt de fide. Item, Martianus & Valentinianus, Leoni archiepiſcopo Romæ glorioſæ civitatis, tuam ſanctitatem principatum in epiſcopatu divinæ fidei poſſidentem. de hoc 12. diſtinction præceptis. 24. q. 1. quoties. 16. qu 1. frater noſter. Unde ſic intelligo 9. q 3. aliorum, quòd omnis fidelis papæ ſubmittitur, dum totius corporis caput eſſe deſignetur: ſ. in fide, quia corpus ex fidelibus conſtituitur. Sic dicit Hieron. ad Damaſum. & in 10. q. de cathedra: Si quis cathedræ Petri adhæret meus eſt. & tamen hoc judicium fidei non eſt ſemper in nutu unius pontificis definibile, quia hæreticus eſſe poſſit: de quo inferiùs dicetur, imò in illo judicio fidei, in quo principatus ejus conſiſtit, Concilio catholicæ eccleſiæ ſubeſt.

Cap. XVI.

VNde eſt advertendum, quòd Romana eccleſia capitur pro ſede aliquando, & cõmuniter. Et fuêre ab antiquo tempore Niceni Concilii tres ſedes, ſcilicet Romana, Alexandrina, & Antiochena: licèt Heliæ ſive Hieroſolymorum epiſcopus ſemper honoraretur, ut habetur 6. q. c. Niceni Concilii. 19. diſt. Anaſtaſius 66. diſt. ſacroſancta. Unde poſt hoc etiam ſedes Hieroſolymorum & Conſtantinopolitana, in geſtis Conciliorum inveniuntur. Unde Conſtantinopolitanus, quodã particulari Concilio ante Chalcedonenſe, quia A nova Roma ſe patriarchã nominari obtinuit, quando illæ quinque patriarchales ſedes vocantur. 22. diſtinction. definivimus. Hujuſmodi materia quæſtionis, in Chalcedonenſi Concilio legitur expedita: quoniam allegantibus hincinde tàm vicariis Apoſtolicæ ſedis quàm patriarcha Conſtantinopolitano canonibus juxta decretum judicium Concilii definitum fuit, ſedem Apoſtolicam primatum tenere debere, quia antiqua Roma eſt: & Conſtantinopolitanam ſecundum locum quia nova Roma eſt. 22. diſtinction. de Conſtantinopolitanæ. licèt Conſtantinopolitanus iiſdem gaudeat primariæ privilegiis. 22 diſtinct renovantes. Et licèt Leo papa tunc multis ſcripturis viſus fuerat retractare illam partem definitionis, quòd Conſtantinopolitanus ſecundum locum habere deberet: quia obviabat conſtitutionibus Niceni Concilii, quas infringibiles ſcribit: tamen ita uſus obtinuit longo tempore. Unde in geſtis univerſalium Conciliorum pòſt ſubſecutorum. Conſtantinopolitanus ſemper præcedit Alexandrinum. 22 diſtinct. renovantes. c. ſe. & de privi. antiqua. Et has quinque ſedes reperio in geſtis 8. Concilii univerſalis Conſtantinopolitani, ſeptima actione, quinque capita eccleſiæ nominatas: & notantur ſedes Apoſtolicæ, 1. qu 7. convenientibus. & in eis ſedentes etiam papæ vocantur, ut ibidem in §. item Ceraſius. Quomodo autem ſint capita cenſenda infrà dice-
tur. Et ſicut papa Romanus ſæpè vocatur Pa- B
triarcha (ut in geſtis Conciliorum, præſertim octavi univerſalis habetur, penè per totum) ſic etiam alii patriarchæ papæ vocantur. ut notat Gloſſ. 40 diſtinct. ſi papa. & textus 22 quæſtion 2. ſanè. §. item ſi Romanorum. Sed non multum ad propoſitum. Hoc nunc notandum, ſedem primatum tenere ſuper omnes. 22. diſtinction. de Conſtantinopolitanæ. Et Hincmarus Remenſis cap 11. contra Laudunenſem ſcribit, ex brevi ponderoſa definitione Niceni Concilii, quia dixit antiquitas teneat omnẽ talem ordinationem graduationum, quæ apud Ethnicos fuit in primatiis, eſſe definitam Spiritu ſancto inſpirante. Et ea propter definitio Chalcedonenſis Concilii dicit ſecundùm canones, Romanorum primatem habere: canonem illum antiquitas teneat in ſuis privilegiis, ut quæ fuit graduatio principatus in civitatibus Ethnicis, & eorum archiflaminibus & aliis, ibi remaneat ille gradus Sed non dubiũ, in Capitolio Romano pontificem maximum, in Jovis templo præpoſitum, ita & gratiæ tempore. Unde Placita Auguſta, filio Auguſto ſcribens dicit: Quia Roma maxima civitatum & domina omnium terrarum: ideo Petrus in ea principatum ordinavit divini epiſcopatus. Et quòd ex diſpoſitione illa civitatum antiqui primatias arguebant, patet in diſputatione 11. actionis Chalcedonenſis Concilii, ubi epiſcopum Niceni ſuper Baſionopolim ex curia prælatum, multis argumentis ex hoc fundamento convincere nititur, arguens. Et in primo

A natum cenſetur. Unde cùm Romanus põtifex, ſupremus capitaneus militãtis hujus Eccleſiæ, & princeps in epiſcopatu fidei exiſtat: univerſalia Cõcilia ſine eo ritè ejúsve auctoritate regulariter nõ celebrantur. 96. diſt. ubi nam. 17. diſt. verſ huic etiã. & c. regula. Et Leo nonus, in epiſtola ad Carthaginenſem Petrũ, de hoc ſcribit ad idem in q. 16. dudũ. & variis locis idẽ habetur: ſicut nec ſine Metropolitano provincialis, nec ſine Patriarcha univerſalia patriarchalis, aut ſine epiſcopo diœceſana. Ratio eſt manifeſta, & definitiones ſacrorũ Conciliorum in variis paſſib. hoc oſtendũt. 17. diſt. regula. cum c. ibi ſequentib. 18. diſt. propter. & c. ſi quis. & c. ſe. Ad univerſalem. n. Patriarchã ſpectat univerſalis Concilii cõvocatio. Unde Pelagius, ad epiſcopos à Joanne Conſtantinopolitano congregatos: Relatum eſt ad Apoſtolicã ſedem, Joannem Conſtantinopolitanũ epiſcopum univerſalem ſe ſcribere, voſq; hac præſumptione ad Synodum convocare generalem. Ita dicit Marcellus papa & martyr in 5. c. decretorum ſuorũ: Apoſtoli, eorumq; ſucceſſores, Domino inſpirante conſtituerunt, ut nulla fieret Synodus prętet Romanæ ſedis auctoritatem. Nam illius ſedis epiſcopus judex eſt totius eccleſiæ, nec aliquod judicium valet abſq; legitimo judice. Hoc etiã affirmat Damaſus papa c. 9. decretorum ſuorũ. ſimiliter Athanaſius, & Julius Rom. pon. Huic nõ eſt multũ ſuperfluo inſiſtere. Unde licèt univerſalis Concilia ſæpè legamus convocata per Imperatores, imò omnia

B octo (ut ex geſtis haberi poteſt) uſq; ad octavũ, tempore Baſilii Imperatoris Conſtantinopolitani convocatũ 15. diſt. cap. 1. tamẽ in Conciliis fuit ſemper præſidentialis Romani pontificis auctoritas, ſine qua univerſale Concilium non fuiſſet, dummodò ſaltem intereſſe voluiſſet & potuiſſet. Unde ſicut perfecta provincialis Synodus ſive Metropolica nõ eſt (ut ſcribitur penultima actione Chalcedonenſis Concilii, & cõmunis omnium antiquorũ ſententia) ita in propoſito de univerſali papa, dummodò ſaltem velit & poſſit. Alioqui ſi expectãs nõ mitteret, vel nõ veniret, vel nollet Concilium cõgregatũ ſuæ neceſſitati, & Eccleſiæ ſaluti providere debet. Hoc probat benè tex. octavi univerſalis Concilii, qui intitulatur Definitio Cõcilii ante adventum vicariorum ſeniorum Romæ, ubi poſt plura: Quoniam dudum expectati fuerunt vicarii ſeniorũ Romæ, & ampliùs expectare nõ ſit juſtũ: incongruum omninò putamus deſpicere fluctuantem Chriſti & ſalvatoris noſtri Eccleſiã, per dilationum diſpoſitionem quæ illi debetur. Hinc ergo velut ex neceſſitate denunciamus. Ad idem legitur in geſtis ſecundæ Epheſinæ ſynodi, quando Concilium miſit ad Julium epiſcopum, Hilariũ diaconum, & Dulcitium notarium, ambaſiatores Leonis papæ, notificando eis, quomodo in poſt craſtino die Conciliũ ſedere vellet, rogando ut venire maturarent, & ipſi non venerunt: tunc Talaſius epiſcopus Cęſareæ Cappadociæ primæ dixit, Remorari nos in hac civitate multã læſionem omnib. religioſiſsimis & ſanctiſ. epiſcopis & ſanctis eccleſiis afferre. & non hoc ſolùm. ſed & piiſſimus & amicus Chriſti Imperator, accelerari vult Synodi finem, ut cum omni ſubtilitate ea quæ decernentur agnoſcat. Quia igitur quod decuit & cõvenit ſanctæ Synodo, hoc factũ eſt, commoniti ſunt per eos qui directi ſunt, ii qui locũ tenent ſanctiſſimi & Deo amiciſſimi Leonis archiepiſcopi, & refutaverũt convenire nobiſcũ: arbitror nõ eſſe neceſſariã dilationem. ſed ſi placet ſanctæ Synodo, nõ vel ultra ea quæ ad moras pertinent, pducantur. Hęc ibi. Ecce dixit, quòd ea quæ ad Synodum pertinẽt, ſcil. monitio ad pceſſum ſufficit, maximè ubi venire refutaverint: tamen ut pręfatus octavi Concilii tex pbat, nihil pręcipitanter fieri debet, ſed lõgo tempore auctoritas Romani pontificis expectari debet, ſicut ibi anno uno expectabatur, & plus, & in iis quæ ad fidẽ ſpectant ſine deliberatione, de qua conſtet Romanæ eccleſiæ, etiã in Concilio ritè congregato, licèt abſens adhuc ſit auctoritas Apoſtolicæ ſedis, procedendum non eſt.

A

Cap. III.

ET quòd ex quinq; patriarchalibus ſedib. plenũ univerſale Cõciliũ colligitur. geſta octavi Concilii clarè docent. Dicitur. n. in termino illius Concilii, quomodo Baſilius Imperator, per ſupremum auxiliũ & gratiã quinq; patriarchas Eccleſiaſtici tabernaculi architectos, à finib. orbis terrarũ convocavit: & plura ibi de hoc. Qui textus infrà in tertia parte habetur: & actione nona ejuſdẽ Concilii legitur, Synodũ in receptione vicarii throni Alexandriæ dixiſſe, qui ultimo venit: Glorificamus Deum univerſorum, qui quod deerat univerſali Synodo ſupplevit, & nunc eam perfectiſſimam demõſtravit. Ex quo habetur, perfectiſſimam Synodum de capitib. totius Eccleſiæ colligi. Unde in convocatione octavi Concilii nõ puto ponendam, dummodò ſaltem patres ſint, qui Eccleſiã univerſalem repręſentent. Sed ſi nec patres, qui capita Eccleſiarũ ſunt, ibi exiſtunt, nec convocatio legitima ſupremæ poteſtatis: non dubiũ, in eo Concilio univerſalis Eccleſiæ repręſentationem eſſe non poſſe. Ubi autẽ legitima pręceſſit convocatio, nec adhuc patres qui capita exiſtũt, convenerunt: nõ crederem ſubitò currendũ eſſe, quia multa Concilia etiã ritè cõvocata, erraſſe legimus: ſed expectandi ſunt patres, licèt nõ omnes neceſſariò expectentur, quoniã ſufficit plures eſſe, & omnes vocatos. Ita enim legitur, ſanctũ Ambroſium in concilio Aquilegienſi, Palladio hęretico de fide dicere renuenti, propter abſentiã orientalium epiſcoporũ (quia dixit ſolùm in pleno Cõcilio quale hoc eſſet de fide reſpondendũ) reſpõdiſſe: orientales Imperatores cõvocârunt, & ſic venire potuerunt, quare hęc allegatio eſt evagari. Unde ad hoc q regulare ſit Conciliũ univerſale, tunc palàm nõ clandeſtinè debet celebrari, ut ex quinta actione octavi Cõcilii univerſalis colligitur. Item libertas talis in eo eſſe debet, ut quiſq; liberã loquendi habeat facultatẽ, ut in 6. Cõcilio generali, tẽpore Agathonis celebrato, in prima actione, & in fine epi-

B

Digitized by Google

A ſtolæ Synodicæ Agathònis legitur. Unde quũ Nicolao papę, de Cõcilio Phocii numeroſo objectũ eſſet, dixit: Nos quidẽ non tantũ oumeroſum epiſcoporũ collegium Niceni vel Chalcedonẽſis coociliorũ, cæterorumq; ſanctorũ patrum Synodicas conſtitutiones ſequimur: ſed illorũ liberas veneramur juſtas, & divinitùs inſpiratas ſententias. Ex quo habetur, numerum patrũ magnam auctoritatem pſtare cũ libertate loquendi. Potius enim ei ſtatur, ꝙ à pluribus, q̃ quod à paucioribus dictatur. 19. diſt. in Canonicis 20. diſtin. de quibus 2. q. 7. puto. Et non eſt numerus adeò oeceſſarius ſicut libertas & unanimitas. 34. q. 1. alienus Unde Agatho, ſcribẽs Conſtantino loco prætacto, de patrib. in 6. Concilio cõgregandi verbum impunitatis, & liberam loqueodi facultatẽ, unicuiq; loqui volenti ꝑ fide quã credit & tenet, concedite: quatenus ab omnib. manifeſtiſſimè cognoſcatur, ꝙ nullo terrore, nulla poteſtate, nulla comminatione vel averſione quiſquam pro veritate loqui volẽs, ꝓhibitus aut repulſus exiſtat. Et iterum: Oportet ꝙ privatæ cauſę religionis obtentu non exerceãtur. Unde Leo papa ad Theodoſium imperatorem de errore ſynodi Epheſinæ, dicit: Dum privatę cauſæ religionis exercentur obtentu, commiſſum eſt impietate paucorum, ꝙ univerſam Eccleſiam vulnerarer. Cõperimus non incerto nuocio, conveniſſe ad Synodũ plures ſacerdotes, quorum utiq; frequentia conſultationi & judicio profuiſſet, ſi is qui ſibi locum principalem vẽ-
B dicabat, ſacerdotalem moderationẽ voluiſſet cuſtodire: ut (ſicut moris eſt) omnium ſententiis ex libertate prolatis, id ex tranquillo, & ęquo conſtitueretur animo, quod & fidei congrueret, & errantibus ſubveniret. In ipſo autẽ judicio non omnes qui convenerant interfuiſſe cognovimus. Nam alios rejectos, alios didicimus intromiſſos, qui ſupradicti ſacerdotis arbitrio captivas manus impiis ſubſcriptionibus dederunt, ꝙ nocituram ſtatui ſuo ſcirent, niſi imperata feciſſent: talemq; ab eo prolatam ſeotẽtiam eſſe, ut dum unus homo impetitur, in omoem eccleſiam ſævire videretur. Quod noſtri ab Apoſtolica ſede directi, adeò impium & catholicæ fidei contrariũ eſſe viderũt, ut ad conſentiendũ nulla potuerint oppreſſione cõpelli: conſtanterq; (ut decuit) fuerint proteſtati, nequaquam id ꝙ cooſtituebatur Apoſtolicã ſedem recepturam. Et infrà: Omnes noſtrarũ partium eccleſiæ, manſuetudinem veſtram cũ gemitib. & lachrymis ſupplicant ſacerdotes, ut quia & noſtri fideliter reclamarunt, & eiſdẽ libellũ appellationis Flavianus epiſcopus obtulit, ut generalem Synodum intra Italiam jubeatis celebrari. Et infrà: Quaſi autem poſt appellationem interpoſitam hoc oeceſſe poſtulatur, Canonum Niceæ habitorum decreta teſtantur, quæ à totius mundi ſacerdotibus ſunt conſtituta. Hæc ille. Ecce nunc eſſentialia ad univerſale Concilium, ubi univerſalia tractari debent, ꝙ non ſecretè, ſed publicè omnibus libertima detur audientia: & ſi tunc concordanti ſententia aliquid fuerit definitum, per

ſpiritum ſanctum ceoſetur inſpiratum, & per Chriſtum in medio congregatorum in ejus nomine præſidentem, infallibiliter judicatũ. A
Tale fuit Nicenum Concilium (de quo legitur in geſtis Chalcedonenſis concilii) quòd ſpiritus ſanctus manifeſtè ibi patribus conſedit. Et ſubjungitur: ſpiritum ſanctum ea ordinare, quæ in hujuſmodi Conciliis ordinãtur. Ergo qui retractat ea, ſpiritus ſancti caſſat gratiam. Sancta Synodus dixit, omnes hoc dicimus, anathema qui retractat: talia fuerunt omnia orthodoxa Concilia. Quare in concluſione octavi Coocilii, cum cauſa cor ei obediẽdum ſit exprimatur, dicitur: per datam nobis poteſtatem à ſancto ſpiritu, à primo & magno põtifice noſtro. Et infrà: Quis enim neſciat, ꝙ in medio ſanctæ Synodi fuerit incomprehenſibilis & incircumſpectus Chriſtus & Dominus, qui dixit: Ubi duo vel tres fuerint congregati. Quòd maxima ſit univerſalis Cõcilii poteſtas, patet ex eo, quòd Helpidius vir ſpectabilis ad concilium Chalcedonenſe dixit (ut in prima legitur actione) Hodie cũctorum Deus verbum ſalvator vobis ſe ad judicandũ tradidit, & patitur judicantes, & honorat poteſtatẽ decreti. Quale autem ſit decretum hoc ex quo eam habent poteſtatem patres in Concilio, in actione prima & quinta octavi Concilii habetur, ubi dicitur. Sãctiſſimi vicarii ſenioris Romæ, & nos qui reliquarum ſedium vicarii ſumus, hæc omnia diſſolvimus hodie gratia Jeſu Chriſti, qui nobis dedit ſummi ſacerdotii poteſtatem ligandi atque ſolvendi. Unde pote- B
ſtas ligandi & ſolvendi Petro, figuram Eccleſię gerenti, tradita eſt. Hoc eſt decretum, ex quo judicium ſynodi ſuam capit firmitatem. Et de hac auctoritate Cõciliorũ, Iſiodorus in principio libri ſui quem de Synodis collegit, eleganter ſcribit, ubi videri poteſt.

CAP. IIII.

VErum quia dixi, quòd ſi ex concordantia procedit definitio, tũc ex Spiritu ſancto proceſſiſſe creditur, quoniam ipſe eſt auctor pacis & cõcordiæ: & nõ eſt humanũ varios homioes in unũ cõgregatos, in ſumma libertate loquendi conſtitutos, ex una concordantia judicare, ſed divinũ: ideo præſomi hoc omnino debet. Ita. n. legitur in q nta actione octavi Cõcilii, ubi dũ de ſentẽtia Concilii dicitur, eã aſſerũt patres divina inſpiratiõe de ꝓmptã quia unanimitate & concordia ſanctæ Synodi fuerit ꝓmulgata. Et poſt termiorũ octavi univerſalis Cõſtãtinopolitani, Baſilius imperator ad Synodũ dixit: Dicat nũc ſancta & univerſalis Synodꝰ, ſi omnib. ſanctiſſimis epiſcopis cõcordantib. atq; conſentiẽtib. pſens terminus ſit de ꝓmptus: oportet. n. divina quæq; cum univerſorum conſenſu & concordantia, in Eccleſiaſticis pdicari & confirmari collegiis Sãcta ſynodus dixit, Oẽs ita ſapimꝰ, oẽs ita pdicamꝰ, oẽs cõcinẽtes & cõſentiẽtes ꝓmptè ſubſcribimꝰ: hoc eſt veritatis judiciũ, hoc eſt juſtitię decretũ. & ibi de hoc plura. Ecce cõcordãtiã

A niculus colligantiæ: tamen aliquando varietas opinionũ abſq; pertinacia ſtat cũ unitate. Cyprianus enim & totum conciliũ 70. epiſcoporum, diverſi fuerunt in fide catholica Eccleſiæ: tamen nõ abſciſsi quoniã non prętolerunt opinionẽ unitati fraternæ, quia abſq; pertinacia fuerunt, ut Auguſtino placet, libro ſecundo contra Donatiſtas. Deinde judiciũ fidei eſt multùm difficile Ambroſius ad Conſtantiũ epiſtola 37. Nervi eoim ſuot & quidam artus ſapientiæ, oon temerè credere, maximè io cauſſa fidei, quæ rarò perfecta eſt in hominibus. Quare Eccleſia iſta militãs, quæ humano judicio ſubeſt, multos habet in corpore exercitus, ſigno extrinſeco nõ appareotes infideles, licèt latenter ſciſsi à concordia fidei, & noo expelluntur aut damnãtur, niſi cognitis his occultis. Et ſicut tales non inficiunt totũ exercitum: ita quouſq; cognoſcantur, in aliorum ſalutem & tutelam quæ agunt, effectu nõ carent. Cùm enim homo ad impoſſibile non obligetur, excuſatur meritò in occultis. Et ideò miniſteriũ illius occulti hęretici, quod in unitate Eccleſiæ io ſalutem diſpenſare credit rectè licèt diſpenſatori obſit, nõ tameo ipſi rectè diſpoſito in unitate Eccleſiæ capienti. Hæc eſt catholica veritas, quam cuncti fideles fatentur, quam Auguſtinus libro ſecundo contra epiſtolam Parmeniani, ad longum ꝓſequitur. Perfectiſſimus itaq; Deus & homo, qui eſt mediator Dei & hominum, perfectiſſimè ex infallibili ordioatione ita ordinavit, quòd ſicut Auguſtinus ad Paulinum epiſt 42. ſcribit; ac altiſſimo ingenio Ambroſio, in epiſtola ad Juſtum lib. 6. placet, tunc Chriſtus eſt totum illud quod quęritur, & medium concordantiæ ad Deum per quem ſolum omnia. Igitur nõ obeſt malos miniſter, quoniã ſanctus Spiritus per prælatum præpoſitum, & miniſtrum etiam fictum, operatur. Qui fictè in Eccleſia eſt, ita operatur evangelizando, conſecrando, regenerando, ꝙ ſalus ex hoc miniſterio nõ minùs pręſtabitur dignè recipiẽti, quoniam nõ homo ſed Chriſtus hominis miniſterio per ſanctum Spiritum hoc agit. Hæc eſt infallibilis veritas, quam Auguſtinus cõtra Parmenianũ proſequitur, & habetur 1. q. 1. per Eſaiam & multis aliis capitulis, 19. diſt. ſecundũ. Et quòd officiũ ſacerdotale vim capiat à Spiritu ſancto, Ambroſius lib. 1. de pœnitentia ſcribit. Ex quo nunc apparet, ad ſalutẽ membrorũ Eccleſiæ fictos io exercitu exiſtentes effectualiter miniſtrare. Et ſic cõſtituitur hęc militans Eccleſia in veritate quoad hunc finẽ de bonis catholicis, fidelibus & fictis. Et in hac ultima conſideratione Eccleſiæ, ſtabit ſtudium noſtrũ ampliùs: & ſic ſignaculum trinitatis, in conſideratione Eccleſiæ nota. Quia aut conſideratur quoad judicium divinũ, & tunc ſolum per charitatem Deo uniti ſunt de Eccleſia. & hos ſolus Deus cognoſcit: aut quoad judicium angelicũ. & ſic fideles omnes & ſolùm illi & illi angelici ſpiritus. hoc judiciũ abſq; extrinſeca operatione cognoſcunt, poſtquã ad fidem intellectus converſus eſt Quæ quidẽ fides eſt ut linea ſpiritualis cootinua, penetrans cunctos Chriſto unitos uſq; in caput. Igitur cùm hæc chorda, quacunq; ſpirituali harmonia occultè tangitur: in augmentum gaudii cœleſtium omnium ſpirituũ, percipitur ab ipſis angelicis ſpiritibus. Aliud eſt judiciũ humanum, in quo per ſpem judicantur extrinſecè humano judicio, regenerati in Chriſto eſſe, quouſq; ex opere aut ſigno extrinſeco aliud conſtet. Sperant enim homines quodcunq; bonum io fide permanere, & ſua ſpe æternæ gloriæ non fruſtrari unquã velle, nec de occultis judicium ſumere debent: Unde militans Eccleſia eſt exercitus ſimilis, qui ſignatur ſigno crucis, Antichriſto qui Chriſto adverſatur, cujus Chriſti vexillum exercitus geſtat, ex ſigno & ſignatura extrinſeca contrarius, licèt nõ ita intrinſecè omnes qui io illo exercitu continentur, ſint, ſicut extrinſecè ſtigmatizati. Et in hoc exercitu Chriſti immortali, tanquã in uno corpore concordantialis unitas fidei verè aut præſumptè graduationes differentiales requirit, de quibus ampliùs dicendum. Et oportet ea tranſitoriè ſaltem taogere quæ ad rem neceſſaria ſunt, quæ fortè cùm ſint profunda & alta, ſubtiliùs inträti majores fructus mioiſtrare poſſent, quàm noſtrum propoſitum hoc loco requirat. Unde ut ſit una continua concordaotia unius ſponſi & unius ſponſæ, oeceſſe eſt in hoc primò cooſiderare, ꝙ tota Eccleſia una eſt in trinitate. ſcilicet eſt triumphans eſt & dormiens, eſt & militans. Unde militans eſt in infimo loco. Et ſicut infimus ordo hierarchiæ in triumphanti illuminatur paſſivè abſq; communicatione ulteriori, quoniam ibi ſubſiſtit fluxus, & medius ordo illuminatur & illuminat, ſupremus verò illuminat: ita militans eſt, in quo ſubſiſtit influentia. Eſt dormiens in medio conſtituta, & deinde ſuprema triumphans. Et hęc eſt miranda continuatio per diſparia media, nã tota dormiens eſt ſub tota triumphante, altior dormiẽtis immediatè ſub infimo triumphantis, & altior militantis ſub infimo dormientis. Tota enim dormiens ex prædeſtinatis eſt: militans verò quouſq; ad dormientem vel triumphantem pertingat, ſemper dubia. Tranſitus autẽ de hac militanti habet ſe ita, quòd omnis per dormiẽtem, triumphantem attingit: ſed plures attingunt abſq; dormienti, qui nõ indigent purgari. Unde inperſcrutabilis eſt iſta harmonia dormientiũ, licèt abſq; ordine nõ ſit cùm tendat in ſupremã. Et quia Chriſtus eſt omnia (ut præhabitum eſt) tunc ex Deo angelis & hominibus per Chriſtum Deo unitis, conſtituta eſt Eccleſia radicali conſideratione. Quare dormiens Eccleſia, tanquam media inter angelos & homines, conſiderata eſt ut umbra angelicæ, & militans ut umbra dormientis: licèt dormiens ab humana viatrici Eccleſia non ſeparetur, quouſq; traducatur in triumphantem. Unde quoad hoc, cõſiderari debet in connexitate eſſe cũ militanti. quia in purgatione hinc inde beatificandæ animæ epulantur: licèt illæ quoad meritum dormiant, iſtæ autem adhuc militent, ſunt tamen in linea peregrinantium. Dormiẽtes primi, quia abſorpta eſt mors in victoria,

A ctoria, & certi ſunt de prẹmio, & ea propter ſpiritualiores firmiota ſpe & indubitabili facta ſecundùm gradus meriti Militantes infrà in dubio in corporibus groſſis, quaſi umbræ pcedentes Et licèt tota dormientiũ multitudo ſub infimo triumphantis exiſtat tanquam ſint purgatione indigentes, antequam ad patriã venire poſſint: tamen de tota peregrinantiũ graduatione, nõ talis ordo aſcendendi eſt, ut gradatim de infima militantiũ per dormientium quiſq; rapiatur, & ſubſtituatur ultimo triumphantis. Quoniã iſte aſcenſus verſus unionem ad verũ caput, fit velox, & tardus, altus & baſſus, ex graduatione intrinſecæ adhęſionis, ex parte meriti vel demeriti dependeotis, ex cujuſq; proprio arbitrio libero ſibi concreato: ut quiſq; æquè gaudeat principiis illis, per quæ in adoptionem filii Dei pervenire poſſet, gaudeat certè ſicut ex iofimo gradu aut ſacerdotũ aot laicorum, ob benemerita quis abſque graduationibus mediis, ad præſidentiam aut ducalem, aut archiepiſcopalem, vel altiorem rapitur. Sed hæc miſſa faciamus, ut ad viventium hominum Eccleſiam, nunc ſtylũ convertamus,

CAP. VI.

EST antem io hoc corpore Eccleſiæ concordantia inveſtiganda, in ſignaculo trinitatis, quoniam reperiuntur tres ordines magni, una mirabili cõnexione ad unũ caput Chriſtũ. Primò, diviniſſimæ concordantiæ trinitatis & unitat s ſubalternatur ſacramentorũ coonexio.
B Secundò, divinæ concordantiæ angelicæ qui ſunt miniſtri divinæ trinitatis, ſubalteroatur ſanctum ſacerdotiũ: quoniam ſacerdotes ſunt miniſtri ſacramentorũ. Tertiò, ſubalternantur beatis ſpiritib. in patria, homines fideles in via. Et ſunt ſacramenta illuminaotia & purgantia, eſt ſacerdotiũ paſtorale purgatũ & purgans, eſt fidelis populos qui purgatur, & oon purgat ad modũ angelicæ, & conſequenter divinæ trinitatis concordanti diſpóſitione ordinata. In ſacramentorũ admiranda hierarchia caput Chriſtus. ſe cõmonicat cunctis in hac via exiſtentibus, ſub figura & in æojgmare, quemadmodũ viæ convenit & mortalitati noſtræ: ſicut ſe io triumphanti facie ad faciem cõmunicat, abſq; ænigmate, quoniã ita convenit juxta capacitatem utriuſq, ſtatus. Et talis divina ſacramentalis cõmunicatio, habet hierarchicum ordinẽ, quooiã tot ſunt ſacramenta, ut vult Auguſtinus ad Voluſianum. qui dicit, ꝙ nimis longum eſſet de varietate ſignorũ diſputare cõvenienter, quæ cùm ad res divinas pertinent, ſacramenta appellantur. Unde in tot & tanris ſacramentis, ita divioitùs pro noſtra ſalute impertitis, quoniã in unum Chriſtũ finaliter tendunt: ordo ſanctus coocordantialis, uſq; in ſupremũ ſacramentũ Euchariſtiæ exiſtit, ad modũ quo in triumphanti omnis ordinatio tendit mirabili concordantia, uſq; in Chriſtũ caput, per quem requieſcit io Deo æternaliter omnis cura. Sic in hoc ſacramento illius unici capitis Chriſti, alia omnia ſacramenta ut in fine quieſcunt, cũ ſit ſacramentũ ſacramentorum. Omne etiã ſacramentũ imaginem trinitatis geſtat, quoniã A in quolibet eſt ſacramentũ tantum, eſt tes tantùm, & res & ſacramentũ ſimul. Quis cunctam illam dulcem cõncordantiã ab ultimo ſigno in primũ ſacramentum & intermediis, & in quolibet per ſe inveſtigare poteſt? Nullus pro certo: ſufficiat ergo hęc pauca tetigiſſe. Subſequitur ordo ſacerdotii, qui per ſacramenta characterizatur, ut ſit continuatio abſq; omni diſciſſione media, totius Eccleſiæ: & ſic geſtat ſacerdotium ſigoaculum ſacrameotalis indelebilis communionis, ordinis ſive concordantiæ ad ſuperiora divina. Et in hoc ſacerdotio, hierarchia eſt ordinata à pontificato ſummo, uſq; in laicum: quemadmodũ magnus Dionyſius, eccleſiaſticã hierarchiam deſcribit. Et ſicut homo conſtituitur ex ſpiritn, anima, & corpore: ita ſacramenta hujus corporis Eccleſiæ unius ſunt ſpiritus, & ſacerdotiũ anima. & fideles ut corpus. Sicut enim anima partim adhæret corpori, & partim ſpiritui, & eſt mediũ, per quod ſpiritus influit in corpus: ita & ſacerdotinm ſe habet ad fideles Quare totum ſacerdotium, eſt ut anima una in corpore uno fideliũ. Unde Gregorius Nazianzenus in Apologetico in principio, ubi loquitur de corpore Eccleſiæ, quomodo cõſtituitur ex regentib. & rectis, dicit: Alios paſtores dedit, & doctores ad perfectiooẽ Eccleſiæ, eos videlicet, qui præ cæteris virture animi prędití Deo familiarius aſſiſtant, & id officii in Eccleſia gerant, quod vel anima in corpore, vel mens & ratio operatur in anima. In quo quid deeſt, & in quo abũdat, velut in mẽbrorũ diverſitate cooſonantia facta per ſpiritũ B perfectum, integrũ atq; aptum ad omnia corpus exiſtat, & dignum quod Chriſtũ habeat caput. Hæc ille. Quare ſacerdotio cõvenit virtus regitiva, vivificativa, & illuminativa: quoniã ſacerdotes ſunt lux mnndi, & ſal terræ. Unde (ut dicit Cyprianus in epiſtola de Aleatore) ideo ſal terræ dicuntur ſacerdotes, nt ex ipſis omnis frateroitas cœleſti ſapientia ſaliatur. Et ſunt hierarchicæ ordinationes, quoad animationem in ſacerdotio. In bac cura regitiva pręſidentiali, quoniã licet omnes ſupremę hierarchiæ, qui epiſcopi ſunt, quoad ordinẽ & pontificale judiciũ ęquales ſint: eſt tamẽ diſcretio gradualis, quoad regitiva curam. Et in hac pręſidentia, hierarchia cõſideratur ex quadã concordantia, qoæ eſt in uno & pluribus. Eſt enim unus tantùm epiſcopatus, cujus quiſque partem tenet, & ordo differentialis, quoad præſidentialem curam. Hoc utiq; erant alii omoes Apoſtoli, quod erat Petrus, pari conſortio honoris & poteſtatis præditi: ſed Petrus prælatus eſt cęteris, ut ſit unitas in concordantia, ut Cyprianus deducit ad Novatianũ ſcribens. Et Hieronymus contra Jovioianom dicit: inter pares Apoſtolos, Petrum ad pręſidendũ electũ, nt capite cõſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio Unde ſicut epiſcopatus unus, ita una cathedra, & nna præſidentia gradualiter & hierarchicè cõſtituta. De hac unitate cathedræ, Optatus Milenitanus libro ſecundo contra Parmenianũ, contra quem ſeptem libellos ſcripſit, elegan-

ter diſ-

Digitized by Google

A ter diſputat, cunctos catholicos epiſcopos unitatem cathedræ, neceſſariò tenere debere. Et quoniam hæc præſidentia à Chriſto capite eſt ad vitandum ſchiſma, & pacem fidelium, ac unitatem conſervandam, inſtituta: tunc habet ſuam graduationem, adinſtar dominorũ temporalium figurativè. Unde hoc eſt animadvertendum ſecundùm Hieronymum, quòd ſicut exercitus ſibi capitaneum conſtituit, & ille tũc omnium conſenſum in ſe geſtans, una præſidentialis publ. perſona exiſtit: ita & epiſcopus præſidens conſtituitur 93. diſt. legimus. Quare ſicut Reſpub. eſt communis res populi, & res communis eſt res civitatis, & civitas eſt hominum multitudo, in quodlibet vinculum concordiæ redacta, ut ſcribit Auguſtinus ad Voluſianum de legum divinarum imitatione: ita ſe habet pręſidens in curia paſtorali ad modum illius. cui Reſpub. commiſſa eſt. Unde cuncti qni ſubſunt curiæ, intelliguntur ita in præſidente uniti, ac ſi ipſe eſſet anima una, & ipſi corpus, quod anima haberet animare. Unde tales ita uniti, cum paſtore Eccleſiam conſtituunt, ut eleganter ſcribit Cyprianus ad Florentiũ, & Papianum, cujus pars habetur 7. q. 1. ſcire debes. Illi inquiens ſunt Eccleſia, plebs ſacerdoti adunata, & paſtori ſuo grex adhęrẽs. Unde ſcire debes. epiſcopum eſſe in Eccleſia, & Eccleſiam in epiſcopo: & ſi quis cum epiſcopo non ſit, in Eccleſia nõ eſt Hæc ille. Idem dicit Cyprianus in epiſtola ad Cornelium de quinq; presbyteris, de quo plura inferiùs ha-
B bentur. Unde ſicut Eccleſia univerſalis, eſt corpus Chriſti myſticum: ita particulares Eccleſiæ, myſtica ſunt corpora ſuorum præſidentium, qui Chriſti legatione funguntur. Sic Anaſtaſius papa ad Joannem Hieroſolymitanum contra Rufinum ſcribens, de Eccleſia Romana loquens dicit: mihi cura non deerit, Evangelii fidem circa meos populos cuſtodire parteſque corporis mei, per ſpatia diverſa terrarum quantum poſſum literis convenire, ne qua profanæ interpretationis origo ſubrepat, quæ devotas mentes immiſſa ſui caligine labefactare conetur. Hæc ille. Concor. 19. di. ita dominus. Et hæc eſt radix una propoſiti noſtri, quòd Eccleſia in epiſcopo per unionem, & ſic epiſcopus eos figurat & repræſentat, quia publica perſona, quoad iſtum concurſum, & hoc valebit pro ſequentibus. Habet autem graduationem ſuam, ita ut Leo nonus in epiſtola qua ad duos ſcribit Africæ epiſcopos dicens: Epiſcoporum ordo unus eſt, quamvis alii præferantur aliis, ſive ex eo quòd primas civitates, & magis nominatas ſecundùm potentiam, aut leges ſeculi obtinent: ſive quòd à ſanctis Patribus, pro aliqua reverẽtia dignitatis, aliquod privilegium dignitatis poſſident. Nam ſicut omnis mundana poteſtas, his gradibus dignitatum à ſe invicem diſtat. id eſt, ut primus ſit Auguſtus vel Imperator, deinde Cæſares, deinde reges, duces, & comites, atque tribuni: ita & eccleſiaſtica poteſtas, ordinata à ſanctis Patribus invenitur, dicente beato Clemente: In illis civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legis doctores erant, primates vel Patriarchæ poſiti ſunt, qui reliquorum iudicia, & majora negotia juſtè definirent. qui etiam non uni provinciæ, ſed pluribus præeſſent. Deinde ubi Archiflamines erant Paganorum, archiepiſcopi conſtituti ſunt Chriſtianorum, qui in ſingulis provinciis præeſſent. Ubi verò Metropolis erat, quæ interpretatur mater civitas. Metropolitani erant, qui de tribus aut quatuor civitatibus intra aliquam provinciam, majori, & matri aliarum civitatum præſidebant. Unde iſta aliquando Metropolitani tantùm nominantur, aliquando archiepiſcopi, ſi in ipſa provincia majores aliqui non fuerint: Ubi autem minores civitates habuerunt tantùm flamines vel comites, epiſcopi ſunt conſtituti. Porrò tribuni plebis nõ importunè intelliguntur presbyteri, ſive reliqui inferioris ordinis clerici. His omnibus divino & humano jure prælatus eſt Pontifex Romanus. hæc ille. Hæc etiam ſententia eſt Anacleti, Clementis, Anitii, Julii & aliorum Romanorum Pontificum. Et eſt multùm notanda talis applicatio, quoniam ex ea conſtat. quòd præſidentialis eccleſiaſtica poteſtas ſuperaddita ſit temporali, quemadmodum anima corpori, ſic quòd ubi fuerit temporalis coadunatio in regimine terreno, ſuperaddita eſt per viam pacis & concordiæ directiva præſidentia in Chriſtum, ut cuncta in unũ caput poteſtatis ſupremæ, convenienti medio reducerentur. Reſtat alio loco iſtud dictum meliùs ponderare, nunc fundamentalia quædam tangamus, dein de ſacerdotio ſingulariter. B

CAP. VII.

SUperiùs cũ de ordinis & choris hierarchicis diceremus, diximus ꝙ ad modum quo tota in hierarchiã eſt ſupremum, mediũ & infimũ: ita & in ſuprema parte cujuslibet creatæ inveniũtur ordines varii quouſq; ad unum primũ illius ordinis perveniatur. Rectè ſicut in angelica ſunt tres ordines. & in primo ordine iterum ſunt tres chori, & licèt in quolibet choro, ad hunc modũ graduatio inveniatur: tamen hoc nunc intendo ad hoc, ut una continua concordialis connexio per totã hierarchiam inveniatur. Ordinatiſſimè tamen ultimus chorus eſt primi ordinis, licèt primi ordinis illuminatio, ita in eo incommunicabiliter pſiſtat, ut ipſius ibi fluxus terminetur, tamẽ adhuc ille chorus, eſt ſubſequentis primi alterius ordinis ita prælatione cõnexus, ut abſq; radio primi ordinis, ſibi activaliter radiũ ſufficientis ſecundo ordini communicet, ut ſic ſit unus cõtinuus dulcis tonus in ordine graduale cõtinuo. Ex quo trahe adinſtar, ac ſi ordo primus ad imaginationẽ ſit 21. gradus ſpiritualis illuminationis, qui ſunt adeò activi & redũdantes in primo choro, ꝙ ſe nituntur cõmunicare ſecũdo, ſed nõ poſſunt in totum: ſic 20. tantùm recipit ſecundus churus, & ille receptus nõ poteſt cõmunicare totaliter: unde cõmunicat 19. Et quia in tribus punctis luminis conſiſtit ordo, tunc non poteſt ampliùs infimus chorus in eodem ordine commu-

A communicare. Quare quoad ordinem putè paſſivè ſe habet. Unde 18. puncta quæ poteſt communicare, tranſeunt in ordinem inferiorem, & ſic ſucceſſivè uſque ad ultimum chorum tertii ordinis, qui habet 12. Et ex hoc nota, quia Deus eſt lux infinita: tunc omnis lux, extra Deum creata finita comparativè ad Deũ umbra eſt infinitæ lucis. Et tantò plus umbræ habet, quantò plus à Deo diſtat: licèt in patria lumen æternum, divinum ſufficientiſſimè juxta omne deſiderium, quemlibet ſpirituum irradiando, complectatur. Sic in noſtro propoſito in ordinibus religionis, & illius partis Eccleſiæ, quæ ſpiritualior cenſetur, ſunt novem chori, ab epiſcopali choro uſq; monachalem. Et ſupremus ordo conſtituitur ex epiſcopali, ſacerdotali, & diaconali, totus ſacer medius, ex ſubdiaconali, acolytali, & exorciſtali mixtus. Infimus, ex lectorali, oſtiariali, & tonſorali. Nã ſacer iterum ex diaconali, ſubdiaconali, & acolytali ordo comparativus concordantialis plus permixtus ſanctitate, quoniã duos ſacros habet choros. Item ex ſacerdotali, diaconali, & ſubdiaconali ordo ſacer: ſub primo tamen ordine conſtitutus, & ſic de aliis mixturis. Monachatus autem ad tonſoralem chorum connectitur, quoniam eſt ut medium inter laicos & clerum.

Cap. VIII.

Similiter juxta ſuperiora, & virtus regitiva, ex qua præſidentialitas & paſtoralis cura oritur, habet ſuos ordines: quoniam ex papali,
B patriarchali, & archiepiſcopali, conſtituitur primus ordo. Secundus ex epiſcopali, archidiaconali, & decanali. Tertius ex ſacerdotali, diaconali, & ſubdiaconali, & habet inter ſe ſuas permixtas graduationes, & ſubalternas connexiones. Cur autem talis graduum diverſitas, neceſſariò pro conſervatione univerſi exiſtat adinſtar, ſicut in cœleſtibus ut magnus eum differentiæ ordo ſervaret: habetur 89. di. ad hoc. In tota etiam cathedrali unitate, hoc eſt advertendum quòd totum ſacerdotium Eccleſ. & corpus unum conſtituit: cujus quidem ſacerdotii ordo eſt ut anima, & Spiritus ſanctus, ſpiritus. Conſtituitur ergo eccleſia ſacerdotalis, ex corpore, anima & ſpiritu. Et quoniã ſanctus ſpiritus, per characterem ordinis ſacerdotalia perficit: tunc ſanctum eſt ſacerdotium. Quòd autem Spiritus ſanctus operetur in ſacerdote, jam ſuperiùs per Auguſtinũ lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani oſtenſum eſt. Idem etiam Albertus Magnus latè ſuper ſymbolo, in opere de Officio Miſſæ, ac per alios penè omnes doctores, ſacerdotes, ſchiſmatici & hæretici ſint & fuerint: Chriſti tamen ſententia vera eſt qui ſacerdotium ſanctum uſque ad ſeculi conſummationem in ipſo, & in ſeipſo, dixit permanſurum. Quare corpus ſacerdotale licèt caducũ, & mortale & deviabile in membris, non tamen in toto: quoniam ſemper major pars in fide & lege Chriſti permaneat, ut hoc Cyprianus eleganter deducit ad Novatianũ, ubi dicit: Licèt omnis homo mendax, Dominus tamen verax. Quare confeſſorum pars major & melior, ſtat in fidei ſuæ robore, ac lege A & diſciplina Dominicæ veritatis. Et ſicut per caſum Judæ, dignitas Apoſtolorum aliorum nõ eſt diminuta: ita etiã propter caſum aliquorum ſacerdotum à fide, alii dignitatem nõ perdunt. hæc ille. Ex quo ad noſtrum propoſitum, fundamentum non parvum elicio, quòd major pars ſacerdotum, in fide & lege perſiſtit. Et hæc eſt altera radix magna ad ſubſequentia.

Cap. IX.

Deinde in præſidentialitate hoc conſiderandum, quòd ipſa habet ſuum ſignaculum ex angelico ſpiritu, ex cathedra, & corpore. Quoniam ſicut ſacerdotii poteſtas ab ipſa trinitate robur capit, & Spiritu ſancto regitur, per medium characteris ordinis, quia ſacerdotium ſummo ſacerdoti ſubalternatur, & primæ divinæ concordantiæ: ſic præſidentialitas, quæ ex ſacerdotio fluit deſcenſivè & corporativè ad fideles, per diſpenſationem ſubalternatur hierarchiæ angelicæ, & ad angelicã virtutem ſacerdotium per medium cathedræ connectitur. Præſidere & præferri angelos eccleſiis, jam ex Apocal. manifeſtum eſt, ac etiam Reipublicæ & principatibus, doctores catholici tenent, ex illis quæ angelus ad Danielem loquutus eſt; qui dixit: Ego veni propter ſermones tuos, princeps autem Perſarũ reſtitit mihi 21. diebus. Et ecce Michaël, unus de principibus primis, venit in adjutorium mihi. Et paulò pòſt: Nunc revertor ut prælier adverſus principem Perſarum, cùm enim egrederer princeps Græcorum B veniens. Et dicit ſanctus Gregorius, quos (inquit) alios principes vocat gentium, niſi angelos? quia circa angelorum miniſteria diſpenſanda, ſingulis quibusq; gentibus angeli ſunt prælati, & uni populo diverſi. Quoniam populo Judæorum captivo in Perſide, angelus qui Danieli loquebatur, prælatus fuit: & Michael, alter Judæorum populo nõ captivo. Unde patet prælationem iſtam ſanctam, angelicis ſpiritibus cõnecti per medium cathedræ. Quare ſacerdotium ita ad præſidentiam relatum, habet ſuæ præſidentiæ animam, ſcilicet cathedram, & ſpiritum, ſcilicet angelum ad modum prioris. Unde ex hoc trahitur, quòd veritas præſidentiæ & cathedræ ex hoc eſt infallibilis: ut Auguſtinus de correctione Donatiſtarum, tractando hoc dictum Chriſti, Super cathedrã Moyſi, declarat, licèt multi peſtilentiales in cathedris ſæpè ſedeant. Et ex hoc ſurgit alia magna radix noſtri propoſiti, quomodo veritas cathedræ adſit.

Cap. X.

Tertiò conſideratur ſacerdotium, quoad officium interceſſionabile: & hoc modo oritur officium ex ordine & præſidentia permixtim. Et tunc ſubordinatur beatis ſpiritibus in patria, qui fuſas orationes, ex officio, ex ordine & pręſidentia reſultato, offerunt pro illis quibus funduntur. Et hæc operatiõ, ex hac cõtinuatione per officium ſanctum ſuſcipitur, licèt perſona offerentis accepta nõ ſit. Et in hac conſi-

Digitized by Google

A conſideratur radix, quomodo oratio ſacerdotis acceptior eſt. quia continuatur per officium ad ſanctos qui in patria ſunt; & ſic penetrat uſque in veritatem, quæ Chriſtus eſt: & hæc ſunt notanda. De hoc dicit Hoſtienſis in Summa, de remiſ. circa fin. Una eſt eccleſia, quæ militat in terris & in cœlis, alia triumphat. Et tota eccleſia deſiderat animas devotas adjuvari. de pœni: diſt. 1. hi duo. Et notat ibidem, quòd tria ſunt in eccleſia, quæ ſemper retinent ſuā efficaciam, à quocunq; etiam peccatore fiant: ſcilicet virtus verborum, virtus ſacramentorum, & eccleſiæ deſiderium. 15. qu. fin. c. 13. q. 2. pro obeuntibus. Deus enim ad ſupplicationem triumphantis, & ſuffragium militantis movetur. hæc ibi. Quia nunc habemus, quomodo veritas ſacerdotii radicata in triplici concordantia, ad divinam continuatur per ordinē. Unde Gregorius Nazianzenus in Apologetico dicit, ſacroſancta myſteria ad inſtar cœleſtis imaginis celebrari: per quæ, uti in terris adhuc poſiti, cœleſtibus ordinibus ſociamur. Continuatur ad angelicam per cathedrā, & ad beatos in patria per officium. Et ſic ſacerdotium eſt ut anima una in uno corpore fidelium, quæ membris communicat vivificationem, vegetationem, & ſenſationem: & juxta graduationem membrorum quibus præſidet, gradū in præſidentia cathedrali ſortitur. Corpus autem ex principatu mundi compaginatur gradatim, cujus caput eſt Reſpublica Romana. Unde hierarchias illas mundanas, corporis ordines & choros, facilè quis ex ſuperioribus habere poteſt. Quare brevitatis cauſa ſuperſedeo nunc, in tertia parte de hoc dicturus. Et hîc tantum eſt tenendum animo, quòd ſicut anima reſidens in capite, æquiparatur pontifici Romanæ civitatis, cujus respublica ſupremum locum mundi obtinet: ita reſidens pariformiter gradatim in aliis membris, alios pontifices repræſentat, juxta graduationem & notam Leonis noni ſuprà poſitam. Et ſufficiat pro nunc cum Cypriano ad Rogatianum ſcire, quomodo una eſt Eccleſia, per totum mundum in multa membra diviſa: & unus epiſcopatus, multorum concordi numeroſitate diffuſus, & quòd, qualiſcunque ille eſt, qui in illa non eſt, extra Chriſtum vitam & veritatem eſt, ut ipſe ait. Poſt præmiſſa oportet inveſtigare, quæ verba Chriſti ad Eccleſiam & Apoſtolorum ſucceſſores trahi debent: ut in illis fundetur radix Eccleſiaſticæ poteſtatis.

B

Cap. XI.

NUnc videndum de iis quæ ex præmiſſis ſolidis fundamentis, conſiderationibus elici poſſunt, ad cognoſcendā viam in dubiis, quæ in Eccleſia oriri poſſent. Et primò ad verba Chriſti, quæ loquutus eſt Apoſtolis, ſententiam Auguſtini ad Eſitium de die noviſſimo notemus, quia dicit: Verba quæ loquutus eſt Chriſtus ad Apoſtolos. oportet de ſucceſſoribus intelligere, ſicut illud: Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et illud: Eritis mihi in teſtes in Judęa & Samaria, & uſq; ad extremum terræ. Et ſicut illud: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque in ſeculi conſummationem, quod tamen eum univerſæ Eccleſiæ promiſiſſe, quæ aliis morientibus, aliis naſcentibus uſque in ſeculi conſummationem futura eſt, quis non intelligat? ſicut eis & illud ait (quod ad eos omninò non pertinet, & tamen ſic dictum tanquam ad ſolos eos pertineat) Cùm videritis abominationes, & cùm videritis hæc, ſcitote, hæc ille. Ex quo conſiderandum, quòd verba Chriſti ad Apoſtolos, trahi debent ad Eccleſiam. Et in hoc adverti debet, quòd aliquando Chriſtus voluit Eccleſiæ aperire myſteria, tanquam Eccleſiæ unitæ, aliquando tanquam diſperſæ. Et quoniam Petrus ſenior erat inter Apoſtolos, quem ideo ad vitandum ſchiſma, & pacem conſervandam Apoſtolis protulit, ut dicit Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum: tunc Chriſtus Petrum præpoſitum Apoſtolorum ſæpè alloquitur ut principem, in unitate totam Eccleſiam ſibi commiſſam figurantem & repræſentantem. Nam non dubium, Eccleſia univerſalis claves habet ligandi & ſolvendi, dum unita eſt: & non reperitur quòd alibi Chriſtus ipſi tradiderit, niſi ibi ad Petrum loquendo: Tibi dabo claves, & quodcunque ligaveris. Hoc Auguſtinus 22. capitulo, de agone Chriſtiano, proſequitur. Similiter illud dictum Chriſti: Petre rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et ibi: Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Unde quia (ut dicit Ambroſius l. diſt. fidelior) Petrus pro ſoliditate Eccleſiæ petra dictus eſt, & ex eo petra: quia ipſe eſt, qui primus in nationib. fidei fundamentū poſuit, & tanquam ſaxum immobile, totius operis Chriſtiani compagem molemque continet: ideo Chriſtus de Eccleſia loqui volens, ad eum tanquam ipſam figurantem loquitur. Ideo Eccleſiæ privilegia ſolida, ex iis quæ Chriſtus tradidit & promiſit & loquutus eſt Petro, haurire debemus. Et (ut breviter reliqua tangantur) epiſtolam quam Alipius, Auguſtinus & Fortunatus ad Generoſum ſcripſerunt, notemus, ubi habetur: Evangelizatum eſt enim nobis per vocem ipſius Domini Jeſu Chriſti, quòd omnibus gentibus annunciabitur Evangeliū ejus, & tunc erit finis. Evangelizatum eſt tibi per Prophetas & Apoſtolicas literas, quomodo Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini ejus qui eſt Chriſtus, cùm ei diceret Deus: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Has ergo promiſſiones tenenti, ſi tibi angelus de cœlo diceret, Dimitte Chriſtianitatem orbis terræ, & tene partem Donati, anathema eſſe debet: quia te à toto præcidere, & in partem contrudere conaretur à promiſſis Dei. Si enim ordo epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quantò rectiùs verè & ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait: Super hanc petrā ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorū non vincent eam. Petro enim ſucceſſit Linus, Lino Cletus, & Melchiades: ex Euſebio. In illo autem ordine qui ducitur à Petro uſque ad

Anaſta-

A Anaſtaſium, qui hodie eſt, & in eadem cathedra ſedet, etiamſi quiſpiam traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil præjudicat Eccleſiæ & innocentibus Chriſtianis. Cui Dominus providens, ait de præpoſitis malis: Quod dicũt, facite, quæ faciunt, facere nolite: dicunt enim, & nõ faciũt. Ut ſic certa ſit ſpes fidelis, quæ nõ in homine, ſed in Domino collocata, nunquã tempeſtate ſacrilegi ſchiſmatis diſſipetur. Hęc ibi.

Cap. XII.

PUlcbra documenta ſunt in prætacta epiſtola complexa. Primò, quòd eccleſia vera eſt illa, quæ eſt catholica & diffuſa, & quòd ipſa diffundetur ante diem judicii per univerſum orbem. Hæc etiam Auguſtinus latiſſimè in epiſtola ad Eſitium, de die noviſſimo. Unde licèt dies judicii extremi non veniat, niſi priùs Antichriſtus: & licèt ſancti (ut Cyprianus, Gregorius, Lactantius) varia ſcribant de fine mũdi & Antichriſti adventu, imò Cyprianus eum proximè ſuo tempore venturum credidit, ut ſcribit in duabus epiſtolis ad Demetrianum & Fortunatum: tamen an Antichriſtus in medio temporis venerit, & an mundus ſeptem milliũ annorum curriculis, ut Lactantius in 7. lib. Inſtitutionum videtur opinari, vel quando hoc eveniat, penitùs incertum eſt quia Chriſtus ad Apoſtolos qui eccleſiam conſtituebant, dixit: Non eſt veſtrûm noſcere tempora vel momenta, quæ Deus in ſua poſuit poteſtate. Hoc tamẽ ſcimus ex Apoſtolo ad Theſſal. ſecundùm ſan-
B ctum Hieronymum, ultima quæſtione ad Algaziam, quòd priùs totum Romanum Imperiũ debet deſolari, & diſceſſio ab eo fieri ſic, quòd omnes ſubjacentes ei ab eo recedent. Et ſimiliter ſecundùm Gloſſ. ſuper illa verba Pauli diſceſſio ab obedientia Romanæ ſedis, quoad eccleſiaſticos fieri debet, ante ipſius Antichriſti adventum, ut hoc multi doctores dicunt. Unde ex hoc dicto, & hodierna diſpoſitione papatus & imperii, diſcretus & ſagax, non multum temporis ſupereſſe arguit: licèt tamen perſequutio, & multa de iis malis quæ præcedere debent, hodie videantur: ſcimus tamen quòd nondum ſtatim finis: ſed oportet ut nomẽ Domini & eccleſia, per totum mundum & omnes inſulas diſpergatur. Quare Auguſtinus adventum Chriſti in nubibus tempore perſequutionis, non in ſuperficie literæ de adventu ejus in die judicii: ſed ſubtiliori penetratione de adventu Chriſti in eccleſiã, dicit intelligendum: exponens, quomodo in nubibus Eccleſiæ cum poteſtate magna tempore perſequutionis veniet, & tũc mittet angelos ſuos, & congregabit electos: de quo per eum latè in præfata epiſtola ad Eſitium (hæc alibi latiſſimè in libello Inquiſitionis veri & boni proſequutus ſum) cõcludens, plus 600. annis de tempore ſupereſſe, ac hoc tempore ad reformationem mundũ diſponi debere. O Deus, ſi hoc noſtro tempore levare poſſemus capita noſtra, & videre appropinquantem redemptionem noſtram, quia videmus Eccleſiam nunquam ad eum caſum deveniſſe, in quo nunc eſt: vellet Deus in ſacra Synodo Baſilienſi electos ſuos eſſe congregatos, & in tanta adverſitate & perplexitate, in nubibus ibi congregatis oſtendere adventum Majeſtatis ſuæ. A

Cap. XIII.

HAbetur itaque ſolidum refugium in dubiis omnibus, ex ſuprà ſcripta epiſtola. Quoniã hæc eſt catholica Eccleſia veræ fidei, quæ minùs coarctata loco, & diffuſior per orbem. Ita Optatus 2. lib. contra Parmenianum, quomodo de Romano Melchiade papa Materno Agrippinenſi, Rhetico Auguſtodunenſi, Marino Arelatenſi, & aliis 19. epiſcopis, Eunomius & Olympius in Aphricam miſſi, Carthagine 40 diebus ſteterunt, & de ſtudio partium ſtrepitus quotidiani ſunt habiti, & noviſſima ſententia ferebatur, Eccleſiam catholicã eſſe quæ per orbem eſt diffuſa. De hoc Auguſtinus & Cyprianus, & ſancti patres, ſcripta nobis maxima reliquerunt. Unde ex hoc elicitur, quòd quia fides noſtra hodierna eſt concordans cum ea fide, quæ fuit illis temporibus per orbẽ diffuſa, neceſſariò vera eſt: quia una eſt fides invariabilis, licèt de ducentis & 17. epiſcopis, qui in Aphricanis partibus commorabantur, & ſe in Conciliis ſubſcripſerunt, nullus Chriſtianus ſit, neque in Orientalibus partibus: tamen inter tot ſchiſmata & varias hæreſes in fide Chriſtiana, noſtra hæc unica vera fides diffuſior eſt, quàm aliqua ſecta ſchiſmaticorum aut hæreticorum. Unde ex hoc unico argumento, omnis hæretica pravitas victa jacet. Deinde habetur, Petrum figuram geſſiſſe Eccleſiæ, cõtra quam portæ inferi non prævalebunt. Et hanc ſententiam omnes priſci patres & fatentur, & rationibus aſtruunt. De hoc infrà latiùs. B

Cap. XIIII.

HAbetur inſuper, quòd una eſt cathedra vera & certa ſancti Petri, in qua ſedent omnes ſucceſſores. Unde quum una cathedra ſit privilegium unius Eccleſiæ primum, ſecundùm Optatum libro 2. contra Parmenianum: tunc eſt verum, quòd non adhærens unitati cathedræ, extra unitatem Eccleſiæ eſt, 93. diſt. quæ cathedram. Dicit autem conformiter Optatus loco præſcripto: Cathedra una eſt, & negare non potes, te ſcire in urbe Roma Petro primo cathedram eſſe collatam, in qua ſederat omnium Apoſtolorum caput Petrus, unde & Cephas appellatus. In quo uno cathedræ unitas ab omnibus ſervaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderet: ut jam ſchiſmaticus eſſet, qui contra unam cathedram, alteram ſibi collocaret. Ergo cathedra unica eſt, quæ eſt prima de dotibus, & in ea ſedit primus Petrus, ſucceſſit Linus, Lino Clemens, cui Anacletus, & ſequentes. Damaſo Siricius, qui hodie noſter eſt ſocius. Et infrà: Contra portas inferi, claves ſalutares legimus Petrum principem noſtrum recepiſſe, cui à Chriſto dictum eſt, Tibi dabo claves. Unde eſt ergo, quòd claves regni vobis uſurpare contenditis, qui

A contra cathedram Petri veſtris præſumptioni-
bus & audaciis ſacrilegè militatis? Et infrà:
Igitur de dotibus eccleſiæ cathedra eſt prima,
quam probavimus per Petrum noſtram eſſe;
quæ ducit ad ſe angelum. Angelus enim, qui
datur Eccleſiæ, ei non conjungitur, qui ſe ca-
thedræ Petri non conjungit. Et infrà: Vos dico
eſſe abſciſſos palmites à vite, vos rivum conci-
ſum à fonte. Non enim poteſt origo eſſe rivus,
qui parvus eſt, & non de ſe naſcitur: & arbor à
ramo conciſo exectus antè, areſcit. Hæc ille.
Magna ſunt iſta documenta. quoniam non eſt
niſi una cathedra per deſcenſum ſuccedentiū
uſque in Petrum, ſuper quem Eccleſia funda-
ta conſideranda: quoniam certi ſumus, quòd
portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.
Unde ex hoc notandum, quòd qui ſe Chriſtia-
num eſſe fatetur, neceſſariò confiteri habet,
connexam eſſe cathedram ſuam ad ſucceden-
tium cathedræ ſancto Petro, & in ſocietate il-
lius cathedræ per unionem eſſe alioqui Chri-
ſtianus non eſt 24. q. 1. quicunque. & c. pu-
denda. in fine. & c. ſchiſma. 93. diſt. qui cathe-
dram. cum multis ſimilibus. Eſt itaque verum
unam eſſe cathedram Petri, quoniam cathedra
principatum regitivum ſignificat in Eccleſia.
Et ſicut in ipſa cathedra Petri, tres primi pa-
triarchæ leguntur ſediſſe, ſcilicet Romanus,
Alexandrinus, & Antiochenus: ita & cum il-
lis omnes ſubjecti epiſcopi. Unde dicit ſan-
ctus Gregorius papa in Regiſtro, 991. epiſtola
ad Eulogium Alexandrinum: Suaviſſima mihi
B ſanctitas veſtra, multa in epiſtolis de ſancti A-
poſtolorum principis Petri cathedra loquuta
eſt. dicens, quòd ipſe in ea nunc uſque in ſuis
ſucceſſoribus ſedeat. Sed me quidem ego indi-
gnum eſſe, non ſolùm in numero ſedentium,
ſed etiam ſtantium agnoſco. Sed ea quæ dicta
ſunt, in ea libenter accepi, quod ille mihi de
cathedra loquutus eſt, qui in Petri cathedra
ſedet. Et infrà: Unde quum multi ſint Apoſto-
li, pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorū
principis ſedes in auctoritate convaluit, quæ
in tribus locis unius eſt: ipſe enim ſublimavit
ſedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem
vitam finire dignatus eſt: ipſe decoravit ſedem,
in quam Evangeliſtam diſcipulum miſit: ipſe
firmavit ſedem, in qua 7. annis quamvis diſceſ-
ſurus ſedit. Quum ergo unius atque una ſit
ſedes, cui ex auctoritate divina tres Epiſcopi
nunc præſident: quicquid ego de vobis boni
audio, hoc mihi imputo: ſi quid de me boni
creditis, hoc vobis imputate, quia in illo unū
ſumus, qui ait: Ut omnes unum ſint, ſicut &
tu pater in me, & ego in te: & ipſi in nobis unū
ſint. Hæc ibi. Et eſt epiſtola ſingulariter no-
tanda: quoniam in una Petri cathedra ſedent
tres epiſcopi principes, quorum ſummus eſt
Romanus. Et ſicut omnes epiſcopi ad has ſe-
des. tempore Niceni Concilii & antè conjun-
gebantur; & poſt illa tempora omnes epiſcopi
ab illis poſt hoc egreſſi ſunt: ſic eſt omnium e-
piſcoporum unus epiſcopatus, una cathedra,
in qua primò ſedet Romanus Et iterum, licèt
aliqui, ut Liberius, Honorius, & alii in cathe-
dra Petri aliquandiu ſedentes, in errorem A
ſchiſmaticum ſeducti ceciderint, ſedes tamen
abſq; vitio remanſit. Maximum eſt iſtud quod
menti tenendum eſſe cenſeo, quia hæc eſt cer-
ta regula & ſecura firmitas; quòd ſedes quæ
originem receperunt à ſede Romana, cum qua
tanquam filiæ uniuntur, una ſedes ſive cathe-
dra cenſentur: licèt tàm in ſucceſſione directa,
in linea recta Romanorum pontificum, quàm
collateralium, certi pontifices in hæreſim ce-
ciderint. Ab Abraham enim in Chriſtum ge-
nerationes per Matthæum ſecundùm lineam
nominantur, licèt non omnes in linea ſancti
fuerint, Chriſtus tamen per eandem attinge-
batur. Sic in Eccleſia cujus hæc eſt figura,
Chriſtus per rectam lineam pontificum attin-
gitur, malitia mediorum præſulum non ob-
ſtante. Eſt enim ipſa linea ſive cathedra ſancta
in Chriſti adventum indefectibiliter duratura
uſque ad ſeculi conſummationem. Unde qui
ſe in Chriſtiana fide eſſe putant, de illis eſt re-
gula Cypriani infallibilis, quòd major pars
ſemper in fide & veritate legis perſiſtit, & qui-
cunque ſe ab illa ſeparat, ab Eccleſia fidelium
ſe ſeparat. Unde Cyprianus ad Florentium &
Puppianum: Quid enim ſi exciderint quidam
à fide, nunquid infidelitas eorum fidem Dei
evacuavit? abſit. Eſt enim Deus verax, omnis
homo mendax. Et (ut legitur in Evangelio)
quum eum loquentem diſcipuli dereliquerūt,
converſus ad duodecim dixit: Nunquid vos
vultis abire? Reſpondit ei Petrus, & dixit: Do-
mine, ad quem ibimus? verbum vitæ æternæ B
habes: & nos credimus, & cognovimus, quia
tu es filius Dei vivi. Loquitur illic Petrus, ſu-
per quem ædificati fuit Eccleſia, docens: quia
etſi contumax & ſuperba obedire nolentium
multitudo diſcedat, Eccleſia tamen à Chriſto
non recedit: & illi ſunt Eccleſia, plebs ſacer-
doti, & paſtor gregi adunati. Hæc ille. Bona eſt
hæc doctrina, quia Petrus ut eccleſiam repræ-
ſentans, nomine totius Eccleſiæ loquutus eſt:
& tamen de eccleſia multi exciderunt, imò de
Apoſtolis Judas. Quare illi Eccleſiam veram
fidelium cōſtituunt, qui inter ſe Chriſti fidem
habere putantes, majorem partem cōſtituunt,
& ſe ſuo paſtori Petro coadunant, & ejus ca-
thedræ. Hanc ſententiam ex ſuperioribus ma-
nifeſtavi, relinquens pauca, diffuſiùs ſubne-
ctere de hac recurabo. Nam licèt Chriſtus ro-
gaverit, ut non deficeret fides Petri, qui pro
ſua reverentia exauditus eſt: & licèt hoc expo-
natur de fide Eccleſiæ, tamē etiam per aliquos,
puta Albertum Magnum, ſuper eodem paſſu,
de fide Petri & ejus ſucceſſoribus intelligitur,
quia in eis finaliter non deficiet. Per alios au-
tem, ut Gorra exponit, intelligitur de fide ec-
cleſiæ Romanæ.

Cap. XV.

PRo clariori intellectu intēti noſtri, revoce-
mus ad memoriā ſuperiùs tacta. ſecundùm
ſanctum Cyprianum & Leonem nonum: ſcili-
cet quòd quiſq; præſidens, gradum præſiden-
tiæ ſortitur ſecundùm locum cui præſidet, &

ejus

A ejus loci leges vel privilegia: & quòd pręſidens ita totam Eccleſiam figurat ſibi unitam, quòd Cyprianus eam eſſe dicit in præſide. Quoad primũ dicimus, qnia ut ſcribit Ambroſ. 2. q. 7. beati. Roma principatum & caput obtinet nationum: & ita actum eſt divino nutu, ut ubi erat caput ſuperſtitionis, illic caput ſanctitatis quieſceret. Ergo Romanus epiſcopus, eum pręſidentiæ gradum habet, quem habuit apud ethnicos Roma. de hoc 80. diſt. urbes, ſecundum Lucium papam: & ſecundum Clementem c in illis. c. diſt. Et talis ordinatio fuit divinitùs inſpirata, ſecundùm Leonem in c, illud. e. diſt. de qno etiam 99. diſt. provinciæ. Deinde privilegium divinum, Petrũ prætulit aliis, concurreute tameu electione Apoſtolorum, ſecundùm Anacletum & ſanctũ Hieron. lib 1. contra Jovinianũ. Sed ex ſuperioribus ſecundùm Auguſtinum, ſucceſſores Petri in eadem cathedra ſedent: ergo privilegium cathedræ ęquale nunc & tunc. Quare ita ut Petrus princeps fuit Apoſtolorum: ita & Romanus pontifex epiſcoporum princeps, quoniam in locum Apoſtolorum epiſcopi ſuccedunt. Ad hoc infinita quaſi babentur ſcripta. Unde iſte principatus eſt ſuper omnes homines in eccleſia exiſtentes, qui per fidem conſtituitur, eſt enim capitaneus in eo exercitu. Ita enim ſcribit Leo Imperator ad Theodoſium, & Valentinianus ad Theodoſium: Beatiſſimus Romanæ civitatis epiſcopns, cui principatũ ſacerdotii ſuper omnes antiquitas cõtulit, locum habeat ac facultatem de fide judicare. Et infrà: Hac enim
B gratia & ſecundùm ſolennitatem Conciliorũ, & Cõſtantinus epiſcopus eum per libellos appellavit, propter contentionem quæ orta eſt de fide. Item, Martianus & Valentinianus, Leoni archiepiſcopo Romæ glorioſæ civitatis, tuam ſanctitatem principatum in epiſcopatu divinæ fidei poſſidentem. de boc 12. diſtinction præceptis. 24. q. 1. quotiens. 16. qu 1. frater noſter. Unde ſic intelligo 9 q 3 aliorum, quòd omnis fidelis papæ ſubmittitur, dum totius corporis caput eſſe deſignetur: ſ. in fide, quia corpus ex fidelibus conſtituitur. Sic dicit Hieron. ad Damaſum. & in 10. q. de cathedra: Si quis cathedræ Petri adhæret meus eſt. & tamen boc judicium fidei non eſt ſemper in nutu unius pontificis definibile, quia hæreticus eſſe poſſit: de quo inferiùs dicetur, imò in illo judicio fidei, in qno principatus ejus conſiſtit, Concilio catholicæ eccleſiæ ſubeſt.

Cap. XVI.

VNde eſt advertendum, quòd Romana eccleſia capitur pro ſede aliquando, & cõmuniter. Et fuêre ab antiquo tempore Niceni Concilii tres ſedes, ſcilicet Romana, Alexandrina, & Antiochena: licèt Heliæ ſive Hieroſolymorum epiſcopus ſemper bonoraretur, ut habetur 6. q. e. Niceni Concilii. 19. diſt. Anaſtaſius 66. diſt. ſacroſancta. Unde poſt hoc etiam ſedes Hieroſolymorum & Conſtantinopolitana, in geſtis Conciliorum inveniuntur. Unde Conſtantinopolitanus, quodã particulari Concilio ante Chalcedonenſe, quia
A nova Roma ſe patriarchã nominari obtinuit, quando illæ quinque patriarchales ſedes vocantur. 22. diſtinction. definivimus. Hujuſmodi materia quæſtionis, in Chalcedonenſi Concilio legitur expedita: quoniam allegantibus hincinde tàm vicariis Apoſtolicæ ſedis quàm patriarcha Conſtantinopolitano canonibus juxta decretum judicium Concilii definitum fuit, ſedem Apoſtolicam primatum tenere debere, quia antiqua Roma eſt: & Conſtantinopolitanam ſecundum locum quia nova Roma eſt. 22. diſtinctiou. de Conſtantinopolitanæ. licèt Conſtantinopolitanus iiſdem gaudeat primariæ privilegiis. 22. diſtinct renovantes. Et licèt Leo papa tunc multis ſcripturis viſus fuerat retractare illam partem definitionis, quòd Conſtantinopolitanus ſecundum locum habere deberet: quia obviabat conſtitutionibus Niceni Concilii, quas infringibiles ſcribit: tamen ita uſus obtinuit longo tempore. Unde in geſtis univerſalium Conciliorum pòſt ſubſecutorum. Conſtantinopolitanus ſemper præcedit Alexandrinum. 22 diſtinct. renovantes. c. ſe. & de privi antiqua. Et has quinque ſedes reperio in geſtis 8. Concilii univerſalis Conſtantinopolitani, ſeptima actione, quinque capita eccleſiæ nominatas: & notantur ſedes Apoſtolicæ, 1. qu 7. convenientibus. & in eis ſedentes etiam papæ vocantur, ut ibidem in §. item Ceraſius. Quomodo autem ſint capita cenſenda. infrà dicetur. Et ſicut papa Romanus ſæpè vocatur Pa-
B triarcha (ut in geſtis Conciliorum, præſertim octavi univerſalis habetur, penè per totum) ſic etiam alii patriarchæ papæ vocantur. ut notat Gloſſ. 40 diſtinct. ſi papa. & textus 22. quęſtiou 2. ſanè. §. item ſi Romanorum. Sed non multum ad propoſitum. Hoc nunc notandum, ſedem primatum tenere ſuper omnes. 22. diſtinctiou. de Conſtantinopolitanæ. Et Hincmarus Remenſis cap 15. contra Laudunenſem ſcribit, ex brevi ponderoſa definitione Niceni Concilii, quia dixit antiquitas teneat omnẽ talem ordinationem graduationum, quæ apud Ethnicos fuit in primatiis, eſſe definitam Spiritu ſancto inſpirante. Et ea propter definitio Chalcedonenſis Concilii dicit ſecundùm canones, Romanorum primatem habere: canonem illum antiquitas teneat in ſuis privilegiis, ut quæ fuit graduatio principatus in civitatibus Ethnicis, & eorum archiflaminibus & aliis, ibi remaneat ille gradus Sed non dubiũ, in Capitolio Romano pontificem maximum, in Jovis templo prępoſitum, ita & gratiæ tempore. Unde Placita Auguſta, filio Auguſto ſcribens dicit: Quia Roma maxima civitatum & domina omnium terrarum: ideo Petrus in ea principatum ordinavit divini epiſcopatus. Et quòd ex diſpoſitione illa civitatum antiqui primatias arguebant, patet in diſputatione 12. actionis Chalcedonenſis Concilii, ubi epiſcopum Niceni ſuper Baſionopolim ex curia prælatum, multis argumentis ex hoc fundamento convincere nititur, arguens. Et in primo

A cap. Tauritani Concilli definitum eſt: qui probaverit ſuam civitatem Metropolim eſſe vel fuiſſe, teneat primatum. Ecce primatum ex civitate diſponi, & ortum capere primatũ. Definitio enim centum quinquaginta patrum, ac etiam poſt hoc Chalcedonenſis Concilii ſuper prælatione ſedis Cõſtantinopolitanæ, poſt Romam habet illam cauſſam dicens: Etenim ſedi ſenioris Romæ, propter imperium civitatis illius, dignè patres privilegia reddiderunt eadem intentione permoti. Ideò reverendiſſimi epiſcopi, æquè ſanctæ ſedi novæ Romæ privilegia tribuerũt, rationabiliter judicantes, imperio & ſenatu urbem ornatam, æquè ſenioris Romæ privilegiis frui & in Eccleſiaſticis ſicut illam habere majeſtatem negociis, & ſecundã poſt illam exiſtere. Ecce argumentum vix ſolubile, quod in Chalcedonenſi Concilio approbatur. Et licèt Imperatores privilegia dederint exemptionis certis prælaturis: ſemper tamen hoc jus antiquitatis exemptum & ſalvum remanſit, ut ibidem. Unde quantum hoc dictum veritati innitatur, ex hoc poterit deprehendi: quia ſi ex ſanctitate primi præſidentis, aut loci reverentia, ſedium primitivitatem arguere deberemus, non dubium Hieroſolymorũ prima foret: quoniam ibi pontifex maximus, Eccleſiam lavit in ſanguine ſuo. Ita etiã ſedes Jacobi Apoſtoli primi archiepiſcopi, ut legitur prima actione 8. univerſalis Concilii, de cujus cathedra Euſ. li. 7. c. 16. ſcribit eleganter. Scriptores etiam ſuper Canonicis epiſto-
B lis, ea propter Jacobi prælatas aſſerũt: quia primam Hieroſolymorũ ſedem habuit, quæ fuit prima Chriſtianitatis, ſicut & Paulus Jacobum præponit, quum de Eccleſiæ columnis loqueretur. Deinde Alexandrina non ſortitur ex primo præſide ſecundum locum, quia Marcus nõ præfertur ſancto Joanni Chriſti dilectiſſimo: & Marcus Alexandriæ, Joannes Epheſi ſedebat. Nec tamen præfertur Epheſus Alexandriæ, quoad dignitatem epiſcopatus: quia Alexandria vicit Epheſum, ſeculi dignitate: tamen ambo, ſcilicet non tantùm ſeculi dignitatem, ſed & divinam cauſſam aliam concurriſſe, in his ſedium præeminentialibus cauſſis credendum eſt, ut ad idem de Antiochena ſede ſcribit Innocentius papa ad Alexandrinum, ubi dicit: Unde advertimus, non tàm pro magnificentia civitatis hoc idem attributũ, quàm quòd prima primi Apoſtoli ſedes eſſe monſtretur: tametſi à principio ita fuit, quòd ſecundùm loci dignitatem, dignitas Eccleſiaſtica ſit diſtributa, per ſacra Concilia & ſanctos patres. Non tamen propter accreſcentiam dignitatis temporalis, niſi ordinatio Concilii interveniret, creſcit dignitas epiſcopi loci. Unde quando Acatius dixit, ſe epiſcopum regiæ civitatis eſſe, & propter hoc dignitatem ſuam ita eſſe magnam, quòd ab Apoſtolico præſule judicari non poſſit: ſcribit Gelaſius papa ad epiſcopos per Dardaniam, ſe riſiſſe hoc, dicens: Nunquid apud Mediolanum, apud Ravennam, apud Syrmium, apud Treveros multis temporibus nõ conſtitit imperium? nunquid harum urbium ſacerdotes, ultra menſurã ſibimet antiquitus deputatam, quippiam ſuis dignitatibus uſurpârunt? ubi de hoc pulchra. Idem de hoc Anaſtaſius papa Alexandrino epiſcopo in epiſtola quæ incipit, Onus & honor quæ dicit, Antiochenam Romanæ ceſſiſſe, & quòd non ſecundùm voluntatem Imperatorum, ſed priſtinum provinciarũ morem, Metropolitanos epiſcopos debere nominari: de qua 10. diſt. ver. imperiali. Et quia de iſtis plura ſuprà tacta ſunt, cõcludendum exiſtimo, Romanam ſedem, ob ſeculi dignitatem, & divinum privilegium, & in augmentum fidei, ut pax ſervaretur, & ob tot experimenta ſanctorum præſulum, quorum ſucceſſivè plus quàm triginta propter fidem martyrio coronabantur, per Conciliorum ſtatuta primatum meritò poſſidere.

Cap. XVII.

Capitur autem aliquando eccleſia Romana pro proximè unitis Romanæ eccleſiæ: ſicut in libello Leonis noni, contra præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, c. 32. ubi dicit: Romanam eccleſiam eſſe ut cardinem in quo volvitur oſtium eccleſiæ, & ſtabile ſemper manebit: & ejus clerici, propter propinquitatem ad cardinem dicuntur Cardinales. Et Conſtantinus Imperator Agathoni papæ (ut in principio geſtorum ſexti univerſalis Concilii legitur) ſcribit, ut mittat tres perſonas de ſua eccleſia, & duodecim Metropolitanos de toto ſuo Concilio. Unde poteſt ex hoc conſideratio haberi quòd aliquando ſedes Apoſtolica pro pontifice Romano capitur, aliquando eccleſia Romana pro papa & ejus diœceſi clericis & fidelibus: aliquando pro omnibus ſub ejus Metropoli & ſede archiepiſcopali conſtitutis (ita enim legitur in multis univerſalibus Conciliis, vocatus archiepiſcopus Romanus) aliquando pro omnibus Metropolitanis eccleſiis, ipſi tanquam patriarchæ & capiti in ſede patriarchali præſidenti unitis, ut in ſeptima actione octavi univerſalis Concilii: ubi de ſententia Concilii Romani loquitur, dicit vicarius patriarchæ Hieroſolymorũ, Spiritus ſanctus qui loquutus eſt in Romanorum eccleſia, loquutus eſt & in noſtra. Aliquando pro omnium fidelium Eccleſia, quæ ad ipſam Romanam ut ad caput unitur. Unde quum dicitur, Romanam eccleſiam nunquam errare poſſe, hoc eſt verum de tota univerſali Eccleſia ultimo modo capta, & deinde de patriarchali Romana eccleſia etiam eſt verum: deinde de archiepiſcopali eſt verum, deinde de epiſcopali eſt verum finaliter. Sed iſtæ veritates graduationem habent, quoniam prior eſt infallibilis, & fuit & erit ſemper. Secunda eſt hodie infallibilis eo reſpectu, quia univerſalis Eccleſia, quaſi totaliter ſub patriarchatũ Romanum eſt redacta. Deinde conſideratione ſedium patriarchalium, tunc etiam eſt verior fides ſemper ſub patriarchatu Romano: & ita fuit & erit, licèt univerſalis Eccleſiæ in ſe major ſit promiſſione Chriſti firmitas. Deinde ſedis archiepiſcopalis urbis Romanæ fidei veri-

tas,

A tas, eſt adhuc plus fallibilis, & adhuc plus epiſcopalis: licèt à principio fidei patriarchalis Romanæ eccleſiæ inter omnes patriarchales; archiepiſcopalis inter omnes archiepiſcopales. & epiſcopalis ioter omnes epiſcopales major ſecuritas & minor fallibilis fuit. Et ita erit uſque in diem ultimum, quoniam ut legitur in geſtis octavi univerſalis Concilii: Bahanis famatiſſimus præpoſitus curiæ & patricius dixit, quomodo patriarchales ſedes ſucceſſivè decreſcendo, redigi deberent uſq; ad onũ patriarchatum, & per illum iterum Deus alios patriarchatus revocare deberet. Uidemus jam (proh dolor) ũnum expletum, det Deus ut ſecondum noſtris temporibus videamus. Er quia (ut dixi) eccleſia Romana, aut eccleſia alia, ſcilicet Conſtantinopolitana capitur ſępè pro ipſi unitis ſubjectis eccleſiis: & hæc unio vocatur apud Gręcos Synodiis apud nos Cõciliũ. Reſtat nunc de cõcilio aliqua ſubnectere. A

NICOLAI DE CVSA LIBER SECVNDVS,

QVI EST DE CONCILIO.

Cap. primum.

SUmma intentionis meæ eſt, pancis varietatem & comparationẽ Synodorom, & earum aoctoritatem explanare, ac deinde ex his quędam dubia ſolvere. Et primò, Synodus eſt propriè cœtus ſenom vel presbyterorum. Et dicitur à σὺν, quod eſt ſimul, & ὁδὸς via: quia omnes uoa via ad euodem finem tendunt Et eſt Gręcum, & interpretatur cœtus. 15 diſt. Canones. verſ. ſynodus & dicitur Latinè Conciliũ. Unde autem dicator Concilium, Iſidorus ſcribit, & habetur 15. diſt. Canones. verſ. Concilii, & propriè conſiſtit in concordia: qui enim ſibi diſſentiunr, non agunt Con-

B cilium, ut ibidem dicitur. Eſt autẽ varia Synodus, quoniam graduationes ſuas habet, à particulari uſq; ad univerſalem per media varia. Univerſale autem Concilium, ſive Synodus univerſalis, ſecundùm Bart Brix. poſt Hug. 16. diſt. c. 1. eſt, quod vel à papa, vel ejus legatò, cũ omnibus epiſcopis conſtituitur: tamen hęc definitio fortè non eſt ſufficiens: quia poteſt trahi ad Concilium univerſale ſedis Apoſtolicæ. de quo infrà proximo capite. In illo enim eſt propriè de eſſentia quo legatus Apoſtolicæ ſedis ad minimum interſit, ſi plenum & perfectum eſſe debet: ut in diſt. verſ. porrò. 17. diſt. regula. Hincmarus verò Remenſis io 20. ca. de hac tractans materia aſſerit, cujuſdam generalis Concilii, tempore Caroli in Francia de veneratione imaginũ celebrati, volumine 4. ejus libri, ita haberi. Univerſitas ab uno cognominatur, eo quòd uno multotiens verbo propagatur. Nam multitudo unitare vertente in unum collecta, univerſitas efficitur. Et ſicut univerſalis Eccleſia, catholica dicitur Græcè: ita nimirum quicquid ab ejus unitate non diſceſſit, catholicum poteſt nuncupari. Omois enim doctrina Chriſtiana, vel quælibet conſtitutio ſive traditio, talis eſſe debet, ut univerſali conſentiat Eccleſiæ. Quod nequaquam hæretici ſervaverunt, qui per diverſas mũdi partes, aliquibus regionum partibus coarctati, conventicula quædam ſtatuerunt, quibus ſe & plures ab Eccleſiaſtico conſortio ſegregârunt. Quum ergo duarum aut triũ provinciarum epiſcopi conveniunt, & ea ſtatuunt quæ catholicæ Eccleſiæ conveniunt, fortaſſe univerſale dici poteſt: quamvis nõ ſit ab oniverſis mundi pręſulibus actũ, ſufficit quod ab univerſorũ fide & traditionibus non diſcrepet hęc ille. Et ibi de hoc plora. Unde diverſo reſpectu, univerſale Conciliũ poteſt nuncupari patrum conventus, aut qui rem tractant & definiunt catholicã Eccleſiaſticam & veram partes: aut qui de univerſali ſtatu tractant, aut de univerſali cauſſa certæ iotegræ & magnæ provinciæ & obedientiæ. Secũdùm enim defintionem Concilii judiciũ iſtud univerſalitatis fit. Nam aut de cauſſa quæ cunctis communis eſt modo dicto: & tunc rectè & communiter univerſale dicitur quando per u-

niverſalem congregationẽ uoiverſalis catholica definitio fit. Aliud autem conciliũ, licèt univerſale propter cauſſam univerſalem dicatur, tamen nõ propriè catholicum univerſale. Unde in Aphricano coocilio, ubi ſtatuitur de hoc ultimo univerſali Concilio, dicitur: Ne fatigandis fratrib. ſit anniverſaria congregationis neceſſitas, placuit, ut quotiens cauſſa communis totius Africæ hoc exegerit, tũc univerſale congregetur. Cauſſæ autem quum cõmunes nõ fuerint, in provinciis judicentur. Et propriè illa dicuntur uoiverſalia, ubi aliquã definitio fidei contrà hęreticos facta fuit, ut probat tex. c. diſt. optatũ. licèt omne univerſale Conciliũ oporteat etiã Canones promulgare. 16. diſt. habeo. Sunt autem Synodicæ congregationes differentes gradatim à minima per media varia uſq; ad univerſalem maximam. Nam curatus, ſuæ parochiæ Synodum congregat, & eſt ſupra eam diœceſana, ſupra quam Metropolitana, ſupra quã provincialis regni vel natioois, ſupra quam parochialis, & omniũ maxima univerſalis Eccleſiæ catholicæ. Et ut Leo (ad Martianũ ſcribens, in ea epiſtola ubi de directa vicis ſuæ legatione pro Chalcedonenſi Concilio ſcribit) ait, tunc nullum cenſeri debet Cõcilium, quod nõ innititur veritati fidei, ſed cõciliabulum verius debet nuncupari.

Cap. II.

HAbet autem quiſq; pręſidens in ſuo gradu ſibi unitos convocare, ſine quo aut ejus vices gerente Conciliũ nec plenũ, nec ritè adu-

A natum cenſetur. Unde cùm Romanus pôtifex, ſupremus capitaneus militâtis hujus Eccleſiæ, & princeps in epiſcopatu fidei exiſtat: univerſalia Côcilia ſine eo ritè ejúsve auctoritate regulariter nô celebrantur. 96. diſt. ubi nam. 17. diſt. verſ huic etiã. & c. regula. Et Leo nonus, in epiſtola ad Carthaginenſem Petrũ, de hoc ſcribit ad idem in q. 16. dudũ. & variis locis idẽ habetur: ſicut nec ſine Metropolitano provincialis, nec ſine Patriarcha univerſalis patriarchalis, aut ſine epiſcopo diœceſana. Ratio eſt manifeſta, & definitiones ſacrorũ Conciliorum in variis paſſib. hoc oſtendũt. 17. diſt. regula. cum c. ibi ſequentib. 18. diſt. propter. & c. ſi qois. & c. ſe. Ad univerſalem. n. Patriarchã ſpectat univerſalis Concilii côvocatio. Unde Pelagius, ad epiſcopos à Joanne Conſtantinopolitano congregatos: Relatum eſt ad Apoſtolicã ſedem, Joannem Conſtantinopolitanũ epiſcopum univerſalem ſe ſcribere, voſq; hac præſumptione ad Synodum convocare generalem. Ita dicit Marcellus papa & martyr in 5. c. decretorum ſuorũ: Apoſtoli, eorumq; ſucceſſores, Domino inſpirante conſtituerunt, ut nulla fieret Synodus prętet Romanæ ſedis auctoritatem. Nam illius ſedis epiſcopus judex eſt totius eccleſiæ, nec aliquod judicium valet abſq; legitimo judice. Hoc etiã affirmat Damaſus papa c. 9. decretorum ſoorũ, ſimiliter Athanaſius, & Julius Rom. pon. Huic nô eſt multũ ſuperfluo inſiſtere. Unde licèt univerſalia Concilia ſæpè legamus coovocata per Imperatores, imò omnia

B octo (nt ex geſtis haberi poteſt) uſq; ad octavũ, tempore Baſilii Imperatoris Conſtantinopolitani convocatũ. 15. diſt. cap. 1. tamẽ in Conciliis fuit ſemper præſidentialis Romani pootificia auctoritas, ſine qua univerſale Conciliom non fuiſſet, dummodò ſaltem intereſſe voluiſſet & potuiſſet. Unde ſicut perfecta provincialis Synodus ſive Metropolica nô eſt (ut ſcribitur penultima actione Chalcedonenſis Concilii, & cômunis omoium antiquorũ ſententia) ita in propoſito de univerſali papa, dummodò ſaltem velit & poſſit. Alioqui ſi expectâs nô mitteret, vel nô veniret, vel nollet. Concilium côgregatũ ſuæ neceſſitati, & Eccleſiæ ſaluti providere debet. Hoc probat benè tex. octavi univerſalis Concilii, qui intitulatur Definitio Côcilii ante adventum vicariorum ſeniorum Romæ, ubi poſt plura: Quoniam dodum expectati fuerunt vicarii ſeniorũ Romæ, & ampliùs expectare nô ſit juſtũ: incongruum omninò putamus deſpicere fluctuantem Chriſti & ſalvatoris noſtri Eccleſiã, per dilationum diſpoſitionem quæ illi debetur. Hinc ergo velut ex neceſſitate denunciamus. Ad idem legitur in geſtis ſecundæ Epheſinæ ſynodi, quando Concilium miſit ad Jolium epiſcopum, Hilariũ diaconum, & Dulcitium ootarium, ambaſiatores Leonis papæ, notificando eis, quomodo in poſt craſtino die Conciliũ ſedere vellet, rogando ut venire maturarent. & ipſi non venerunt: tunc Talaſius epiſcopus Cęſareæ Cappadociæ primæ dixit, Remorari nos in hac civitate multã læſionem omnib. religioſiſſimis & ſanctiſ. epiſcopis & ſanctis eccleſiis afferre. & nôn hoc ſolùm, ſed & piiſſimus & amicus Chriſti Imperator, accelerari vult Synodi finem, ut cum omni ſubtilitate ea qoæ decernentur agnoſcat. Qoia igitur quod decuit & côvenit ſanctæ Synodo, hoc factũ eſt, commoniti ſunt per eos qui directi ſunt, ii qui locũ tenent ſanctiſſimi & Deo amiciſſimi Leonis archiepiſcopi, & refutaverũt convenire nobiſcũ: arbitror nô eſſe neceſſariã dilationem. ſed ſi placet ſanctæ Synodo, nô vel ultra ea quæ ad moras pertinent, ꝓducantur. Hęc ibi. Ecce dixit, qnòd ea quæ ad Synodum pertinẽt, ſcil. monitio ad ꝓceſſum ſufficit, maximè ubi venire refutaverint: tamen ut pręfatus octavi Concilii tex. ꝓbat, nihil pręcipitanter fieri debet, ſed lôgo tempore auctoritas Romani pontificis expectari debet, ſicut ibi anno nno expectabatur, & plus, & in iis quæ ad fidẽ ſpectant ſine deliberatione, de qua conſtet Romanæ eccleſiæ, etiã in Concilio ritè congregato, licèt abſens adhuc ſit auctoritas Apoſtolicæ ſedis, procedendum oon eſt.

Cap. III.

ET quòd ex quinq; patriarchalibus ſedib. plenũ univerſale Côciliũ colligitur, geſta octavi Concilii clarè docent. Dicitur. n. in termino illius Concilii, quomodo Baſilius Imperator, per ſupremum auxiliũ & gratiã quinq; patriarchas Eccleſiaſtici tabernacoli architectos, à finib. orbis terrarũ convocavit: & plura ibi de hoc. Qui textus infrà in tertia parte habetur: & actione nona ejuſdẽ Concilii legitur, Synodũ in receptione vicarii throni Alexandriæ dixiſſe, qui ultimo venit: Glorificamus Deum univerſorum, qui quod deerat univerſali Synodo ſupplevit, & nunc eam perfectiſſimam demôſtravit. Ex quo habetur, perfectiſſimam Synodum de capitib. totius Eccleſiæ colligi. Unde in convocatione octavi Concilii nô puto ponendam, dummodò ſaltem patres ſint, qui Eccleſiã univerſalem reprę ſentent. Sed ſi nec patres, qui capita Eccleſiarũ ſunt, ibi exiſtant, nec convocatio legitima ſopremæ poteſtatis: non dubiũ, in eo Concilio univerſalis Eccleſiæ repręſentationem eſſe non poſſe. Ubi antẽ legitima pręceſſit convocatio, nec adhoc patres qui capita exiſtũt, convenerunt: nô crederem ſubitò correndũ eſſe, qoia multa Concilia etiã ritè côvocata, erraſſe legimus: ſed expectandi ſunt patres, licèt nô omnes neceſſariò expectentur, quoniã ſufficit plures eſſe, & omnes vocatos. Ita enim legitur, ſanctũ Ambroſium in concilio Aquilegienſi, Palladio hęretico de fide dicere renuenti, propter abſentiã orientalium epiſcoporũ (quia dixit ſolùm in pleno Côcilio quale hoc eſſet de fide reſpondendũ) reſpôdiſſe: orientales Imperatores côvocârunt, & ſic venire potuerunt, quare hęc allegatio eſt evagari. Unde ad hoc ꝙ regulare ſit Conciliũ univerſale, tunc palàm nô clàndeſtinè debet celebrari, ut ex quinta actione octavi Côcilii univerſalis colligitur. Item libertas talis in eo eſſe debet, ut quiſq; liberè loquendi habeat facultatẽ, ut in 6. Côcilio generali, tẽpore Agathonis celebrato, in prima actione, & in fine epiſtolæ

A ſtolæ Synodicæ Agathonis legitur. Unde quũ Nicolao papę, de Cõcilio Phocii numeroſo objectũ eſſet, dixit: Nos quidẽ non tantũ numeroſum epiſcoporũ collegium Niceni vel Chalcedonẽſis conciliorũ, cæterorumq; ſanctorũ patrum Synodicas conſtitutiones ſequimur: ſed illorũ liberas veneramur juſtas, & divinitùs inſpiratas ſententias. Ex quo habetur, numerum patrũ magnam auctoritatem p̃ſtare cũ libertate loquendi. Potius enim ei ſtatur, ꝙ à pluribus, q̃ quod à paucioribus dictatur. 19. diſt. in Canonicis 20. diſtin. de quibus 2. q. 7. puto. Et non eſt numerus adeò neceſſarius ſicut libertas & unanimitas. 34. q. 1. alienus Unde Agatho, ſcribẽs Conſtantino loco prætacto, de patrib. in 6. Concilio cõgregandi verbum impunitatis, & liberam loquendi facultatẽ, unicuiq; loqui volenti ꝓ fide quã credit & tenet, concedite: quatenus ab omnib. manifeſtiſſimè cognoſcatur, ꝙ nullo terrore, nulla poteſtate, nulla comminatione vel averſione quiſquam pro veritate loqui volẽs, ꝓhibitus aut repulſus exiſtat. Et iterum: Oportet ꝙ privatæ cauſę religionis obtentu non exerceãtur. Unde Leo papa ad Theodoſium imperatorem de errore ſynodi Epheſinæ, dicit: Dum privatę cauſæ religionis exercentur obtentu, commiſſum eſt impietate paucorum, ꝙ univerſam Eccleſiam vulneraret. Cõperimus non incerto nuncio, conveniſſe ad Synodũ plures ſacerdotes, quorum utiq; frequentia conſultationi & judicio profuiſſet, ſi is qui ſibi locum principalem vẽ-
B dicabat, ſacerdotalem moderationẽ voluiſſet cuſtodire: ut (ſicut moris eſt) omnium ſententiis ex libertate prolatis, id ex tranquillo, & ęquo conſtitueretur animo, quod & fidei congrueret, & errantibus ſubveniret. In ipſo autẽ judicio non omnes qui convenerant interfuiſſe cognovimus. Nam alios rejectos, alios didicimus intromiſſos, qui ſupradicti ſacerdotis arbitrio captivas manus impiis ſubſcriptionibus dederunt, ꝙ nociturum ſtatui ſuo ſcirent, niſi imperata feciſſent: talemq; ab eo prolatam ſentẽtiam eſſe, ut dum unus homo impetitur, in omnem eccleſiam ſævire videretur. Quod noſtri ab Apoſtolica ſede directi, adeò impium & catholicæ fidei contrariũ eſſe viderũt ut ad conſentiendũ nulla potuerint oppreſſione cõpelli: conſtanterq; (ut decuit) fuerint proteſtati, nequaquam id ꝙ conſtituebatur Apoſtolicã ſedem recepturam. Et infrà: Omnes noſtrarũ partium eccleſiæ, manſuetudinem veſtram cũ gemitib. & lachrymis ſupplicant ſacerdotes, ut quia & noſtri fideliter reclamarunt, & eiſdẽ libellũ appellationis Flavianus epiſcopus obtulit, ut generalem Synodum intra Italiam jubeatis celebrari. Et infrà: Quaſi autem poſt appellationem interpoſitam hoc neceſſe poſtulatur, Canonum Niceæ habitorum decreta teſtantur, quæ à totius mundi ſacerdotibus ſunt conſtituta. Hæc ille. Ecce nunc eſſentialia ad univerſale Concilium, ubi univerſalia tractari debent, ꝙ non ſecretè, ſed publicè omnibus libertima detur audientia: & ſi tunc concordanti ſententia aliquid fuerit definitum, per ſpiritum ſanctum cenſetur inſpiratum, & per Chriſtum in medio congregatorum in ejus nomine præſidentem, infallibiliter judicatũ. Tale fuit Nicenum Concilium (de quo legitur in geſtis Chalcedonenſis concilii) quòd ſpiritus ſanctus manifeſtè ibi patribus conſedit. Et ſubjungitur: ſpiritum ſanctum ea ordinare, quæ in hujuſmodi Conciliis ordinãtur. Ergo qui retractat ea, ſpiritus ſancti caſſat gratiam. Sancta Synodus dixit, omnes hoc dicimus, anathema qui retractat: talia fuerunt omnia orthodoxa Concilia. Quare in concluſione octavi Concilii, cum cauſa cur ei obediẽdum ſit exprimatur, dicitur: per datam nobis poteſtatem à ſancto ſpiritu, à primo & magno põtifice noſtro. Et infrà: Quis enim neſciat, ꝙ in medio ſanctæ Synodi fuerit incomprehenſibilis & incircumſpectus Chriſtus & Dominus, qui dixit: Ubi duo vel tres fuerint congregati. Quòd maxima ſit univerſalis Cõcilii poteſtas, patet ex eo, quòd Helpidius vir ſpectabilis ad concilium Chalcedonenſe dixit (ut in prima legitur actione) Hodie cũctorum Deus verbum ſalvator vobis ſe ad judicandũ tradidit, & patitur judicantes, & honorat poteſtatẽ decreti. Quale autem ſit decretum hoc ex quo eam habent poteſtatem patres in Concilio, in actione prima & quinta octavi Concilii habetur, ubi dicitur. Sãctiſſimi vicarii ſenioris Romæ, & nos qui reliquarum ſedium vicarii ſumus, hæc omnia diſſolvimus hodie gratia Jeſu Chriſti, qui nobis dedit ſummi ſacerdotii poteſtatem ligandi atque ſolvendi. Unde poteſtas ligandi & ſolvendi Petro, figuram Eccleſię gerenti, tradita eſt. Hoc eſt decretum, ex quo judicium ſynodi ſuam capit firmitatem. Et de hac auctoritate Cõciliorũ, Iſiodorus in principio libri ſui quem de Synodis collegit, eleganter ſcribit, ubi videri poteſt.

CAP. IIII.

VErum quia dixi, quòd ſi ex concordantia procedit definitio, tũc ex Spiritu ſancto proceſſiſſe creditur, quoniam ipſe eſt auctor pacis & cõcordiæ: & nõ eſt humanũ varios homines in unũ cõgregatos, in ſumma libertate loquendi conſtitutos, ex una concordantia judicare, ſed divinũ: ideo præſumi hoc omnino debet. Ita. n. legitur in q̃nta actione octavi Cõcilii, ubi dũ de ſentẽtia Concilii dicitur, eã aſſerũt patres divina inſpiratiõe de ꝓmptã, quia unanimitate & concordia ſanctæ Synodi fuerit ꝓmulgata. Et poſt terminũ octavi univerſalis Cõſtãtinopolitani, Baſilius imperator ad Synodũ dixit: Dicat nũc ſancta & univerſalis Synod⁹, ſi omnib. ſanctiſſimis epiſcopis cõcordantib. atq; conſentiẽtib. p̃ſens terminus ſit de ꝓmptus: oportet. n. divina quæq; cum univerſorum conſenſu & concordantia, in Eccleſiaſticis p̃dicari & confirmari collegiis Sãcta ſynodus dixit, Oẽs ita ſapim⁹, oẽs ita p̃dicam⁹, oẽs cõcinẽtes & cõſentiẽtes ꝓmptè ſubſcribim⁹: hoc eſt veritatis judiciũ, hoc eſt juſtitię decretũ. & ibi de hoc plura. Ecce cõcordãtiã

Digitized by Google

A maximè in iis quæ fidei ſunt, requiri: & quanto major eſt concordantia, tanto infallibilius judicium. Unde*(ut in Chalcedonenſi concilio legitur, major pars ſemper regulariter vincat & hoc judicium certius præſumatur: Tamen ex ſententia præfata, in fidei materia non eſt tutum judicium. niſi maxima fuerit multitudo ſacerdotum coadunata. tunc enim juxta ſententiam ſancti Cypriani, quum major pars ſemper ex decreto Chriſti abſq; errore permanebit, majoris partis ſententia multum haberet præſumptionis, ſic quòd ſi aliqua ſtabilitas abſque immutatione illius ſententiæ in ipſis permaneret, fortius eſſet præſumptionis judicium. Veritas enim permanet in ſeculum ſeculi & falſitas ſeipſam aliqoamdiu conſervare nequit. Unde licet in Synodis univerſalibus plura neceſſaria ſint. maximè tamen (ut præhabitum eſt,) communis omnium ſententia. Undè Leo papa ad ſynodum Epheſinam dicit: Piè & religioſè Chriſtianiſſimus Imperator habere voluit conciliũ Epiſcopale, ut pleniori judicio omnis poſſit error aboleri. Fratres noſtros Julium epiſcopum, Renatũ presbyterum, & filium meum Hilarium diaconũ, cumque his Dulcitium notarium probatæ fidei miſi, qui vice mea ſancto conventui veſtræ fraternitatis interſint, & communi vobiſcum ſententia, quæ ſint Dominu placitura conſtituant hæc ibi. Ecce communi ſententia etiam legatorum cum aliis, negocia ſacri Concilii univerſalis definiri debere, de quo infrà. Debet B etiam ſacrum Concilium univerſale, regulis ſancti Spiritus, jam in Canone ſacræ ſcripturę ac præteritis Conciliis apertis, dirigi, maximè in negociu fidei, quæ una & invariabilis neceſſariò ſicut fuit, permanebit: & Scripturas rimari in dubiis, ſicut in ſexto univerſali Concilio actum fuit & aliis multis, & tunc definitio ex allegatis ſumpta, abſq; errore neceſſariò erit. Unde ſi ea non ſervantur, maximè libera omnium audientia, ac ubi aliqua attentarentur in Synodis, quæ obviarent fidei Romanæ eccleſiæ: proteſtatio juſtè ac ſimul & appellatio ad futurum aliud* Concilium fieri poteſt; ut hoc eſt ſuperius manifeſtatum. Et in epiſtola Leonis papæ & ſynodi, quæ in Roma convenit ad Pulcheriam Auguſtam, clarius hoc comprobatur; ubi dicitur: legatos Apoſtolicæ ſedis in Epheſina ſynodo, propter vim & metum de nullitate ꝓteſtatos, & ab ea fide nulla injuria ſeparari velle, quam à ſede Petri apoſtoli ad ſanctam Synodum detuliſſent. Ex hoc etiam elici poteſt, fidem Romanæ eccleſiæ, in nulla Synodo univerſali retractari poſſe. Hoc verum de fide illius totius eccleſiæ, per ſuam Synodum ſui, ſcilicet Patriarchatus dictatam, ut hoc infrà aperietur.

Cap. V.

His conſideratis, ſi ad varia geſta conciliabulorum animum applicaverimus inveniemus. quomodo neutrum in his fundamentis fuit verè fundatum, nam aut fuerunt ſecreta, aut humana induſtria fabricata, aut eo A acta timore. Unde licet dicatur Ariminenſe concilium fuiſſe 830. epiſcoporum (ut Auguſtino contra Fœlicianum de Trinitate ſcribẽti objectum fuit) tamen non invenitur ritè, palàm & liberè congregatum, & ſtabile fuiſſe in concluſo. De hoc verò quomodo reverſi ſunt ad ſubſcriptionem fidei Nicenæ, qui in Arimino fuerunt: Liberius papa & Occidentales epiſcopi ad Euſtathium & Cyrillum ſcribũt, in Epiſtola quæ incipit: Optabile nobis. Unde Ambroſ. de patre & filio lib. 1. cap. 8. Audiſti ſancte Imperator, qui talia aſſerunt jure eſſe damnatos, non humana induſtria, nõ compoſitione aliqua 318. epiſcopi ad concilium venerunt Nicenum: ſed ut in numero eorum per ſignum ſuæ paſſionis & nominis, Dominus Jeſus ſuo ſe probaret adeſſe conſenſu quando crux in 300. Jeſus in 18. eſt ſacerdotibus. Hoc in Ariminenſi cõcilio habuit prima confeſſio, & poſt Ariminenſe concilium ſecunda correctio, Epiſtola ad Imperatorem Conſtantinopolitanum miſſa teſtatur: correctionem ſecreta Concilia confitentur. hæc ille. Undè Ambroſ. in Epiſt. 77. contra Maxentium dicit: ea facilitate evanuiſſe dictata illius conciliabuli, qua dictata fuêre. Et quomodo hoc factum ſit, ipſe ibidem ponit: & quòd factione humana, & coactione Conſtantii, abſq; libertate ita dictatum & ſubſcriptum fuit, in multis ſcripturis invenitor. Et licet Liberius papa tunc fuit, qui (ut ſcribit Aug contra Creſcentium, Arianę ſectę ſe ſubſcripſit,) licet reſiſteret in principio, & propter hoc in exilium miſſus eſſet (& habetur elegans diſputatio Conſtantii Imperatoris & Liberii) rediit autem de exilio victꝰ, & conſenſit errori, ut ſcribit ſanctus Hieron. B in Chronicis: tamen non reperitur in Concilio illo p ſe, vel vicarios interfuiſſe. Unde Damaſus papa & cæteri epiſcopi in urbe Romæ congregati, dilectiſſimis fratribus in Illyrico conſtitutis: Neq; enim præjudicium fieri potuit, per numerum Arimino congregatum, quando conſtat neque Romanum epiſcopum, cujus ante omnia decebat eos expectare decretum neque Vincentium, qui tot annis Epiſcopatum inviolabiliter cuſtodiverit, neq; alios talibus præbuiſſe conſenſum: maximè dum iſti (ſicut prædiximus) qui per conventionem declinaſſe videbantur denuò utentes meliori conſilio hæc ſibi diſplicere teſtati ſunt. hæc ibi. Unde multos defectus habuit illud conciliabulum. Similiter de Epheſina ſecunda Synodo hoc idem patet. quia etſi ritè congregata fuit per præſentiam vicariorum Leonis papę: tamen defecit libertas, & abſque concordantia reclamantibus & appellantibus vicariis Apoſtolicis, capta fuit erronea deciſio, ut in geſtis Chalcedonenſis concilii manifeſtè ſcribitur. Quoniam qui ſe ſubſcripſerunt patres, fatebãtur metu corporis hoc feciſſe, ut de hoc etiam Leo papa ad Theodoſium Imperatorem, & Pulcheriam Auguſtam, ſcribit. Quòd etiam legati Apoſtolicæ ſedis, ac alii q Cõcilio Photii interfuerunt, non ſint potiti libertate: ex

geſtis

A geſtis octavi Concilii univerſalis habetum Simile habetur 16 q.6. ſanè. Quòd autem particularia Cōcilia unios Epiſcopi vel provinciæ, cotrectionem capiāt ab univerſali, Auguſtin. ſcribit. & babetur 2.q.7.pota ver. item quum Petrus. Unde etiam de Concilio 86. epiſcoporū, in quo ſanctus Cyprianus, de quo Auguſt. ad Vincentium Rogatiſtam, & lib. 2. contra Donatiſtas. poſtea per univerſale fuit correctum. Dicit enim Auguſt. lib. 1. contra Donatiſtas, volens ſtabili fundamento ex deciſiooe univerſalis Concilii fidem probare: Jam ne videar humanis argumeotis id agere, qnoniam quæſtionis hojus obſcuritas prioribus Eccleſiæ remporibus ante ſchiſma Donati magnos viros, & magna charirate præditos epiſcopos, ita intet ſe ſalva pace compulit diſceptare atq; fluctuare, ordio Conciliorum io ſuis qoibuſque regionib. diverſa ſtatota mutaverint, donec pleoario totius orbis Concilio. quod ſalubrius ſentiebatur. etiā remotis dubitationibus firmareretur. Et idem: Quomodo particulatia per plenaria, & etiam plenaria p ſubſeqoētia plenaria ob facti errorem corrigantor. De onico baptiſmo libro 1. Quis neſciat Concilia quæ per ſingulas regiones vel provincias fiūt, plenariorum Cōciliorum auctoritate, quæ fiunt ex univerſo orbe Chriſtiano ſine ullis ambiguitatibus cedere, ipſaq; plenaria Concilia priora à poſterioribus emendari, qoando ex aliquo experimeoto rerum aperitur quod clauſum erat, & agnoſcitur quod latebat. Hæc il-

B le. Ex quo duo nota, quod plenariom concilium, eſt totius univerſæ Eccleſiæ, ita intelligitur ille verſ. item quum Petrus: ſcilicet quòd plenarinm Concilium vincit omnem auctoritatem. Similiter eſt notandum, experimento terum nniverſale plenarium poſſe deficere. Quomodo etiam varia talia fuerunt Concilia, quæ judicando errarunt apud Auguſtinum in Epiſtola ad Eluſium & Gloriom, & ad cæteros de Donati parte miſſa, & aliis locis invenitur. Unde in his omoibus eſt ſententia Ambroſii vera, quòd ſecretiora ab nniverſalibus correctionem recipiunt, joxta doctrinam Auguſtini de Chriſtiana doctrina, libro 2. c 8 quòd illa quæ uoiverſaliter recipiuntur, præponi debent particularibus. Vides modò quanta univerſalibus Cōciliis auctoritas ineſt, dum rectè celebrantur. Unde Auguſtinus lib. 1. Sermonum contra Pelagianos primę partis dicit, matris Eccleſiæ hanc eſſe auctoritatem, quòd q ſiquis contra honc inexpugnabilem murum arietat, ipſe confringitur. De hoc etiam contra Fauſtum lib. 11. ait idem Auguſtinus, & plura de hoc applicari poſſunt ſcripta: ſed hoc loco opus non eſt, ideo ad alia tendamus.

Cap. VI.

IN ſumma eſt hoc adverteodum, ſecundū q ex Conciliorum geſtis legitur, univerſalia concilia, de conſenſu Romani pontificis ac aliorum Patriarcharum per Imperarores ſub articulis fidei congregabantur, & in loco congregatioois in medio ponebantur ſacra Evangelia, ligoum ſanctæ crucis, & aliæ reliquiæ. Et omnes catholici epiſcopi ac abbates, intromittebātur unà cum aliis laicis, quos ipſi vicarii ſedium adducebār, aut quos ipſe Imperator loco ſui aut ſecum adeſſe volebat. Et per actiones diſtinctas ſecundum dies res tractabātur, & per ſeſſiones expediebantur, & in ſcriptis legebarur cujuſq propoſitio, in alto pulpito. Mareria verò fidei prius tractabatur, & audiebat Synodus utriuſque partis allegationes. Vidit originalia & principia librorum, & totius allegati capituli teoorem, ne ſyncopatè allegatis leoſus, corruptè adductus fortè foret: & cuncta iſta maturè, palàm & publicè, cū recognitione & librorum & allegationū, perficiēbantur, & ſecundum teſtimonia Scripturarum decrevit Synodns. Poſt hæc de pace ac reductione lapſorum, compoſitione litigantium de partium conſenſu: & ultimò jodicialiter premiſſo partium in Synodis compromiſſo, de cauſis ſe intromittebat, ut reclamatio minus locum ſibi vendicaret. Et io qoalibet actiooe, in fine ſurrexeit notarius, qui dixit laudes Imperatori per multa adjectiva, comparando ipſum aut Conſtantioo aut Martiano, extollendo motes & ſtudium religioſitatis ejus Laudes etiam quinq; Patriarchis dixit, & ſenatui & Syoodo æternam memoriam. Statuta verò ſimul & ſemel in fine. & ante concluſiooem publicabantur, in duabus partibus Synodi, inferiori & ſuperiori alta voce p epiſcopos. aut metropolitas. Subſeqnēbatur cooclusio de o-

B mnibus geſtis concorditer, in qua cauſa convocationis & capta ſummaria cōcluſio ioferebatur, unà cū profeſſione fidei. Et laici & principes nibil definitivè dixerūt. ſed ſollicitando, & exbortādo & dirigēdo interfuère Ultimò ſubſcriptio adjiciebatur, q varia quò ad ordinē invenitur, ſicut & ſeſſionis ordo in aliis & aliis Cōciliis. Poſt vicarios patriarchaliū ſedium ſubſcripſerunt ſe in octava Synodo Imperatores Baſilius & Cōſtantinus. deinde epiſcopi alii: ac inſuper ſenatus profitebatur, ſe acceptare Synodum & hoc fuit per notarios annotatum. Poſt hæc de Conciliis generalibus, q ſæpe univerſalia dicuntur, videndū, in quo deceptio multorum recentiorum aperitur.

Cap. VII.

INvenitur præterea univerſale Conciliū etiam alicujus magnæ provinciæ, aut duarū ſæpe unitarū ſimul vocari: ut in Toletaoo quodam, & certo etiā Aphricano concilio, de quo ſuprà legitur, & infrà de hoc latius. Invenitur etiam occidentalis Eccleſiæ Conciliū oniverſale nūcupari. ut in geſtis Cōcilii Aquilegienſis ſanct⁹ Ambroſius objicieoti hæretico univerſale Conciliū oon eſſe, reſpondit. Unde licet omoia Cōcilia. præter univerſalis Eccleſiæ, dicātur pvincialia. ut in diſt. ver. porrò. etiam cū legato Apoſtolicæ ſedis celebrato, ut ibidem & cum Patriarcha, ur in ultima actione Chalcedonēſis Cōcilii pbatur, ubi Athanaſi⁹

In

A in Concilio Antiocheni patriarchæ (quia ter vocatus non venit) legitur in provinciali Concilio depoſitus. Et omnia Concilia vocantur localia, præter univerſalis eccleſiæ Concilia, de quo vide tex. 1. q. 7. convenientibus qui eſt ſecundi Niceni concilii. Et dicit ſex tantum univerſalia Concilia præceſſiſſe, alia localia fuiſſe. Et quanquàm gloſſa dicat, ideò illa generalia fuiſſe, quia Apoſtolicæ ſedis legati interfuerunt: tamen etiam ſi hoc argumentum ſit bonum, ſcilicet abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ Concilium univerſale eſſe non poſſe, non ſequitur, ubi præſidet papa in Cōcilio, vel ejus legatus, ibi eſſe univerſale Concilium univerſalis Eccleſiæ. Sextum enim Carthaginenſe, in quo interfuerunt legati Zoximi papæ, Fauſtinus epiſcopus, Philippus & Aſellus presbyteri: & quoddam Arelatenſe, in quo interfuere ſecundū aliquos Theodor⁹ epiſcop⁹ ex Dalmatia, & Agathon diaconos legati Sylveſtri papæ: & Cōcilia provincialia dicuntur. Unde Leo papa ad Theodoſium Auguſtum: Concilium univerſale intra Italiam ſicut Synodus quæ ob hanc cauſam Romæ convenerat, mecum petit, clementia veſtra concedat. hæc ibi. Ecce univerſalem Synodum, per Synodum ubi papa præſedit, ab Imperatore intra Italiam petitam, quod eſt notandum. Et textus 17. c. octavi Concilii, qui infrà ponitur manifeſtè, hoc probat: dum aliud dicat univerſale Cōcilium, aliud in quo papa ut patriarcha præſedit: ſæpe concilium
B Patriarchale papæ, univerſale ſive Generale dicitur, ut patet in capitul. antiqua. de privil. ubi ſcriptio nominat generale, & textus univerſale: licet frequentius dicatur generale quàm univerſale. Et ſimiliter licet Conciliū univerſalis Eccleſiæ propriè dicatur univerſale, & ita frequenter nominetur: tamen aliquando vocatur generale: ſicut Leo papa in epiſtola quæ incipit, Omnium de approbatione fidei Chalcedonenſis concilii, nominat illud Chalcedonenſe generale. Et Greg. l. diſt. quia ſanctitas, nominat omnia quinq; univerſalia. De iſto autem noſtro generali, Conſtantinus Imperator ad Agathonē papam ſcribens pro ſexto Concilio, dicit: ut mittat de ſua eccleſia tres perſonas, & ſuo Concilio duodecim Metropolitanos. Cui Agatho reſcribit, quæ juxta defectum temporis ac ſervilis provinciæ qualitatem, pro ſatisfactione obedientiæ mittit. Et niſi longus provinciarum ambitus, in quibus humilitatis ſuæ Concilium conſtitutum eſt, feciſſet: citius convocaſſet, & miſiſſet, uti hæc in geſtis ſexti univerſalis Concilii leguntur. Ex quo habetur, papam, ut quemlibet Patriarcham habere proprium ſubjectum Patriarchale concilium, ut habetur ibidem in prima actione, in c. quod incipit Piiſſimus: & ſunt ſeptentrionales & occidentales de illo Concilio, prout ibidem in ſexto Concilio, prima actione habetur magis particulariter. Etenim per Agathonem & ſuam Synodum, ſcribitur ſic ad Conſtantinū: Conſtantino magno Imperatori, Heracleo & Tyberio Auguſtis, Agatho epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cum univerſis Synodis ſubjacentibus Concilio Apoſtolicę ſedis. Omnium honorum ſpes ineſſe dinoſcitur, dum imperiale faſtigiū ejus à quo ſe coronatum, & hominib. præſtitutum ad ſalubriter gubernandum agnoſcit, veram de eo confeſſionem, qua ſola præ omnibus muneribus delectatur, inquirit, fideliter & vivaciter amplecti deſiderat. Et hoc ideò præſtantiſſimū munus eſt, à quo procedit omne ꝙ bonū eſt: ad quem redigitur, quod de ejus majeſtate perceptum eſt: cujus ſpiritu perſtruente in mentis arcanis, convaleſcente ſpiritali flagrantia, piæ intentionis radii circumquaq; perluſtrant & ſuavitatis odor de ſacrificio cordis aſcendit ad Dominum, qui tali munere complacatur: unde in terreſtribus fœlicitatem donet, & gentes ſubjnget univerſas, quas ad verę ſuæ cognitionis cōfeſſionē aſciſcat: quas ſubjectas Chriſtiano imperio de poteſtate liberet tenebrarum, ut fœlices faciat humiliatos, quos infœlicitet exaltate ad eorum dejectionem permiſerat. Quia verò piiſſime atq; fortiſſime principum Auguſte, veſtræ pietatis cum laude admiramur Deo dignum propoſitum, quomodo circa Apoſtolicam noſtram fidem dignamini, Deo ſecretius ſatis faciente, non verbis fluentibus, nec loquacitate fallaci, ſed divina ſua gratia commovente, omniumq; ambiguitate ſublata deſideratis cognoſcere quę veritas orthodoxæ atq; Apoſtolicæ fidei contineat. Oēs nos exigui eccleſiarum præſoles, veſtri Chriſtiani imperii famuli, in ſeptentrionalib. & occiduis partibus conſtituti, licet parvi ac ſimplices ſcientia, fide tamen per Dei gratiam ſtabiles, pro iis quæ per divalem ſacram pręcepta cognovimus cōregnante ac diſponēte vobiſcum conditore & diſpenſatore omnium Deo, exhilarati pro hujuſmodi pio propoſito, cum intimis cordis fletibus gratias reddere cœpimus: ꝙ tam laudabile, tam mirificum, tam ſaluberrimum, tam ſingulariter Deo præ omnibus ſacrificiis acceptabile, trāquillitas veſtra creditur opus concupiſſe, quod multis quidē pietate ac juſticia præditis regibus deſideratum, pauciſſimis tamen raroq; ad effectum Deo placitum, cum ſinceritate Apoſtolicæ fidei perduci potuiſſe demonſtratur. Et infrà: Præterea ſatisfaciendum eſt noſtro exiguo famulatui apud ſereniſſimorum dominorum noſtrorum clementiam, pro tarditate miſſarum ex Concilio noſtro perſonarum, quos dirigi per ſuam auguſtiſſimam ſacram, veſtrum piiſſimum veſtigium juſſit. Primum quidem, quòd numeroſa multitudo noſtrorum uſque ad Oceani regiones extenditur, cujus itineris longinquitas in multi temporis curſum protelatur: ſperabamus de Britannia Theodorum confamulum atque coepiſcopum noſtrum, magnæ inſulæ Britanniæ archiepiſcopum, atque Philippum cum aliis qui ibidem hactenus demorantur, exinde ad noſtram humilitatem conjungere: atque ut diverſos hujus Concilii epiſcopos, in diverſis regionibus conſtitutos, ad generalitatē totius Cōcilii ſer-

vilis

A vilis noſtra ſuggeſtio adunaret, ne ſi tantum pars quod agebatur cognoſceret. partem lateret. Maximè quia in medio gentium tam Lougobardorum, quàm Sclavorum, nec nou Francorum, Gallorum atque Gothorum, ſeu Britaunorum, plurimi cõfamulorum noſtrorum eſſe noſcuntur, qui & de hoc curioſè ſattagere non deſiſtunt, ut cognoſcant quid in cauſa Apoſtolicæ fidei peragatur. qui quantum prodeſſe poſſunt, dum in conſonantia fidei nobiſcum tenentur, nobiſque coocorditer ſentiunt, tantum (quod abſit) ſi quid ſcaudali in fidei capitulo patiantur, inveniuutur infeſti & contrarii. Nos autem licet humilimi. ſummis viribus enitemur, ut Chriſtiani veſtri imperii Reſpublica, in qua beati Petri Apoſtolorum principis ſedes fundata eſt, cujus auctoritatẽ omnes Chriſtianæ nobiſcum regiones venerantur & colunt, per ipſius beati Petri apoſtoli reverentiam, omnium gẽrium ſublimiſſima eſſe monſtretur. Perſonas autem de noſtræ humilitatis ordine prævidimus dirigere, ad veſtræ à Deo protegendæ fortitudinis veſtigia, quæ omnium ooſtrûm, id eſt univerſorum per ſeptentrionales vel occiduas regiones epiſcoporum ſuggeſtionem, in qua & Apoſtolicę noſtræ fidei confeſſionem prælibavimus, offerre debeant: non tanquam de incertis coutendere, ſed ut certa & immutabilia compendioſa definitione proferre. hæc ibi. Ex quib. habes, quomodo generale concilium Patriarchale ſubjectum Romano pontifici, eſt conſtitutum

B in ſeptentrionalibus & occidentalibus provinciis. Aphrica etiam patriarchatui ſobeſt Romano 12. diſt. quis neſciat: ubi enumerantur provinciæ Rom. ſedi ſubjectæ. Unde Flavianus Conſtantinopolitanus Patriarcha, ad Leonem papam ſcribens, ait: Omnibus qui ſub tua reverentia conſtituti ſunt, Deo amantiſſimis epiſcopis. De quo etiam per Leonem ad Theodoſium, in Epiſtol. quæ iocipit: Olim ab initio. Et pro hoc facit tex. 2. q. 4. in omnibus, ubi dicit noſtrorum epiſcoporum omnium. Et 43. diſt. juxtà. ubi dicit: Omnes epiſcopi, qui ordinationibus Apoſtolicæ ſedis ſubjacent. Et Hilarius diaconus, ad Pulcheriam Auguſtam in quadam epiſtola: tamen ut habetur in Epiſtola Nicolai papæ ad Michaelẽ imperatorem, tuuc Theſſalonicenſis vicem Apoſtolicæ ſedis habuit, per Epirum veterem, & novum Illyricum, Macedoniam, Theſſaliam, Achaiam Daciam, Riperenſem, & Mediterraneam, Miſiam. Dardaniam, & Prævalum: & ſic maximam partem, quoniam quaſi totam Europam. & Aphricæ magnam partem patriarchatus Romanus ſub ſe habuit Hoc autem concilium Patriarchale, habet ſummum prævilegium in eo, quòd vocatur Romana eccleſia, ad unam Romanam ſedem adunata: quonium in iis quæ fidei ſunt nunquam erravit, neque errabit. Legitur enim in ſeptima actione univerſalis octavi Concilii, quòd ea quæ ſedes Apoſtolica ſynodicè regulariterq́; decrevit, tanto ſtudioſius oportet amplecti, tãto ſolicitius obſervare, quanto ſatius noſcitis quæ

ſtatuta fuerunt ab ea, hæc univerſalem ſemper tenuiſſe eccleſiam: ita ut coutra ſingulos errores in Eccleſia exortos, prior hæc ſedes primatus auctoritate, ſententiæ terminum dederit. Et ita demum univerſalis eccleſia, licet aliquando per aliquantum tempus in quibuſdã reluctata ſit: tamen demum probata probavit, & refutata refutavit. hæc ibi. Unde ex hoc & aliis ibidẽ habetur, papam in Concilio ſuo, quæ fidei. ſont, unanimitate & concordantia coepiſcoporũ, definire debere. Dicitur enim ibi. Decernentibus nobiſcum, & ſimiliter conſiderantibus ſanctiſſimis patribus coepiſcopis noſtris. de quo 19. diſt. Anaſtaſius, & 24. q. 1. loquitur in Gloſ. Quòd autem iſtud Concilium Romana eccleſia vocetur, ex ſuperioribus patet, & in prima actione octavi nuiverſalis Concilii, ubi per legatos papæ dicitur: Legatur libellus, quem ſancta Romanorum eccleſia expoſuit, qui libellus in Concilio expoſitus fuit, & ſimiliter in 6. actiooe in c. c. ꝙ incipit, Multę quidẽ: ubi dicitur, Synodũ cũ tota Romanorũ eccleſia, Nicolaum papam anathema pronunciaſſe. Iſta Romana eccleſia, ſemper ſtabilis in fide permanebit, ſic quòd ei non cohærentes extra catholicam Eccleſiam exiſtunt: ut in geſtis ejuſdem Concilii prima actione, io libello per omnes ſubſcripto continetur. Legitur enim ibidem, quòd libellus quẽ Nicolaus papa in Synodo dictavit, qui incipit, Prima ſalus eſt, rectæ fidei regulam cuſtodire, deinde à cõſtitutis Dei & patrũ nullatenus deviare. Et infrà: Et nõ poteſt Domini noſtri Salvatoris ſententia prætermitti, dicentis, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Hæc quæ dicta ſunt. rerum probantur effectibus, quia io ſede Apoſtolica, immaculata eſt ſemper obſervata religio, & ſancta celebrata doctrina. Et io fine: In qua eſt integra & vera Chriſtinæ religionis ſoliditas. Ille fuit per Adrianum ad conciliom Couſtantinopolitauum 8. univerſale miſſus, & omoes ſe ſubſcripſerunt ſic: Sequimur aotem ſanctam Synodum, & amplectimur, quam beatæ recordationis papa Nicolaos (cui & ipſe Domine coangelice ſummę pootifex Adriane ſubſcripſiſti, ante ſanctiſſimum Petri apoſtolorũ eximii corpus) celebravit ſimul & quam tu ibi ipſe nuper egiſti: & omnia quæ in iis ſtatuta ſunt, ſecundum decreti veſtri moderationem venerabiliter cooſervabimus, recipientes quos recipiũt, & dãnantes omnes q in illis damnati ſunt. Hæc ibi. Ecce duo notãda: ſedẽ Apoſtolicã pro tota Synodo Romana capi: & ꝙ, profitẽs Romanã ſedẽ errare non poſſe, intelligere velit ꝑ ſedẽ totã Synodũ. Secũdò eſt notandũ, Conſtantinopolitanã ſedẽ ſequi in definitis (ꝑſertim fidei) Romaoã, & ut habetur ꝑ apocriſariom, Apoſtolicæ ſedis, q ſubſcriptiones & geſta Synodi, præveniẽdo vicarios Apoſtolicæ ſedis, cautè Romã detulit: tũc imperator Baſilius, & patriarcha Ignatius, pœnituerunt de illa ſubſcriptione epiſcoporum illius ſedis Cõſtantinopolitanæ, ne Apoſtolica ſedes, ex receptis ſubſcriptionibus majoritatem ſuper

A

B

A ſuper ipſam Conſtantinopolitanam argueret, quoniam ptofeſſio cavebat, quomodo in omnibus ſequerentur Apoſtolicam ſedem. Ideò procuravit Imperator, ut per cuſtodes deputatos per eum vicariis, Apoſtolicæ ſedis caperentur clàm illæ ſubſcriptiones. quod factum fuit, ſed poſt hoc ex inductione vicariorum reſtitutę fuerunt. Et fatebatur Imperator, Apoſtolicam ſedem magiſtram eſſe in fide, & ne periculum interveniret perdendi, apocriſarius (ut prædicitur) ſecretè Romam eas cũ geſtis detulit, ſequentibus vicariis qui ſpoliati fuerunt in via. Similiter & in ſexta ſynodo, in prima actione, & aliis multis locis, probatur ſtabilitas fidei Romanæ eccleſiæ. Ex iſtis habes duo quæ mente tenenda ſunt: ſcilicet, quòd Concilium univerſale, vel generale Patriarchale, ſubeſt & ſubjectum eſt Romano pontifici: & hoc in ſubſcriptione legatorum papæ, & ſui Concilii, ut in *6.* & *8.* Conciliis deprehenditur, quia legati Concilii ſequuntur. facit verſ. huic etiam. verſ. illud 17. diſt. Et ſicut ipſe habet principatum in fide, & eſt judex fidei (ut ſuperius habetur) ita hoc ſuum Concilium habet principatum, inter omnia patriarchalia Concilia, in fide. Unde ex hoc ſecundò habes, judicium fidei quod per papam & hoc Concilium fit, eſſe tutiſſimum inter omnia particularium congregationum judicia: licet infallibilius ſit, & tutius, judicium univerſalis concilii totius Eccleſiæ. Dicit enim imperator Martianus (ut legitur in prima a-

B ctione concilii Chalcedonenſis) cogitantes nõ eſſe tutũ abſq; Synodo. & ubiq; ſãctarũ ſcripturatũ præſulib. quæſtionẽ de fide renovare: hodie autem (proh dolor) catholicæ univerſalis Eccleſiæ, & parochialis Romanæ ſedis, unum eſt Concilium, cum tota Eccleſia redacta ſit ad illum tantum Patriarchatũ. Quare ſicut ſemper ſtetit judicium eccleſiæ Romanæ (modo p̃dicto captæ) in vera fide, ita nunc amplius ſtabit infallibilius ſententia Chriſti, quoniam portæ inferorum adverſus eam nunquam prævalebunt. Et hæc eſt altera radix noſtri propoſiti. Romanus autem pontifex, ad urbem Patriarchale concilium frequenter ſolitus fuit convocare, ſæpe etiam extra. Nam extra urbẽ celebratum fuit tempore Conſtantini ſecundum Arelatenſe, in quo Apoſtolicæ ſedis Silveſtriq; papæ legati, Claudianus & Habitus presbyteri, Eugenius & Quinatus diaconi, & de omnibus tam Africæ, Mauritaniæ, Siciliæ, Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniæ, quàm aliarum omnium provinciarum ſub patriarchatu Romano legati interfuiſſe leguntur. Habetur enim, ſynodum ſeu concilium Romanæ eccleſiæ eſſe, ad quod de provinciis legati juxta ipſius papæ mandata conveuerunt, uti hæc in geſtis VI. Synodi colligi poſſunt. Unde, ut ibidem colligitur, tũc ſubſcriptiones aliorum in Concilio exiſtentium, Patriarchali annectebantur, per hunc modum. Primò enim ſubſcripſit Agatho ſic: Agatho epiſcopus ſanctæ Dei catholicæ atq; Apoſtolicæ eccleſiæ urbis Romæ, huic ſuggeſtioni cum generalitate totius Apoſtolicæ ſedis Concilii, pro rectitudine Apoſtolicæ confeſſionis factæ, ſicut ſuperius continetur, conſenſi atq; ſubſcripſi. Et ſequitur: Andreas gratia Dei epiſcopus ſanctæ Oſtienſis eccleſiæ, in hanc ſuggeſtionem quã pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter cõſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi. Et ita præciſè Wilfredus epiſcopus Ehroicæ, legatus venerabilis Synodi per Britanniam ſubſcripſit. Unde, ut ibidem legitur, Felix Arelatenſis, & Taurinus diaconus Colonienſis, adjuncti fuerunt Adeodato pro tota Gallia: qui ſe omnes ſubſcripſerunt. Ex quo habes modum congregationis, & deinde ſubſcriptionis: & quomodo ex unanimo cõſenſu prodire debet judicium, quod eſt ſingulariter notandum. A

Cap. VIII.

Et ut aliam non parvam difficultatem (ſemper ſub correctione) evacuem, quæ habet dubium hoc: an ſtatuta quæ in univerſalibus, & aliis omnibus Conciliis, ubi papa per ſe vel legatum præeſt per ipſum papam auctoritative conſilio Concilii concurrente fiant, an cõcordanter per Concilium. Ideò oportet alias ſubſcriptiones extra fidei materiam inquirere, de qua loquitur præcedens definitio Agathonis, ut ſic ex illis & aliis fundamenta eliciamus. Et primò in omnibus univerſalibus univerſalis Eccleſiæ Conciliis, invenio legatos papæ, abſque differentia pariformiter aliis ſe ſubſcripſiſſe. Unde unuſquiſque epiſcopus B vel dicit annuens, vel conſentiens, vel ſtatuẽs, vel definiens, ſubſcripſi. Ita pariformiter Apoſtolicæ ſedis legati papæ: quia in octo univerſalibus Conciliis, non invenio papam per ſe interfuiſſe. Unde, ut ſciatur hoc dubium non habere, pauca ex geſtis Chalcedonenſis concilii, de depoſitione Dioſcori apponam. Poſtquàm enim Dioſcorus tertiò monitus noluit comparere, tunc Paſcaſius legatus Leonis papæ, ad Synodum dixit: Volumus ediſcere à veſtra ſanctitate, qua pœna dignus ſit. Sancta Synodus dixit, quæ placita ſunt canonibus fiant. Paſcaſius dixit: Jubet reverentia veſtra, ut ultione Canonica contra eum utamur? conſentitis, an aliud placet? Sancta Synodus dixit: Etiam conſentimus, nullus diſſentit, totius Synodi voluntas eſt una. Julianus epiſcopus Hipponenſis dixit ad legatos Leonis: Petimus veſtram ſanctitatẽ in eo quod magis inter cæteros eminetis, habentes locum ſanctiſſimi papæ Leonis, juſtam in contumacem promulgare vindictam, ac regulis inſitam contra eum ferre ſentẽtiam, omnes enim nos & ſancta Synodus concors efficitur veſtræ ſententiæ ſanctitatis. Paſcaſius dixit. Quod placet beatitudini veſtræ unanimiter proferatur. Maximus Antiochenus epiſcopus dixit: Quod videtur ſanctitati veſtrę cenſendum, in hoc concordes efficimur ſimul. Poſt hoc legati Apoſtolici pronunciarunt ſententiam, qua Leo papa depoſuit Dioſcorum, ut eũ damnaſſet. & ſubjungũt: Sancta hæc Synodus, quæ placent canonicis regu-

A regulis ſuper memorato Dioſcoro decernere,
non moretur. Anatolius archiepiſcopus Con-
ſtantinopolitanus, & quiſq; de Concilio ſen-
tentiam dedit dicendo, eum alienum judico,
omnis ſacerdotalis ſive epiſcopalis miniſterii.
Ecce quòd legati Apoſtolici in Concilio, quia
primo loco exiſtunt, prius proferunt ſenten-
tiam, ſi Synodus jubet, & per illos omnes ſe-
cundum ordiuem, & ex unitate voluntatis &
concordia dependet ſententiæ vigor. Vides
etiam, quòd ſenteutia ſedis Apoſtolicæ depo-
ſitionis Dioſcori, juxta canonicas regulas in
univerſali Synodo fuit iterũ examioata: quod
obſequentia infrà, mente tenendom exiſtit.
Habes formam univerſalium Coociliorum:
pariformiter in aliis Romanorum pontificum
coociliis, ſubſcriptiones factas reperio. Ita e-
nim in concilio Martini papæ. quod præceſſit
ſextam univerſalem Synodum, reperio Marti-
num ſic ſcripſiſſe: Martinos ſanctæ catholicæ
& Apoſtolicæ eccleſiæ epiſcopus urbis Romę,
huic definitioni confirmationis orthodoxæ fi-
dei, & damnationi Sergii Conſtautinopolita-
ni, Pyrrhi & Pauli ſtatuens ſubſcripſi. Et ſic
Maximus ſanctæ Aquileienſis eccleſiæ præci-
ſè confirmando, damnando & ſtatuendo, onà
cũ 103. epiſcopis ſe ſubſcripſit, quiſq; in eadẽ
forma. Sic reperio in Concilio, cui Gregorius
papa junior, tempore Leonis & Conſtaotiui
junioris Imperatoris Romæ præſedit, ſubſcri-
ptiones factas: Gregorius ſanctæ catholicæ &
Apoſtolicæ eccleſiæ urbis Romæ epiſcopus,
B buic conſtituto à uobis promulgato ſubſcri-
pſi. Agnellus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Fe-
rentinenſis, hoic conſtituto à nobis promul-
gato ſubſcripſi. Et ſimiliter ſubſcripſerunt E-
piſcopi numero 21. presbyteri 14 & diaconi 4.
Similiter in Synodo Symmachi legitur. Nam
tempore Theodorici regis, 218. epiſcopi in
Concilio, Symmacho prẹſidente iu ſexta acti-
one leguntur dixiſſe: Sanctorum patrum ſta-
tuta firmantes, oppreſſis ſeutentiis ſancimus.
Symmachus epiſcopus eccleſiæ catholicæ di-
xit, quòd ſi aliqui hæc transgreſſi fuerint, &
talia præſumpſerint, quod ſuper his nobis vi-
detur pari adunatione manifeſtare. Quumque
ſurrexiſſent, & paulo pòſt iterũ couſediſſent,
dixerunt: Si quis hæc hodie in hac ſancta Sy-
nodo prohibita, infringere præſumpſerit, ſi
clericus eſt, gradu proprio careat: ſi monachus
vel laicus, communione privetur. Et infrà:
Dum reſediſſeot, facto ſilentio univerſa Syno-
dus dixit: Quiſquis clericorum aut monacho-
rum vel laicorum, tam majoris ordiuis quàm
inferioris, poſt hanc formam à nobis prolatam
his decretis contrà ire præſumpſerit, ſtatutis
canonis velut ſchiſmaticus propellatur. Et
ſubſcripſerunt ſic: Celius Symmachus epiſco-
pus ſanctæ catholicæ Eccleſiæ urbis Romæ,
huic conſtituto à nobis inſpirante Domino
peracto ſobſcripſi. Laureotius epiſcopos ſan-
ctæ Mediolanenſis eccleſiæ, huic conſtituto à
nobis inſpirante Domino peracto ſubſcripſi.
Eulalius epiſcopus Syracuſanæ, ſimiliter oẽs
ſubſcripſerunt. Et in ſexta actione dicit Sym-
mach⁹ papa, quõ q̃dam ſtatuta renovãda ſunt, A
& quædã corrigenda, ſubjuogens modò: Quia
Deos præſentiam veſtram votivam mihi con-
ceſſit, neceſſe eſt rem fieri firmam, q̃ credo Ec-
cleſiaſticis ſacultatibus convenire. Et ſubſcri-
pſit Celius, Symmachus, & reliqui. His cõſti-
tutis Synodalibus à uobis prolatis & confir-
matis, ſubſcripſi, & pariformiter omnes ſub-
ſcripſerunt. Similiter reperio in Concilio Pa-
piæ celebrato per Bonifacium papam, contra
clericos cõcubinarios, ſubſcriptiones factas.
Ecce quia omnis ſubſcriptio conſenſit, oſtẽdit
& firmitatem. Ita legitur io ſexto Concilio A-
phricani concilii, ubi Gennadius dixit: Quæ
ab omnibus ſunt dicta propria debemus ſub-
ſcriptione roborare. & ab univerſis epiſcopis
dictum eſt: Fiat, fiat ut etiam vicarii ſenioris
Romæ in conclusione octavi univerſalis Cõ-
cilii dixerunt: Quooiam providentia Dei in ꝓ-
ſperum finem omnia devenerunt negocia Ec-
cleſiæ, oportet nos iu ſcriptis manu ꝓpria hæc
roborare, ſecundum ſynodicam conſequen-
tiam: ut hæc circa finem geſtorum leguntur e-
juſdem Concilii. ideò ad firmitatem & cõſeo-
ſum manifeſtandum, & ad omnia roboranda q̃
actitabantur, epiſcoporum ſubſcriptiones ſe-
cuudum Syoodicam cõſequentiam, annecte-
bantur in fine. Ita reperitur in Toletano con-
cilio quodam. His verò omnibus finem & ro-
bur ſubſcriptione noſtra facientes. Et ſequi-
tur: Ego Eugenius Toletanæ eccleſiæ, provin-
ciæ Carthaginenſis eccleſiæ epiſcopus Metro-
politanus, his communibus decretis annuens B
ſubſcripſi, ſimiliter & alii epiſcopi ſubſcripſe-
runt. Ita in alio, in quo fuit Iſiodorus, dicitur:
Omnia propria ſubſcriptiooe, ut permaneãt,
roboramus: & hoc invenitur in fioe omuium
Conciliorũ. Ex qua re ſequitur juxta ſubſcri-
ptiones prętactas, vigorẽ ſtatutorum canonũ
in Concilio, non ex papa, nec capite Concilii,
ſed ex uuico concordãti ſenſu, vigorem habe-
re. Talia enim ſtatuta catholicæ Eccleſiæ com-
moni conſenſu edita. Niceoa ſynodus redeũ-
tes de hæreſi voluit profiteri debere, & de aliis
nou loquitur. 1. q. 7. ſiqui voluerint. Etſi ali-
quando reperitur, papam de conſilio Concilii
hoc ſtatuiſſe (quod tameo uunquam legitur in
antiquis Concilus) hoc tameu de Concilio af-
firmativo, & per quod conſenſus habebatur,
intelligendnm eſt. Nam uulli dubium, quin
ꝓvinciale Concilium ſtatuere non poſſet ea q̃
ad totam provinciam ſpectant, ſine capite ſci-
licet archiepiſcopo, qui judex eſt provinciæ,
ut notatur per archi. 17. diſt. generabilia 9. q. 3.
cap. 1. & 2. niſi non vellet, vel uou poſſet, puta
quia mortuus, intereſſe, ut notatur 18. diſt. pla
cuit. Tamen ſtatuta q̃ ipſis Conciliis proviu-
cialibus dictata inveniuntur, non ea ꝓpter a-
ſcribuntur Metropolitano, de conſenſu Cou-
cilii: ſed variis peritis, qui iu Coucilio fuerunt
auctores canonum, ut hæc per ordinem babẽ-
tur 16. diſt. ſexta. verſ. annotatio. Nec propter
auctoritatem dictantium fuerunt canooes,
ſed quia aliorũ conſiliũ concurrebat: & ſimili-
ter cõſenſus, qui ex ſubſcriptione cõvincitur.

A

Cap. IX.

Est ſuperius manifeſtum, quòd Synodalis auctoritas ex poteſtate ligandi & ſolvendi eccleſiæ, & ſacerdotio à Chriſto tradita, robur accipit, cum eo quòd in medio congregatorum propter nomen Chriſti, Chriſtus indubiè eſt: & congregatis in unum, ſpiritus Domini inſpirat. Eſt ſecundum hoc in Nicena ſynodo definitum, quòd quæ ſunt per unamquamque provinciam, Synodus provinciæ habet diſpenſare 9. q. 2. epiſcop. 3. q. 6. neminem. verſ. illa. Et gubernare & adminiſtrare habet omnia, ex eadem definitione Niceni concilii 9. q. 2. non invitati. Et omnia exorta intra provinciam, à comprovincialibus audiri debent & terminari, ut in allegato verſ. illa. Ex quo patet, quòd quia Concilium ex conſenſu conſtituitur, quoniam ubi diſſenſio, ibi non eſt Concilium. 15. diſt. canones. verſ. Synodus: tunc non poteſt radicalius fundamentum inveſtigari, quàm concordantia. Eccleſiaſtici enim canones, non poſſunt niſi per Eccleſiaſticam congregationem (quæ Synodus vel cœtus dicitur) ſtatui. Et ideò niſi (quicunque ille fuerit aut papa, aut patriarcha) decreta ſecundum canones Eccleſiaſticos promulgaverit, non poſſunt illa ſtatuta, canones ſive Eccleſiaſtica ſtatuta vocari, & nihil habent firmitatis, cujuscunq; particularis ſtatuta, niſi in quantum per acceptationem & uſum ſeu conſenſum confirmẽtur, B ſeu canonibus conſentiant. Unde textus Leonis papæ, de epiſtolis ſuorum prædeceſſorum. & 19. diſt. ſi Romanorum, & Damaſi papæ 25. q. 1. omnium: loquuntur de decretalibus & epiſtolis de canonum diſciplinis promulgatis. Non volo negare, quin ex virtute & poteſtate divina, ac etiam præcepto quo obediẽdum eſt præpoſitis, & quo ſubjecti eſſe debemus regibus, ſuperiores ſtatuendi & ordinandi, ſecundum commiſſam curam habeant poteſtatem: ſed dico, quòd ſtatutorum obligatorialis virtus, cum hoc requirit conſenſum per uſum & acceptionem. Statuta enim Aphricana non ligaſſent Gallos, niſi Carolus ab Adriano papa in duobus breviariis recepta, ea ad Galliam detuliſſet, & ſic Gallia acceptaſſet. Unde in concilio Toletano, *267*. Chriſti anno celebrato, converſis omnibus de Arriana hæreſi ad fidem; dicit Synodus: Conſtitutionibus verò ſanctorum conciliorum, Niceni, Epheſini, Conſtantinopolitani, & Chalcedonenſis, quas gratiſſima aure audivimus, & conſenſione noſtra vera approbavimus, de toto corde & anima ſubſcripſimus. Ecce dicit Synodus, cõſenſione noſtra. Et in alio concilio Toletano: Hoc nobis placet, ut ſi quis cognitis geſtis Niceni concilii, aliud quàm ſtatutum eſt facere præſumpſerit, & non in eo perſeverandum putaverit: tunc excommunicatus habeatur, niſi per correctionem fratrum ſe emendaverit. Et frequenter invenitur in omnibus Conciliis, confirmatio Canonum præteritorum Conciliorum, per viam innovationis, ut de conſenſu & acceptatione appareat, ut ſi forte abrogatio per non uſum introducta fuiſſet, ſic tolleretur.

Cap. X.

Est & illud manifeſtum, ſi cujuslibet provinciæ diſpoſitio, ad ejus Synodum in omnibus ſpectat, quòd tunc nulla conſtitutio, niſi approbata per Synodum, ligat. Omnis enim lex debet patriæ, loco & tempori convenire 4. diſt. erit autem 29. diſt. per totum. Et hæc examinare habet Synodus provinciæ. Loquor de poſitivis humanis conſtitutionibus. Oportet enim quòd omnia talia quæ ligare debent, contineantur in auctoritatibus ſacrarum Scripturarum, ſtatutis epiſcoporum in Conciliis editis, aut conſuetudine univerſalis Eccleſiæ: alia omnia reſecari debent 12. diſt. omnis. & eſt textus Auguſtini. Ecce quòd excludit omnia alia. Quare vigor particularium ſtatutorum, quò ad hoc ſubditi per ea ligẽtur, requirit uſum & acceptationem. Unde uſu leges firmantur, & utentium moribus approbantur. 4. diſt. leges. Et hoc etiam verum, in ſtatutis Romani pontificis, quæ per non uſum, vigorem perdunt: ut ibidem probatur in c. ſtatuimus. & c. denique. Unde eſt ſciendũ, quòd conſtitutiones quaſi ſimul ſtationes. de ſen. ex inter alia, licet aliter dicat Hoſt. in ſum. de conſti. §. unde dicitur. Et propriè ſunt Can. qui ab omnibus ſervari debent. Et ut in c. 1. de conſti. In veteribus omnibus libris ſolum nominantur illi Canones, qui per Synodos conſtituti ſunt. B Quoniam licet Metropolitanus habeat curam & ſollicitudinem provinciæ, 9. q. 3. per ſingulas: tamen ſtatuta generalia totã provinciam reſpicientia edere nequit. ſed oportet quod conſtituit, id cum aliis ſuffraganeis ſtatuat: quoniam de hac concordia gaudet altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis 9. q. 3. archiepiſcopus. ut uno ore concorditer glorificetur trinitas in Eccle. e. ca & q. c. nullus. Primas enim ibi eſt Deus, ubi ſimplex ſine pravitate conſenſus: ut dicit Hormiſda papa in Epiſtola ad epiſcopos Hiſpaniæ.

Cap. XI.

Et licet Apoſtolicis ſalutaribus monitis ſit obediendum. 12. diſt. Apoſtolicis: & licet etiam ſit fatendum, Romanum pontificem poteſtatem ſtatuendi habere à Deo, ut notat gloſ. ſa de elect. generali, in 6. & quòd hanc poteſtatem nemo ab eo tollere poteſt, ut notatur 2. diſt. c. 2. per archi. & Anto. de but. de transl. c. 1. quod tamen limitatè intelligendum eſt, ſecundum ea quæ in fine hujus partis ſecundæ dicuntur: tamen ad hoc quòd ſtatutum ejus liget, non ſufficit quòd ſit publicè promulgatum, ſed oportet quòd acceptetur, & per uſum approbetur, ſecũdum ſuperiora, & ea quæ notantur de conſti. ſuper rubrica, ubi dicitur per doct. quòd ad validitatem ſtatuti tria ſunt neceſſaria: poteſtas in ſtatuẽte, approbatio ſtatuti per

uſum

A uſum, & ejuſdem publicatio. Unde videmus innumera Apoſtolica ſtatuta, etiam à principio poſtquam edita fuêre, non fuiſſe acceptata. In quibus omnibus regula eſt, quæ habetur 4. diſt. § hæc etſi legibus ſint: quia communi uſu approbata non ſunt, ſe non obſervantes tráſgreſſionis reos non arguùnt: alioqui his non obedientes, proprio privarentur honore. Tales enim leges ſive ſtatuta nullus dicitur contemnere vel transgredi: quia nondum efficax lex eſt. Verùm ſi lex foret acceptata, q eam nõ ſervat, ex eo quia voluntas ejus eſt non ſubjici rationi legis, tunc eſt transgreſſor ex contemptu: ſecus, ſi ductus ira vel concupiſcentia. ut notabiliter dicit Archi. 51. diſt. c. quicunque. Ex quo habetur, quòd rectè illa ſunt Canonica ſtatuta, quæ ſunt Synodicè conſtituta: quoniam Synodus repræſentat ſecundũ ſuam qualitatem, aut provinciam, aut regnũ, aut univerſalem Eccleſiam. Quicquid enim Synodicè ſic conſtituitur, ſecum apportat & acceptationem & confirmationem, licet robur in uſu vigeat. Quare omnia illa jura quæ loquuntur de ſtatutis Apoſtolicæ ſedis, 19. diſt. præſertim c. nulli fas. puto intelligi debere de ſtatutis ſynodicis ipſius ſedis, ut ibi tex. dicere videtur: aut ſaltem de ipſa ſede, quæ non capitur pro Papa tãtum, ſed pro Cardinalibus etiam hodie, legatione totius Romanæ eccleſiæ, & etiam univerſalis fungentibus. Cujus quidem ſedis papa os dicitur, quoniam per papam ipſa ſedes loquitur. Eti-
B deo Apoſtolicæ epiſtolæ vocantur, illæ Romanorum pontificum epiſtolæ, quæ vigorem ſtatutorum habent, quoniam per conſenſum Synodi quandam Metropolitanorum concurrentiũ annuè ad ſedem papa eaſdem dictavit. Unde in ſynodo Toletana anno Chriſti 627. tempore Recaredi regis. ex omnium epiſcoporum Hiſpaniæ & Galliæ collecta, in primo Capitulo ſtatutorum, præmiſſis Capitulis fidei orthodoxæ (quoniam de Arriana hæreſi, revertebantur omnes ad catholicam fidem) ita legitur: At nunc pace Chriſti Eccleſia, Chriſti miſericordia reparata, omne quod priſcorũ Canonum auctoritas prohibet, ſit reſurgente diſciplina inhibitum, & agatur omne quod præcepit. Permaneant in ſuo vigore Conciliorum omnium inſtituta, ſimul & Synodicæ ſanctorum præſulum Romanorum epiſtolæ. Ac in alio concilio Toletano, tempore Syſevandi regis celebrato, c. 17. dicit: Apocalypſis librũ, multorum Conciliorum auctoritas, & Synodica ſanctorum Romanorum pręſulum decreta Joannis Evangeliſtæ eſſe deſcribitur, & inter divinos libros conſtituendum decreverũt. Ecce quòd Synodicæ epiſtolæ decreta dicuntur. Et ex hoc habetur, approbationem librorum quæ Gelaſio papæ aſcribitur, fuiſſe Synodicam ut hoc in Burcardo in tertio libro habetur, ubi dicitur, 70. epiſcopos in Concilio illo fuiſſe. Et etiam illi textus Nicolai papæ, Gelaſii, & aliorum qui dicunt ſub excommunicatione decreta per Romanorum pontificẽ promulgata, pro correctione morum Eccleſiæ & diſciplina intelligi debent, ſecundũ Hinc- A
marum ſubtiliſſimum archiepiſcopum Remenſem: cujus laudes idem Nicolaus papa 11. q. 3. excellentiſſimus, extollit, de promulgatis. i. quæ papa vulgò promit de diſciplinis ſacrorum Canonum, vel ipſius Synodici Apoſtolici, quæ ſedes Apoſtolica ſæpe dicitur, cujus ipſe os eſt. Sic intelligo 19. diſt. Sol, cum ſimilibus, de quo etiam infrà in quodam loco dicetur. Dicit enim Damaſus papa (in Epiſtola ad Stephanum archiepiſcopum concilii Mauritaniæ & univerſis epiſcopis Aphricanæ p̃vinciæ, in Epiſtola quæ incipit, Lectis fraternitatis veſtræ literis) ſuper Eccleſiam univerſalem papam habere epiſcopale miniſterium, & Romanam eccleſiam verticem eccleſiarũ: & quòd vice Petri, legatione pro Chriſto utitur, quiſq; Romanus pontifex. Et quòd in Metropolitano concilio de omni concordia cauſæ tractari debent omnium, ſed definire ſummas querelas cauſarum, vel damnare epiſcopos abſq; Apoſtolicæ ſedis auctoritate minimè licet: q̃ omnes approbare ſi neceſſe fuerit, & ejus fulciri auxilio oportet. Nam Synodum ſine ejus auctoritate fieri, non eſt catholicum: nec epiſcopus niſi in Synodo legitima, & ſuo tempore Apoſtolica auctoritate congregata, definitè damnari poteſt: nec ulla unquam Cõcilia rata leguntur, quæ non ſunt fulta Apoſtolica auctoritate. hæc ille. Et talia & conſimilia per multos Romanos pontifices habentur.

Et quia poteſtas etſi de papa tantum intelli-
gi deberet, tunc oportet quòd intelligatur B
juxta præmiſſa, ſcilicet de ſtatutis acceptatis, uſu roboratis: & tunc redit in idem, ac ſi Synodica foret conſtitutio. Ritus enim univerſalis eccleſiæ, ſtatutis epiſcoporum in Cõcilio æquiparatur 12. diſt. omnis.

Cap. XII.

QUantum hoc veritati innitatur, ſcilicet quòd vigor legis ex concordantia ſubjectionali, eorũ qui per eam ligantur ſubſiſtat facilè quiſq; apprehendit, qui vires conſuetudinis ex uſu tantum introductę advertit: de cujus efficacia, 12. diſt per totum, & præſertim in c. Eccleſiaſticarum, habetur. Unde veneramur introducta per conſuetudinem: etiam ubi ignoratur, an cujuſquam principis condendæ legis poteſtatem habentis conſenſus intervenit, ac etiam ſi vis conſuetudinis etiam à tacito permiſſivo conſenſu ſuperioris partim dependeret: ſicut in multis legitimè p̃ſcriptis conſuetudinibus particularibus, contrà generales etiam præceptivas humanas leges, dici non oportet: tamen adhuc principiũ vigoris ortum ab uſu, nullo præcedente conſenſu, imò in poteſtate etiam patriarcharum, videmus ſacrum Nicenum concilium ex moribus arguiſſe. 65 diſt. mos eſt. &c quoniam mos dicens: Parilis mos eſt eccleſiæ Romanę, ſcilicet ſicut Romanus pontifex habet omniũ ſuorum epiſcoporum poteſtatem; ita & Alexandrinus, ex more habeat per Ægyptum.

Digitized by Google

A Conſuetudo enim attendi in patriarcharum poteſtate jubetur 9. q.3. conqueſtus. Et videmus quantum Romanus pontifex, ultra ſacras antiquas obſervationes. ex uſu & conſoetudine ſubjectionalis obediētiæ. hodie acquiſivit. Habetur breviter ex præſcriptis una cõcluſio intenti, ex practica ſubſcriptionum, ac etiam rationabiliter ꝓbata, ſcilicet in conciliis. Romanum pontificem io condendis ſtatutis generalibus, eam non habere poteſtatem, quam quidam adulatores eidem cõtribuunt, ſcilicet quòd ipſe tantum ſtatuere habeat, aliis cooſolentibus. Non nego tameo, papam ad conſultationem reſpondere, ſoadere, & ſcribere ſemper potuiſſe: ſed dico de ſtatutis quæ vim Canonum habent, & decretis quæ ligant uoiverſaliter in Eccleſia: an etiam hodie ex longa cõſuetudine introducta, papa ſolus univerſaliter ſtatuere poſſit pro tunc noo examino: tamen dico, etiamſi hoc poſſet non eſt contra ꝓpoſitum noſtrum, io quo ſolum ad hoc tendimus, quòd canonom ſtatuendorum auctoritas non ſolum dependet à papa, ſed à cõmuoi cooſenſu. Et contra hanc concluſionem nolla ꝑſcriptio vel cõſuetudo valere poteſt, ſicut oec contra jos divinom & naturale. à quo iſta cooclusio dependet. Sed quòd non diſtat præſidētia Romani pontificis. quo ad huoc effectum in generali vel ooiverſali Concilio, à præſidētia Metropolitani in provinciali, imò in univerſali Concilio totius univerſalis catholicæ Eccleſiæ: hæc præſidentia minor eſt, quò ad

B auctoritatem agēdotum, quàm io patriarchali: in patriarchali verò, Metropolitano in ꝓvinciali rectè comparatur & æquiparatur, juxta præhabita. Quare apud antiquos, frequenter Romanus pootifex Archiepiſcopus oominatur. In univerſali autem, univerſalis eccleſiæ præſidentia Romano pontifici oon tantum attribuitur ſicut eidē in patriarchali aut Metropolitano in provinciali, ſecundum ea qoæ inferius dicentur.

Cap. XIII.

Videbitur fortaſſe aliquib. novum iſtud, qui legerunt ſcripta Romanorum pontificum, quomodo plenitudo poteſtatis ſit apud Romanum pontificem: & quòd alii omnes vocati ſint io partem ſolicitudinis de uſu pal. ad honorem. ad quod Gelaſius, Sylveſter, & Nicolaus, ac Symmachos, & alii Romani pontifices dicuot: quomodo papa de omnibus eccleſiis judicet, & de eo nullus. Et quum poteſtas papæ ſit divina, à Deo ipſi tradita, per verba, Quodcunque ligaveris: ut notat Fr.3. de conſti. cū omnis. Et ea ꝓpter ut vicarius Chriſti, ꝑſidet Eccleſiæ univerſali. de trāſlat. c. 1. & 2. Et quū ipſe ſummā illam habeat poteſtatem: & etiam reperiatur ſubditos qoorumcūque epiſcoporum abſq; oe negligeotia epiſcopi proprii, & judicaſſe & abſoluiſſe, & ad eum ſine medio appelletur: poteſtas ſtatuendi dependens à poteſtate juriſdictionis, ot no arch. in præfato c. cum omnis: tunc abſurdum aſt dicere, quòd adhuc aliquid plus ad vigorem A cujuſcuoque ſtatus requiratur, quàm ejus voluntas. quod enim placet principi, legis habet vigorem. Inſuper oon habet dubium, dictum doct. in c. quum acceſſiſſent: & etiam in c. quū omnes. de conſti. rectorem cujuslibet oniverſitatis exercitium jorisdictionis habere, remanente etiam ipſa juriſdictione in habitu apud univerſitatem Sed papam eſſe rectorem naviculæ ſancti Petri, & univerſalis Eccleſiæ, nemo etiam dubitat. Quare vigor conſtitutionom ab eo depeodet, quum ſioe rectore univerſitas ſtatuere nequeat. Talia & ſimilia poſſent per allegatiooes loogas adduci. ſed breviter tangendo, qnia cuncta ad iſta fundameota redocuotur quæ contradici poſſuot, & maximè ex iſtis Gelaſius papa, & ex geſtis io epiſtola ad univerſos epiſcopos per Dardaniam coocludit, quòd Apoſtolica ſedes ſine ulla Syoodo more majorum abſoluit iniquè à Synodo damnatos: & ſimiliter ſine Synodo habuit quos oportuit damnandi poteſtatem. tamen antequàm procederet, de damnatione loqoebatur Acatii hæretici. & fundat ſe papa in dānatiooe geoeralis Syoodi, quæ hæreſim damnavit, in quam Acatius iocidit. ac ſi papa fateretur, Acatium à ſede Apoſtolica abſque Synodo oon fuiſſe damnatum, niſi in ſententiam damnationis Synodi hæreſim, in quā incidit, damnantis incidiſſet: ac ſi Apoſtolica ſedes exequuta fuiſſet prius latam ſententiam 24. q. 1. Acatius cum duobus c. ſequentibus. Sed ꝓ

B inveſtigando veritatem illius, an ſcilicet de jure poſitivo omnes prælati inferiores papa, derivativè ſcilicet ab ipſo papa juriſdictionem habeant, ut ootant dock. in c. ꝗ ab eccleſiarū, præſertim Dominus Fr.3. oportet primò ſi hoc verum foret, Petrum aliquid a Chriſto ſingularitatis recepiſſe, & papam in hoc ſucceſſorē eſſe. Sed ſcimos quòd Petrus nihil plus poteſtatis à Chriſto recepit, aliis Apoſtolis 21. diſtinct in novo 24. q 1. loquitur. Nihil enim dictum eſt ad Petrum, quod etiam aliis dictum non ſit. Nonoe ſicut Petro dictum eſt, Quodcunq; ligaveris ſuper terram: ita aliis, quemcunque ligaveritis? Et quanquam Petro dictū eſt, Tu es Petrus. & ſuper hanc petram: tamen per petram, Chriſtum quem confeſſus eſt intelligimus. Et ſi Petrus per petram tanquam lapis fuodamenti Eccleſiæ intelligi deberet: tunc ſecondum ſanctum Hieronymum, ita ſimiliter alii Apoſtoli fuerunt lapides fundamenti Eccleſiæ. de quibus habetur Apocalypſis peoultimo, ubi pet 12. lapides fuodamēti civitatis Hieruſalem ſanctæ Eccleſiæ, nemo dubitat Apoſtolos intelligi debere. Et ſi Petro dictum eſt Paſce oves: tamen manifeſtum eſt, quòd illa paſceotia eſt verbo & exemplo. Ita etiam ſecundum ſanctom Auguſtioū, io gloſſa ſuper eodem verbo, omnibos idem præceptom eſt ibi: Euntes in univerſom muodum. Matth & Marc. ultim. nil reperitur Petro aliud dictum, quod poteſtatem importet aliqoam. Ideò rectè dicimus, omnes Apoſtoloa in poteſtatem cum Petro æquales. Iofuper eſt

ad

Digitized by Google

A ad memoriā redocendum, quòd in principio Eccleſiæ fuit unus tantum epiſcopatus geoeralis, abſque diſtinctione diœceſium, per orbē diffuſus 7. q. 1. Novatianus. verſ. item epiſcopatus. Et propter hoc notatur in ca. 1. de trāsl. per quod ad eſſe epiſcopi nō requiritur quòd ſit illius vel illius loci epiſcopus. ſed ſufficit quòd ſit generalis Eccleſiæ: ſicut Paulus & Barnabas, qui dum mittereutur, generaliter miſſi ſunt. 80. diſt. quòd die Dominico, ut hoc notat Oſtienſis in ſomma de transl. de quo etiam ſupetins aliquo loco latius dictum reperitur. Unde cum poteſtas ligandi & ſolvendi, in qua fundatut omnis Eccleſiaſtica juriſdictio, ſit immediatè à Chriſto, ut notat Joan. in cap. 1. de rennnc. lib. 6. de pœni. diſt. 1. vetbum cum ſimilibus. Et quia ab illa poteſtate ligandi & ſolvendi, eſt divinæ juriſdictionis poteſtas, patet, omues epiſcopos, & fortè etiā presbyteros, æqualis poteſtatis eſſe, quo ad juriſdictionem: licet ooo exequutioois. quod quidem exercitiom exequutivum, ſub certis poſitivis terminis clauditur & reſtringitur, propter melins & cauſam cum majori parte perducendi omnes homines ad fioem ſuū, ſcilicet Deum: ob quem finem finaliter omnis poteſtas & juriſdictio, & ſtatuta humana, per media proportionata tempori & loco, tendere debent. Unde ceſſante cauſa ſtatuti illius, quę habet diſtinctionem terminorum, & quòd nullus alterius terminos ingrediatur, puta vel ob negligētiam inferiorem, vel neceſſitatem:
B tūc ceſſant illa poſitiva jora. Et hoc videmus, dum ſumus extra humana poſitiva jura, in natorali ſcilicet jure tempote oeceſſitatis, quando tunc omnis ſacerdos à quocunque delicto, etiam à papa excommunicatum, & qualemcūque abſolvit. Unde admioiſtratio neceſſariò partim erit de jure poſitivo, quoad gradus majoritatis & minoritatis. Quòd enim diœceſes ſunt diſtinctæ, & unus epiſcopus ſuper presbyteros ad unitatem conſervandam conſtitutos, hoc eſt de poſitivo jure, Deo tamen inſpirante 93. & 95. diſt. olim. Quare dicimus ſecūdum Oſti. in ſumma, de ma. & obe. qòbd omoes epiſcopi unius ſnot poteſtatis & dignitatis q̄ ſuprà ſunt: ſcilicet Archiepiſcopalis, Patriarchalis, & Papalis ſunt adminiſtrationes, ut eſt Gloſ. in allegato c. in novo. & 2. q. 7. puto. Majoritas autem adminiſtrationis, qnæ quidem adminiſtratio à juriſdictione dependet, ex conſenſo ſubjectionali partim conſtituitur; ſicut dicimus electum in eligentes (ex eo qoia habet adminiſtrationem ordinariam) habere juriſdictionem: ita notatur in c. 1. de renonc. lib. 6. Cardinales nomine univerſalis Eccleſiæ papam eligere, & per hoc quòd ſe per illam electionem univerſalis Eccleſia ſubjicit electo, adminiſtratio illa in ipſo, cum illa trāslata juriſdictione io eum per electionem, facit eum papam. Nou nego tamen, divinam poteſtatem concurrere auctorizantem & confirmantem, nt ibi notātur, & certo loco inferius, præſertim in fine partis, tāgitor. Ex quibus patet, jorisdictionem in Romano pontifice ita conſtitui ex divino privilegio & electione, ſicut in aliis adminiſtrationem Eccleſiaſticam habentib. Et ſicut gradualis majoritas priocipatus, etiā eodē modo conſtituitur ex divina ordinatione & electiōe, ſive cōſenſu ſubjectorū: ot dicit tex. io novo allegatus, Petrū Apoſtolis volentibos à Chriſto principem conſtitutum: ſic & in aliis adminiſtrationem habentibus: quæ quidem adminiſtratio per Eccleſiam diſtributa & ordinata legitur, ut notat Oſti. in ſum. transl. & no. in c. paſtoralis de iis quæ fiont à præla. 13. q. 1. eccleſiis. Quare hoc ſolum ſingularitatis in Petro inveniemus, quòd ipſe fuit major in adminiſtratione, ad quam volentibus Apoſtolis à Chriſto eſt electus, quia ſenior: ut vult ſanctus Hieronymus contra Jovinianum libro primo. Verùm licet Romanus pontifex principaliter ſucceſſor ſit ſaocti Petri: tamen non poſſumus oegare, omnes epiſcopos eſſe ejuſdem ſucceſſores. Petrus primò pontificatum ſuper Apoſtolos accepit, ut io præallegato c. io novo. Cum antem epiſcopatus ſit principatus ſuper ſacerdotium, ut pręhabitum eſt; quare dicere habemus, prinoipatum Eccleſiaſticum ſucceſſione quadam à primo principe, ſcilicet Petro, dependere. Et ſicut principatus Petri à legatiooe Chriſti depeodebat: ita & omnium epiſcoporū, ut dicit Anacletus in eodem c. in novo. Quare qui eos audit, Chriſtum audit. Et noo dicit, qui eos andit, papam audit: imò Apoſtolicum præceptum habent omnes epiſcopi regendi ſe. & gregem, in quo ſpiritus ſanctus eos poſuit ad tegendam Eccle- B ſiam: & ex illo judicium Syoodi ipſis creditū eſt, quia principes ſunt & rectores eccleſiæ. Quòd etiam principes qui inter epiſcopos eliguntur ad archiepiſcopatum vel primatum, ſint Petri ſucceſſores: patet per hoc, quòd dicit idem Anacletus in epiſtola ad omnes epiſcopos & ſacerdotes, quæ incipit, Benedictus Deus. Dicit enim: Beati Apoſtoli inter ſe ſtatuerunt, ut epiſcopi ſingularium gentium ſcirēt, qois inter eos primus eſſet, quatenus ad eum potior eorum ſollicitudo pertineret. Nam & inter Apoſtolos quædam fuit diſcretio: & licet omnes eſſent Apoſtoli Petro tamē cooceſſum eſt à Domino, & ipſi inter ſe id ipſum voluerunt, nt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis: & Cephas, id eſt caput & principatum teneret Apoſtolatus, qui & eandem formam ſucceſſoribus ſuis & reliquis epiſcopis tenendam tradiderunt. hæc ille, 22. diſt. ſacroſancta. Ecce quòd forma data eſt per Apoſtolos, quòd ſicut ipſi Petrum prætuleruut, ita primas ſuper alios conſtitui debet. Quare primas ita ſuccedit Petro, ſicut alii epiſcopi Apoſtolis: & ſicut de primate dictum eſt, ita & de archiepiſcopo dici debet, quòd ipſe eſt ſucceſſor Petri. Dicunt quidam recentiores, Petrum Apoſtolos miſiſſe ad particulares proviocias: volentes ex hoc trahere, quòd exercitium poteſtatis ligandi & ſolvendi, fuit à Chriſto Petro datum, & per Petrum aliis. Anacletus papa in eadē epiſtola nō ita dicit: ſed dicit, Apoſtolos à Chriſto electos, & eo jubēte diſperſos,

A Inſuper Romani pontifices; præſertim Symmachus papa & alli ſcribunt, Romanum pon. à ſolo Deo judicari. Nonne idem Anaclerus in epiſtola quæ incipit quoniam Apoſtolicæ, ad epiſcopos Italiæ dicit, ſummos ſacerdotes, id eſt epiſcopos à Deo judicari? Et idem Pius papa 6. q. 1. aves. Unde qualem intellectum hoc habet de papa, ſcilicet quòd à ſubjectis judicari non poſſit, talem & aliud de epiſcopis. Similiter ſi textus dicit, papam habere plenitudinem poteſtatis, & alios in partem ſollicitudinis vocatos: ita etiam poſſumus de quolibet archiepiſcopo, patriarchâve dicere, ut dicit verſ. 1. 9. q: 3. Si dicis papam ſubditos epiſcoporum abſolvere & ligare, dico idem in aliis, quando conſenſus propriorum intervenit. Actus enim aliter nullus, per conſenſum aut gratificationem proprii ſacerdotis, in hac materia validus efficitur. 9. q. 2. Lugdunenſis. c. nullum. & c epiſcopum. Cum ergo uſu communi ſit hoc introductum & ex uſu conſenſus elicitur, patet quòd efficacia hujus, vigorem ex conſenſu recipit. Unde cum nullus teneatur obedire, niſi in conceſſis à canone, 18. q 2. hoc tantum. 9. q. 3. conqueſtus. & cum non reperiatur canon alicujus Concilii, papam hoc poſſe; appellatione nulla interpoſita: oportet ad conſuetudinem uſum & conſenſum iſtud reſolvere. papa enim non habet ex canone, quòd lædere poſſit juriſdictionem epiſcoporum: quia eſſet ordinem turbare. 11. B q 1. pervenit. in fin. Igitur non legitur, antiquos Romanos pontifices ſe de his intromiſiſſe, & talia confeſſionalia & alia conſimilia conceſſiſſe, & fortè non fuiſſet permiſſum. Unde ſi concilium Aphricanum, cui ſe ſubſcripſit ſanctus Auguſtinus, non admiſit appellationem à Synodo ad papam, quia non inveniebatur in canonibus hoc conceſſum: ſed in Nicena ſynodo definitum, cauſam terminari debere à Synodo ubi orta fuit, ut habetur 6. q. 4. ſi quis epiſcopus criminaliter, ut hæc leguntur in epiſtola ejuſdem Concilii ad Zozimum papam. Similiter illi, textum 2. q. 6. ſi epiſcopus, qui aſcribitur concilio Sardicenſi, quòd appellari poſſit, & legatus papæ ad provinciam mitti deberet: ut patet ex eadem epiſtola, & in epiſtola ad Bonifacium papam per idem Concilium ſcripta, voluerunt admittere: imò dicunt ſe in nullo Concilio reperiſſe, licet Fauſtinus legatus Apoſtolicæ ſedis concilii Niceni, & in allegato loco dicatur Sardicenſis Concilii fore: quomodo tunc admiſiſſent iſta, & ea quæ hodie exorbitanter fiunt? ſed quia conſenſus ex uſu lõgævo, hoc nunc introduxit, valida illa ſunt quò ad animarum ſalutem, quàm diu patiuntur: tolli autem poſſent per Concilium, & hoc reformatio depoſcit. Si dicis ultrà de poteſtate diſpenſativa papæ in canonibus ex eo arguendo poteſtatem ſtatuendi, nihil concludis: quia etiam epiſcopus & presbyter diſpenſant in canonibus pœnitentialibus, 27. q. 6. tempore pœnitudinis, & epiſcopus in aliis pœnalibus, l. d. ſi quis presbyter. 1 q 5. verſ. ultim 9. q. 2. Lugdunenſis. A Nec facit diſpenſatio Canonibus præjudicium. 9. q. 1. ordinationes. & q. 2. Lugdunenſis. ar. c. præſc. l. di. Quare nihil concludit argumentum. Nec illud quod de rectore dicitur, obſtat: quia ſi ſine rectore univerſitas ſtatuere non poſſet, exercitio juriſdictionis apud eum exiſtente: non tamen ſequitur econverſò, rectorem ſine univerſitate, in qua eſt habitus & poteſtas, ſtatuere poſſe. Nec ex juriſdictione rectè arguitur: quia poteſtas alligandi, licet alligetur juriſdictioni, non tamen ad eam ſequitur, Non omnis habens juriſdictionem, habet condendi poteſtatem: ſed, Omnis habens condendi poteſtatem, habet juriſdictionem. Sic dicimus omnem Synodum patrum, quia habet condendi poteſtatem, ſtatuta habere etiam, & juriſdictionem Unde quia ex præhabitis patet, radicem Canonum quoad ligandi vigorem in conſenſu exiſtere, alioqui niſi ex uſu validè argueremus: & niſi abrogatio per non uſum introduci poſſet, non foret ſalus. Qui poteſt ſcire, unde ſymbolum noſtrum additionem & mutationem à ſymbolis 4. Conciliorum abſq; anathemate recepit: aut de ſacramentis certis Eccleſiæ, ubi in Conciliis introductio facta ſit? Legitur enim in geſtis Concilii nono anno Conſtantini tertii, Romæ præſidente Martino papa. & c 5. epiſcopis celebrato in prin. Martinum papam de Leone papa, & quomodo per ſynodum Chalcedonenſem ejus ſcriptum approbatum foret, B dixiſſe: ſancta Chalcedonenſis ſynodus definivit; hoc eſt dicere omnium ſanctorum chorus. Quoniam quòd una ſanctorum patrum Synodus judicare videtur, tam omnes Synodi quàm univerſi omnino confirmare patres noſcuntur, utpote in uno eodemque verbo fidei, viciſſim per indiſſolubilem conſonantiam & concordantiam, cõſtituti. hæc ibi. At quomodo evaderemus innumeras pœnas latæ ſententiæ in Canonibus poſitas excommunicationis, depoſitionis & hujuſmodi, niſi in iis omnibus concordia & conſenſus uſûs & non uſus nos juvarent Unde in c. 1. cujuſdam Toletani concilii dicitur: Si qua in anterioribus ſunt neglecta, redivivam ordinationis cenſuram obtineant, quatenus dum ius quæ in Conciliis ſunt decreta, ſed abuſione temporum hactenus dimiſſa, & ad cultum fidei pertinent, ſtudiũ religioſæ obſervationis impendimus, Dei miſericordiam facilius impetremus. Ecce quòd neglecta produnt ordinationis cenſurã, quæ alia acceptatione reviviſcit: unde diuturni mores conſenſu utentiũ ꝑbati, legẽ imitantur 12. diſt. diuturni: & ubi auctoritas deficit, mos populi & majorũ inſtituta ꝑ lege ſunt ſervanda c. diſt. in his: in tali etenim conſenſu fundãtur Synodalia ſtatuta. Unde Gregorius papa in ꝓfeſſione quatuor Cõciliorum dicit: Quia dum univerſali cõſenſu ſunt conſtituta, ſic & nõ illa deſtitit, q ſquis præſumit aut ſolvere quos ligãt, aut ligare quos ſolvũt. Synod' enim non ſolum auctoritate eorũ qui ſunt pręſentes definit, ſed omniũ (ut dicit Gregorius) uni-

A universali conſenſn ea eſſe ſtatuta, quæ per epiſcopos qui præſentes, ſunt alios repræſentantes, ſtatuuntur. Unde in fine cujuſdam Toletani Concilii legitur: Si quis autem, tam noſtrûm quàm eorum, qui nunc ſanctæ Synodo ex ꝓvincia defuerunt huic, tam ſalubri ordinationi obviare præſumpſerit, vel ſolerter adimplere neglexerit: convictus totius fraternæ charitatis habeatur aliquamdiu extraneus. Cenſentur enim illi præſentes, aliis ritè ad Synodum ſpectantibus convocatis, communi legalitate omnium anctoritatem habere ex præmiſſis: & probantur hæc 118. c. ſecundi. Aphricani Concilii infrà ponendo, ubi habetur: quòd legati aliorum nomine, plenam tribuunt Concilio auctoritatem. Et hęc pars non habet dubium. Concilia tàm univerſalia totius Eccleſiæ, quàm nniverſalia regnorum, Hiſpaniarum, Galliarum vel Aphricæ, tàm unius provinciæ, ſemper potuiſſe ſibi ipſis canones ſtatuere, ſicut Bonifacius ad Ruſticum Narbonenſem ſcribens, dicit: Patres iu Nicena congregatos, ſibimet canones ſtatuiſſe, hoc eſt, toti mundo ſeu univerſali Eccleſiæ, quam ipſi ibi repræſentabant. Sicut Synodus provincialis collecta, ſibi providet de canonibus per provinciam neceſſariis: ita ſi ſeptem Galliarum provinciæ convenirent, poſſent ſeptem provinciis providere: etſi omnes mundi provinciæ convenirent. ſicut tunc qnælibet poteſt ſibi providere, poſſunt per communem concordiam omnes omnibns providere. Et mirum eſt

B dicere, non poſſe omnes congregatos cum plena auctoritate legatorum, cùm quilibet per ſe poſſet. Qu libet autem per ſe ſine papa, non dubium ſibi providere poteſt: ergo & omnes eo regulariter non ſpreto, nolenti & potenti intereſſe Romano pontifice, ac alio ad Synodum ſpectante, cùm tamen majoris ſit auctoritatis Synodns plurium provinciarum quàm unius, ut in cap. ſequenti dicetur. Et dum hanc partem defendimus, quòd papa non eſt univerſalis epiſcopus, ſed ſuper alios primus, & ſacrorum Conciliorum non in papa, ſed in conſenſu omnium vigorem fundamus: tunc qnia veritatem defendimus, & unicuiq; ſuum honorem reſervamus, rectè papam honoramus. *99.* diſt. eccleſiæ.

Cap. XIIII.

AD hæc ut meliùs quilibet contentetnr, annecto aliam conſiderationem: quæ licèt diffuſiùs deſideraret explicari, brevitati ſtudens ac legenti complacere, diſtinctè perſtringam eandem. Omnis conſtitutio radicatur in jure naturali & ſi ei contradicit, conſtitutio valida eſſe nequit. *9.* diſt. cùm ergo. & c. conſtitutiones. Unde cùm jus naturale, naturaliter rationi inſit, tunc cognata eſt omnis lex homini in radice ſua. Ideò ſapientiores & pręſtantiores aliis, rectores eliguntur, ut ipſi è ſua naturali clara ratione, ſapientia & prudentia prædíti, juſtas leges eliciant, & per eas alios regant, & cauſſas diſcutiant, ut pax ſervetur, ſicut ſunt reſponſa prudentum. 2. diſt. Ex quo evenit, qnòd ratione vigentes, ſunt naturaliter aliorum domini & rectores: ſed non per legem coërcivam, aut judicium quod redditur in invitum. Unde cùm natura omnes ſint liberi, tunc omnis principatus, ſive conſiſtat in lege ſcripta, ſive viva apud principem, per quem principatum coërcentur à malis ſubditi, & eorum regulatur libertas ad bonum metu pœnarum: eſt à ſola concordantia, & conſenſu ſubjectivo. Nàm ſi natura æquè potentes & æquè liberi homines ſunt: vera & ordinata poteſtas, unius communis æquè potentis naturaliter, non niſi electione & conſenſu aliorum conſtitui poteſt, ſicut etiam lex ex conſenſu conſtituitur. 2. diſt. lex. 8. diſt. quæ contra. ubi dicit pactum inter ſe gentis ant civitatis. Generale pactum ſocietatis humanæ eſt, obtemperare regibus ſuis. Ecce quia pacto generali convenit humana ſocietas, velle regibus obedire: tunc quia in vero regiminis ordine, ipſius rectoris electio fieri debet, per quam electionem conſtituatur rector, judex eligentium: tunc ordinata & recta dominia, & præſidentiæ per electionem conſtituuntur. Et etiam ſic conſtituti, jndices ſunt generales eligentium, ut ſecundùm Oſtienſem in ſumma & alios doctores, hoc alibi notavi. Et quia ſunt generales illi judices, ab ipſis uſque ad ſummum appellationes interponi poſſunt: quia ſingulariter in qnalibet cauſſa, definitores ex conſenſu ſpecifico electi non ſunt. Sed ſi in particulari cauſſa electi à partibus forent, tunc appellare non

liceret regulariter, ut habet 10. canon Aphricani Concilii. Sanè ſi ex conſenſu partium judices electi fuerunt etiam à pauciori numero quàm conſtitutum eſt, non liceat provocari, & habetur 2. q. 6. Judex juſtè judicare debet, quare ipſo jure ſententia eſt nulla, ſi contra leges vel canones promulgatnr. de ſen. & re judi. c. 1. cnm concor. ibi allegatis in Glo. Nec etiam Apoſtolicam ſedem legitur unquā contra canones judicaſſe, nt in epiſtola Bonifacii papæ ad *Z*achariam in ea epiſtola, cujus initium eſt, Confitemur, & in mnltis allegationibus infrà poſitis. Imò jndicium ipſins, per Concilium plenarium iterum examinatur, ut inferiùs ex geſtis & auctoritate Auguſtini declaratur. In vanum autem examinaretur, ſi omne id jus eſſet, qnod pontifex Romanus vellet: quia tunc injuſtè ſententiare nequiret. Quare oportet, quòd ejus judicium canonibus ſtringatur qnibus ſubeſt, & per quos examinatur ſententia, an ſecundùm eos ſit juſta nec ne. Præterea canones radices habent in naturali jure, contra qnod etiam princeps poteſtatem non habet. Igitur nec contra canonem in eo fundatum, & acceſſoriè ad jus naturale ſequentē. Et quia hoc ita eſt, quomodo debemus dicere, in poteſtate jndicis eſſe cōdere canones & ſtatuta? quoniā ſi hoc ita foret, nō poſſet judex ſi canonū condendorum poteſtatem per ſe haberet, unquā argui de injuſta ſentētia: ſententia enim jus foret, ergo ſemper jnſta. Sed quia lex debet eſſe rationabilis, poſſibilis, conſuetudini patriæ non adverſans. 4. diſt. erit au-

A tem: non poſſumus legem dicere nõ acceptam uſu utentium; etiam in quocunq; foro civili, vel canonico. e. diſt. leges. & c. ſequentibus. Quare ſi uſus requiritur approbatorius legũ, ut dicit c. leges. nõ poſſumus ex nova lege re[illegible] juſtè condemnare: quia peccare in eam non p[illegible]tuit, quæ nondum fuit. Oportet itaq; quòd in approbatam legem per mores & uſum acceptã deliquerit. Unde ex hoc clarè patet, legem & canonem eſſe regulam omnis judicantis, & quod omnis lex ſive canon, ſupra quemcunq; judicem judicantẽ exiſtit. Tunc ulteriùs, ſi canon ex concordantia, uſu & acceptatione approbatur: tunc firmitas cujuſq; conſtitutionis ex acceptatione eſt. Quare ex Cõcilio communi rectè Eccleſiaſtici canones dicuntur. eccleſia enim congregatio eſt. Non poteſt unus rectè Eccleſiaſticos canones edere. Unde evenit, quòd videmus in Conciliis canones ex concordi acceptatione, conſenſu & ſubſcriptione edi: Decretales autem aut deciſiones judiciales Romanorum pontificum, aut dubiorum in emergentibus; non ex voluntate purè poteſtativa, robur firmitatis & juſticiæ recepiſſe: ſed quia ſecundùm canones ita convenit eaſdem deciſiones fieri, quæ ſunt notanda. Ita intelligo decimoquintò, diſt. ſancta Romana, verſ. item decreta. Et 19 diſt. in Canonicis cum ſimilibus: & de hoc etiam alibi diffuſiùs, præſertim in fine hujus ſecundæ partis, ac in principio tertiæ, & in fine ejuſdem.

B

Cap. XV.

JAm ex præhabitis conſtat, omnium conſtitutionum ligandi vigorem conſiſtere in cõcordia & conſenſu tacito vel expreſſo, qui ex uſu, aut eorum, qui cæteros legatione quadam aut præſidentia in poteſtate habent dictamine. Sicut enim epiſcopos cum capitulo, Eccleſiam diœceſanam facere dicitur, quia alios omnes illa collectio in potentia habet qui de eadem Eccleſia ſunt, quare reputantur cuncti in iſtis: ſic & Metropolita cum ſuffraganeis, Eccleſiam provincialem conſtituit, & patriarcha cũ Metropolitanis, patriarchalem. Unde cujuslibet collectionis auctoritas extendit ſe per omnes, in ipſa collectione repræſentativa in potentia exiſtentes. Romanã autem eccleſiam dicimus ex papa & Metropolitis adjunctis conſtitui, ſecundùm antiquas obſervãtias: quia illi annuè ad ipſum patriarchale caput concurrebant. Et quia nunc illis Metropolitanis, ac univerſali obſervantia cõſentiente, Cardinales de diverſis regionibus aſſumpti, legationem ac vicem omniũ habent, tàm eligendo Rom. pon. quàm conſulendo univerſali Rom. eccleſiæ: dicimus rectè, Rom. pon. in conctis univerſalem Romanam eccleſiam reſpicientibus, ſine ipſis nihil facere debere: & ſi qua fecerit, impunè non poſſe acceptari. Verum eſt quòd hæc Cardinalium tacito conſenſu univerſalis Romanæ eccleſiæ poteſtas, indigeret reformari, & ad ordinem expreſſæ legationis reduci; ut de hoc aliquo loco tactum eſt: Ex præmiſſis etiam intellectus hujus, quòd Roman. pontifices ſæpè allegant (ut Damaſus papa, in epiſtola ad Stephanum archiepiſcopum concilii Mauritaniæ, & alii Roman. pon. 17. diſt. regula) ſcilicet nullam ratam Synodum, quam ipſius Apoſtolicæ ſedis non firmat auctoritas: facilè haberi poteſt, quoniam de ſede loquitur. Et A verum eſt, nullum judicium cujuſcunque Synodi, ubi non eſt auctoritas Apoſtolicæ ſedis, firmum eſſe: quia ſemper appellari poteſt à judicio illius Synodi, ad Apoſtolicam ſedem. Ita de patriarchis, Flaviano & Ignatio, & aliis Conſtantinopolitanis, & Athanaſio Alexandrino & aliis, legimus ad Apoſtolicam ſedem appellatum. Unde ſi Synodus aliquem damnavit, quem etiam patriarcha illius Synodi definitè propter appellationem, quæ ab ea interponi poteſt ad Apoſtolicam ſedem, abſque confirmatione ejuſdem ſedis, rata non eſt. Et cùm dicitur, quòd abſque Synodo, ipſa ſedes Apoſtolica injuſtè in Synodo damnatos, reſtituere poteſt: hoc verum eſt, abſque ſcilicet univerſali Synodo univerſalis Eccleſiæ. Quia ſi in patriarchali Synodo, aut Conſtantinopolitana, vel Alexandrina, aut alia magna provinciali, Gallicana, vel Hiſpana, quis damnaretur: Apoſtolica ſedes quæ (ut ſæpè dictum eſt) ex Romanam eccleſiam facientibus & repræſentantibus conſtituitur, modo prætacto ſuperioritatem continet, & de ipſis agnoſcere poteſt Synodicis definitis. Ita legimus Nicolaum papam, de Ignatio per Photium damnato, in ſede Apoſtolica collecta Synodicè cognoviſſe. B Ita Martinum papam de Pyrrho & Sergio, & ante illos Julium papam de cauſſa inter Euſebium & Athanaſium Alexandrinum, & ita omnibus legimus obſervatum. Et hæc eſt vera ſententia, ſcilicet quòd ſedes Apoſtolica, in cognoſcendo ſupereminet omnibus Synodis; dempta ipſa univerſali univerſalis Eccleſiæ, cujus ipſa ſedes pars eſt. Quare abſque Synodo univerſalis Eccleſiæ, de definitis omnium Synodorum inferiorum cognoſcit. Unde (ut legitur in ſexta actione octavi Concilii, in reſponſionibus quas Metrophanenſis epiſcopus, Smyrnæ ad argumenta Zachariæ Chalcedonenſis, de Appiario reſtituto per eccleſiam Romanam, contra ſententiam Aphricani concilii, ſcilicet quòd ipſa non fuiſſet accepta in Aphrica) tunc ſententia Zozimi papæ, in Synodo de abſolutione Appiarii, priùs in Synodo Aphricana damnati, fuit demum admiſſa: licèt ipſe ad eandem ſuam Eccleſiam primam; propter ſcandalum non fuiſſet admiſſus, ſed datæ ipſi à Synodo fuêre literæ commendatitiæ, quòd in omnibus aliis eccleſiis ſacerdotio fungi poſſet: Quæ nota propter certa quæ de hac materia ſuperiùs & inferiùs continentur. Et pro eodem eſt Epiſtola Bonifacii papæ ad Eulalium Alexandrinum epiſcopum de Reconciliatione Aphrorũ notãda, qui a dicit Carthaginenſem cũ collegis ſuis, tempore Bonifacii & Cœleſtini, in ſuperbiam, (inſtigãte diabolo) cõtra Romanã eccleſiã erectos: ſed modò proſeſſos omnes libellũ Synodi, tempo-

A tempore Juſtiniani celebratæ. qui incipit: Prima ſalus, quem ſuprà habui. Et licèt illa epiſtola ſit multùm notanda. quia pulchrè loquitur in principio, quomodo Eccleſia adinſtar cœleſtis militiæ, diſparem concordantiam habeat hierarchicam, in qua ad unum primum, ſcilicet papam Romanum, devenitur: tamen durum videtur illud quod dicitur in eadem, Valerium cum collegis erraſſe: quia 226. epiſcopi, inter quos Auguſtinus fuit, in unã ſententiam concordârunt, quam etiam ſcriptis firmârunt, ut ſuperiùs declaratum extitit. Et ſi poſtea reducti ſunt ad recognitionem auctoritate ſedis, quoad appellationem & cognitionem: non eſſet propterea dicendum eos priùs erraſſe, niſi hoc intelligeretur ſic, quòd ipſa Aphricana eccleſia in hoc erravit, quòd Sardicenſis Concilii ſtatutum nõ acceptavit, quoniam ut ſuperius quodam loco dictum eſt. Auguſtinus non reputavit illud Conciliũ catholicum, ſed potiùs Arrianum: tamen quia tota Eccleſia ejus ſtatuta admiſit, ut legitur in geſtis octavi univerſalis Concilii, tunc & Afri etiam idem facere debebant, quoad receptionem ſtatutorum catholicorum, non habendo reſpectum ad ſtatuentes. Fuit autem in Sardicenſi Concilio, in honorem memoriæ ſancti Petri, ſtatutum. gravatum, ad Romanum epiſcopum appellari poſſe, proponente & promovente Horoſio Cordubenſi epiſcopo, legato Apoſtolicæ ſedis in illa Synodo, ut hoc habetur 6. q 4. quòd ſi aliquos, quod eſt valde notandũ: quo-

B niam ille tex. probat ex diſpoſitione Synodica ob honorem memoriæ ſancti Petri, Romanum pontificem prælatum in judicando particularibus Concilii. non niſi per formam ibi traditam, ſcilicet quòd ipſe poteſt ſententiã approbare, ſed non improbare niſi per novam Synodum. Et probat ille textus adminiſtrationem papæ valde à jure poſitivo, & conſenſu Synodico dependere. Fortè diceres, Etiam hęc regula de univerſali Concilio univerſæ Eccleſiæ vera eſt: quoniam nec illius Synodi etiam conſtitutiones, abſq; Apoſtolicæ ſedis, imò Rom. pon. auctoritate ratæ ſubſiſtunt. Fateor, de cõſtitutionibus fidem tangentibus verum eſſe, quòd ſi ſedis Apoſtolicæ auctoritas non interveniat, ratæ non ſunt, imò & ipſius pontificis conſenſus intervenire debet. cùm ſit princeps in epiſcopatu fidei: ſic & in aliis omnibus conſtitutionibus quoniam ipſæ robur à concordia Synodica recipiunt. Nam etiam minimus ſuffraganeus in provinciali aut Canonicus in epiſcopali, aut Metropolitanus in patriarchali Synodo, eſt ideò de ſuæ Synodi eſſentia, quia robur ex omni concordia dependet: ſicut Damaſus papa, Conciliũ Ariminenſe ex hoc multùm arguit. quia Vincentius qui longo tempore fuit epiſcopus, & alii epiſcopi conſenſum non dederunt. Imò credo nullum dubitare, quin actus, qui habet formam eſſentialem, ſecundùm quam fieri debet, ſit invalidus illa nõ ſervata. Sic crederem, papam ordinaris Cardinalibus ſecundùm provinciarum legationem, (ſicut al. bi tetigi) etiam uno ſolo excluſo univerſali ſtatuto, univerſalem Romanam eccleſiam reſpiciente, nihil agere debere. A Igitur nõ habet hoc dubium in capitę Synodi, ſcilicet Metropolita in provinciali, & papa in generali vel univerſali. Unde ſicut quocunque, qui alioqui tenetur Synodis intereſſe, & volenti & potenti ſpreto, judicium Synodi, quia non recto ordine charitatis proceſſit, reprehendi poſſet, ita fortius in capite: non tamen eſt hoc verum, quòd in Synodo ritè congregata admiſſis admittendis, & ritè celebrata, auctoritas ita etiam ab ipſo capite dependeat: quòd niſi in quamcunque definitionem conſentiat, quòd tunc illa definitio ſit nulla. Quia tunc judiciũ non eſſet Synodi, ſed unius tantùm, quod implicat. Et quia quiſque ad Synodum pergens, judicio majoris partis ſe ſubmittere tenetur; quia hanc pręſupponit quòd major pars regulariter vincit: tunc Synodus finaliter ex concordia omnium definit, licèt varia ſint etiam particularium vota, quando juxta majorem partem concludit: nulla tamen concluſio, maximè in materia fidei eſſet ſecura, niſi ad unitatem vota reducerentur, ſicut in omnibus Cõciliis legimus actum. Et cum iſto intellectu poſſet ſatisfieri volẽti rectè auctoritates. quas Romani pontifices in ſuis Epiſtolis ponunt, intelligere: dico Romani pontifices, quoniam in Conciliis parum de illis omnibus invenire potui, quæ prædictis poſitionibus meis ad plenum non concordarent.

Cap. XVI. B

Verùm quia multi dubitare videntur, quæ perſonæ ad Concilium admitti: & ſimiliter ad ſubſcriptionem debeant: ideò hoc eſt conſiderandum quòd licèt Aegyptiaci. qui de Alexandria cum Dioſcoro Chalcedonam venerunt cum aliis, in Chalcedonenſi Concilio de hoc quæſtionem habuiſſent, & ſæpè clamatum fuiſſet. ut in geſtis ejuſdem Concilii legitur, quòd Concilium epiſcoporum eſſet, & alii expelli deberent: non tamen legitur ibi, ea propter non epiſcopos expulſos. In quinto univerſali Cuncilio legitur, quòd omnes ad lectores uſque ſe ſubſcripſerunt. In 6. & 8 legitur, presbyteros & monachos. Imperatorem & ſenatum, & diaconos ſe ſubſcripſiſſe: & ſemper in ſeſſionib. & ſubſcriptionibus, in loco principalis Domini recipiebantur, juxta c. præcipimus. 93. diſt. ubi textus Et 94 diſt cap. 1. tamen in 6 In Conſtantinopolitana Synodo, ubi ſubſcriptiones ponuntur Agathonis papæ & ejus Concilii, non legitur alios quàm epiſcopos, aut eos repræſentantes, ſubſcripſiſſe definitivè. Unde definitio & ſtatuendi poteſtas, fortè ſemper epiſcoporũ de jure fuit. 11 diſt. omnia, ubi textus dicit, ſtatuta in Conciliis epiſcoporum recipi debere. Et licèt alii vocati Abbates & monachi, etiam ſe ſubſcriberent: non tamen hoc generaliter factum legitur, cum verbo definitivo, de quo 1 q 7. convenientibus. Unde in univerſali Concilio, dum de fide tractatur, mirandum ſatis, cùm laici inveniãtur admiſſi cur non epiſcopi admitti, ad non tantùm

conſu-

Digitized by Google

A consulendum, ſed ad ſimul ſtatuendum & ſubſcribendum, ſi ſaltem valentes & intelligentes forent, non deberent? In aliis autem ubi non ſecundùm unanimitatem, ſed vocū pluralitatem definitio expectator, ibi diſcretio, & prudentia, & auctoritas meritò ponderari debent, ne fatuorum judicium (quorum infinitus eſt numerus) numero vota ſapieotum vincat Quare nec laicos, nec indifferenter clericos puto admitti debere: ſed electos & doctos viros Eccleſiaſticos, non puto eriam in jodicio ſpernendos, cùm bonum Reipublicæ tantùm quæratur. & noo obſtat. undecunque veoiat, dum ſaltem inveniatur. Laici verò qui in nniverſali Concilio, ubi de fide quomodo definiri debet, admiſsi leguntur, ut infrà habetur in 17. canone 8. nniverſalis Concilii, & 96. diſt. ubi non etiam aliis geſtis in Concilio ſe ſubſcribunt, ſed ut teſtes. Unde legitur in geſtis 8. Concilii, actione quarta: Senatores magnificentiſſimi. & glorioliſsimi principes. per Bahanum patricium & præpoſitum dixerant ad Concilium: Imperatores noſtri ſancti miſerūt ſervos ſuos, qui ſenatus vocantur, qui voluntate Dei honoratus eſt ſecundùm omnia, ut ſimus diſcreti eorum quæ geruntur auditores. Si vultis ergò à nobis (ſicut ſe habet ordo Synodicus, in fine ſanctæ univerſalis hujus Synodi) exigere proprias ſubſcriptiones, per me indignum ſervum ſanctorum Imperatorū noſtrorum cuncti fratres mei & compatricii dicunt ſanctiſſimo Domino noſtro patriarchæ,
B & ſanctiſſimis vicariis ſenioris Romæ, & Orientalium ſedium: niſi audiverimus, & ab ipſo Photio ſtante in conſpectu noſtto & epiſcopis ejus, ut in conſpectu noſtro obſerantur ota ipſorum ex Canonicis & ſynodicis præceptionibos non ſcribet manus noſtra onam literam in Synodo iſta Audiant judicata per Nicolaum papam in Synodo Romana: & ſinibil contrà dixerint, ſanabitur mundus ex condeſceoſione ipſorum. Si hoc autem factum non fuerit, ſcimos quia noſtri non egetis, ad ſubſcribendum in fine à vobis geſtorum. Ecce quòd laici ſubſcribere ſe, ot teſtes habentes in Concilio, id quod joſticiæ ratio poſtulat, & rectè ſubſcribaot, exigere poſſunt à Concilio. Et hæc ſufficiant pro iſta materia.

Cap. XVII.

PEr ea quæ ſuperiùs habeotur, ſatis ad quæſtionem quæ difficilis reputatur, an ſcilicet univerſale Concilinm ſit ſupra papam, facilè poteſt reſponſio dari. Nam univerſale ſive generale Concilium patriarchale, ſubjectū ſemper legitur Romano pontifici ſuo modo, ſicut ex ſuperioribus & ſubſequeotibus patet. Et ſicut in 6. cap Niceni Concilii, de Alexandrino & aliis ſedibus defioitio habet, 65. diſtin. mos. poſt hoc omnia Cōcilia idem dicunt. Unde de hoc univerſali Concilio credo verū eſſe, quòd niſi in fide Romanus pontifex erraverit, quòd tunc judicari per Concilium non poſſit, quamdiu enim fidelis eſt, caput remanet. Quare ab inferiori poteſtate judicari non poteſt, qooniam illorum omnium habet poteſtatem: A joxta definitionem 6. cap. Niceni Concilii, & cum boc remanet totios alterius partis Eccleſiæ aliorum patriarcharum caput, in unitate Eccleſiæ catholicæ, quæ per fidem eſt. Unde rectè, ſicut Metropolitanus per ſuam Synodum judicari oon poteſt, juxta definitiooem 10. Canonicis univerſalis Concilii, & notatur de præben. grave. & 11. qo 1. ſi clericus. ubi archi. Metropolitanum, quia caput Concilii provincialis, per ipſum Concilium puniri non poſſe, niſi in fide erret. Unde Anacletus papa, in epiſtola ad omnes epiſcopos, quæ incipit, Beoedictus Deus: doctor vel paſtor Eccleſiæ, ſi à fide exorbitaverit. erit à fidelibus corrigendus, ſed pro reprobis moribus magis eſt tolerandus quàm diſtringendus: & intelligit per fideles, ſubditos, ut patet ex textu immediatè ſequenti. Et ratio eſt manifeſta, quare de illis intelligi debeat: quia paſtor Eccleſiæ, ab Eccleſia quæ grex ovium eſt, oon poteſt corrigi. Sed ſi infidelis fuerit, paſtor non eſt, & tunc corrigeodus eſt per anathema, & ſubtractionem obedientiæ: & noo babet dubiom in hæreſi damnata, quia in ſententiam incidit ſemel damnatæ pravitatis. ut de Acatio Gelaſius papa ad Anaſtaſinm Imperatorem ſcribit, & ad univerſos Epiſcopos per Dardaniam. Dicit enim pro conſtitutione antiquæ obſervationis, cunctos ſemel damnatæ pravitaris participes univerſalis Eccleſia duxit eſſe refutandos: ſicut Nicena ſynodus Arrium damnans, omoes
B Arrianos includit. Si verò non eſſet damnata hæreſis, tunc quouſque conſtet per ſententiā eum bæreticum eſſe, ab eo recedeodum non eſt, juxta dictum 10. canonem. Poteſt tamen propter errorem in fide, & ſecretè corrigi per ſubditos paſtor, & ſuperiori denunciari. Unde Fabianus papa in Epiſt. ad Orientales, quæ incipit. Exigit dilectio, dicit: Si enim deviaverit à fide epiſcopus, erit corrigendus primò ſecretè. à ſubditis. Quòd ſi incorrigibilis (quod abſit) apparuerit, tunc erit accuſandus apud primates ſuos, aut ad ſedem Apoſtolicā: pro aliis verò actibus ſuis magis eſt tolerandus à ſubditis ſuis, quàm accuſaodus. hæc ille. Si verò hæreticus foret, tunc qoia anathema eſt, in hæreſi eo ipſo non ex jure poſitivo, quoniam hæreticus ob errorem in intellectu, & pertioaciam in voluntate, à toto corpore Eccleſiæ ſe ſeparavit, ut dicit ſanctus Cyprianus. Et habetur 1. q. ſi quis (inquit) de eccleſia hæretica præſumptione exierit, à ſeipſo damnatus eſt. 4. q. 5. c. s. 24. qu. 1. c. 1. 2. & 3. Unoſquiſque etiam particularis, etiam laicus, ſe ab ipſo hæretico ſeparare tenetur, & per ipſam ſeparationem ipſi dicit anathema. Eo modo legimus laicos in Coocilio aoathema dixiſſe, damnatis publicis hæreticis: & ſingulares homines etiam extra Concilium, Rom. pontificibus hæreticis anathema dixiſſe. Sic ſuperiores & majores in adminiſtratione dum hæretici fiunt. per inferiores dicuntur deponi: quando illi propter anathema quod iocidit ob hæreſim, ab eodem ſeparantur. Unde cùm per ſubtractionem obe-

Digitized by Google

A obedientiæ, ceſſet ſuperioris adminiſtratio, & quia ſuperioritas illa, ut in archiepiſcopo, primate, & papa, in adminiſtratione cooſiſtit: ceſſante adminiſtratione rectè depoſiti cenſentur, ſicut in c. I. de reounc. l 6. notat Jo. in no. Quando conſtat papam adminiſtrare non velle, tuoc jam cenſetur renunciaſſe papatui, quia papatus in adminiſtratione cõſiſtit. ut notatur 21. diſt. in novo. 2. q. 7. puto. Ceſſat autem adminiſtratio. ſubtracta omniũ obedientia propter hæreſim. Igitur & papatus in materiali ſubjecto, ſcilicet hæretico deficit. Tali modo legimus Liberium papam, & Marcellinũ. per ſeparationem, & obedientiæ ſubtractionem, depoſitos. Sic & quiſque patriarcha etiam Romanus. indirectè deponitur à ſuis quondam ſubjectis propter damnatam hæreſim, in quam incidit. Ita puto omnia illa jura 40. diſt. ſi papa. 17. diſt. verſ. huic etiam. 21. diſt. inferior. & c. nunc autem, & cõſimilia intelligi debere. Tamen quanquam Metropolitanus non judicetur à ſuo Concilio, ut præhabitum eſt: poteſt tamen ab eodem reformari. hoc probat tex. conjuncta ſupraſcriptione, 2. q. 7. ſicut inquit 9. q. 3. ſi autem. & c. ſalvo. Eodem modo credetem generale Romanæ ſedis Concilium papã reformare poſſe, per eondem textum qui dicit, caput Concilii per Concilium reformari debere. Ad hoc beoè facit 18 diſt. verſ epiſcoporum: nbi probatur. quòd Concilium etiam inefficax in caſu ad definieodum, eſt nihilominùs efficax juxta antiquos Canones ad corri-B gendum & reformandum. Et hoc non videtur habere dubium, in Canonibus univerſalium Conciliorum catholicæ eccleſiæ, latæ ſeotentiæ: quoniam ad illas omnes catholici obligãtur, ut infrà ponetur latiùs in auct. ſtatutis cõminatorialibus illorum Conciliorum, ac aliis omnibus quorumcunque Conciliorum ſtatutis, niſi per omiſſionem ſe papa ad eorum obſervationem obligaſſet Clarum eſt hoc locum io papa non habere, & ſuo modo reddendo ſingula ſingulis, in aliis patriarchis & archiepiſcupis dicendum: ſcilicet quòd corrigi poſſunt ſecundùm ſtatnta latæ ſeotentiæ majoris auctoritatis, in ſoo etiam Concilio, per viam declarationis ſe incidiſſe, admodum quo in papa dictum eſt, aliter non niſi exhortatoriè. Sed an univerſale Concilinm propriè captum, ſcilicet quod univerſam catholicam eccleſiam repræſentat ſit ſupra patriarchas & Romanum pontificem, credo dubium eſſe non debere. Unde licèt legatur in pluribus locis, poteſtatem Romani pontificis a Chriſto eſſe: tamen io pleriſque locis habetur quòd primatia Romaoæ eccleſiæ ſuper omnes eccleſias eſt ex decretis Apoſtolorum. & eorum ſucceſſorum, ut habetur in q 6. dudum. Et judices Chalcedonenſis Concilii, dnm de privilegio primatię inter Romanam & Conſtantinopolitanã eccleſias qoęſtio ſuborta eſſet, juſſerunt Canones produci, & ſententiàrunt juxta Canones, primatum habere Romam antiquam. facit 17. diſt. verſ. huic etiam. Et ſimiliter, quanquam inveniatur papam vicarium Chriſti in Scripturis: invenitur tamen etiam, eum vicem & legationem Petri A habere. 2. q. 7. in ſancta. Et multa de ſimilibus dici poſſent, quomodo varietas fuit: alii enim epiſcopi papam conſocium nominàrunt, ut Optatus: alii cooſacerdotem, ut Ambroſius, & alii patrem in Coocilio Epheſino, & Concilio Taurino: alii fratrem, alii epiſcopum, alii archiepiſcopum, alii patriarcham. Sed oobis ſufficit. quòd licèt Romanus pontifex ut ſucceſſor Petri, à Chriſto magna habeat privilegia, & altam poteſtatem ex ſede & cathedra, quæ privilegia cum ſede ſtabilia ſunt: tamen primitivitas illa, qua Romanus pontifex primus eſt omnium eccleſiarum, partim etiam ab hominibus & Canonibus eſt, juxta ſuperiùs dicta. Dicit enim Anacletus papa, quòd dnm Petrus princeps Apoſtolorum conſtitueretur à Chriſto, Apoſtolorum conſenſu factum. 22. diſt. ſacroſancta. Non eſt enim dubium, Aotiochenum patriarcham ſedem habere ex ſucceſſione in ſede Petri: & tamen primatem ex hoc tantùm non eſſe, quoniam Antiochena ceſſit Romanæ. Unde Marcellus papa Antiochenis, io Epiſtola quæ incipit, Solicitudinem omniũ, dicit: Si enim veſtra Antiochena, quæ olim prima erat. Romanæ ceſſit nulla eſt quæ ejus non ſit ſubjecta ditioni, ad quam omnes quaſi ad caput epiſcopi qui voluerint, fugere, eamque appellare poteront. hæc ibi. Unde in Synodica Leonis noni, ad Petrum Antiochenum patriarcham ſic ſcribitur: Ab Apoſtolica tua ſede, noſtram catholicam conſulendo perpendimus, tuam prudentiam nolle deviare à B Dominico, & omnium ſanctornm patrum cõcordi decreto, quo inviolabiliter cunctis in toto orbe terrarum eccleſiis, ſancta Romana eccleſia & Apoſtolica ſedes caput præponitur, ad quam majores & difficiliores cauſſæ omniũ Eccleſiarum defioiendæ referantur. Sic omnia veneranda Concilia, ſic leges humanæ promulgaot, ſic ipſe Sanctus ſanctorum, Rex regum, Domions dominantium confirmat, quatenus ibi principalis dignitatis, & totius Eccleſiæ diſciplinæ venerabilis apex præfulgeat, & præcellat: ubi ipſe vertex & cardo Apoſtolorum Petrus. carois ſuæ reſurrectionem beatam in noviſſimo die expectat. Nimirum ſolus eſt, pro quo ne deficeret ejus fides. Dominus & ſalvator aſſerüir ſe rogaſſe. dicens: Simon Simoo, ecce Sathanas expetiit vos ut cribraret ſicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliqnando converſus. confirma fratres tuos. Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit. quòd hactenus fides Petri non deficit, nec defectura creditur in thruoo illius, in ſecnlum ſeculi: ſed confirmabit corda fratrum, variis concutiendo fidei periclitationibus, ſicut hucuſque confirmare non ceſſavit. hæc ille. Unde non puto univerſale Coocilium illa privilegia primitivitatis à Romana ſede, juxta aliorum Conciliorum definitionem, tollere unquam velle: quoniam dicit idem Gregorius, contra præſumptionem Michaelis Conſtantini c 36. quiſquis Romanæ eccleſiæ auctoritatem vel privi-

A privilegia evacuare ſeu minuere nititur; non hic unius Eccleſiæ, ſed totius Chriſtianitatis ſubverſionem & interitum machinatur. Cujus compaſſione vel ſubſtentatione, ulteriùs reſpirabunt filiæ à quovis oppreſſæ, unica illa ſuffocata matre? cujus refugium appellabunt? ad quam refugium habebunt? ipſa enim Athanaſium, ipſa omnes catholicos ſuſcepit, fovit, defendit, & propriis ſedibus pulſos reſtituit. hæc ille. Sed quia ſedentes in ipſa ſede ab hominibus aſſumuntur, deviabiles & peccabiles; nunc maximè è mundo ad finem tendente, & malitia excreſcente: ſua poteſtate ad ædificationem data, ad deſtructionem abutuntur. Quis dubitare poteſt ſanæ mentis, abſq; veræ poteſtatis & privilegii ſedis diminutione, univerſale Concilium tàm in abuſum, quàm abutentem poteſtatem habere pro ſuiipſius conſervatione, & totius Eccleſiæ ſalutari ordinato regimine? tamē dicere quòd univerſale Cōcilium etiam ſuper primatia eccleſiæ Romanæ cognoſcere & definire non poſſit, credo malè dictum eſſe: quoniam expreſsè Chalcedonenſe Concilium ſe de hoc intromiſiſſe & judicaſſe, in geſtis legitur. Quare univerſaliter dici poteſt, univerſale Concilium repræſentationem catholicæ Eccleſiæ, habere poteſtatē immediatè à Chriſto, & eſſe omni reſpectu tàm ſupra papam, quàm ſedem Apoſtolicam. Et hanc ſententiam probant plura geſta & canones & rationes. Nam diſceptatio quæ in Chalcedonenſi Concilio facta fuit, ſuper primatia
B probat hoc: ſimiliter & definirio Niceni Concilii, in eodem Concilio Chalcedonenſi, pro parte Romanæ ſedis producta Ac etiam quòd in plenariis Conciliis, geſta & judicata per Romanum pontificem, etiam ſynodicè inveniuntur reperita & examinata: ut in Chalcedonenſi Concilio, judicium Leonis contra Dioſcorum: & in ſexta Synodo, judicium Synodicum Martini papæ contra Pyrrhum & Sergium: & in octava Synodo univerſali, judicium Nicolai & Adriani Romanorum pontificum contra Photium. cum ſimilibus multis. Unde Auguſtinus in epiſtola ad Glorium & Eluſium, quæ incipit. Dixit quidem Apoſtolus, poſtquam tractavit de ſententia 70. epiſcoporum contra Cecilianum, & quomodo illa per Milchiadem papam, & certos alios epiſcopos, per Conſtantinum Imperatorem eidē adjunctos, retractata fuit, dicit: quòd opponentes ſe contra ſententiam Milchiadis papæ & ſociorum dixerunt, quaſi malos ſe eſſe judices perpeſſos. Quæ vox eſt omnium malorum litigatorum, quum fuerint etiam manifeſtiſſima veritate ſuperati, non eis adhuc juſtiſſimè dici poſſit. Ecce. putemus illos epiſcopos, qui Romæ judicaverunt, non bonos judices fuiſſe, reſtabat adhuc plenarium univerſæ Eccleſiæ Concilium, ubi etiā cum ipſis judicibus cauſſa poſſet agitari: ut ſi malè judicaſſe convicti eſſent, eorū ſententiæ ſolverentur, quod utrū fecerit, probent: nos enim non eſſe factum, facilè probamus ex eo, quòd totus orbis cōmunicat ei: aut ſi factum eſt, etiam ibi ſunt victi, hæc ibi. Ecce ſententiam Auguſtini, ſcilicet poſt judicium etiam papæ Romani, univerſale Concilium totius orbis ſupereminere approbatorium vel abſolutorium, etiam in ipſos judices. Quam ſententiā in multis locis 19. diſt. in canonicis 2. q. 7. puto. verſ. item quum Petrus, & aliis locis in hoc opuſculo allegatis, ipſe Auguſt. dicit. Nec habet hoc dubiū, quum Chriſtus dicat Petro: Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus. Unde manifeſtū eſt, quòd non obediens Eccleſiæ aut Concilio ejus eam repræſentanti, debet eſſe Petro & ejus ſucceſſoribus ſicut ethnicus & publicanus. Et hoc probari poteſt auctoritate ſancti Gregorii papæ, in epiſt. 214. in regiſtro: ubi poſtquā reprehendit Joannem patriarcham Conſtantinopolitanum, de eo quòd ſe univerſalem patriarcham ſcripſit in fine: Et nos quidem quibus per auſum temerarium culpa committitur, ſervamus quod præcipit veritas, dicens: Si peccaverit, & reliqua: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ego itaque per reſponſales meas, ſemel & bis verbis humilibus hoc quod peccatur, totam Eccleſiā corrigere ſtudui, per me ſcribo. quicquid humiliter facere debui, non omiſi: ſed in ea correptione deſpicior. reſtat ut Eccleſiā debeam adire. hæc ibi. Ecce Gregorium papam fateri, quomodo correctio fraterna eo modo ad eum ſpectat, quo Chriſtus mandat. ſcilicet ut ultimò Eccleſia adeatur, tanquam ſupremum judicium. Similiter & aliæ plures diſpoſitivæ ordinationes de Romanorum ſede, quæ in diverſis Conciliis univerſalibus factæ ſunt, & manifeſtum eſt, illas diſpoſitiones à majori auctoritate robur cœpiſſe: quare major univerſalis Concilii auctoritas. Deinde canon octavi Concilii de poteſtate patriarcharum, qui etiam de patriarcha Romano loquitur: & ſimilitet canon ejuſdem Cōcilii qui incipit. Divina hoc probant. nam dicit Juſtè ac congruenter hæc ſancta & univerſalis Synodus definit & ſtatuit, quòd nullus laicorum aut monachorū, aut aliquis de catalogo clericorum, ante diligentem examinationem & Synodicam ſententiam, à cōmunione ſe ſeparet proprii patriarchæ, licèt criminalem quamlibet ejus cauſſam ſe noſſe prætendat. Non dicit de hæreſi, quia licèt recedendum non ſit, ut dicit textus iſte, & 2. q. 7. ſacerdotes. & 8. q. 4. nónne: tamen hoc verum eſt niſi in hæreſi. quia etiamſi tollèretur, attento quòd in damnatam hæreſim incidit, tunc excommunicatus eſt. 24. q. 1. cap. 1. Et gloſſa allegat concordantias, in præfato c. & in c. Anaſtaſius. 19. diſt. Quare ab eo ſemper recedendum: ut ibidem in gloſſa, & Adrianus papa in Synodo, in tertia alloquutione, & habetur ſeptima actione octavi Concilii. Et quia textus iſte in aliis criminibus intelligitur: ergo papa per Synodum, in criminibus etiā aliis quàm hæreſi, judicari poteſt. Hoc etiam probari poteſt per dictum ſancti Petri ad Clementem, ut habetur in Epiſtola ipſius Clementis ad Jacobum, ubi dicit Petrum ſibi dixiſſe, dum eum ſucceſſorem ſubſtitueret: Neq; enim judicem

A dicem aut cognitorem ſecularium te conſtitui
voluit hodie Chriſtus, ne provocatus præſeo-
tium hominum curis, non poſſis verbo Dei va-
care. Si enim mundalium curis fueris occupa-
tus, teipſum decipies, & eos qui te audiunt; nõ
enim poteris quæ ad ſalutem pertinent, ple-
niùs ſingulis quibuſque diſtinguere. Et ex eó
fiet. ut & tu tanquam qoi non docueris quæ ad
ſalutem hominum pertinent, deponaris; &
diſcipuli per ignorántiam pereant. hæc ibi.
Non volo tameu aſtruere, Clementem io ve-
titate ita ſcripſiſſe: quia ſatis vetidicè habe-
tur. illom Jacobum ante Petrum octo annis
martyrio deceſſiſſe, ut infrà in tertia parte di-
cetur. Sed quia Eccleſia non ſpernit hanc epi-
ſtolam, quod ſufficit: tuoc manifeſtum eſt, et-
iam papam ex negligentia deponi poſſe, quiá
dicit Depouaris: quare habetur propoſitum.
Ecce ergo, quòd canon iu ſententia Syñodica,
omnes patriarchas æquiparat. Et per geſta
Coocilii illius ſatis apertè conſtat, ſemper pa-
pam pàtriarcham Romanum nuncupari: etſi
non eſt dubium, quamlibet criminalem cauſ-
ſam alterius cujuſconque patriarchæ, per Sy-
nodum defiuiri poſſe; ſic & Romani patriàr-
chæ. Et quòd patriarchæ æquiparentur in de-
poſitionibus, facit 22. diſt. definivimus. Pro-
bat etiam idem tex. 8. Concilii 10. canonis, ad
depoſitionem Metropolitanorum, vel eorum
correctionem, omnes vicarios æqualiter ſe ha-
bere. Unde geſta Concilii Chalcedoneoſis iu
ultima actione, & aliis locis, ac alia geſta Cou-
B ciliorum probant, tàm alios patriarchas qoàm
papã Romanũ cum eorũ Concilio, epiſcopos
vel archiepiſcopos depoſuiſſe. Oportet igitur
illa jura, quæ loquuntur ſolùm deponere poſſe
epiſcopum, intelligi, in ſuo ſcilicet patriarcha-
tu. Et videntur allegata geſta Chalcedonenſis
Concilii de depoſitione Anaſtaſii probare, pa-
triarcham non cum Concilio, ſed conſenſu ſui
Concilii depoſitiones facere debere. Dicuot
enim epiſcopi Antiocheni Concilii: Nos de-
poſuimus Athanaſium, à clero eccleſiæ ſuæ ac-
commodatum, quia ter vocatus nõ venit. Un-
de idem quod dicit archi. 22. diſt. qua traditio-
ne papam ſine Concilio quem deponere poſſe;
oportet intelligere ſecundùm ea quæ inferiùs
quodam loco habentur; hoc verum ſine Con-
cilio univerſalis Eccleſiæ; vel etiam ſine pa-
triarchali, ubi privandus ſeu deponendus, in-
ciditin pœnam latæ ſententiæ. Sed ut hoc, ſci-
licet papam univerſali Concilio totius Eccle-
ſiæ ſubeſſe, clariori defioitione idem Conciliũ
octavum univerſale explicaret; in canone 21.
qui incipit, Dominicum ſermonem. in verſ.
pottò. cujus pars habetur 22. diſt. definivimus:
dicit, quòd univerſalis Synodus, cum conve-
nienti reverentia, quamlibet quæſtionem de
Romanorum ſede exortam audire tenetur, &
iu ea proficere, aut profectum facere, non ta-
men audacter ſententiam in Romanum pou-
tificem dicere. Ecce quòd licèt omnem quę-
ſtionem de ſede Apoſtolica exortam, definire
habeat univerſale Concilium: hoc tamen ob
primatiam & revereutiam capitis, cum conve-
nienti reverentia, & non audacter ſententiam A
dicendo, facere debet. Qoare manifeſtum eſt ex
his, univerſale Concilium ſimpliciter ſupra
papam eſſe, nec ampliùs de hoc opus eſt exem-
pla producere, quum habeamus varia decreta
ſacri Baſilieuſis Cõcilii, & etiam Conſtantien-
ſis, quomodo papa dicatur ſubeſſe Conciliis.
Et licèt Cooſtantieuſe tantùm in tribus caſi-
bus loquatur, clarum eſt quòd omnes canooes
facti, aut ampliùs factibiles, ad ipſos reducun-
tur. Nonne in quinta ſeſſione hujus Baſilienſis
Coucilii fuit defioitum, nullum per ſe vel pro-
curatorem incorporatum, extra locum Conci-
lii etiam auctoritate Apoſtolica trahi poſſe?
Quare hoc? niſi quia hoc cadere poſſet in præ-
judicium Coucilii. Si ergo auctoritas Romani
pontificis in particulares perſonas, quando
præſumitur hoc, vergere poſſe in prędjudicium
Coocilii, non poteſt: quis dubitat totum Con-
cilium ſupra papam eſſe? Talia plura decreta
ſunt hujus Concilii, quæ hoc probant, ſcilicet
citationem & monitionẽ papæ & hujuſmodi.

Cap. XVIII.

VErùm ut profundiùs videamus hujus ve-
ritatem, revocemus ad mentem, ſuperiùs
de tepræſentatione præſidentium dicta. Et di-
camus, quia poteſtas ligandi & ſolvendi, & in-
fallibilitas & indeviabilitas propter Chriſti aſ-
ſiſtentiam; uſque in conſummationem ſeculi,
eſt in ipſa catholica vera Eccleſia. Quùm au-
tem Romanus poutifex ſit membrum illius
Eccleſiæ, quæ corpus Chriſti myſticum eſt: & B
infallibilitas nõ cuilibet membro, ſed toti Ec-
cleſiæ promiſſa eſt: tunc nondubium, poteſtas
indeviabilis ligandi & ſolvendi totius Eccle-
ſiæ, eſt ſuprà poteſtatem Romani pontificis:
quanquam ab eodem principio ligandi & ſol-
vendi poteſtas tàm Eccleſiæ quàm papæ fluat.
Et non dico hoc verum tantùm de ipſa tota Ec-
cleſia ſacerdutali. quæ eſt ut aoima una totius
Eccleſiæ. Hoc verum eſt ex Chriſti promiſſio-
ne & legatione, quia ſacerdotium à Spiritu
ſancto poſitum eſt ad regendum Chriſti Eccle-
ſiam, ut dicit Petrus Apoſtolus: Paſcite in vo-
bis. Quare ipſum ſacerdotium actu vel virtua-
liter congregatum, utitur præ tota Eccleſia, &
omnibus membris ejus, de quorum numero
papa eſt, ſua legatione, quàm à Chriſto habet
totam Eccleſiam paſcendi. Verùm quia uni-
verſale Coucilium, eſt congregatio ſive Ec-
cleſia de membris univerſæ catholicæ Eccleſiæ
congregata, & repræſentat ex hoc univerſam
Eccleſiam: tunc conſiderandum eſt, quòd Ro-
mauus pontifex etiam habet figuratam & re-
præſentativam perſouam, únius univerſæ Ec-
cleſiæ. Unde Auguſtin ſuper Joanne, ſuper il-
lo verbo. Tu vocaberis Cephas, ait ſermoue 7.
Magnum, quia mutavit ei nomeo, & fecit de
Simoue Petrum. Petrus à petra, petra verò Ec-
cleſia, ergo in Petri nomine figurata eſt Eccle-
ſia. Idem ſermone 11. & ſermone ultimo, ubi
dum de Eccleſia loqueretor Auguſt. dicit: Cu-
jus Eccleſiæ Petrus Apoſtolus, propter Apo-
ſtolatus ſui primatum, gerebat figurata gene-

A ralitate perſonam. Quòd enim ad ipſum propriè pertinet natura, unus homo erat gratia, unus Chriſtianus: abundantiore gratia, unus idemque primus Apoſtolus. Sed quando ei dictum eſt, Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris, univerſam ſignificabat Eccleſiam. Unde Petrus accepit nomen. non enim à Petro petra, ſed Petrus à petra: ſicut non Chriſtus à Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto. Ideò propriè ait Dominus, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: quia dixerat Petrus, Tu es Chriſtus filius Dei vivi. Super ergo hanc petram quam confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam. Petra autem erat Chriſtus, ſupra quod fundamentum etiam ipſe ædificatus eſt Petrus. Eccleſia autem quæ fundatur à Chriſto claves ab eo regni cœlorũ accepit in Petro, id eſt poteſtatem ligandi & ſolvendi peccata. Quòd autem per proprietatem in Chriſto Eccleſia, hoc eſt, per ſignificationẽ Petrus in petra, qua ſignificatione intelligitur Chriſtus petræ, Petrus Eccleſia. Hæc ille. Et pro hoc textus Auguſtini 11. q. 3. qui illud, & Leo 9. diſt. ita Dominus, & archi. 24. q. 1. quodcũq; 21. di. decretis. de pœni. di. ver. ſies Chriſti Petrus. Et Auguſtin. de agone Chriſtiano cap. 20. & in Homilia de transfiguratione, & de verbis Domini li. 1. ſermone 13. & ſerm. 13 de Apoſtolis Petro & Paulo & lib. 1. q̃ſtionũ veteris & novi Teſtamenti, q 79. & libro homiliarũ homilia 46. & in pſalm. 108. ſermone 13. Et Ambro. de cura paſtorali. Et Anſel. ſuper illo verbo

B Matth. Nam pauperes ſemper habebitis vobiſcum. Et quoniam hoc ita eſt, quòd Petrus à petra & petra Eccleſia, quæ ſignificat Chriſtũ, & propter hoc eſt corpus ejus myſticum: ideò patet, quomodo Chriſtus eſt veritas. petra figura, ſive ſignificatio Chriſti, Eccleſia: hujus autem petræ figura ſive ſignificatio, Petrus. Unde ſicut Chriſtus eſt veritas, cujus figura & ſignificatio eſt petra ſive Eccleſia: ita petra eſt veritas. cujus ſignificatio & figura eſt Petrus. Ex quo clarè patet. Eccleſiam ſupra Petrum eſſe, ſicut ſupra illam eſt Chriſtus. Rectè, ſicut dicimus vetus Teſtamentum eſſe figuram novi, & novum Teſtamentum eſſe veritatem in ordine ad vetus: & ſic ſupra vetus & novum eſſe figuram gloriæ, ubi ſola veritas: ſic novum Teſtamentum eſt veritas & figura: veritas, reſpectu inferioris: figura, reſpectu ſuperioris: ſic & Eccleſia catholica. Deinde ex hoc patet, quòd ſicut Petrus unicè & confuſiſsimè figurat Eccleſiam, qui deviabilis eſt: quòd tunc inter petram & Petrum ſunt plures graduationes repræſentationum & ſignificationum, quouſque in petram deveniatur à confuſiſsima repręſentatione & figura, uſque in veritatem per media certiora & veriora. Unam autem Eccleſiam ſignificare & repræſentare non poteſt, niſi unus aut una congregatio, quam Græci Synodum dicunt. Ex hoc evenit, quòd in Synodis univerſalibus conſiderari debet, ut ſit ordinata congregatio. quæ ex unione Synodica repræſentare habeat univerſalem Eccleſiã, puta ex papa, patriarchis & provinciarum capitibus. unde quando ita juxta præmiſſa ſuprà, contingit univerſalem Eccleſiam Synodum ordinatè congregari: non dubium quantò illa Synodus minùs confusè plus tenendo in veritate repræſentat, tantò ejus judicium plus à fallibilitate verſus infallibilitatem tendit, & ſemper majus eſt judicio unici Romani pontificis, eum confuſiſsimè figurantis. Antiquum eſt hoc proverbium, faciliùs inveniri quod à pluribus quæritur. Quare papæ judicium minùs ſtabile, & magis fallibile præſumi, quàm ipſius & aliorum: & hoc non habet dubium. Et præmiſſa videntur probari ex 77. epiſtola ſancti Ambroſ. quæ eſt Romani pontificis, & non Ambroſii, ut ex ipſa met epiſtola habenti reſpectum ad immediatè præcedentem probatur. Eſt enim 71. Epiſtola ſancti Ambroſii ad Theophilum, quæ incipit: Non habet quod urget Evagrius, & habet quod metuat Flavianus. Ideoque refugit examen. Debent fratres dolori juſto veniam quia propter ipſos univerſus orbis concutitur, & illi tamen noſtro nõ compatiuntur dolori. Et infrà: Gravis toto orbe ſtabat diſcordia, cui bonæ pacis naufragio ſancta Synodus Capuenſis tandem obtulerat portum tranquillitatis, ut omnibus per totum Orientem daretur communio catholica confitentibus fidem, & duobus iſtis, tuæ ſanctitatis examen impertiretur fratribus & conſacerdotibus noſtris Aegyptiis conſedentibus, quia hoc verum judicium arbitrati ſumus. Et infrà: Sanè referendum arbitramur ad ſanctum fratrem noſtrum Romanæ ſacer-

B dotem eccleſiæ, quoniam prȩſumimus te ea judicaturum, quæ etiã illi diſplicere non queãt: ita enim erit utile conſultum ſententiæ, ita pacis & quietis ſecuritas, ſi id veſtro ſtatuatur Cõcilio. Et infrà: Quòd eccleſia Romana haud dubiè comprobaverit, læti fructum hujuſmodi examinis comprobamus. Poſt hoc ſequitur Epiſtola, in qua eſt reſponſio ipſius papæ, ad ſcripta illorum judicum à Concilio deputatorum: ſecundùm quod conſuluit Ambroſius, quòd ipſe requiri deberet. Et in principio dicit papa (cujus tamen nomen in meo codice non reperi) quòd pro veritate vel modeſtia de Bonoſo epiſcopo ſuam ſententiam ſciſcitarentur. Et infrà: Advertimus, quòd nobis judicandi forma competere non poteſt Nam ſi integra eſſet Synodus hodie rectè de iis quæ comprehendit veſtrorum ſcriptorum ſeries judicaremus. Veſtrum eſt ergo, qui hoc recepiſtis judiciũ, ſententiam ferre de omnibus. Et infrà: Vicem enim Synodi recepiſtis, quos ad examinandum Synodus elegit. Denique quum Bonoſus epiſcopus poſt judicium veſtrum, miſiſſet ad fratrem noſtrum Ambroſium, qui ejus ſententiam conſuleret, interdictam ſibi eccleſiam irrumpere atque ingredi: reſponſum eſt ei, quòd nihil temerandum foret, ſed omnia modeſtè, patienter, ordinatè gerenda. Neque contra ſententias veſtras tentandum aliquid, ut quod videretur vobis juſticiæ convenire, ſtatueretis, quibus hanc Synodus dederat auctoritatem. Ideo primum eſt, ut ii judicent, quibus

A bus judicandi facultas eſt data. Vos enim totius (ut ſcripſimus) Synodi vice decernitis, nobis quaſi ex Synodi auctoritate judicare nō convenit. Et infrà, in fine: Unde veſtræ normam expectamus ſententiæ hæc ibi. Ecce papam fateri, ſi integra foret Synodus, hoc eſt, ſi non commiſiſſet judicium aliis. ipſe de cauſſa judicare potuiſſet: ſed quia Synodus commiſit aliis. dicit ſe non poſſe, & ex auctoritate Synodi ſibi non convenire: quod eſt notandum. Quantum ex hoc clarè probatur, auctoritatem Synodi ſupra papam eſſe: & etiam commiſſarios Synodi, vicem totius Synodi gerentes, papæ in commiſſo præferri. Fuit credo ille papa ſanctus Damaſus. qui hanc reſcripſit: quoniam ut ex immediatè ſequenti Epiſtola 73. habetur, tunc Damaſus illis temporibus fuit. Ubi dicit Ambroſ. Nam & ante biennium miſit ad me ſanctus Damaſus, Romanæ eccleſiæ ſacerdos; judicio Dei electus. Quare concluditur, univerſale Concilium ritè adunatum, licèt graduationes inter ſe habere poſſit quo ad judicia: eſt tamen ſemper majoris auctoritatis, & minoris fallibilitatis, quàm papæ tantùm. Ex quo ſequitur corollariè, univerſale Concilium etiam in alio quàm hæreſis caſu papam deponere poſſe. Sicut hoc etiam de Benedicto 13. & Joanne 23. legitur. Et hoc probatur extrà c.1. de renunc. lib. 6. Quia ſi papalitas ab hoc ſubjecto materiali, ſcilicet iſto homine, eſt judicio ipſius papæ, dum ſe inutilem judicat, removibilis, ut ibidem, & hic habe-
B tur: majoris auctoritatis eſſe Concilii judiciū, quàm papæ tantùm, & minùs fallibile: tunc clarum eſt, quòd ſicut papa tunc poteſt ex cauſa legitima ceſſare ab adminiſtratione, ita etiam ſubjecti, communi Concilio poſſent ex eiſdem cauſſis in præſtando obedientiam ceſſare, quando inutiliter adminiſtraret. Dum enim prælatus eligitur, eligitur ut præeſſendo proſit. 1. q. verſ. ecce cum honore. 8. q. 1. qui epiſcopatum. 28. qu. 1 jam nunc. de renunc. nō cùm pridem. verſ. porrò. 23. qu. 4. quiſquis. Unde quandò inutilis eſt. tunc conditio tacita, ſecundùm quam conſenſus intervenit, & ceſſante cauſſa propter quam electio facta eſt, præſtant illam auctoritatem ſic ipſi Concilio; à fortiori, quàm ſeipſum in illo capite primo papa habere dicit. Et non habet aliquis ratione utens in hoc dubium, quin major ſit poteſtas ipſius Concilii Eccleſiam repræſentantis, in papalitatem: ut ſecundùm utilitatem Eccleſiæ materiale ejus ſubjectum diſponatur; quàm in judicio unius hominis, in ipſam papalitatē ſibi nomine Eccleſiæ & propter ipſam adjunctam. Poſſet fortè dubium eſſe an Concilium exercitium adminiſtrationis à vero & unico papa ad tempus, vel ad beneplacitū tollere poſſet, non propter impotentiam Concilii, ſed propter rei contradictionem: quum ex ſuperioribus pateat, & etiam inferioribus, papatum in libera adminiſtrandi poteſtatē tantùm conſiſtere. Unde illa ſublata, videtur papatus ſublatus: tamen quia in Conſtantienſi, & iſto Baſilienſi Concilio, certa decreta ſunt contra papam edita, ſub ſuſpenſionis pœna A negare non poſſum, papam ſuſpendi poſſe. Licèt ego prima fronte non vellem negare, illa ſuſpenſione non obſtante in foro conſcientiæ, ubi eſt propria ſuperna poteſtas papæ. quamdiu papa eſt, verè abſolutum eſſe, & ad illam poteſtatem hanc ſuſpenſionem extendi non debere: quia illa videtur divinitùs papatui annexa. licèt præter illam poteſtatem, omni alia quæ à jure vel homine aut forò extrinſeco dependet; quoad exercitium, careat. Verùm ſi Concilium expreſsè exercitium ligandi & ſolvendi; ab eo etiam in foro pœnitentiali, per ſuſpenſionem tollere vellet: tunc oporteret dicere aut ipſum depoſitum pro tunc, aut quid aliud eſſe papatum, quàm liberam adminiſtrationem ſuper omnes ligandi & ſolvendi: quod prædictis contradiceret, & novum eſſet.

Ex his & ſuperiùs tactis manifeſtū eſt: quia quiſque præſidens figurata generalitate ſubditos figurat, modo quo papa confuſiſsimè totam Eccleſiam, propinquiore autem modo ſuum patriarchatum, adhuc propinquiore ſuā metropolim, adhuc certiori ſuam diœceſim; adhuc certiori ſuum clerum, & ultimò quaſi in uno corpore ſuum quotidianum concilium figurat. Unde evenit, ut cardinales aut legati provinciarum, qui aſſiſtunt Romano pontifici. principalia membra & pars corporis papæ dicantur. Deinde etiam eſt ex hoc manifeſtū, quòd quantò particularior eſt præſidentia, tātò certior eſt repræſentatio, quæ apud ipſum præſidentem eſt. & minùs confuſa. Unde pro- B pter hoc, quia ut dicit Hiero. ad Ruſticū, 7. q. 1. in apibus, omnis ordo Eccleſiaſticus rectoribus utitur, in quibus demum ad unum devenitur. Iſti autem rectores per conſenſum jure divino & naturali conſtitui deberent, & ut Avitius papa dixit, tunc oportet ut qui omnibus præeſſe debet, ab omnibus eligatur. 66. diſt. archiepiſcopus. Et quòd nullus detur invitis, ut infrà dicetur: quoniam ſecundùm ſanctum Leonem, nulla ratio ſinit. ut inter epiſcopos habeatur non electus. Ab hoc enim ut unum corpus in concordantia conſtituatur, ex ſubjectis & præſidente, ratio & naturale jus ſimul & divinum exigunt, in hac ſpirituali unione matrimoniali conſenſum mutuū, quem ex omnium electione & electi conſenſu deprehendimus. Rectè ſicut inter Chriſtum & Eccleſiam ſpirituale matrimonium ex conſenſu conſtituitur, ut 7. q. 1. ſicut & aliis c. ibidem. & ſimilibus multis, 62. & 63. diſt & 24. qu. 1. pudenda & 63. diſt. Metropolitano. Unde licèt invitis tradi poſſunt ſacramenta; non tamen matrimonium: quia ibi conſenſus eſt de eſſentia. 27. qu. 5. verſ 1. & 35. q. 2. verſ. 1. Et notat Glo. 5 qu. 1. conſtat. Eccleſia autem eſt uxor ſive ſponſa presbyteri, 51. qu. 3 ſicut. cum ſimilibus infrà De hoc infrà plura dicentur. Unde ſi recta ordinatio ſervari deberet, tunc textus concilii Toletani lib. 1. diſt. qui in aliquo, & 62. diſt. nulla, & diſt. in nomine Domini, cum ſimilibus ſervari deberent, ut plebani & curati eligerentur, aut

Digitized by Google

A ſaltem de eorum conſenſu utiliter provideretur, ut 67. diſt. reliqui. 63. diſt. ſi in plebibus: & deinde concurrente eorundem laicorum conſenſu, clerus epiſcopum. 63. diſt. plebs. & c. noſſe: & epiſcopi cum conſenſu Metropolitani. 66. diſt. archiepiſcopi & Metropolitani provinciarum, cum conſenſu epiſcoporum legatos provinciarum aſciſcentes Romano pontifici, qui Cardinales vocarentur: & illi Cardinales papam de conſenſu Metropolitanorum, quantom poſſibile foret. Si autem ob pericula diuturnæ vacantiæ, non viderent utile conſenſum expectare, quòd tunc fieret, ſicut hactenus meliori ordine, hoc modo Romanus pontifex ſecum continuum haberet Concilium, ordinatè repræſentativum univerſalis Eccleſiæ: cum quo abſque dubio Eccleſia optimè regeretur. Unde quando ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Canon 26. 8. univerſalis Concilii ſtatuit, patriarchale judicium pro firmo ſervari debere, dicit juſtum rationabile, & ſine ſuſpicione eſſe, eo quòd apud eum honorabiliores quique colligantur: & non dixit Canon de Cardinalibus Romanis, quoniam ut colligitur ex Canone, præſul. juncto c. nullam. 2. qu. 5. tunc epiſcopi ſemper præcedebant Cardinales, quoniã majores eis ſunt ut 2. q. 7. quanquã in Glo. Quoniam Cardinales de Clericis Romanis, ſacerdotes & diaconi fuerunt, ut ibidem. & 79. diſt. ſi quis pecunia. & c. oportebat. & c. ſi quis ex epiſcopis Cardinalitas enim quandam

B eminentiam ſignificat, ut probat tex. 24. diſt. presbyteri, ubi Cardinalis pontifex pro Metropolitano ponitur. Et hoc etiam probatur 93. diſt. à ſubdiacono. Et ſuperiùs dictum eſt ſecundùm Leonem nonum, & per archi. 22. diſt. ſacroſancta. ubi dicit papam inter Cardinales numerari. Et quòd epiſcopi dicantur etiam Cardinales, 21. qu. 1. relatio. 7. qu. 1 paſtoralis. 71. diſt. fraternitatem. Sed textus præallegatus, loquitur de Metropolitanis & legatis provinciarum, qui ad patriarchale concilium juxta Canonem 17. tenebantur concurrere. Quare in finem univerſalis boni regiminis, quia plena univerſalia Concilia difficulter colliguntur. hanc putarem primam radicem reformationum, ut Cardinales ex legatis provinciarum conſtituerentur, quorum Concilium cuncta gravia, aut ordinationi univerſali Canonum obvia, cum ſubſcriptione tàm papæ quàm Cardinalium expedirentur, ut ex ſubſcriptione, certa ſcientia & ſtrictum examen interveniſſe videretur, ut ſic debita Canonibus ſervaretur reverentia, & nihilominùs utilitati & neceſſitati in particulari caſu ſuccurreretur. Funguntur enim Cardinales vice Metropolitanorum. 23 diſt in nomine Domini. Et notat Hoſt. in ſum. de pœn. & remiſſ. verſ tui papa. verſ. alii dicunt. Igitur ſicut Metropolitani provinciarum, per electionem provincialiũ conſtituuntur: ita & Cardinales qui eorum vices gerunt, juxta prænarrata conſtitui debent. Et maximè hoc tempore iſtud neceſſarium foret, quoniam non ſicut antiquitùs Metropolitani & epiſcopi, quanquã fortè jurent A adhuc ex forma antiqua. ut c. epiſcopi, & ſeq. 93. diſt. annuatim ad papã conveniunt, quorum conſilio ſolebant Romani pontifices in decidendis arduis uti. Et fuit hujuſmodi obſervatio adeò ſtricta, præſertim de Metropolitanis, ut legitur in 17. Canone, 8. univerſalis Concilii, quod ipſe neq; præter duas Synodos provinciales, neq; principũ ſecularium vocatione poterant excuſari. Hodie autem etiã ſi in curia forent Romana tanquã alieni ad conſilium papæ non vocantur. quod abſurdũ eſt, maximè quãdo univerſalis Eccleſiæ caſus aliquis vel alius quoquo modo Eccleſiam univerſalem reſpiciens tractatur. Quare neceſſe foret, tales legatos provinciarum Cardinales cõſtitui ex multis utilibus cauſſis, quas quiſq; intelligens facilè concipit, qui curſum Romanæ curiæ aliquo pacto cognoſcit.

Cap. XIX.

SI jura ac dicta ſanctorum patrum, quæ loquuntur, nullum ad præſidentialem curam ordinari debere, niſi electũ ab iis quib. præſidere debet, ſervarentur, ut ſuæ præſidentiæ originem ab iis ſe habere cognoſcat quib. præeſt, & ſic abſq; ſuperbia in amore paſcat: tũc videremus, quomodo ex ordinatis gradualibus electionib. ad hoc rectè devenitur, quod ſuperiùs per ſanctum Auguſt. dictũ eſt ſcil. quod de petra. id eſt, Eccleſia fidelium, Petrus oritur. Non quod poteſtas præſidentialis, quæ in præſidentib. eſt, à populo totaliter ortũ capiat: ſed ſicut præ- B habitum eſt ſuperiùs, tunc ſacerdotiũ quod eſt ut anima in Eccleſia militanti. Anima autem ſecundùm ejus motivam & ſenſitivam partem conſiderata, educitur de potentia materiæ: ſecundùm autem rationalem ejus partem conſiderata, à Deo eſt. Sic ſacerdotium, capit ab inferiori populo fidelium illam præſidentialẽ motivam vegetativam & ſenſitivam poteſtatem, quæ poteſtas exit de potentia materiæ ſubditorum, per voluntariam ſubjectionem à Deo autem per ſacramenta capit poteſtatem rationalis animæ, quæ deſurſum venit, ut ſic poſſit in dulci concordantia, ſuperna poteſtate per medium elicitæ & traditæ poteſtatis. influere in corpus ſubjectorũ, quæ ad ſalutarem unionem cum Chriſto capite perficiuntur. Unde Hormiſda papa epiſcopis Hiſpaniæ: Ne benedictio quæ per impoſitionem manus è Deo eſſe creditur, precio comparetur: quis nobile putet eſſe quod vendidit? juſtam ſacerdotibus ordinandis reverentiam ſervet electio, ut in grati munere populorum, divinum credatur eſſe judicium. Ibi enim Deus, ubi ſimplex ſine pravitate conſenſus. hæc ille. Et quanquam ſummorum ſacerdotum dejectionem ſibi Deus reſervavit, electionem tamen eorum fideli populo conceſſit. 79. diſt. c. fin. & ille gratia divina præfertur, qui communi conſenſu eligitur. 8. q. 2. dilectiſſimi, de quo infrà latiùs. Et pulchra eſt hæc ſpeculatio, quomodo in populo omnes poteſtates, tàm ſpirituales in potentia latent, quàm etiam temporales & corporales.

A leſt licèt ad hoc quòd ipſa præſideutialis pote-
ſtas in actu cõſtituatur, neceſſariò deſuper cõ-
currere habeat radius formativus, qui hanc
conſtituat in eſſe: quoniam omois poteſtas de-
ſurſum eſt, & loquor de ordioata poteſtate. Sic-
ut rectè terra eſt fex elementotum, de ea tamen
potentia mediante influentia cœleſti. varia ve-
getabilia & ſenſibilia educuntur. Quare non
ineptè Abbas Joachim ſuper Apocalyp. dicit,
populum patris figuram, clericos ſingulares fi-
lii, & religioſos Spiritus ſancti geſtare: quoniã
ſicut filius à patre, ita clerici à laicis. & ſicut
Spiritus ſanctus ab utroque, ita religioſi à lai-
cis & clericis procedunt.

Cap. XX.

ALio occurrente dubio, an ita per decre-
ta univerſalis Concilii papa ligari poſſit.
Quòd in contrarium nõ poſſit, facilè ex ſcri-
ptis poteſt reſponderi. Quoniam ſi univerſale
Couciliũ propriè acceptũ, eſt ſupra papam (ut
prędictũ eſt) ſolotum eſt dubium Unde quam-
vis papa in c. ſignificaſti. de elect. ſupra Conci-
lium, & c. propoſuit. de conceſ. præ. ſoprajura
eſſe ſe dicat: hoc eſt verum de Cõcilio generali
ſuo, ubi ut patriarcha præſidet, & de jurib. ibi
aut alioqui in aliis particularibus Cõciliis per
eum editis: licèt ob principatum ſoper omnes
de Eccleſia *ἐπιείκειαν* fateat ita ſedi Apoſtolicæ
alligatã, q tolli quoad particulares caſus non
poſſit, quoniã diſpẽſare & interpretari habeat,
ſępè ob utilitatem & neceſſitatem in ædifica-
B tionẽ Eccleſiæ, & ſolùm ad illum finem Quòd
autẽ canones univerſaliũ Conciliotum tollere
non poſſint vel mutare, vel aliquid in contra-
riũ condere: textus eſt notabilis, 25. q 1. contra
ſtatuta, ubi Zozimus papa dicit: Contra ſtatn-
ta patrum aliquid condere vel mutare, nec hu-
juſmodi ſedis poteſt auctoritas. Et idem *Zozi-
mus*, Aurelio, & univerſis epiſcopis per Aphri-
cam & Gallias conſtitutis, dicit: Cùm adverſus
ſtatuta ſanctorũ patrum venitur, uon tantùm
illorũ prudentiæ atque ſententiæ, quæ in ævũ
victura ſanxerunt, ſed ipſi qoodammodo fidei
& catholicę diſciplinæ irrogatur injuria. Quid
enim tam ſanctũ & venerabile eſt, ſicut peni-
tùs nõ exorbitare ab itinere majorum, qoorum
canonum ſtatuta veluti quędam fundamenta
ſunt, ferendis fidei noſtrę ponderibus: hæc ille.
Hæc etiã probantur ex eo, q Damaſus papa ad
Paulinum ſcribens, jubebat ad fidem revertẽ-
tes, ſe ſubſcribere debere, oon tantùm fidei Ni-
ceni Concilii ſymbolo, ſed & canonibus: pro
quo facit c. 1. 2. & 3. ca diſt. Et quia textus ſuprà
allegatus dicit contra ſtatuta patrum, id eſt, ca-
nones. ut eſt tex. 20. di. de libellis, qui textus in
fine cum dicto Zozimi benè concordat: quia
dicit ad effectũ, ſuumq; profectũ ſancta Evan-
gelia utiliter retinere vel credere, nõ probatur
qui ſanctorum ſtatuta (quos canones dicimus)
non obſervat. Et ſanctus Gregorius papa, in
Regiſtro ad Joannem epiſcopum Lariſſeuorũ,
in epiſtola quæ incipit: Frater noſter adora-
mus, in fine dicit: Hæc enim coo ſona ſanctis
patribus definitione ſancimus, ut qui ſacris
neſcit obedire canonibus, nec ſacris admini- A
ſtrare, nec communionem capere, ſit dignus
altaribus. Et tales canoues qoi ita ab omnibus
venerari debent, iu uuiverſalibus Conciliis
conſtitui oportet. 16. diſt. habeo librum. Et
vocantur generalia, ut de canonibus Chalce-
donenſis Concilii, Gregorius in Regiſtro, ad
Secundinum in Epiſtola quæ incipit: Dilectio-
nis tuæ dicit, ubi ait: ſancta Chalcedonenſis
Synodus. uſq; ad definitionem fidei & prola-
tionem canonom de generalibus cauſſis lo-
quuta eſt, poſt prolationem canouum ſpecialia
certamina epiſcopotum ſopire curavit. hæc
ibi. Talia ſtatuta univerſalem ſtatum Eccleſiæ
reſpicientia, papam retractare non poſſe, notat
archi. 19. diſt. ita Dominos in fin. facit c. ſont
quidam & alia capitula ibi poſita 25. q. 1. Et ite-
rum, papa eſt paſtor hominum, cui propriè di-
ctum eſt, Paſce oves, ſed regulæ & canooes u-
niverſalium Conciliorum, ſunt editi pro cor-
rectioue morum 31. diſt. Nicena igitur. Et illis
papa obedire tenetur, & illis in paſcendo uti
debet, quoniam divino couſultu ſaluberrimos
canones ediderunt, ut ait Leo 4. Papa 25. qu. 1.
Ideo. Unde ſuperaddit Concilium Conſtan-
tienſe univerſale, quòd oiſi obedierit, puniri
poſſit: quia nullam ſedem magis exequi opor-
tet uniuſcujuſq; Synodi cooſtitutum, quàm
Romanam, ut ait Gelaſius papa 25. qu. 1. confi-
dimus. Et Leo papa qui in 8. Concilio tuba
Evangelicæ veritatis, legitur ad Martianum
Auguſtum de canonibus Nicenis loquens di-
cit quod nulla poſſit improbitate cõvelli, nul- B
la novitate violari: & addit, in quo opere auxi-
liante Chriſto fideliter exequendo, neceſſe eſt
me perſeverantem exhibere famulatum, quo-
niam diſpenſatio mihi credita eſt, & ad meum
tendit reatum, ſi paternarum regulæ ſanctio-
num, quæ ſpiritu Dei inſpirante ſunt conditæ,
me (quod abſit) connivente violeotur. Facit
textus ejuſdem Leonis 25. q. 1. quæ ad perpe-
tuam. Et idem Leo de approbatione fidei Chal-
cedooenſis Concilii generalis, ad omues dire-
cta, quæ incipit: Omne dicit infirmum atq; ir-
ritum eſſe, quicquid contra cauones Nicenos
fit quorũ ſe aſſerit cuſtodem. Cauſſa autẽ qua-
re nõ poſſit in contrarium: & cur eum exequi
præ cæteris oporteat: quia ut dicit textus, vio-
latores ibidem, qoia ſpiritu Dei conditi ſunt
ad bonum regimẽ univerſalis Eccleſiæ, & hoc
ſpecialiter promovère, ſpectat ad officium Ro-
mani pontificis. Canon itaq; univerſalis Con-
cilii eſt duplex, & regula regiminis, & ædifica-
tionis Eccleſiæ, qua maximè primum archite-
ctum uti oportet, ſi rectè ſua poteſtate uti vo-
luerit. Rectiores enim & indeviabiliores regu-
las nemo invenire poterit, quàm Spiritus ſan-
ctus, oniverſalium Conciliorũ inſpirator. Un-
de in geſtis actiooe 6. octavi Concilii, *Zacha-
rias* Chalcedooenſis epiſcopus, dum ei objice-
retur ſeotentia Romaui poutificis, dixit papæ:
Nicolai & aliorũ Patriarcharum canon prin-
ceps eſt, & ſecundùm illum agentes nil faciunt
extra id quod decet: quum verò extra hunc fa-
ciunt, ſive papa Nicolaus, ſive alius quiſquam,

A non acquieſcimus. Et infrà: Si facta ſunt hęc à Nicolao cum canone, ſequimnr, & convenimus & roboramus, & coottaria illis non ſapimus: ſi verò ſunt facta extra jus vel canooem, non nos illa viruperamus ſeu projicimus, ſed canon. hæc ibi. Unde quando Metrophanes reſpondebat. oon dixit papam eſſe ſuper jura: ſed dicit in quibus eſt cauſſæ diverſitas, æſtimationis quoqne ac opinionis diverſitas debet accidete. Et reſpondet, quomodo ſecundùm regolas definivit, quibus conſuetudo obeſſe non potnit in contrarium allegata aliquorum, qui de laicis ac etiam neophitis, ad patriarchale & archiepiſcopale culmen ptomoti fuerunt, dicens: Liquidum eſt, quòd quia ea rarò fiunt, poſitas leges non ſubvertunt. Fuit enim antiquorum maxima cura in ſervandis canonibus & frequenter in principio canonum cujuslibet Synodi, ſtatutum de obſervandis canooibus Carthaginenſibus legitor, quæ vel facta vel dicta ſuperiùs comprebenſa ſunt, vel ab aliis Conciliis ſunt ſcripta, cuſtodire nos oportet. Corruptor laicus, clericus, communione privetur. Univerſi dixerunt: placet placet. Et adbuc fortius in Concilio generali, tempore Martioi papæ renovatoris canonum, ut dicit gloſſ. 18. diſt. proprii ante ſextum univerſale celebrati, in 2. cap. legitur & repetitur octava actiooe octavi Concilii univerſalis. Sed quis ſecundùm ſceleratos hæreticos, quocunque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco, terminos tranſmittat illicitè? quos poſuerunt firmius ſanctæ catholicæ eccleſiæ patres, & ſan-B
ctæ & univerſales quinq; Synodi, novitates temerè adinvenire & fidei alterius expoſitiones, aut typos, aut leges, aut definitiones, aut libellos. Et infrà, contra pias orthodoxorum catholicæ eccleſiæ, id eſt, paternas & Synodales prędicationes hæc impiè agens. niſi pœnituerit, in ſecula ſeculorum ſit condemnatus, & dicet omnis populus fiat, fiat: Martinus papa ſe cum aliis ſubſcripſit Ex quo habes quòd de univerſalibus Conciliis canon loquebatur, quoniam Romani pontifices ad illos obligantur. Quare in uoiverſalibus Conciliis, canonibus ſe ſubſcripſiſſe leguntur, non autem ſic de geoeralibus ſuis Conciliis Nõ enim dicit iſte canon de omnibus, canonibus & legibus & definitionibus patrũ: ſed dicit quinq; univetſalium Conciliorum quæ tunc celebrata tantùm fuerant. Sic Leo ad Maximũ Antiochenum patriarchã ſcribit, canones Niceni Concilii inviolabiles. Et quòd Romani pontifices, qui ad profeſſionẽ univerſaliũ Conciliotum, ſicut & alii Patriarchæ tenentur, etiam ad canonum obſervantiã, ratione illins ꝓfeſſionis teneaotur probat tex. ſancta 16. diſt. ubi ponitur forma profeſſionis, ſcilicet profitetur papa octo Concilia uſq; ad unnm apicem ſe ſetvaturum, & quæ ſtatuerũt & prædicaverunt, omnibus modis ſequi. Hoc etiam probat textus 15. diſt. Sicut & quòd ſanctus Grego. in illo cap. ſicut non ſolùm de fide, ſed etiã canonib. intellexit, ꝓbat textus ipſius 1. di. ſicut ſanctitas. Idem etiam probatur ex ꝓfeſſione Leonis noni, ad Petrum Antiochenũ, ubi poſt ſeptem univerſalia Concilia dicit: A
Qoicqnid ſupradicta univerſalia Cõcilia ſenſerunt & collaudaverunt, ſeotio & collaudo. Et in pannormia, ſancti Ivonis Carnotenſis epiſcopi ſcribitnr, profeſſio Romani pontificis, ex libro Romanorum pontificum ſub hac forma: Profiteor diligentiùs & vivaciùs, omnia decreta canonica omnium prædeceſſorũ Apoſtolicorũ noſtrorũ Pontificũ, quæ vel ſynodaliter ſtatoerunt, & confirmata ſunt cõfirmare, & indiminnta conſervare. Et ſicut ab eis ſtatuta ſunt, in ſui vigoris ſtabilitate cuſtodire, quæque vel quouſque abdicaverunt vel condemnaverunt, ſimili ſententia coodemnare & abjudicare. Et poſt hoc ſequitur alia profeſſio ex libro Pontificum, qoi dicitur: Diornus. Nihil de traditione quam à probatiſſimis prædeceſſoribus meis traditam & conſervatam reperi, diminuere vel immutare, vel aliquam novitatem admittere: ſed ferventer nt eorum verè diſcipulns & ſequipeda. totis mentis meæ conatibus, quæ tradita canonicè teperio, obſervare & venerari, profiteor. Ex quibus patet, quòd ſancti antiqui Romani pontifices, non ita præſumebant de ſua poteſtate: ſed fuerunt humiles, etiam ſe purgando coram Synodo ſua, non univerſalis Eccleſiæ: dico Synodum univerſalis Eccleſiæ, Concilinm nniverſale. De iſtis purgationibus 2. q. 4. mandaſtis. ubi gloſſa comparat papam decano, qui ſe poteſt coram ſuo capitulo porgare. ſicut Sixtus coram Synodo. & c. aoditum. & c. omnibus nobis. Imò Leo papa ſubmittit ſe omni- B
bus pœnis in legibus contentis Martiani, ſi non ſervaver t, proptet ſuam confirmationem, nt ipſe ſcribit ad Leonem Aoguſtum, de ſua erga leges conſenſione: Si contrafecerim eis (inquit) me ultionum conditiooibus ſubdo, quas non ſolùm beatæ memoriæ principis Martiani auctoritas, ſed etiam ego mea conſenſiooe firmavi. Ex quo habetur, quòd quando papa ſe ſubjicit: tunc oon habet dubium, eum ſententia illius obligari, nt notat gloſſa in c. ſi papa. 40. di. ſed hic probatur, papam ex conſenſu ſubſcriptionis, legibus ſubjici. Et quum ſuperiùs de profeſſione apertum ſit, papam in ſcriptis univerſalium Conciliorum canones approbate, igitur & ſubjicitur. Et ulteriùs nt dicit rubtum ſexti capituli Conciliorum Aphricæ, qui contra ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerit in Coocilio deponatur. Et dicit textus ad interrogationem Gemnadii Epiſcopi, ab nniverſis Epiſcopis dictum eſt: Qui contra ſuam profeſſionem vel ſnbſcriptionem venerit, ipſe ſeſe ab hoc cœtu ſeparabit Ecce ſi papa aut profitetur, aut ſubſcribit ſe ſtatutis: ſi non ſervat, ſe damnat, nt Leo papa dicit ſuprà. Et vide profeſſionem Leonis quarti, de legum obſervatione ad Lothariom Auguſtum quem & Pontificem nominat more antiquorum 10. diſtinct. de capirulis. Et ex iſto fundamento ſnbſcriptionis, ac ex ſubſctiptionib. Romaoi pootificis ſuperiùs inſertis, in ſuis patriarchalib. Cõciliis, non eſſe abſurdnm dicete, papam etiam

ſyno-

A ſyno dicè per Romanam eccleſiam edita tolle-
re aut immutare non poſſe, propter ſubſcri-
prionem, tamen quo ad hoc refert, quia etiam
ſi ſtatuta patriarchalia propter ſubſcriptio-
nem immutare non deberet, tamen ſi faceret,
non eſſet dicendum, quòd ita parum valeret
revocatio ſeu immutatio. ſicut ſi ſtatutum u-
niverſalis Eccleſiæ catholicę immutaret. Quo
niam non obligatur papa ad illius obſervanti-
am ex ſubſcriptione tantum, ſed quia ex majo-
ri auctoritate quæ ſupra ipſom eſt, prodiit.
Fortius ergo dicendum eſt, quòd canonibus
univerſalibus ſubſint, quibus ſe Romani
pontifices per ſuos legatos ſubſcripſerunt. Fa-
cit benè tex. 2. q. 7. nos ſi. qui hoc ſatis pro-
bat com ver. item Hieronymus. & ver. item
Symmachus. qui ver. contra ver. huic etiam
17. diſt. videtur dicere, quòd Symmachus in
Romana Synodo, ſua dignitate fuit ſpoliatus,
& hoc fuit verum de facto, ſed reſtitutus, quia
non poterat juxta. ver. huic etiam. 2. diſt. Et
iſta in originalibus geſtis, per Ennodium dia-
conum ſolenniter & eleganter dictatis de illo
Concilio, videri poterunt. Facit ad prædicta
etiam c. ſequens ibidem. Et hanc ſubjectio-
nem ſcilicet quod Romanus pontifex ſubſit
Concilio univerſalis eccleſiæ, ex alio depre-
hendimus: quia legati Apoſtolicæ ſedis, qui
leguntur in univerſalibus Conciliis fuiſſe,
dum ad Concilium loquerentur ad inſtar ſan-
cti Petri, qui ſurrexit in Concilio Hieroſoly-
morum dum loqueretur, in ſignum ſubjectio-
B nis & reverentiæ, ſurrexiſſe leguntur. Sic le-
gitur in 6. univerſali concilio Conſtantino-
poli celebrato, in prima actione. Et exurgen-
tes qui locum tenebant Apoſtolicæ ſedis Ro-
mæ. Similiter & in aliis Conciliis ita legitur.
Similiter invenitur, epiſtolas & ſcripturas
Romanorum Pontificum ad Concilium miſ-
ſas, univerſale Concilium examinaſſe. In ter-
tia actione octavi Concilii lecta epiſtola Adri-
ani papæ à Concilio, vicarii ſenioris Romæ
interrogaverunt, an canonicè & ſynodicè fa-
cta fuiſſet epiſtola Sancta Synodus dixit: Ca-
nonica & ordinata & plena juſtitia eſt epiſtola
quæ lecta eſt, ſanctiſſimi papæ Adriani. Et Me-
trophanes Deo amantiſſimus epiſcopus Smyr
næ ſurgēs, dixit. Cognovim⁹ ſanctiſſimi papę
Romani ſolertem loqnutionem & pudorem,
quem in divinis, & circa divinorum canonum
cuſtodiam & obſervantiam habet. Et Nico-
laus papa ad Imperatorem Michaelem dicit,
hanc ſanctam Apoſtolicam Eccleſiam caput
omnium eccleſiarum, quæ ſemper ſanctorum
patrum ſynceriſſimas auctoritates in omnib.
actibus ſequitur. Et habetur in eodem Con-
cilio octavo, actione quarta & conſeqoenter
in epiſtola Nicolai papæ ad Phocium, quæ ſic
incipit: Poſtquàm quæ ibidem habetur. In
qua poſtquàm Nicolaus papa primatum A-
poſtolicæ ſedis deducit, & quod ex illo prima-
tu Romano Pontifici immineat, pro omnib. q
Chriſti cēſentur nomine cura, coj⁹ rationem
in æterno examine reddere habet, ſobjungit:
quomodo univerſitas credentium, à Romana
eccleſia doctrinam requirit, & integritatē fi- A
dei depoſcit, & criminum ſolutionem, q Dei
gratia digni ſunt, quoniam caput eccleſiarum
eſt à qua rectitudinem atq; ordinem, in cūctis
utilitatibus atq. eccleſiaſticis inſtitutionibus
omnes eccleſiæ exquirunt: quia ipſa Romana
eccleſia canonicas & ſynodicas ſanctorū patrū
ſanctiones inviolabiliter atq; irrefragabiliter
retinet, & hinc eſt quòd ejos judiciū firmū eſt.
Ecce ex hoc habes cauſam firmitatis Apoſtoli-
ci Romani judicii, ex inviolabilium canoonm
irrefragabili obſervatione eſſe ſic idem in Cō-
cilio ſuo, ex tota Romana eccleſia congrega-
to, cap. 6 dicit. Quoniam oportet nos majorū
noſtrorum, imò toto mentis intuito conſerva-
re, & in omnibus ſanctorū patrum ſemper do-
gmata venerari, & habetur actione 7. Et in iſto
fundantur textus ejuſdem Nicolai 9 q. 3 patet
17. q. 4. nemini. qui dicunt ſententiam papæ à
nemine retractari poſſe: ſed ſi injoſta eſſet, re-
tractaretur, & in dubio examinatur per uni-
verſale Concilium. Unde in quarta actione o-
ctavi univerſalis Concilii, quando vicarii A-
poſtolicæ ſedis reſiſtebant, ne ſemel judicata p
Nicolaum papam in Synodo refricarentur, ob
tinoerunt principes & ſenatores, qui dixerūt:
ſe nolle geſtis ut teſtes ſubſcribere, niſi admit-
terentur judicati in ſynodo ad replicandum
cōtra bujuſmodi judicata. Et ſurrexit Metto-
phanes Metropolita Smyrnæ, & dixit: Probātes
verba magnificētiſſimorū principū, invenim⁹
ea juſta & congruentia: hinc favemus omnes
B epiſcopi. & ſancta hæc Synodus. Ecce quòd
ex decreto Synodi univerſalis fuit judicium
Nicolai papæ, & ſui Concilii de Phocio, ite-
rum in univerſali Concilio, reſciſcentibus
etiam vicariis ſenioris Romæ, examinatum &
depuratum. Ex qno apparet majoritas Conci-
lii oniverſalis ſuper papam & patriarchalē Sy-
nodū. Sic Leo papa ad omnes epiſcopos per u-
niverſas provincias conſtitutos, de omniom
prædeceſſorum ſuornm epiſtolis dicit: Omnia
decretalia conſtituta, tam à beatæ memoriæ
Innocentio, quàm aliorum omniū prædeceſ-
ſorum, qui de eccleſiaſticis ordinibus, & ca-
nonū promulgata ſunt diſciplinis, ita veſtram
dilectionē cuſtodire debere mandamos, ut ſi
quis in illa cōmiſerit, veniam ſibi deinceps no
verit denegari. 99. diſt. ſi Romanorum. Simili-
ter loquitur Damaſus papa, ut habetur 25. q 1.
omniū. Et Hincmarus contra Laudunenſem
hanc epiſtolā pertractans, dicit: Advertendū
quoniā Promulgare eſt vulgò promere, & nō
dicunt illi Pontifices de ſimplici legum vel ca-
nonū pmulgatione: ſed de decretalib. de cano-
nom diſciplinis promnlgatis. Unde quādo ob-
viant canonibus potiùs canonibus eſt obediē-
dum 19. d. ver. hoc autem. &c ſecundum. ver.
qnia ergo: ubi probantur majoris eſſe aucto-
ritatis veterum canones, quàm Romanorum
pontificum decretales obviantes eis, & con-
firmatur ſic Manifeſtū eſt decretū Synodi, cui
intereſt p legatos auctoritas Rō. pō. majoris aut
ſaltē ęqualis eſſe auctoritatis cū decretalib. pa
pæ: ſed ſic eſt, q talia Cōcilia poſſunt pvincia-

A lia dici 5. d. ver. porrò. & alio vocabulo localia 1. q. 2. convenientib. Provincialia autẽ per universalia corrigi poſſe dubium non eſt; ut ſuperius eſt oſtenſum, & textus eſt 2. q. 7. puto. ver. item quum Petrus. Ubi dicit ſanctus Auguſtinus, præferendum eſſe ſtatutum univerſalis Concilii, auctoritati unius epiſcopi vel provincialis Concilii. Et facit optimè ille textus ad propoſitum. ut patet ex ejus aſſumpto. ſi Paulus corripit Petrum, igitur à fortiori univerſalis Concilii auctoritas. Item: Innocentius ſcribit de canonibus Nicenis & Sardicenſib. Et Bonifacius ad Ruſticum Narbonenſem, q dicit ſanctos patres in Nicea ſpiritu ſancto ſuggerẽte, & aliter credẽdũ nõ eſſe, ſibimet canones ſtatuerunt: & addit, ut advertat charitas tua, adeò nos præcepta canonum ſervare, ut ſimiliter conſtitutio noſtra definiat. Hoc etiam in epiſtola Cœleſtini ad univerſos epiſcopos p Calabriã cõſtitutos. Et Leo papa ad Anatholiũ Cõſtãtinopolitanũ dicit: Nicẽos canones uſq; ad finẽ mundi manſuros per ſanctos patres cõditos, qui apud nos in ſuis conſtitutionibus vivunt, & ſi quid per aliquem aliter ſtatuendo præſumitur, ſine cũctatione caſſatur. Et ad eũdem: Illa (inquit) Nicenorum canonum p ſpiritum ſanctum ordinata conditio, nulla eſt uſquam ex parte ſolubilis, quum tanto divinitus privilegio ſit ſancta Synodus conſecrata, ut ſive per pauciores, ſive per plures eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate ſit vacuum, quicquid ab illorum fuerit conſti-

B tutione diverſum. Ideò ad Maximum Antiochenũ: quicquid propter ſpeciales cauſas ſynodalium, ad examen epiſcopale affertur, poteſt aliquam dijudicandi habere rationem: ſed nihil de eo eſt à ſanctis patribus apud Niceam definitum. Nam quod ab illorum conſtitutionib. & regulis diſcordat, Apoſtolicæ ſedis nũquam poterit habere conſenſum. Et ideò ad Anaſtaſium: A regulis præſtatutis, nulla aut negligentia aut præſumptione eſt decedendum. Et Gelaſius in generali decreto ad omnes epiſcopos: cum nobis contra ſalutarium reverẽtiam regularum cupiamus nil licere. de conſe. d. 1. Baſilicas. ubi textus conjuncta gloſſ. tenet. q quũ Romana eccleſia ſit ſuprema & pio devotoq; propoſito ſtudeat ſervare canones, & etiã propter utilitatem alicujus fortaſſis nõ relaxet: ideo totum corpus Eccleſię canones, ſervare debet. Item Ormiſda ad ſanctum Remigium Remenſem archiepiſcopũ: Paternas regulas, decreta ſanctiſſimis definita Cõciliis. ab omnib. ſervanda mandamus: iis quantum dignum eſt reverentia cuſtoditis, nullum relinquet culpæ locum ſanctæ obſervationi obſtaculum, ibi fas nefasq; præſcriptum eſt, ibi prohibitũ ad quod nullus audeat aſpirare. Ex quibus ſatis lucidè patet, opinionem antiquorũ non fuiſſe papam per univerſalia Concilia ligari non poſſe: ſed potius q ipſe inter oẽs tanquàm caput, regulis traditis per univerſale Cõcilium, uſus ſemper fuit, ac etiam uti oportere confeſſi ſint. Et dicit Fabianus papa 11. q. 2. qui omnipotentem Deum metuit, nec contra Evangelium Christi, nec contra Apoſtolos, nec A cõtra prophetas, nec ſanctorum patrum inſtituta agere aliquid, nullo modo conſentit. Ecce quòd Romani pontifices Deum timentes, agere non conſentiunt contra ſanctorum patrum inſtituta. Et adhuc alio argumento idem probatur. Manifeſtum eſt Leonem papam in certis capitulis, conſtitutiones Chalcedonenſis concilii (præſertim quòd Conſtantinopolitana præcedere deberet Alexandrinã) non recepiſſe, ſed ſemper reclamaſſe, & poſt eum quoſdam alios, & tamen, decretum Concilii ſemper obtinuit: ut patet de privileg. antiqua & 22. diſt. renovantes. & in ſeſſionibus & ſubſcriptionibus conciliorum poſt Chalcedonẽſe. Si autẽ papa in ſua poteſtate haberet, poſſe decreta univerſalium Conciliorum tollere, obtinuiſſet Leo & aliquot ejus ſucceſſores, quod verum non eſt juxta præmiſſa. Hoc etiam eſt advertendum, q licet tribus capitulis, Leo de papa capitulis Chalcedonenſis cõcilii, ſe oppoſuiſſet (ut Hincmarus litè proſequitur in libro præallegato) tamen non reſtitit tantùm ex ſua auctoritate, ſed ex auctoritate concilii Niceni, cujus canones inviolabiles eſſe voluit, & eorum cuſtodiam dixit ad ſe pertinere, quibus illa capitula contrariari dixit. Sic ſimiliter Aphricanum concilium reſtitit Cœleſtino in eo, q contra canonem Niceni Cõcilii venire voluit. Et Cœleſtinus nõn dixit ſe hoc poſſe, ſed allegabat idem Concilium pro ſe, & corruptè: quia non bene habuit translatum, B ut patet in epiſtola Concilii Aphricani ad papam Cœleſtinum, urbis Romæ epiſcopum, q incipit: Domino dilectiſſimo. Revertendo tamen ad Leonem, tunc etiam quia una eſt auctoritas omnium univerſalium conciliorũ 16. d. ſancta. nõ etiam pro ea parte obtinuit, quoad ordinem ſedium Patriarchalium, ut ex ſuperioribus eſt manifeſtum. Deinde ut proprius exemplum hujus adducamus, conciliũ Baſilienſe univerſale decrevit in ſecunda ſeſſione, Romanum pontificem contra c. frequens. concilii Conſtantienſis, non poſſe etiã quoad loci mutationem: licet etiam in eodem c. frequens. nullum irritans decretum contra Romanum pontificem ſit poſitum. Unde benè eſt hoc advertendum, quoniam ſine dubio ex inſpiratione ſpiritus ſancti ita actum eſt, & hoc ex ſtabilitate Concilii deprehendi poteſt. Arguit enim ſanctus Auguſti. in libro de Trinitate contra Fœliçẽ, ex inſtabilitate actitatorũ cõtra Ariminenſe Concilium. Videmus nũc mirabili modo actum. quòd concilium Baſilienſe eſt fortiter Dei gratia firmatum, licet in principio multis dubioſis fluctuationibus quaſſaretur: & hoc ſolum à Deo eſt, qui eſt veritas permanens. Ergo omnia acta à principio per inſpirationem ſpiritus ſancti, credamus firmiter. Mirum ſatis cur in prima ſeſſione poſito fundamento in c. frequens. concilii Conſtantienſis, ad tria ſe convertit, ſcilicet extirpationem hæreſiũ, reformationẽ morũ univerſæ Eccleſiæ, & pacẽ Chriſticolarũ. Inſpirabat hæc indubiè ſpiritus ſanctus, ne cum

papa

A papa fortè reſiſtere vellet, quamvis dubitatio utilitatis Concilii oriri poſſet, in bis tribus jam definitio præceſſit in Conſtantienſi concilio amplius indiſputabilis & immutabilis. Ad hoc itaque firmum, ante etiam adventum adverſitatis, ſe contulerat non abſque divino inſtinctu Concilium. Subſequuta eſt præſens translatio, aut verius diſſolutio Concilii per papam. Poſtquàm ſequitur ſecunda ſeſſio Concilii, quæ in mirabili ſyllogiſmo concludit ſic argumenta: Papa omnibus reformatoriis decretis obedire tenetur. Major eſt decretum concilii Conſtantienſis, & minor (probatur per textum decreti frequens) tunc ultra obedire tenetur. Ergo ſubeſt, igitur tollere aut mutare non poteſt. Si bunc ſyllogiſmum ſpiritus ſanctus indubiè dictavit in hoc ſacro Concilio, quid opus eſt amplius diſputare aut dubitare, an ita papa per decreta reformatoria ligari poſſit, quòd in contrarium venire non poſſit. Iterum ſi Conſtantienſe Concilium dicit, papam non obedientem puniri poſſe, tunc vigor ut ſit Concilium, non dependet totaliter à papa: quia dum nollet, eſſet: quomodo unquàm puniretur, qui per ſolum Concilium puniri poteſt? Item decretum Conſtantienſe & Senenſe conciliorum, dicit, patres Baſileæ congregatos boc tempore verè facere Concilium. Papa dicit (quia ipſe non vult) non eſſe. Quis eſt adeò inſanus, qui diceret falſam eſſe conciliorum ſententiam, in qua neceſſariò includebatur auctoritas Ro-

B mani pontificis, & veram eſſe voluntatem papæ Eugenii? Si Spiritus ſanctus ſe Baſileæ hoc tempore in univerſali Concilio vellet inſpirare, dum ederentur decreta prætactorum Conciliorum: quomodo poteſt papa Eugenius dicere, hoc verum eſſe ſi ipſe velit, & non aliter: ac ſi inſpiratio ipſius ſancti ſpiritus, foret in poteſtate Romani pontificis, quòd tunc quando ipſe velit inſpiret. Si enim ad memoriam reducis, quomodo ſancti patres in ſuis conſtitutionibus vivunt, & quomodo ſicut una eſt Eccleſia alus morientibus, & aliis in locum ſuccedentibus, quòd ſic etiam univerſalia Concilia ſibi ſuccedunt: tunc præfata facilè intelligis. Non tamen negari debet, quin Romanus pontifex ὐθέντως uti poſſit. Legitur enim in prima actione octavi Concilii, Adrianum ſcripſiſſe ſic: Ut cum Gelaſio papa dicamus. neceſſaria rerum diſpoſitione conſtringimur, & Apoſtolicæ ſedis moderamine convenimur, ſic canonum paternorum decreta liberare, & retro præſulum deceſſorumque noſtrorum præcepta metiri, ut quæ præſentium neceſſitas temporum reſtaurandis Eccleſiis relaxanda depoſcit, adhibita conſideratione diligenti, quantum poteſt fieri temperemus, quod & nos æqua poſſumus pro lucrandis fratribus ratione proſequi, & temporum neceſſitati conſulendo penitus imitari hæc. ibid. Et habetur 1. q. 7. neceſſaria. & ibi in ver. niſi rigor. Ecce hoc fatendum eſt eo modo quo ſcribitur, ut in neceſſitate & utilitate pro reſtaurandis eccleſiis, adhibita conſideratione diligenti, quantum fieri poteſt tẽperetur. Et pro hoc eſt notandum, ver. ſed ſciendum. cum gloſſ. 61 d. & q. 1. quod propter neceſſitatem in gloſſ. quia Eccleſiaſticæ prohibitiones, habeant certas cauſas, tunc illis ceſſantibus, licet jus ob ſuam generalitatem non neceſſet, habet tamen relaxatio locum. Venire enim contra generalem prohibitionem in particulari caſu, ubi neceſſitas vel utilitas hoc ſuadet, quoniã juris cauſa ceſſat: talis relaxatio non propriè eſt juris relaxatio, ſed declaratio caſum illũ in ratione legis non comprehendi 28. d. de Syracuſanæ. Verũ quia cauſæ illius declarationis, vel interpretationis, diſpenſationis, aut relaxationis debent verè concludere ad hoc, ꝙ declaratio, relaxatio, vel temperatio locum habeat, ideò ſacrũ Baſilienſe concilium. quia cauſas in bulla diſſolutionis aut translationis Eugenii papæ poſitas non invenit veraciter concludentes, declaravit bujuſmodi diſpoſitionem cõtra c. frequẽs concilii Conſtantienſis nullam, ex inefficacia cauſarum in bulla allegatarum, & per conſequens eum non potuiſſe. Non dico tamen etiamſi cauſę veræ fuiſſent, ipſum ſolum tanquã ſua auctoritate abſque Concilii conſenſu potuiſſe: ſed ſi veræ fuiſſent potuiſſet, q͂a Concilium conſenſiſſet. Et hoc probatur actione quarta octavi Concilii univerſalis, in epiſtola Nicolai papæ ad Photium, ad objectionẽ Photii de Nectario in ſecunda Synodo, de laico in epiſcopum Conſtantinopolitanum promoto, reſpondendo dicit, neceſſitatem in cauſa diſpẽſationis fuiſſe: & ſubjungit, ꝙ ſecũda Synodus non confirmavit neq; ſanxit ꝙ hoc iterum fieret: quia quod contra patrum atq; canonicas ſanctiones ꝓ neceſſitatis eventu fieri comprobatur, non in auctoritate tenendum eſt. Et infra: Ecce propter neceſſitatem & inopiã clericorũ, Nectarius propter Eccleſiaſtica dogmata, & hæreticorum expugnationem, qui venerãdas deponere imagines præſumpſerũt. Taraſius, & per miraculorum ſigna Ambroſius ad regendas eccleſias promoti ſunt. hæc ille. Ex quo habetur, neceſſitatem, utilitatem aut miracula, cauſas eſſe cõcludẽtes temperamẽtum juris ſive generalis canonis 5. diſt. priſcis gloſſæ tamen antiqua, 1. q. 1. quod propter neceſſitatem, dicit propter neceſſitatem, ut ibi propter utilitatem, ut 1. q. 1. Dalibertus propter miſericordiam 1. q. 5. cap. ultimò. propter conſuetudinem multorũ 4. diſt deniq; propter multitudinem 13. q. 4. non poteſt. contra jus commune venitur, ꝙ etiam contra cõcilium Nicenum, ꝙ prohibuit mutationes ſedium, & translationes ex neceſſitate & utilitate ſæpe diſpenſatum ſit 7. q. 1. mutationes. & cap. ſe probatur: quo autem ad neceſſitatem, non habet dubium, quia neceſſitas nõ eſt ſubjecta humanæ conſtitutioni; imò excuſat ꝙ cõtra eam ſit de conſe. d. 1. ſicut & d. 4. ſanctũ. De utilitate autem moderatè adhuc agendũ eſt, ut non propter cujuſcunque utilitatem relaxentur canones, ut dicit Gelaſius papa de conſe. d. 1. baſilicas. Unde Nicolaus papa 35. q. 9. ſententiam dicit, quòd diſpenſatoriè Romana eccleſia,

A ſia pro conſideratione ætatum, temporum, & gravium neceſſitatum, ad inſtar Pauli aliquid agere poteſt. Quod tamen obſervandum eſt, quando illa ſcilicet Romana eccleſia diſertiſſima conſideratione hoc fieri delegerit, non quando ipſa quæ benè ſunt definita, retractare voluerit, qui textus notandus eſt, quoniam ut dicit gloſſ. ibidem poſſe eſſe in bono 22. q. 2. faciat. Et in iſta diſpenſatione eſt notandus ver. ſed ſciendum 61. di. & gloſſ. in ver. his omnibus ibidem. Unde nullo modo negari poteſt, quin propter neceſſitatem aut evidentem utilitatem, papa diſpenſare poſſit contra quodcunque ſtatutum, imò archi. dicit in c. ſanctorum 70. d. epiſcopum hoc poſſe, de quo latè per eum ibidem, qui inter alia dicit: quòd ſi non canon aliquis hoc prohiberet, irrationabilis fieret. Et ponit exempla, ubi epiſcopi contra Concilia tam provincialia quàm univerſalia, ex illis cauſis diſpenſarunt. Papa autem ultra hoc, propter prærogativam perſonæ diſpenſare poteſt, de quo per eum ibid. Et ex iſtis patet, quòd poteſtas ſuperintendentiæ quæ eſt ad utilitatem Eccleſiæ in papa: non eſt propriè ſupra canones, ſed ipſa declarat canones in occurrenti caſu, propter rationabiles cauſas locum non habere. Et ſic diſpenſatio, non eſt propriè juris in vera ſua radice relaxatio, ſed declaratio, & eſt apparens relaxatio tãtum. Quare ſi cauſæ veræ non ſubſunt, quæ concludant hunc occurrentem caſum ſub ratione canonis non includi, non eſt vera diſpen-
B ſatio ſed potius diſſipatio. imò adhuc ille cum quo diſpenſatum eſt (quia canoni ſubeſt, à cujus obſervatione non potuit niſi ſubſequentibus veris & rationalibus cauſis abſolvi ſecundùm præmiſſa, quanquam etiam papa eum intendebat eximere per diſpenſationem) pœnis & præcepto ejus ita ſubeſt, quòd coram Deo ipſe ſicut alii ligatur per eum, licet Eccleſia militans hoc non judicet, quia pro papa præſumit, quòd ſcilicet ipſe ritè & juſtè ex veris & rationalibus cauſis ipſam fecerit. Et ita dicit gloſſ. in verbo, adimplere, cap non eſt devoto & doc. omnes & pro hoc & ſuperius poſitis de auctoritate univerſalis Concilii textus Pelagii papæ ſingularis, ex cujus regiſtro notandus eſt, cujus tenor ſubſcribitur: Pelagius papa Valeriano patricio. Si quid de cauſa damnationis trium capitulorum Epiſcopi illarum partium dubitant, quomodo conſuetudo vetus habuit, aut eligant de ſuis doctis viros, aut unuſquiſque pro ſe veniat, & rationem à nobis cum Dei gratia competenter accipiens, ad matris communionis ſanctæ catholicæ Eccleſiæ viſcera revertatur. Nam quod celſitudo veſtra dicit, ubi convenire debeamus & quaſi Synodum facere: iſtud canones nulli permittunt poſt univerſalem Synodum, & poſt judicium, quod tanquam uno ore propè 4. milia epiſcoporum, tam in Metropolitanis ſuis, quam ſingulares. Conſtantinopoli protulerunt, iterum contentionem ad medium revocare. ſed nec licuit aliquando nec licebit particularem Synodum congregari. Sed quoties aliqua de univerſali Synodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam de eo quod non intelligunt rationem aut ſponte ii qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant, ad Apoſtolicam ſedem pro percipienda ratione conveniunt. A Aut ſi fortè (ſicut de talibus dictum eſt, peccator cum venerit in profundum malorum contemnit) ita obſtinati & contumaces extiterint, ut doceri non velint: eos ac eiſdem Apoſtolicis ſedibus attrahi ad ſalutem quoquo modo neceſſe eſt, aut ne aliorum perditio eſſe poſſint, ſecundum canones per ſæculares opprimi poteſtates: Data XII. kalen. Majorum, Anno XVII. 12. c. Baſilii 5. c. Ecce decretalem Pelagii notandam in eo, quod definitionem univerſalis Concilii ultimam dicit, & quòd papa non debet in definitis per univerſale concilium, dubia petentibus exolvere, & informare dubitantes. Et hæc decretalis multum facit ad ſuperiora, ubi de auctoritate conciliorum dictum eſt, & ad proximè dicta: ſcilicet quòd papæ diſpenſatio contra canones univerſales, non eſt niſi quædam doctrinalis declaratio. Ut autem bona conſideratione & diligenti, amplius cauſarum examinatio fiat, deputãdi ſunt cardinales legati provinciarum modo prætacto, per hoc ſacrum Concilium, quorum Concilio & ſubſcriptione examinentur cauſæ, an ita fieri expediat. Solebant etiam aliquando Rom. pon. in ſua profeſſione apertè profiteri, cardinalium concilio & aſſenſu ſuum ſe peracturos officium, ut hæc habentur, in profeſſione Bonifacii octavi. B Unde pro horum omnium concluſione, ſcilicet quod Rom. pon. regulariter ſalva (ἐπιεικείᾳ) modo jam dicto obedire teneatur canonibus univerſalium conciliorũ: notetur canon primus octavi univerſalis Concilii, qui declarat univerſali Eccleſiæ canones tradi per univerſalia Concilia, deinde quòd univerſale Conciliũ profitetur eorundẽ obſervationem: cui canoni, ac aliis omnib. ejuſdem Concilii, manifeſtum eſt tam legatos ſedis Apoſtolicæ quàm alios cũctos ſe ſubſcripſiſſe, ut in fine ejuſdem Concilii clarè habetur, ubi dicitur: Nos hæc Apoſtolica, & Synodica documenta, ſine ulla evacuatione cuſtodimus. Et poſt aliqui ſanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixerunt: Quoniam providentiâ Dei, in proſperum finem omnia Eccleſiæ devenerunt negocia, oportet nos & in ſcriptis manu propria hæc roborare ſecundũ Synodicã conſequẽtiam. Nõ eſt autẽ dubiũ de univerſali Eccleſia papã fidelẽ eſſe, & eũ ſua profeſſione & ſubſcriptione obligari. Eſt autẽ text' talis. Et primò dicit rubrũ de cuſtodiẽdis & cõſervãdis omnino antea expoſitis, & Eccleſiæ traditis canonibus. Textus autẽ ſic: Per æquã & regiæ juſtitiæ divinæ viã inoffenſè incedere volẽtes, veluti quaſdã lampades ſemper lucentes & illuminãtes greſſus noſtros, quæ ſecundum Deũ ſunt ſanctorum patrum definitiones, & ſenſus retinere debem'. Quapropter & has ut ſancta colloquia, ſecundũ magnũ & ſapientiſſimũ Dionyſium æſtimãtes & arbitrãtes etiam de eis, cum divino David enixè canimus: Mandatũ Domini lucidum illumi-

A luminans oculos, & lucerna pedibus meis lex tua, & lumen ſemitis meis. Et cum Proverbiorum authore dicimus : Mandatum lucerna eſt, & lex lux. Et cum magnifico Eſaja clamamus ad omnium Deum: Quia lux præcepta tua ſuper terram. Luci enim veraciter aſſimilatæ ſunt divinorum canonum hortationes & diſſuaſiones, ſecundum quod diſcernitur melius à pejori, & expediens atque proficuum ab eo quod non expedire, ſed obeſſe dinoſcitur. Igitur regulas, quæ ſanctæ catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ, tam à ſanctis famatiſſimis Apoſtolis, quàm ab orthodoxorum univerſalibus Conciliis, ſervare atque cuſtodire profitemur: his & propriam vitam & morem regentes, & omnem ſacerdotii catalogum atque omnes qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, pœnis & damnationibus: & e diverſò receptionibus & juſtificationibus, quæ per illas prolatæ ſunt atque definitæ ſubjici canonicè decernentes. Tenete quippe traditiones quas accepimus, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam ſanctorum qui antea fulſerunt, Paulus admonet apertè magnus Apoſtolus. hæc ibi. Ecce nunc clariſſimam deciſionem, papam regulariter regulis univerſalium Conciliorum ligari. Igitur & inhibitio per univerſale Concilium cum irritatione & ſub pœna graviſſima ipſi fieri poteſt, ut illis utatur, niſi in caſu *imminentiæ* præexpreſſo. Hodie autem quia univerſalis Eccleſia (heu) ad ſolum patriarchatum Romanum redacta eſt, & quòd
B quondam patriarchale generale tantum, & ſubjectum Romano pontifici fuit, hodie eſt univerſale univerſam Eccleſiam repræſentans: hinc quum hoc novum ſit, dubitatio exorta eſt. Quare hoc ſacrum Concilium abſque paſſione cum ſumma manſuetudine ſe habere debet, in ordine ad Romanum pontificem, non ſe ex privilegio univerſalis Concilii in tantum erigat (de quo potius dolendum eſſet) quòd obliviſcatur ſubjectionis patriarchalis, in qua ſemper fuit, ſecundum quam in papam fidelem nihil poſſet: ſed ſervato debito honore cuncta pacificè in augmentum fidei, & divini cultus, & univerſale bonum catholicæ Eccleſiæ, unanimi concordantia ordinentur, ut videantur opera noſtra bona, & glorificetur Deus pater qui eſt in cœlis.

CAP. XXI.

AD ſuperiora unum adjiciendum eſſe cēſeo ſcilicet: quòd per iſtud ſacrum Concilium lex fieri, aut verius jus antiquum poſſet innovari, papam in arduis negociis maximè contra canones hujus & aliorum Conciliorum cauſis urgentibus, abſque dominorum Cardinalium, qui clerici cenſentur univerſalis Eccleſiæ, modo ſupradicto deputari non poſſe quicquam: alioqui ſi fecerit, quod tunc illud irritum ſit. Et jam præceſſit archidiaconi ſententia, & Joannis Mo & aliorum ſuper hoc: & eſt ultima reſolutio, quòd in tangentibus univerſalem Eccleſiam verum eſt, papam ſine cardinalibus nihil poſſe. Ego autē A credo, quòd contra canones venire & diſpenſare, etiam in quocunque particulari caſu rationabiliter dici poſſet, hoc cōcernere univerſalem Eccleſiam propter canonem univerſalis Eccleſiæ, qui lædi per hujuſmodi diſpenſationem videtur. Unde quia argumentum à ſimili in jure forte eſt. 3 q 5. quia ſuſpecti 20 diſtin: in quibus. 10. diſt. ſi in adjutorium. Hinc adduco tale argumentum à ſimili: Epiſcopus habet de jure totam diſpoſitionem diœceſis cum eccleſiis, & dotibus, & decimis. 10. q. 1. decretum. Et tamen omnium illorum qui ita in ſua poteſtate conſiſtunt alienationem, ſive donationem, ſive permutationem abſque conſenſu & ſubſcriptione ſuorum clericorum non habet. 12. q. 2. ſine exceptiōe Et dicit 22. c. Aphricani concilii, irrita erit epiſcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei Eccleſiaſticæ abſq; conniventia & ſubſcriptione clericorū: Igitur à ſimili, etiam ſi diſpoſitioni papali tota Eccleſia ſubjaceret, tanquam monarchæ unico: tamen res Eccleſiæ inter quas ſacros canones eſſe credo, juxta ſuperiora mutare vel alienare non poteſt, ſine ſui clerici cōſenſu & ſubſcriptione. Nomine enim cleri Romanæ eccleſię, in quantū monarchiam ſignificat Romana eccleſia cardinales veniūt, ut ſuperius quodam loco dicitur. Præterea manifeſtum eſt, nō niſi ex utilitate vel neceſſitate alienationē rerū Eccleſiaſticarum fieri poſſe ita, p̄ciſe & canonum mutationem ſive diſpenſationem cōtra eos, & eſt argumentum ſatis à ſimili Et pro B hoc facit c. non liceat 12. q 2. qui textus in alienatione videtur papam aliis aſſimilare epiſcopis. Præterea eadem Aphricana ſynodus, cui ſe ſanctus ſubſcripſit Auguſtinus 15 q 7. epiſcopus dicit: Epiſcopus nullus cauſam audiat abſq; præſentia ſuorum clericorum, alioqui irrita erit ſentētia epiſcopi. Et manifeſtum eſt, epiſcopum diſpoſitionem univerſaliter habere totius diœceſis, licet graves ſententias ferre, abſq; clericorū ſuorum præſentia, & audire non poſſit. Patet igitur, ſic & papa facere tenetur, à ſimili in factis univerſalis Eccleſiæ. Præterea mutationes aut alienationes, per p̄ſidentem in Eccleſiaſticis præſidibus fieri non poſſunt, abſq; conſilio Cōcilii ſive totius presbyterii. ut 12. q. 2. placuit. ubi dicit inconſulto Concilio vel cuncto presbyterio. Et c epiſcopus, ubi dicit: Niſi coram concilio Eccleſiæ, q eſt univerſale Concilium, non poteſt. Inter quas res principaliter ſacros Canones eſſe manifeſtū eſt Unde licet cardinales poſſint in particularib. caſib cōtra canones propter neceſſitatem aut utilitatem cōſulere, & ſubſcriptione ſua firmare diſpenſationē: hoc tamē abſq; canonū p̄judicio tantū credo poſſunt. Tollere autem canones univerſaliū Conciliorum abſque conſenſu univerſalis Concilii credo papā cum cardinalib. non poſſe. Et eo caſu quo Cardinales cōſenſum p̄bere habent, haber quilibet conjudicare caſum, ſed nō quilibet jus judicandi: quia jus non eſt, niſi apud collegiū, & nō apud quēlibet de collegio, ſecūdū not. doc.

post

A poſt Inno. in c. irrefragabili. verſ. conqueſtus de offi. ordi Et probatur 12. q. 2. qui manumittitur, ff. quòd cujus. vers. ſicut §. 1. Legitur enim in geſtis Hildebrandi; qui Gregorius papa ſeptimus vocabatur, ſic: Eſt autem privilegium Romanę ſedis, ſemper aſſiſtere per cardinales, presbyteros, & diaconos, ipſi ſummo pontifici, vel vicario ipſius ſedis, i. ei quem ipſa ſedes ſacroſanctaos ejus facit, per quem & cum quo prædicat, per quem ſacramenta adminiſtrat, per quem & cum quo firmanda confirmat, & improbanda improbat: qua non ſubſcribente invalida eſt ſummi pontificis ſentētia. hæc ibi. Ecce quomodo ab antiquo irrita fuit Romani pontificis ſententia, abſque cardinalium ſubſcriptione, & quòd papa ſedis Apoſtolicæ os tantum fuit.

Cap. XXII.

BRevitet pauca de provincialibus Conciliis ſubjiciamus, ut de univerſali noſtro, de quo principalis inveſtigatio, melior noticia habeatur. Provinciale concilium unius provinciæ, ex metropolitano & ſuffraganeis, & aliis de provincia, ad ordinandum res provinciæ, colligitur per archiepiſcopum, ſine quo plenū & perfectum non eſt: quia ipſe curā & ſollicitudinem gerit totius provinciæ. Hinc honore præcellit & ad eum app. 9. q. 3. per ſingulas. Et licet ſit Judex provinciæ, tamen criminales cauſas definire non debet, ſine præ-
B ſentia ſuffraganeorū, neque generales cauſas ad omnes epiſcopos provinciæ pertinentes, 15. q. 7. epiſcopus nullus, &c. Fœlix. ut nó. 9. q. 3. ſalvo & ſupplet negligentiam ſuffraganeorū 9. q. 3. cum ſimus, & verſ. fin. quomodo autem res communes provinciæ cū ſuffraganeis tractare debet 9. q. 3. per ſingulas primo, & ſecundo, & aliis locis multis. Hoc autem Conciliū valde neceſſarium magnam habens authoritatem ex Conciliis univerſalibus diſponendi & ordinandi omnia ad provinciam neceſſaria; præter ea quæ univerſalem Eccleſiam reſpiciunt, quoniam majorem auctoritatem illa requirant. Quantum autem ſit utile Eccleſiæ Dei hoc Concilium; & aliā legitur in tertio cap. Toletani concilii, ubi dicitur: Nulla penè res diſciplinæ mores ab Eccleſia Chriſti magis depulit, quàm ſacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus, ad corrigendos Eccleſiaſticos mores Synodum facere negligunt: ob hoc à nobis univerſaliter definitū eſt, ut quia juxta antiqua patrum decreta, bis in anno difficultas temporis fieri Concilium nō ſinit, ſaltem vel ſemel à nobis celebretur: ita tamen ut ſi fidei cauſa eſt, aut quælibet alia Eccleſiæ cōmunis, generalis totius Hiſpaniæ atq; Gallię ſynodus convocetur: ſi verò nec de fide, nec de communi Eccleſiæ utilitate tractabitur, ſpeciale fiat Concilium, prout uniuſcujuſque Metropolitanus eligit peragendum. Omnes autem qui cauſas contra epiſcopos, aut judices, aut potentes, aut contra quoslibet alios habere noſcuntur, ad idem Conciliū concurrant: & quæcunque examine Synodali à quibuſcunq; pravè uſurpata inveniuntur, regum exequutorum inſtantiā vaſtiſſimè, iis quibus jura ſunt reformentur. Ita ut pro compellendis judicibus vel ſecularibus viris, ad ſynodū Metropolitanam ſtudioſè quidem exequutor à principe poſtuletur. Quintadecima autem calendarum Juniarum, congreganda eſt in unaquaque provincia Synodus. propter vernale tempus quando herbis terra veſtitur, & pabula graminę inveniuntur hęc ibi. Ecce quòd iſtud decretū fuit in quodam univerſali Concilio totius Hiſpaniæ & Galliæ editum, & diſponit de provinciis illi Concilio ſubjectis ac etiam dicit, quòd quæ fidem & generalem Eccleſiam reſpiciunt, in tali univerſali Concilio tractari debent. Ex quo eſt mente tenendum, quòd univerſalis multarum provinciarum Synodus eſt ſupra ipſas provincias generalesque fidei etiam cauſas tractare poſſit. Et hæc obſequentia ſunt notanda. Fuit in alio Concilio præcedenti etiam univerſali taliter Toletano definitum, in Autumno in Calendis Novembris concilium Provinciale celebrari debere: & quòd judices locorum & auctores fiſcalium patrimoniorum, ex decreto regis concurrere deberent, ut diſcerent quàm piè & juſtè cum Populis agere debeant, ne in Angariis aut operibus ſuperfluis, ſive privatum honorent, ſive fiſcalem gravent: & quòd hoc tunc epiſcopi proſpicere deberent, quomodo judices cum populo agerent: & eos, ſi exceſſerint
B corrigerent, aut regi denunciarent. Si emendare nollent, à communione tunc eos ſuſpendere poſſent: & quòd etiam de pœna judicis non venientis ad Synodum deliberare poſſet. Et fuit adjectum: Concilium autem non ſolvatur; niſi locum prius elegerint, quo ſuccedenti tempore iterum ad Concilium veniatur: ut jam non neceſſe habeat Metropolitanus epiſcopus, pro congregādo concilio literas deſtinare, ſi in priori Concilio tempus omnibus denunciatur, & locus.

Cap. XXIII.

FOrma verò quomodo celebrari debeat hoc Concilium, definita in quarto ca. concilii Toletani, tempore Siſenandi regis, anno Chriſti DLXXXI. celebrati ſic deſcribitur. Hora itaq; diei prima ante Solis ortum, ejiciantur omnes ab Eccleſia: obſeratisq; foribus cunctis ad unam januam, per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarii ſedeant, & convenientes omnes epiſcopi pariter introeant, & ſecundum ordinationis ſuæ tempora reſideant. Poſt ingreſſum omniū epiſcoporum atq; conſeſſum, vocentur deinde presbyteri, quos cauſa probaverit introire: nullus ſe inter eos ingerat diaconorum. Poſt hos ingrediantur diaconi probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe: & corona facta de ſedibus epiſcoporum, presbyteri à tergo eorum reſideant, diaconi in conſpectu eorum ſtent. Deinde ingrediantur laici, qui electione Concilii intereſſe meruerint.

A Tum quoq; & notarii, quos ad recitandũ vel excipiendum ordo requirit Et obſerantnr januæ: ſedentesq́; in diuturno ſilentio ſacerdotes, & cor tantum habentes ad Deum, dicar archidiaconus, Orare. Statimq́; omnes in terrã ſternantur, & orantes diutius taciti cum fletibus & gemitibus, unus ex epiſcopis ſenioribus ſurgens, orationem palàm fundat ad Dominom, cunctis adhuc in terra jacentibus. Finita autem oratione, & reſponſo ab omnibus Amen, rurſus dicar diaconus, Erigire vos. Et confeſtim omnes ſurgant, & cum omni timore Dei & diſciplina, ram ipſi quàm presbyteri ſedeant. Sicq́; omnibus in ſuis locis in ſilentio conſedentibus, diaconus alba indutus, codicèm canonum in medinm proferens, capitula de Conciliis agendis pronunciet. finitisq; titulis Metropolitanus epiſcopus Concilium alloquatur dicens: Ecce ſanctiſſimi ſacerdotes, recitatæ ſunt ex canonibus priorum patrũ ſententiæ de Concilio celebrando: ſi qua igitur quempiam litium actio commovet, coram ſuis fratribus proponat. Tunc ſi aliquis quãcnnque querelam quæ contra canonem agit, in andientiam ſacerdotnm protulerit: nõ prius ad aliud tranſeat capitulum, niſi primùm q̃ propoſita eſt actio terminetur. Nam & ſi presbyter aliquis, aut diaconus, vel clericus, ſive laicus, de iis qui foris ſteterint, Concilium p qualibet re crediderit appellandum Eccleſiæ, Metropolitano archidiacono cauſam ſuã intimet. & ille Concilio denunciet, & tunc illi

B & introeundi & proponendi licentia concedatur: nullus enim epiſcoporum ab actu communi ſecedat, antequàm hora generalis ſucceſſionis adveniat. Concilium quoque nullus ſolvere audeat, niſi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcunq; deliberatione communi finiuntur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur. Tunc enim Deus ſuorum ſacerdotum intereſſe credendus eſt conventui, ſi tumultu omni abjecto, ſollicitè atque tranquillè Eccleſiaſtica negocia terminentur. ecce ordo. Verùm non ita hodie obſervatur. Ipſius etiam in principio libri de Synodis, ordo celebrandæ Synodi tractatur. Inſcripſi verò huic opuſculo hũc canonem ob hoc, quòd circa ejus finem contra diſſolutionem ſcribitur. acet iam in ultimo dicitur quòd tunc Deus credẽdus eſt interfuiſſe Concilio: quando ſollicitè atque tranquillè Eccleſiaſtica negocia terminantur. Quare à fine Concilii argumentari debemus. quoniam etiam ſi rectè congregatum, & aliquandiu juſtè & legitimè omnia ſint tractata: tamen niſi in tranquillitate terminetur, non eſt veraciter ſemper aſſerendum Chriſtũ in medio fuiſſe, quoniam ipſe non eſt auctor diſcordiarum, ſed pacis: quod eſt notandum, propter certa ſuperius ſcripta.

Cap. XXIIII.

SUnt præterea alia Concilia, quæ ſæpe univerſalia unius magni regni, aut magnæ provinciæ, nominantur. Et alia colliguntur dc omnibus particularibus provinciis regni A illius, aut nationnm: & talia propter arduas communes cauſas (ut præhabitum eſt) congregabantur. Et definitum fuit in ſecundo Arelatenſi concilio, quòd tale concilium per Gallias, per Arelatenſes congregaretur. Reperitur etiam congregatum ad petitionem provinciarum Galliæ. Unde dicitur in principio illius Concilii: Cum ad poſtulationem provinciarum Galliæ ſacerdotes conveniſſemus ad Taurinatium civitatem, atque in ejuſdem civitatis Eccleſiæ auctore Domino vel mediatore conſediſſemus. Et ut frequenter tempore quo ſub uno rege erant Hiſpania & Francia, ſicut tempore quo Gothi regnabant, Recaredus rex, Siſenandus & alii, tunc illa univerſalia Concilia ex edicto regio in Toleto celebrabantur rectè, ad inſtar ſicut de univerſalibus univerſalis Eccleſiæ legimus, quomodo per Imperatores colligebantur, & ſolebant reges cum ſuis proceribus illis ſępe intereſſe, & fidei catholicæ ſe ſubſcribere. & multa inveniuntur ſolennia edita ſtatuta de electione regis, quomodo per electionem conſtitui debeat, & alia ſtatutum regium reſpiciẽtia, maximè circa conſervationem vitæ ejus, de quibus inferius videbitur. Ac etiam eccleſiaſtici canones multi in ipſis conditi ſunt, & in Concilio celebrato tempore Siſenandi in cap. legitur, quomodo illa univerſalis Synodus propter decreta patrum, quæ voluit unum debere uſum pſallendi & miniſtrandi eſſe in provincia: quia tunc Gallia & Hiſpania una fide & uno regno B continebantur. ſtatuerunt eundem ritum ſervari debere. Inveniuntur omnia in illis Conciliis definita, tam ad fidem quàm ad quaſcũque magnas cauſas pertinentia. & ſemper in principio fides recitabatur. Legitur enim in Concilio Toletano, tempore Chincillai celebrato quòd more Synodi univerſalis, poſt ſolennia perſunctæ orationis, fidem quam intrinſecè ruminabant, voce eructabant. Et in alio Siſenandi tempore celebrato: & quia generale Cõcilium agimus oportet primam noſtri ſermonis vocem de Deo eſſe, ut poſt profeſſionem fidei ſequentia operis noſtri vota, quaſi ſupra firmamentum firmiſſimum diſponãtur. Similiter legitur, contendentes de primatu in ipſis definitionem recepiſſe. Unde in Thaurinatium concilio ſcribitur: Illud deinde inter epiſcopos urbium Arelatenſis & Viennenſis, qui de primatus apud nos honore certabant, à ſancta Synodo definitum eſt. Cognovit de appellationibus & ſententiis, latis in Conciliis provincialibus, ut in geſtis ejuſdem Concilii de Exuperantio presbytero, & pro parte Terferii epiſcopi judicato, & Palladio laico contra Spanum presbyterum, cui grave crimen impoſuit, legitur. Natio enim Apbricana, talia univerſalia Concilia celebravit, ad quæ de aliis appellabatur, ut ſcribit idem Conciliũ in Epiſtola ad Cœleſtinum papam, & omnia definit, etiam trãslationes epiſcoporum (ut in 27. cap. ejuſdem Concilii habetur) & privationes epiſcoporum, & noluit quòd ad papam à

Digitized by Google

A ſenteutia illius Concilii appellaretur: ſed dixit termioari ibi cauſas debere, juxta definitionem Niceni concilii, ut ſcribit idem Concilium ad Bonifacium & Zozimum Rom. pontifices. Et hoc Coocilium hoc oidine annuē in 8. cap. ejoſdem Aphricani concilii jobebatur celebrari: Placuit ut propter Eccleſiaſticas cauſas, quæ ad perniciem plebium ſæpe veteraſcunt, ſingulis quibuſque annis Concilium vocetur. Ad quod omnes provinciæ, quæ primas ſedes habent, de Conciliis ſuis binos. aut quotquot elegerint epiſcopos, legatos mittāt, ut & minus invidioſi, minusq; hoſpitib. ſumptuoſi exiſtant, ut congregato conventu plena poſſit eſſe auctoritas: de Tripoli aotem, propter inopiam epiſcopotum, uuus epiſcopos veniat. Iſte textus eſt ootaudus in doobus. Primò, quòd ſedes proviociæ vocatur prima ſedes: ſecundò, ꝙ legati auctoritatem pręſtant provinciarum nomine pruvinciæ Concilio. qood ꝑ cardioalibos, & iis quæ ſoperi⁹ dicta ſunt, notari debet. Poſt hoc fuit ſublatum illud decretum in Milevirano concilio, ne frattes nimiū fatigarentut & fuit ſtatutū, ut nō niſi ꝑ neceſſaria communi cauſa convocaretur hoc generale Concilinm. Inſuper congregato univerſali Concilio tali, ſi tunc multæ reſtabant caoſæ tractandæ, & multi interfuēte epiſcopi ꝗlibet ꝑvincia vices aliquibus cōmiſit, & alii receſſerunt. Ita legitor io concilio Milevitano cap. 29. Item placuit, ne diuti⁹ univerſi epiſcopi, qui ad Concilium congtegati ſunt tenetē-
B tor ab univerſo Cōcilio, judices ternos de ſingulis provinciis eligi: & electi ſunt de ꝑvincia Carthaginēſi, Vincentius, Fortunatos, & Clarus: de provintia Numidiæ, Alipius, Auguſtinus, & Reſtitutus, & ſic de aliis. Et additut: Qui oēs cum ſanctoſene Aurelio univerſa cognoſcant, & ſubſcripſerūt uoiverſi Ex hoc eſt notandū, quando conſtitui debet Concilium reſtrictum, poteſtatē univerſam habens, p vicē teoēntes de ſingulis ſubjectis, vel ad Synodum ſpectantibus, cōſtitui debet. Quare ita in cardinalibus fieri deberet qui vices proviociarū, quæ ſubſunt Romanæ eccleſiæ, in quotidiano Coocilio gerunr Quòd autem iſta univerſalia Concilia majoris auctotitatis ſint ꝗ provincialia quæ eis ſubſunt, ex ſuperiotibus patet: & probant textus concilii Laodicenſis & Martini papæ, & alii qui habentur 6. q. 4.

Cap. XXV.

Et eſt conſiderandum, qoòd licet ex decreto concilii Arelatenſis ſecundi, io quo legati Sylveſtri papæ interfuēte, ad petitionē Arelatenſis epiſcopi Synodos celebrari deberet tamen in Tauritano concilio invenitut de eodem judicatum, in Quæſtione quam cum Viennēſi de primatu habebat. Sic Carthaginēſis non fuit à judicio illius ſynodi Aphricanæ exemptus: licet ipſe convocaverit, & prior in eō fuerit: quia indubitata fuit illa definitio Niceni concilii, Omnia exorta in Aphtica, in illo Cōcilio tetminari debere, ut 2. q. 6. placuit. Et licet ille textus dicat, de provinciali Aphtica-
A no ad generale, vel primarem, non ad tranſmarinum, excepto papa, appellare debere: tamen c. placuit, ejuſdem concilii, & idē cum primo, 11. q. 3. placuit, oon excipit papam, quia originale non excipit: imò primus textus 2. q. 6. falſus eſt. & multa de iis adduci poſſent. Et ſic de oniverſali univerſalis Eccleſiæ Concilio pariformiter nullum tunc fuit dubiū, quin et ſubeſſent omnia patriarchalia etiam Romanæ ſedis Concilia, nec propter hoc quòd aliquis patriarcharum ex ordinatione alicujus illius univerſalis Eccleſiæ Concilii. poteſtatem convocandi univerſalia talia Concilia habuiſſet; ſicut ſcribit Athanaſins, qui Niceoo concilio nondū tūc epiſcopus, ſed dign⁹ epiſcopatu interfuit, ad Fœlicē papā Nicenū cōciliū Rom. pontifici congregandi hanc Synodum poteſtatem dediſſe: fuiſſet exemptus à juriſdictione ipſius Syoodi, ſicut nec Arelatenſis, nec Carthaginenſis primates ut pręhabitū eſt. Et ſicut auctoritates præfatorum univerſalium cōciliotum regni, vel nationis, à congregante non dependet ſic ꝙ ibi non fuiſſet auctoritas plena, niſi pet ipſum deputatum convocatio facta fuiſſet, quoniam multa talia Concilia legimus abſq; illorum convocatione celebrata & acceptata: ita dicendū de univerſalis Eccleſiæ Concilio, ꝙ ejus auctoritas non ita dependet à cōgregante. quòd niſi pet papā congregaretur, ꝙ tunc non foret Concilium: quia tunc nō fuiſſent omnia octo univetſalia Concilia firma, quoniam per Imperatores congregata legun- B
tur: & Romanus ponrifex ad inſtar aliorū patriarcharum divales ſacras juſſiones, proveoiendo aut mittendo Cōcilium recepiſſe Et hoc eſt ex hoc manifeſtum, qooniam auctoritas de congregando Concilio, à Concilio cuicunque data, ceſſat congregato jam Concilio qualiter cunq;: ſed Concilio non congregato hoc operatur auctoritas, ꝙ eā à Concilio habens, quādo juxta commiſſionē ſibi expediri viſum eſt, poteſtatem habet cōgregandi: & cum congregatum eſt, expleta eſt commiſſio Si verò abſq; auctoritate habentis congregare convenitent plures ſpreto aut oō admiſſo commiſſario, vel eo non vocato juxta præhabita, imperfectum eſſet Coocilium. Sed ſi intimaretur neceſſitas congregandi Concilii commiſſionem habēti, nec curaret congregare nec convenire cum aliis ad providendum neceſſitatibus occurtētibus, dommodo alitet ritè celebraretur: qois dubitaret præſeotes fluctuanti Eccleſiæ illis non obſtantibus providere poſſe? neceſſitas. n. quæ legem oon habet, omnia argumenta poſitivi juris qualitercunq; fieri poſſent in cōtrarium, tunc ſolvit: ut Eccleſiæ Dei ſalubriter ꝑvideatur. Et in hac materia opus eſt reformatione, quoad ea quę expediri debent in ipſis provincialibus & univerſalibus regni aut nationis alicujus Synodi: ot Canon Sardicenſis concilii, qui habetur a. q. 6. ſcilicet ꝙ omnia in illis Conciliis qualitercūq; otirentur, etiā depoſitiones epiſcopotum in ipſis expedirentnr, & interpoſitis appellationibus ad Apoſtolicā ſedem,

A ſedem, quòd tūc nibilominus in loco ubi cauſa ortum babuit, datis propriis Apoſtolicis cōmiſſariis, in Synodo expedireutur oēs cauſæ, juxta formam ibi poſitam. Eſtq; etiam multum opportunum, provincialia Concilia continuari iudefectibiliter: & de ſuffraganeorum Cōcilio non propriam primò, ſed provincialem Synodum ſi opus fuerit interponi poſſe appellationem, ad univerſalia nationalia concilia Gallicana, Hiſpanica & Germanica, q̄omnium ſtudio pro conſervādaRep. ac pace patriæ, mutuaq; charitate re inſtitui opus foret. Nec debet Rom pon. hanc ordiuatiouem ægrè ferre, cum (ut ſcribunt Apbricani concilii patres, ad Cœleſtinum papam) decreta Nicena, ſive inferioris gradus clericos, ſive ipſos epiſcopos ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerūt. Prudentiſſimè enim juſtiſſimeq; viderunt, q̄cunq; negocia in ſuis locis, ubi orta ſuut, finienda. nec unicuiq; providentiā ſancti ſpiritus defuturam: quoniam æqnitas à Chriſti ſacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatut. Maximè quia unicuiq; conceſſū eſt, ſi jndicio offenſus fuerit cognitorum, ad Concilia ſuæ ꝓvinciæ vel etiam univerſale ꝓvocare: niſi fortè quiſquā ſit qui credat, unicuilibet poſſe Deum noſtri examinis inſpirare juſticiam, & innumeralibus congregatis iu Cōcilium ſacerdotibus denegare hæc ibi. Quare coutentari meritò debet Rom. pon. ſi res per Concilia eo ordine tractantur: & non debet ad ſuum examen ita cuncta advocare, & ſuum ju-

B dicium multis ſacerdotibus, auctoritate & divino jure, & Niceno concilio, definiēdi & terminandi habentibus, pręponere: ſufficere meritò debet Rom. pon. ſi Sardicenſe concilium ſuprà allegatum quod per legatos Apoſtolicæ ſedis Fauſtinum & alios, fuit pro ſtatuto Niceni concilii in Aphricana ſynodo falsè allegatum, & non acceptatū per eandem, ut in Epiſtola ejuſdem Concilii ad papam Bonifacium, & præfata epiſtola ad Cæleſtinum hæc patent, per has omnes provincias acceptetur. Verū eſt ipſos patres Aphricani concilii (in qno & ſanctus interfuit Anguſtinus) in præfata ad Cæleſtinum epiſtola ſcribere, hanc conſtitutionē, q̄ Gratiann s Sardicenſi concilio aſcribit, nulla patrum Synodo iuveniſſe conſtitntam. Quare ſatis poſſet dubitari, an Sardicenſis concilii conſtitutio exiſtat. Quare à fortiori papa conteutari deberet, ſi ipſam quam Aphricana Synodus non admiſit conſtitutionem, omni parte an ſit alicujus Cōcilii, & cujus, dubiam pro honore ſanctæ Rom. eccleſiæ acceptamus: & in iis ac aliis, ſancta hæc Synodus medium proportionatum loco & tempori tale Deo duce inveniet, ut ſi qua vitia ex obedientia nimia exorta ſunt, juxta doctrinam ſancti Gregorii, 1. q. 7. admonendi, uon foveantur amplius, ſed reſiſtatur ut in c. quippe, qui eſt textus ſancti Hierouymi ibidem. & 11. q. 3. quod ergo 83. diſt. quando. Et bæc ſufficiant pro hac materia.

Cap. XXVI. A

SUpereſt ut dè paucis ad reformationem facientibus mentionem faciamus. Digreſſio enim à fotma per pattes nobis tradita, difformitatem in Eccleſia cauſavit: quoniam non quiſque rectè uſus eſt ſua poteſtate. Eſſet itaq; de poteſtate eccleſiaſtica videndum, de qua multi eleganter ſcripſeruut: ac deinde quid rectè conveniat, cuique poteſtati præſideutiali in gradu ſuo, ut viſa veteri forma & exceſſu abuſus, reductio per proportiouatā media tempori congrua fieret. Hæc profunda & lata ſunt, ideo uon poſſunt facilè compendioſe perſtringi. Unde de poteſtate diſtributiva ſacramentorum, & diſpenſatione verbi, credita ſacerdotio primò multa dici oporteret. Snfficiat nunc, quod miniſtri & diſpenſatores myſteriorum ſciant, ſe nuncios angelos & Chriſti legatos cum hac commiſſione eſſe, ut omnia diſcretè ad Dei bonorem & populi ſalntem peragant, ut eſt præceptum Innocentii 90. præcipimus. Dum hæc ita agunt diſcreti diſpenſatores libertate credita ad hos prætactos fines ntendo, etiamſi alii aliter diſpenſent, dummodo diſpenſandi modus traditus per Eccleſiam: reſtrictè limitatns non exiſtat: talento credito rectè utitur, ut ſanctus Cyprianus ad Antoniauum, & Auguſtinus poſt eum ad Vincentium Rogatiſtam de certis epiſcopis, qui mœchos ad pœnitentiam nunquam admiſerunt, aliis admittentibus ſcri- B bune: quos tamen ea propter ab epiſcoporum ſuorum collegio negant receſſiſſe, vel catholicæ Eccleſiæ unitatem duritie cenſuræ ſeu obſtinantia rupiſſe: ut quia apud alios adulteris pax daretur, qui uon dabat de Eccleſia ſepararetur. Manente enim concotdiæ vinculo, & perſeverante Eccleſiæ catholicæ individuo ſacramento, actum ſuum diſponit & dirigit unusquiſque epiſcopus, rationem propoſiti ſui Domino redditurus. hæc ibi. & eſt ſententia ſancti Cypriani in variis locis. Unde varietas diſpenſationis, quæ propter diſciplinam rigoroſa fuit antiquitùs, & poſt hoc laxata: ſemper fuit iu libera diſpenſatione ſacerdotii ad prætactos fiues. Quondam enim lapſis uon dabatur nec ſpes communiouis, etiam in extremis. de pœn. diſt. 7. Hoc autem quouſque in unum couvenit ſacerdotium, & Scripturis ab utraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione inveniretur: ſcilicet ut in articulo mortis daretur. de quo latè per Cyprianum ad Antonium, de quo etiam de pœn. diſt 3. in tantam, & multis textibus ibidem. Et Iunocentius papa ſcribit, quomodo conſuetudo anterior habuit, ut concederetur pœnitentia & negaretur communio. Propter crebras perſequutiones conceſſa pœnitentia, & negata communio fuit: ut q̄ paſſim ad pœnitentiam admitterentur, in hoc ſaltem punirentur, ut de reconciliatione ſecuros revocaret per boc à lapſu. Hodie autem quia pax data eſt Eccleſiæ, obſervatio prior durior facta eſt inclinatior, ut & ad pœnitentiam ad-

Digitized by Google

A mittantur ſimnl,& ad ultimum viaticum.hęc ille. Illas omnes varietates annotare ſupervacoum hoc loco eſſet. Scimos in Sardicenſi cōcilio, quòd tota univerſalis Eccleſia recepit (ut habetur in geſtis octavi Concilii) ſtatutum: ambitioſos etiam in mortis articulo extremo, ad communionem admitti non debere: licet Niceonm concilium, omnem facinoroſnm ad ultimum viaticum admitti jubeat. Similiter in ultimo Capitnlo concilii Carthaginenſis, cui ſe Auguſtiuus ſubſcripſit:mandatur, cōmunionem nūquam dari illis, qoi emiſſo voto caſtitatis, & aſſumpto habitu, poſt hoc redierunt ad ſeculum, & contraxerunt. Ex quo & aliis multis boc ſaltem habetur, libertatem credita potestatis in dādis & diſtribueodis ſacramentis, ad fines prædictos apud ſacerdotium eſſe dandi & non dandi, ſecnndum locum & tempus & diſpoſitionem ſubditorum. Ex quo evenit, ut ſicut cōmunicare eſt ſalutare & medicinale: ſicut & excommunicatio, eſt medicinalis propter obedientiam, ad quam omnes fideles tenētur in boc maximè 11 q.3. ſiautē.&c. abſit. Ita enim ſanctus Petrus legitur ad Clementem dixiſſe: Oportet eum qui præeſt, vicē mediciugere. De quo in Epiſtola Clementis, ad Jacobum fratrem Domini. Unde clarè babetor, Bobemos non rectè ſapere, quòd communio ſub utraque ſpecie, quoad laicos de neceſſitate ſalutis exiſtat. Quia cum laici per ſe non capere poſſint. & cum ſacerdotio credita ſit poteſtas diſtribuendi, ſic quòd dare & non
B dare poſſit ad fines prædictos, ſicut etiam doceot prædicta exempla: qoomodo tunc laici ad impoſſibile obligarentur? Et ſi dicuot, quòd ſacerdotium præcepto Chriſti diſtribuere teneatur: dicāt quomodo ſtetit Eccleſia in Chriſti præceptis ante Innocentium papam, quando conſuetudo fuit non dandi: deinde in tempore Cypriani & Cornelii papæ, quando lapſis non dabatur: & tempore Sardicenſis concilii, quando ambitioſis denegabatur: & illo tempore, quando mœchis & tranſgreſſoribus voti caſtitatis & tempore Eliberitani concilii, ut habetur in c. 63. ejuſdem, quando adulteris, pueris interficientibns etiam in extremis conſtitutis non dabatur: & deficiētibus in accuſatione gravi criminis presbyteri vel epiſcopi, ut in eodem Concilio cap. 75. & ſtupratoribus puerorum, ot in cap. 71. & mulieri alium virum, quàm illum cum quo mœchata fuit, ducenti, ca.72.c. babeotur, io omnibus illis etiam in fine vitæ communio oon dabatur. Et jā longo tempore quando ſub una ſpecie datur, ſi præceptum eſſet diſtribuere ſub utraq; ſpecie: non eſſet verum, quòd major pars ſacerdotum & epiſcoporum ſecundum ſententiam Chriſti (ut ſcribit ſanctus Cyprianua) in vera fide & lege Chriſti ſemper ſtetiſſet. ut ſnperius tetigi, & collegi latè ex canone Bibliæ, & Canooibus conciliorum, & doctorū ſcriptoris, auctoritates hoc probantes, quomodo irreſtrictè liberrima apod ſacerdotium eſt poteſtas diſtributiva bujus ſacramenti Euchariſtię, in quodam opuſculo contra hunc Bohemorū ettorem. quare nunc iſta miſſa faciamus. Sufficiāt iſta, quia p̄ſentis ſpecolationis non ſunt. A Sufficit ſcire, apud ſacerdotiū hîc cōgregatū, liberam poteſtatem eſſe ordinādi commiſſam, diſtributivam curam io laodem Dei & populi ſalutem, ordinationibus & conſuetndinibua variis non obſtantibns.

Cap. XXVII.

DEinde ſoperioribus obediendum, dnmmodo termioos, infrà qoos poteſtas cujuſq; clauditur, non excedant. Videndum primò de poteſtate Romani pontificis, quia ut dicit Gregorius 2. q. 7. ſicut (inquit) à capite incipiendum eſt in Concilio reformatorio, hoc ſupraſcriptio conjoncta textui probat. Unde ſi ita ſit, ut omnis poteſtas regulis p universalia Concilia traditis in ſuo regimine utatur, neceſſariò optima reformatio ſequitur. ſic eoim ſcribit Leo papa ad Conſtantinū, Audentium, Ruſticum: Juſta & rationabilis cauſa gaudendi eſt, cum à ſacerdotibus in tantum ea geſta cognoſcimus; quæ & paternorū canonum regulis, & Apoſtolicis congruant inſtitutis. Neceſſe eſt enim ut omne corpns Eccleſiæ ſalubri creſcat ongueoto, ſi membra q̄ præſunt, & vigore excellant auctoritatis, & traoquillitate moderaminis. bæc ille. Unde ſecundum Leonem nonum (nt ſoperins babetur) membra omnia unius Eccleſiæ & corporis Chriſti myſtici, habent ſua ſingularia officia, in quibus per alia impediti abſq; ordinis turbatione non poſſunt 80. diſt. ſingula. Tur- B batio autem ordinis, eſt totius colligantiæ Eccleſiaſticæ uoionis turbatio, & ex illo diſſormitas & languor in totum corpus diffunditnr, 11. q. 1. perveuit 99. diſt. nullus &c. ecce: & textns Gregorii ſingula dicit noxium, ſimulque turpiſſimom eſt. unum membrum alterius officium uſurpare, & miniſteria ſingulariter non diſtribuere. Igitur nec caput, nec membrum aliud quodcunq; uſurpandi poteſtatem alterius membri habet, ſi ſanum & vivax abſque oegligentia fuerit illud, cujus officiom uſurpatnr abſq; totius corporis læſiva turbatione. Quare ſi ſciverimus, quæ cuique membro ex antiquorum regulis conveniunt, videbimos uode corpus Eccleſiæ deformatum exiſtit: non enim deformatū foret, niſi exceſſos & abuſus interveniſſet. Et quia dum caput ægrotat, cætera membra dolent: hinc integritas præſidentium, ſalus eſt ſubditorum 60. diſt. 1. miramur 86. diſt. inferiorum. Quare nulla major diſſormitas ab aliquo poterit exoriri, quàm ab illo qui ſnæ magnæ poteſtatis intuitu, licere ſibi cuncta credēs, in ſubditorum jura prorumpit.

Cap. XXVIII.

VIdeamus igitur quæ ſummi præſulis regulata poteſtas, quæ cum ſioe dubio maxima ſit in paſcendis ovibus, in dedicendis ambiguis gravibus dubiis, habet tamē certas particulares regulas. Nam licet c. 1. de trāſlation. prælat. in textu & Glo. & de ext. prælat.

ſicut

A ſicut venire, & de off. leg. quod translationem de coocef. præben. propoſuit. & 25. q. 1. ſunt quidam. 1. q. 7. ver. niſi rector rigor in Glo. & 14. diſt ſicnt in Glo: antiqua. & aliis locis præ Glo. notetur qnid papa poſſit. hoc tamẽ quod ipſi regulariter oompetit eſt, quia princeps in epiſcopatn fidei, in dubiis fidei (nt ſuperins aliquo ſuco dicitur) & deinde in cnnctis univerſalem curam totius Eccleſiæ reſpicientibus & in gravibus caſibus. Verùm de ſua poteſtâte in Nicena ſynodo, in Chalcedonenſi, ac 8. Conſtantinopolitano ita invenio. In Niceno dicitur ſexto cap. quòd de conſuetudine omniũ ſuorũ habet poteſtatem, ut 66. diſt. mos eſt, licet ille canon non ita in Chalcedooenſi concilio inveniatur productus Unde ſententia Chalcedonenſis concilii ſuper allegationibus tam Romanæ quàm Conſtantinopolitanæ eccleſiarom primatu, ſic canit: Ex iis quę geſta ſunt. vel ab unoquoque depoſita perpendimus, ante omnia quidem primatum & honorem præcipunm, ſecundum Caoones, antiqoæ Romæ reverendiſſimo epiſcopo conſervati. Oportet aotem reverendiſſimum archiepiſcopum regiæ Cõſtantinopolis urbis novæ Romæ, iiſdem primatus honoribus dignnm eſſe. & poteſtatem habere ordinare epiſcopos in Aſiana, Pontica & Thracia diœceſibus, ſecnndum hunc modum, nt decreto facto à clericis nniuſcujuſq; Metropolis, & poſſeſſoribus, atque clariſſimis ſuper hæc & à reverendiſſimis epiſcopis provinciæ omnibos aut plu-
B ribus eligi, quantumq; pręfatæ Eccleſiæ metropolitanæ dignum eſſe probaverint. Referri autem ab omnibus eligẽtibus ſanctiſſimo archiepiſcopo Cooſtantinopolitano, utrum ſic ſi velit bunc qui electus eſt deductum his ordinare, aut ſecnodum ejus promiſſionem in ꝑvincia epiſcopatus mereri decretum. Uniuſcojuſque tamen civitatis epiſcopus ab omnibus ordinari, aut plurimis provinciæ reverendiſſimis epiſcopis poteſtatem babente Metropolitano, ſecundum patrum regulam defioitam, nihil communicante in illorum ordinatiooibus reverendiſſimo archiepiſcopo Conſtantinopoleos: hæc à nobis proſpecta ſunt: q̃ aotem videotor, ſanctum & univerſale Concilium docere diguetur. Reverendiſſimi epiſcopi dixerunt: Hæc juſta ſentit, hoc omnes dicimus, hoc omoibus placet: & in fine qood interloquuti ſumos, tota Synodus comprobavit. Ex iſto decreto habetur, quòd quilibet honoribus gaudet io primatu papæ, illis & Conſtantinopolitanus: ſed Conſtantinopolitauus ſolum habet confirmationem Metropolitanorum, nt patet ex decreto: igitur & Romanus pootifex regulariter. Et per hoc faciunt ea q̃ c. diſt. per totum habentur: tamen de jure cõfirmatio Metropolitanorũ oon eſt niſi à ſuis ſubjectis. l. 1. diſt qui in aliquo & 63. diſt. quia igitur in Gloſ. licet pallium ſolum Romanus põtifex tradat, ut c. diſt, per totũ, & aliis locis multis. Et ad hoc decretũ 17. octavi Cõcilii univerſalis. poſt quod Concilium nnlium tale fuit, cujus decreta habeamus. Dicitur enim in rubro illius decreti, de poteſtate patriarcharum, A
& Metropolitanorum ad eos adventu: Sancta & univerſalis Nicena prior ſynodus, antiquã conſuetudinem jubet ſervari per Aegyptum, & provincias qoæ ſub ipſa ſunt, ita ut horum omninm Alexandrions epiſcopus habeat poteſtatem, dicens: quia & in Romanorum civitate hujuſmodi mos prævaluit: qua pro cauſa & hæc ſancta & magna ſynodus, quam in ſeniori & nova Roma, q̃ in ſede Alexandrinæ, Antiochiæ, Hieroſolymorum priſcam conſuetudioem decernit in omoibus conſervari, ita ut eorum præſules univerſorum Metropolitanorum, qui ab ipſis promoventur, ſive per manus impoſitionem, ſive per pallii dationem epiſcopalis dignitatis firmitatem accipiunt: habeant poteſtatem, videlicet ad convocãdum eos urgeote neceſſitate ad ſynodalem conventum, vel etiam ad coercendum illos & corrigeodũ, cum fama eos ſuper quibuſdam delictis forſan accuſaverit. Sed quoniam ſunt quidam Metropolitanorum, qui ne ſecundum vocationẽ Apoſtolici præſulis occurrant, à mundi principibus ſe detineri ſine ratione cauſantur: placuit talem excnſationem omnimodò eſſe invalidam. Cnm enim principes pro ſuis cauſis frequenter conventus agant, impium eſt ut ſummos præſules, ad ſynodos pto Eccleſiaſticis negotiis celebrandis impediant, vel quoſdam à Conciliis eo prohibeant: licet tale impedimentum & fictam prohibitionem, Metropolitanorum ſuggeſtione diverſis modis fieri didicerimus. Conſoeverunt autem Metropo- B
litani bis in anno ſynodos facere, ideoq;, ſicut dicunt, ad patriarchale penitùs non poſſe concurrere caput. Sed ſancta hæc & univerſalis ſynodus, nec Concilia quæ à Metropolitanis fiunt interdicens multò magis illa novit rationabiliora eſſe, ac utiliora Metropolitanorum Conciliis, quæ à patriarchali ſede congregantur, & idcirco fieri exiſtit. à Metropolita quippe unius provinciæ efficitur, à patriarcha verò ſæpe totius cauſa diœceſeos diſpeoſatur, ac ꝑ hoc communis utilitas providetur, propter q̃ & ſpeciale propter generale bonum deſpici convenit, cum à majoribus ſuper hoc facta fuerit advocatio. Quamvis apud quoſdam Mettopolitanorum antiqua conſuetudo & canonica traditio per contemptum ipſorum poſtpoſita videatur, non currentibus eis ad communem præfectum: quos leges Eccleſiæ ſeverè condemnantes omoi excuſatione ſemota, ſubjacere vocationibus proprii patriarchæ, ſive cum communiter, ſive cum ſigillatim factæ fuerint, exigunt. Illud autem tanquam peroſum ab auribus ooſtris repulimus, quod à quibuſdam imperitis dicitur: non poſſe ſynodum abſque principali præſentia celebrari, cnm nuſquam ſacri canones convenire ſæculares principes in Conciliis ſanxerint, ſed ſolos antiſtites. Unde nec interfuiſſe illos ſynodis (exceptis Conciliis univerſalibus) invenimus. Neque enim fas eſt, ſæculares principes ſpectatores fieri rerum quæ ſacerdotibus Dei nonnunquam eveniunt. Quiſquis ergò

Digitized by Google

A Metropolitanorum proprium patriarcham contempſerit, & vocationi ejus quæ ſive ad unum & ſolum, ſive ad plures ſive ad omnes ſit, abſque validiſſima ægrotatione, vel paganorũ incurſo non obedierit, & per totos duos menſes poſt noticiam vocationis ad proprium venire patriarchã minimè feſtinaverit, vel ſi quo cunque modo latitare, aut non cognoſcere nuncium ab illo miſſum tentaverit, ſegregetur. Si verò intra unum annum eandem contumaciam & inobedientiam demonſtraverit, deponatur omnimodo. & ab omni ſacerdotali operatione decidat, atque à dignitate & honore quæ Metropolitanis convenit propellatur: hic autem qui huic definitioni non obedierit, anathema ſit. Ecce modò quod regulariter papa non habet, niſi Metropolitanos cõfirmare, & pallium tradere, & ad Concilium vocare, & per hoc. 3. q. 6 dudum. Et nota ſubſcriptionem, quia dicit de poteſtate patriarcharum: unde licet textus in convocatione aliter dicat, 9. q. 3. per principalem ſcilicet, quòd tã monachos quàm clericos omnes ad ſe convocare poſſit: tamen ſecundum Gloſ. antiquam hoc non eſt ita regulare, quia hoc facere debet prius conſulto prælato eorum: non tamẽ eorũ requiritur conſenſus, ut habet Glo. Unde ſi ſecundum definitionem Nicolai papæ 9. q. 3. conqueſtus. Niceni canones locũ habere debent: tunc hæc eſt intentio Niceni concilii, q̃ hic ponitur: quoniam hic eſt textus Niceni concilii inſertus, & poſt hoc declaratus: quo-
B niam illa poteſtas eſt in confirmando Metropolitanos, & convocando Concilium papa enim ſi ſecundũ Nicenos canones ſuã poteſtatẽ menſurare voluerit: tunc Metropolitanis jus eorum dimittit, & permittit, etiam quamlibet Eccleſiam liberam habere poteſtatem, ſuam diœceſim gubernandi; & jam ſuperius de inviolabilitate & ſtabilitate illorum canonum, & irritatione ejus, quod in contrarium præſomitur: & quando obſervantur, quòd tunc pax in Eccleſia Dei cuſtoditur, ſatis audivim⁹, Ecce ut illa etiam auctoritate Romani pontificis Bonifacii papæ, ad Hilarium Narbonenſem epiſcopi præbentur, ſubnectatur parũ epiſtolæ ejus Audivimus Patroculum in aliena provincia prætermiſſo Metropolitano, contra patrum regulas aliquem ordinaſſe, quod nequaquam poſſumus ferre patienter: quia convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Nulli enim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicenę: quia ita præcipitur (ut eadem propriè verba ponamus) per unamquámq; provinciam jus Metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duos poſſe eſſe ſubjectos, & infrà: ceſſet hujuſmodi preſſa auctoritate præſumptio eorum, qui digitum ultra ſuæ dignitatis limitem extendunt. Quod idcircò dicim⁹, ut advertat charitas tua, adeò nos Canonũ precepta ſervare, ut iſta cõſtitutio quoque noſtra definiat, quatenus Metropolitani ſui, unaquæque provincia in omnib. rebus ordinationem ſemper expectet Et concilium Nicenum 64. diſt. epiſcopi. dicit, epiſcopo confirmationem ad Metropolitanum pertinere. Et idem concilium Nicenũ dicit: Illud generaliter clarum eſt, quòd ſi quis præter cõſcientiam metropolitani factus fuerit epiſcopus, hunc magna Synodus definit epiſcopum eſſe non oportere. c. diſt. illud de iſto, 65. diſt. p totum. Et in c. non debet, quod eſt Concilii Martini, dicitur ordinationẽ aliter factam nihil valere. Et Antiochenũ conciliũ in c. ſe. dicit: Si aliter quàm ſtatutum eſt, factum fuerit, nihil valet: electio & ordinatio ad idem capiũtur, ut infrà dicetur. & hæc eſt ordinatio Dei patris, & lex matris Eccleſiæ. 3. q. 6. hæc quippe. Unde Leo papa ad Athanaſium ſecundum: Sanctorum patrũ canones ſpiritu Dei cõditos, & totius mundi reverentia conſecratos, ſingularum provinciarum epiſcopos traditum ſibi antiquæ dignitatis intemeratũ habere decernimus, ita ut à regulis præſtatutis nullã aut negligentia aut præſumptione decidant. Et ut idem Leo ad Maximum Antiochenum dicit: Quoniam univerſæ pacis tranquillitas nõ aliter poterit cuſtodiri. niſi ſua canonibus reverẽtia intemerata ſervetur. Ecce quomodo jus decrevit, quod judicio Metropolitanorum epiſcopi promoveri deberent. 24 di. epiſcopi. & de hoc ſunt jura infinita. Et ſecũdũ Hincmarum, epiſcopus non debet papam ſine conſultu metropolitani adire: ut ſcribit Zozimus univerſis epiſcopis per Gallias. in Epiſtola quæ incipit, Placuit, ubi de commendatitiis loquitur. Similiter appellatio gradatim fieri deberet, non prætermiſſo Metropolitano, niſi cauſam contra eum haberet 2. q. 7 Metropolitani. Quomodo autem primatis conſenſus etiam intervenire ſoleat, quando Metropolitanus ordinavit, habetur 65. diſt perſona. B

CAP. XXIX.

ET quia octavum univerſale Conciliũ fuit, ut prædixi, ultimum, in quo canones ſcripti ſunt: tũc ſatis illos põderate habemus. Et licet canones ejus ſparſim in decreto habeantur, habẽtur tamẽ ſub titulo aliquãdo Adriani papæ, ut 61. diſt. nullus & c. Adrianus. vel ſub titulo ſextę Synodi, ut 12. q. 2. Apoſtolicos. & ſunt canones octavi Concilii, ideo annotare curavi. In facto enim Metropolitanorum primo, 24 cap ſtatuit, quòd Metropolitani non p ſuffraganeos divina officia & lætanias, & alia ſacra q̃ ad ſua miniſteria pertinẽt, ſed p ſe ipſos peragant Unde ſic dicit, divina Scriptura dicente: Maledictus omnis homo qui facit opus Domini negligẽter. Quidam Metropolitanorum in extremã negligentiã & deſidiam dilapſis, præceptionib. ſuis ſubjectos ad ſe adducunt epiſcopos, & committunt eis Eccleſiæ ꝓpriæ divina officia & lætanias, & cuncta omnino ſacra quæ ad ſe pertinent miniſteria: ita ut per illos celebrent omnia quæ per ſemet alacriter agere debuerũt ac per ideos qui epiſcopalem dignitatem meruerũt, quodãmodo clericos ſibi ſubjectos exhibeant. Vacant autẽ iidẽ, præter Eccleſiaſticas leges, ſæcularib. curis atq; diſpoſitionibus, dimittentes perſeverare in orationib. & obſecrationib. ꝓ ſuis delictis,

ac

A ac populi ignorantiis; quod nuſquam apud antiquos penitùs invenitur, cùm ſit nimirum cõtrarium Canonicis omninò pręceptis. Et quod ſævius eſt, quia ſua ſtipendia per diſtinctas mēſium vices percipiunt, dicuntur prædicta perficere miniſteria: quod ab Apoſtolicô munimine modis omnibus oſtenditur alienum. Hęc autem omnia, magnis & multis & vehementiſſimis damnationibus dignos hujuſmodi ſtatuunt: probātur enim tales per hæc quæ fiunt, etiam Sathanica jactantia & ſuperbia languere. Quiſquis autem Metropolitanorum poſt hanc ſanctæ & univerſalis Synodi definitionem, eadem audacia vel ſuperbia & contemptu abuſus, non per ſe cum timore Dei & alacritate ſeu conſcientia bona, debita miniſteria in propria civitate, ſed per ſuffraganeos epiſcopos efficere tentaverit: pœnas exſolvat coram proprio patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur. Ecce, ſi vacare ſecularibus curis atque diſpoſitionibus, eſt omninò contrarium Canonicis præceptis in Metropolitano: quomodo penè omnes à papa, qui ſummus Metropolita eſt, uſque quaſi ad minimum Metropolitam, canonica pręcepta ſervantur, nonne iſte tex. verè narrat diſpoſitionem hodiernam? Si igitur reformatio fieri debet in iis quæ fiunt contra Canonica præcepta, neceſſe eſt ſecundum illum Canonem ampliùs illis ſæcularibus curis & diſpoſitionibus non vacare: ſed ea quæ curæ animarum ac officio incumbunt, diligenter ac alacriter exercere. Unde ne papa

B ſibi hoc non dictum putet, videat id quod ſcribit ſanctus Clemens ad Jacobum fratrem Domini, quid ad eũ dixerat ſanctus Petrus, dum eum ordinaret, & ſibi ligandi & ſolvendi poteſtatem tradidiſſet, ac expoſuiſſet quomodo ut medicus pro ſalute ſubditorum illis uti deberet: ſubjunxitque, in nulla alia occupatione inveniri debere. mundialis negotii occaſionem perplexus dicens: Neque enim judicem aut cognitorem ſæcularium negotiorum hodie te voluit ordinari Chriſtus, ne præfocatus præſentium hominum curis non poſſes verbo Dei vacare. Ad idem 96. di. cùm ad verum. & c. duo quippe: Ecce negare non poteſt papa, aut quilibet paſtor, quin ad paſcendum verbo & exemplo datus ſit, ut hæc Agatho dicit: ut in ſexta Synodo, in prima actione legitur ſic: Væ mihi, ſi negligens fuero. Quis rogo ſufficit ad tantam curam ſpiritualem? nonne ſi perdifficile eſt ſpirituali curæ ad normam ſatisfacere: neceſſariò concedendum eſt, temporalium curam præſidentibus paſtoribus multum obeſſe? pluribus enim intentus, & penè ſe mutuò non planè conſentientibus, quomodo utrumque rectè agere poteſt, cùm qui ad utrumque feſtinet, neutrum peragit? & non eſt opus circumloquutione. videmus propter cõmixtionem curarũ, ſpiritualem curam à temporali victam & penè ſuccubuiſſe. Et ſi temporalia ita ad ſpiritualia cõferunt, ut ſine ipſis ſubſiſtere non poſſint: non eſt tamen propter hoc cura temporalium ſpiritualibus humeris alliganda, ne qui ut ſpiritualior cæteris ut pontifex, iter in patriam oſtendere habet, mole temporalium graviter preſſus, citiùs cæteris in via deficiat. Nam ſæpè poſt Conſtantinum fuit iſte regendi modus, quando Concilium octavum univerſale, de quo extractus eſt Canon præcedens, ſequebatur 400. annis & ultra Conſtantinum. Nec legitur in illis geſtis, nec geſtis ſexti Concilii tempore Agathonis celebrati, Romanum pontificem ita temporali curæ invigilaſſe: licèt inveniatur Siciliam, Calabriam, Campaniam, fuiſſe de patrimonio ſancti Petri: ſed fuerunt patricii ac alii rectores, hanc Soldatorum curam gerentes, de quibus 63. diſtinct. in Synodo & 96. diſtinct. bonæ inquit, & aliis locis legitur. Cum Dei adjutorio juxta Canonem præfatum, & maximè in temporalium cura, remedium per ſanctam hanc Synodum tale inventum fuit: quod ſi ſpiritualibus ampliùs impedita ſe erigere, vireſcere & reviviſcere poſſit, cuncta ſalubriter ſuccedent. Quanta autem fuerit antiquorum cura ad prohibendum commixtionem ſpiritualis & temporalis curæ in clero, vide ſanctum Cyprianum ad clerum & plebem, de Victore qui Fauſtinum presbyterum tutorem nominavit. & 88. diſtinct. per latum, & per totam diſtinctionem. ſed per vicedominos & œconomos temporalia agebant, ut in c. volumus. 89. diſtinct. & c. quia in quibuſdam. de offi. or. cùm vos. 16. quæſt 7. nona actione. Et pro iſto, noſtri Alemani in omni genere ſcientiarum expertiſſimi, Hugonis de ſancto Victore ſententia, quam in ſuo ponit ſacramentali B notanda, dum dicit Eccleſia licèt fructum terrenæ poſſeſſionis in uſum accipiat, poteſtatem tamen exercendæ juſticiæ per Eccleſiaſticas perſonas, aut judicia ſæcularia exercere non poteſt: poteſt tamen miniſtros habere laicas perſonas, per quos jura & judicia ad terrenam poteſtatem pertinentia, ſecundùm tenorem legum & debitum juris terreni exerceantur: ſic tamen ut qui poteſtatem habent, à principe terreno ſe habere cognoſcant. hæc ille. Secundum hoc patricii & rectores patrimoniorum eccleſiarum, per principem dabantur, cõſenſu eccleſiarum interveniente.

Cap. XXX.

Est tamen etiam unum deinceps de medio tollendum, in quo majores licentiæ altæ poteſtatis in ſubditos delinquunt eos ultra juſtum gravando. Unde octavum univerſale Cõcilium 9. cap. canonem contra archiepiſcopos ſub obtentu viſitationis gravantes ſuffraganeos promulgavit, in hæc verba: Avaritiam, utpote ſecundam idololatriam, Paulus magnus execratur Apoſtolus, cunctos videlicet qui Chriſtiano vocabulo cenſentur, ab omni turpi lucro abſtinere volens: multò magis ergo iis qui ſacerdotio funguntur, nefas eſt coepiſcopos aut ſuffraganeos ſuos per quemcunq; modum gravare. Hujus rei gratia definit hæc ſancta univerſalis Synodus, nullum archiepiſcoporum aut Metropolitanorum relin-

A quere propriam Eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias accedere, & poteſtate propria contrà infirmiores abuti, & conſumere redditus, qui apud illos inveniuntur ad eccleſiaſticam diſpoſitionem, & alimenta pauperum: ac per hoc gravare avaritiæ modo conſcientias fratrum & comminiſtrorum noſtrorum, excepta hoſpitalitate, quæ aliquando ex neceſſario tranſitu fortaſſis acceſſerit. Sed & tunc non alia niſi ex iis quæ ad præſens de compendio præparata inveniuntur, cum reverentia & timore Dei dignanter accipiat, & maturius propoſitum iter perambulet, nihil omninò eorum quæ ſunt Eccleſiæ illius vel ſuffraganei epiſcopi petens aut exigens. Si enim unumquemque epiſcoporum Eccleſiæ propriæ rebus cum multa parcitate uti, & nullatenus in proprias utilitates importunè ac ſine ratione diſperdere vel cõſumere redditus Eccleſiaſticos, ſacri canones decernunt: qua putas impietate minimè judicabitur indignus, qui aliis epiſcopis commiſſas eccleſias gravare, vel ambire, ac per hoc ſacrilegii crimen incidere non formidat? Quiſquis ergo poſt hanc definitionẽ noſtrá tale quid facere tentaverit, pœnas ſubeat à patriarcha qui per tempus fuerit, ſecundùm congruentiam injuſtitiæ ac avaritiæ ſuæ, & deponatur & ſequeſtretur ut ſacrilegus, & alter idololatra factus juxta magnum Apoſtolum. Ecce ſacrilegos eſſe, qui occaſione alicujus apparentis boni, ſubditas eccleſias gravant. Unde hic mundus clamat de quęſtu Romanæ

B curiæ, ſi ſimonia ſuo modo hęreſis eſt, ſi gravare ſubjectas eccleſias ſacrilegium eſt, ſi hęc agens ſecundùm magnum Apoſtolum idololatra eſt: neceſſarium erit in via reformationis omnes hujuſmodi quæſtus tollere, maximè quia ſcandalizata eſt ipſa univerſalis Eccleſia ex hac avaritia præſidentium, & plus Romanæ curiæ quàm aliarum eccleſiarum. Tolli itaq; neceſſe eſt per hoc ſacrum reformatorium Concilium maximè iſtud, quod Deo ita adverſum, animabus adeò noxium, & in tota Eccleſia eſt ſcandaloſum, fiant cuncta in Romana curia, ac aliis Metropoliticis, gratis. Si eget ſuperior ſubſidio, charitativa contributio tunc abſq; reniſu fiet, quando extorſio ceſſat. Si univerſale regimen Eccleſiæ depoſcit pro expenſis legationũ ac aſſiſtentium in quotidiano Concilio, & cæteris ſervientibus publicæ utilitati: non dubiũ de collecta ſufficienti abſq; difficultate ꝓvidebitur. Si cæca avaritia, ac pompoſa evacuabitur curialium diſſolutio: Deus pius non dimittet Eccleſiam, quin ei in cunctis opportunis indubiè tunc provideat: maximè quando ea quæ Chriſti ſunt, & non noſtra, tranquillo animo fiunt. Nec poterit fortè durabilis regula pro nunc inveniri, quæ pro contributione annuali facienda ſemper ſufficiat: oportet enim ſemper neceſſitati occurrenti providere, ſecundùm quod occurrit. Unde ſtatuit pro nunc ſacra hæc Synodus aliquam annuam collectã, duraturam uſq; ad proximum univerſale Concilium: quod ſi Romano pontifici caſus arduus adveniat, propter quem aliter fieri neceſſe eſt, convocet Concilium univerſale, ut provideatur. A

Cap. XXXI.

INſuper ſępè ſubditi per viam injuſtitiæ gravantur, aut quandoq; ſuſpectum habent epiſcopum propter gratiã quam adverſario pſtat, aut inimicitiã: tunc ſtatuit ipſa octava Synod⁹ 26. cap. cõtra hoc remediũ, ita dicens: Placuit & hoc ſanctæ Synodo, ut quicunq; presbyter aut diaconus à proprio epiſcopo depoſitus fuerit propter aliquod crimẽ, vel quamlibet injuſtitiã ſe pati dixerit, nõ acquieverit judicio ꝓprii epiſcopi, dicens eũ ſuſpectum ſe habere, & vel propter inimicitiã quam erga ſe tenuerit, vel propter gratiã quam aliis quibuſdã pręſtare voluerit, idcircò in ſe fuiſſe tale quid operatum: poteſtatẽ habeat ad Metropolitã ipſius ꝓvinciæ concurrere, & eã quam putat injuſtam depoſitionem vel aliam lęſionem denunciare. Metropolita verò ille libenter ſuſcipiat hujuſmodi & advocet epiſcopũ qui depoſuit, vel alio modo clerũ lęſit, & apud ſe cum aliis etiam epiſcopis negocii faciat examẽ, ad confirmandum ſcilicet ſine omni ſuſpicione, vel deſtruẽdum per ampliorem Synodum multo ſententia clerici depoſitionem. Similiter etiã epiſcopos concurrere ad patriarchale caput decernimus, qui à Metropolitis ſuis ſe talia pertuliſſe fatentur: & apud patriarcham & Metropolitas, qui ſub ipſo ſunt, juſtã & ſine ſuſpicione ſententiam, negocium quod movetur, accipiat. Inſu-

B peretiam nullo modo quiſquam Metropolitanorum vel epiſcoporum, à vicinis Metropolitis vel epiſcopis provinciæ ſuæ judicetur, licèt quædam incurriſſe crimina perhibeatur: ſed à ſolo patriarcha proprio judicetur, cujus ſententiam rationabilem, & judicium juſtum, ac ſine ſuſpicione fore decernimus, eo quod apud eum honorabiliores quiq; colligantur: ac per hoc ratum ac firmum penitùs ſit, quod ab ipſo fuerit judicatum. Si quis autem non acquieverit iis quę à nobis edita ſunt, excommunicatus exiſtat. Ex iſto canone clarè habetur, quo remedio gravatus uti debeat: & quod gradatim ad ſuperiorem patriarcham deveniendum eſt, cujus judicium firmum ex eo eſt, quia honorabiliores quique apud eum colliguntur.

Cap. XXXII.

STatuit præterea 27. cap. eadem Synodus quod palliis non niſi certis temporibus Metropolita, aut alius cui convenit, uti debet: & quod ex monaſtica vita ad epiſcopalem dignitatem promoti, vitam & habitum monaſticum ſervare teneantur. Satis congruit hæc ultima particula tempori noſtro, quoniam diſſolutos pleroſque ex epiſcopis & monachis factos videmus, nec habitum nec vitam habentes priſtinam. Statuit & ipſa Synodus 22 c. per electiones prælatos fieri, dicens: promotiones & conſecrationibus epiſcoporum, concordans priorib. Cõciliis electione ac decreto epiſcoporum collegii fieri, ſancta hæc & univer-

ſalis

A ſalis Synodus definit & ſtatuit: atque jure promulgat, neminem laicorum principum vel potentatuum ſemet inſerere electioni vel promotioni patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cujuslibet epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confuſio vel contentio, præſertim cùm nullā in talibus poteſtatem quenquam potentatuum vel cæterorum laicorum habere conveniat: ſed potiùs ſilere, & attendere ſibi, uſque quò regulariter à collegio Eccleſiæ ſuſcipiat finem electio futuri pontificis. Si verò quis laicorum ad concertandum vel cooperandum ab Eccleſia invitatur, liceat hujuſmodi cum reverentia, ſi fortè voluerit obtemperare. Et infrà: Quiſquis autem ſæcularium principum & potentatuum. vel alterius dignitatis laicus, adverſus communem ac cōſonantem atque canonicam electionem Eccleſiaſtici ordinis agere tentaverit: anathema ſit, donec obediat & conſentiat in hoc, quod Eccleſia de electione & ordinatione proprii præſulis ſe velle monſtraverit. Hoc decretum, non tamen cum recta ſuperſcriptione, habetur *63*. diſtinct. nullus. & c. Adrianus. Statuit ſimiliter 12. cap. ſic: Apoſtolicis & Synodicis canonibus, promotiones & conſecrationes epiſcoporum ex potentatu & pręceptione principum factas, penitùs interdicentes, concordantes definimus, & ſententiam nos quoque proferimus: ut ſi quis epiſcopus per verſutiam & tyrannidem principum, hujuſmodi dignitatis conſecrationem receperit deponaB tur omnimodè, utpote qui ex voluntate carnalis ſenſus, & ex hominibus & per homines Dei donum poſſidere voluit, vel conſenſit. Quantum hæc proviſio, quæ multis juribus priùs expreſſa, renovata in octava Synodo hodie etiam neceſſaria ſit, ſcimus omnes. Deinde ut ordinatim idonei promoverentur, ſtatuit *5*. cap. ſic: Deinde canonicam ſtabilitatem in eccleſiis ſemper manere in Chriſto cupientes, renovamus & confirmamus terminos & ſanctiones, quæ olim à ſanctis Apoſtolis & ſanctis Patribus noſtris editæ, legere in Eccleſia poſuerunt. Et infrà: Prioribus ergo canonibus concordantes definimus, neminem de ſenatoria dignitate, vel mundana converſatione nuper tonſum, ſub intentione vel expectatione pontificatus, aut patriarchatus honoris, clericum aut monachum, ad hujuſmodi ſcandere gradum, licèt per ſingulos ordines divini ſacerdotii plurimum temporis feciſſe probetur. Neque enim propter timorem vel amorem Dei, aut per expectationem tranſeundi viam virtutum. ſed ob amorem gloriæ ac principatus tonſus hujuſmodi reperitur. Magis autem coërcemus hujuſmodi, ſi ab imperatoria dignitate ad hoc compellatur. Si verò quis per nullam ſuſpicionem prædictæ concupiſcētiæ & expectationis, ſed propter ipſum bonū humilitatis. quæ eſt circa Chriſtum Jeſum, abrenuncians mundo fiat clericus aut monachus, & omnem gradum Eccleſiaſticum tranſigens, per definita nunc tempora irreprehenſibilis inventus extiterit, & probatus, ita ut in gradu lectoris annum compleat, in ſubdiaconi verò duos, ſitque diaconus tribus, presbyter quatuor annis: benè placuit ſanctæ & univerſali Synodo, eligi hunc, atque admitti. Circa hos autem qui religiosè morati in ordine clericorū & monachorum digni judicati ſunt, Pontificatus pariter & honore, prædictū tempus abbreviavit: nimirum ſecundùm quod epiſcoporum prælati probârunt, qui per tempora fuerint. Si verò præter hanc definitionem noſtram quiſquam ad jam fatum ſupremum honorem provectus extiterit, reprobetur: & ab hoc ſacerdotali operatione prorſus abjiciatur, utpote qui extra ſacros canones ſit promotus. Ecce canonem. multum pro reformatione neceſſarium hoc tempore. Et conſequenter voluit 13. can. providere, ut ſi digni in eccleſiis propriis inveniuntur, illi promoveri debent. Unde ſic ſtatuit: quoniam quidem dicit alicubi divinum eloquium, Dignus eſt operarius mercede ſua: hujus rei gratia & nos decernimus atque promulgamus, ut magnæ Eccleſiæ clerici, qui in ſubjectis ordinibus morati ſunt. ad majores gradus aſcendant: & ſi digni claruerunt. melioribus perfrui mereantur honoribus, cùm aliqui eorum qui in ipſis ſunt, aut per incrementum ad majora miniſteria advocati fuerint, aut per communem naturæ terminum dormientes defuerint. Sed non ex illis qui foris ſunt, aliqui ſe iis innectentes, debitas eis qui multo tempore laboraverunt. dignitates vel honores accipiant. ac per B hoc inveniantur eccleſiæ clerici nullo modo poſſe proficere. Nullatenus autem habeant poteſtatem. qui principum domorum vel ſuburbanarum re⁻⁻m curam geſſerint, inter clerum magnæ Eccleſiæ colligi vel conſtitui. Nemo quippe militans Deo, ſeculi negociis implicatur. Si quis verò præter definitionem, quam modò prætulimus promotus fuerit: in quocunque magnæ Eccleſiæ gradu reprobetur, ab omni Eccleſiaſtico gradu, tanquam qui contra magnam Synodum provectus fuerit. depelletur. Ex quo patet, quòd ſi invitis daretur epiſcopus, quoniam contra magnam Synodum eſt, quæ per electionis viam ſtatuit eſſe providendum: quòd tunc reprobari poſſet ſic datus. Et hoc probat textus 61. diſtinct. nullus invitis detur epiſcopus. Ubi iſtud Capitulum jam ſuprà poſitum, proximè per Cœleſtinum definitur, qm dicit: quòd clerici facultatem habeant renitendi. ſi ſe contra hujuſmodi decretum viderint pręgravari, & quos ſibi ingeri ex tranſverſo viderint, non timeant refutare: facit c. obitum. c. diſt. Et ad idem *63*. diſt. ſi fortè. ubi dicit textus, quòd in duobus in diſcordia electis, Metropolitani judicio detur unus qui petitus ſit: & nullus detur invitis, ne plebs invita epiſcopū nō optatum cōtemnat. Et facit ad hoc benè *33*. q. 2. de ineptis: quia ſi unū corp⁹ ſpirituale cōſtitui debet ex epiſcopo & plebe. tūc conſenſus neceſſari⁹ videtur, ut ibi de matrimonio carnali dicitur: quoniam nō dubiū, inter Epiſcopū & Eccleſiā matrimoniū eſt 3. q. 5. audivimus. cū ſimilib. Et ꝓpterea

dicit

A dicit text. 1. qu. 1. ordinationes. quòd ordinationes, quæ non fiunt communi conſenſu clericorum vel presbyterorum, ſecundùm canonicas ſanctiones, & ab aliis ad quos conſecrario pertinet, non comprobantur, falſas eſſe judicamus: quoniam qui taliter ordinantur, non per oſtium, id eſt, Chriſtum intrant: ſed (ut ipſa veritas teſtatur) fures ſunt & latrones. Et ratio hujus eſt, quoniam conſenſus de eſſentia matrimonii eſt, ut ſuperiùs habetur. Diverſitas enim ordinum præpoſitorum & ſubjectorum, pro conſervatione Reipublicæ ordinata eſt, ut dum reverentiam exhibent minores potioribus, & potiores minoribus dilectionem, vera concordia ex diverſitate contexeretur, & rectè officiorum generaretur adminiſtratio, ut 89. diſt. ad hoc. 45 diſt. licet. Igitur ex concordantia ſubſiſtit Eccleſia. Quare invitis præſes non rectè præponitur, de quo pulchrè, 83. diſt. eſto: ſed oportet quòd ille qui præeſt ab omnibus quibus præeſt conſtituatur tacitè vel expreſsè: ſin autem aliter præſumptum fuerit, viribus carere dubium non eſt, quia irritú eſt. 66. diſt. archiepiſcopis: qui dicit alibi: Oportet qui omnibus præeſſe debet, ab omnibus eligatur. Et quòd ille textus, archiepiſcopus. qui loquitur de ordinatione, intelligatur de electione: patet in originali, & Panormia Ivonis qui dicit: Oportet autem ut ille qui omnibus præeſſe videtur, ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Verbum Oportet, eſt verbum neceſſitatis. l. diſt. domino ſancto. i. aliter non
B. poſſe. 3. q. 6. dudum quod pro præmiſſis. & c. epiſcopo. 8 q. 1. eſt notandum. Idem etiam optimè probat c. Metropolitano. 63. diſt. & c. Valentinianus. Ordinatio enim ſæpè idem eſt quod electio. 61. diſt. ſacerdotibus. per conſenſum enim eligentium & electi, hoc matrimonium conſtituitur, ut no. in c. cùm inter Canonicas. de elect. & 63. diſt. quanto. in Gloſ. Electio autem conſenſui æquiparatur, ut eſt textus in c. epiſcópos. 63. diſt. Hoc eſt matrimonium, quod inter eligentes & electum contrahitur, ut notatur in c. 1. de transla. c. 1. ſecúdùm Inno. Per eligentes & electum inter Eccleſiam & electum contrahitur, ut notatur in c. 1 de trans De hoc etiam in c. obeuntibus. 63. diſt. Et quia omnis cura reformationis ſtat in hoc, ut præſides, rectores, & gubernatores boni conſtituantur: quoniàm ſi quæ lex animata eſſe debet in terris, bona non eſt: quale periculum ſubjectis immineat, facilè ſcire quiſque poteſt. Unde in conſtituendis rectoribus Eccleſiaſticis qui invitis dari non debent, divina præcepta ſunt, ut per electionem procedatur. Et ut paucis contentemur allegationibus, ita ſcribit ſanctus Cyprianus, in Epiſt. de Martiale & Baſilide, ubì dicit: quòd plebs in ſua poteſtate habet eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi: quod & ipſum (dicit) videmus de divina auctoritate deſcendere, ut ſacerdos plebe præſente ſub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico judicio ac teſtimonio comprobetur, ſicut in numeris Dominus Moyſi præcipit: Apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazar filium ejus, & A pones eos in montem coram omni ſynagoga, & exue Aaron ſtolam ejus. & indue Eleazar filium ejus. & Aaron appoſitus morietur illic. Coram omni ſynagoga jubet Deus conſtitui ſacerdotem: id eſt, inſtruit & oſtendit ordines ſacerdotales non niſi ſua populi adſiſtentis cóſcientia fieri oportere, ut plebe præſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & ſit ordinatio juſta & legitima, quæ omni ſuffragio & judicio fuit examinata. Quòd poſtea ſecundùm divina myſteria ſervatur in actibus Apoſtolorum, quando de ordinando in locum Judæ, Petrus ad plebem loquitur: Surrexit (inquit) Petrus in medio fratrum dicens, fuit autem turba in unum. Nec hoc in epiſcoporum tantùm & ſacerdotum, ſed in diaconorum ordinibus obſervaſſe Apoſtolos animadvertimus, de quo & ipſo in actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt. Et convocaverunt (inquit) illi duodecim totam plebem diſcipulorum. Quod utique idcircò tam diligenter & cautè convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris miniſterium, vel ſacerdotalem locum, indignus obreperet. hæc ille. Et act. 6. ſuper illo tex. gloſ. dicunt, quòd conſenſum multitudinis quæſiverunt duodecim Apoſtoli omnium fidelium, qui diſcipuli vocabantur. & hoc, ut exemplum darent, quoniam hic ordo ſervandus eſt in ordinandis: eligere debet populus, & ordinare epiſcopus. De eodem loquitur S. Hieron. & habetur 8. qu. 1. licet. & c. ſi ergo. ubi de hoc. 21. diſt in novo, B ubi Anacletus papa dicit de voluntate Apoſtolorum, Petrum præſidem factum, & quòd Apoſtoli elegerunt 72. diſcipulos. Unde licèt legatur in Epiſt. Clementis, Petrum miſiſſe epiſcopos per Gallias & alias partes, & ita etiam Clementi præcepiſſe, ut ipſe ad illas partes mitteret, quò ipſe non miſiſſet, & ſic omnes patriarchæ, archiepiſcopi & epiſcopi. à ſede Apoſtolica egreſsi ſunt: ita intelligo textum 22. diſt. c. 1. qui fuit Nicolai papæ, qui penè octingentis annis fuit poſt Chriſtum. licèt manifeſtum ſit. quòd non in omnes partes mundi de Roma miſsi ſint epiſcopi: jam enim erant multi epiſcopi per mundum, antequam Petrus venit Romam. ut eſt manifeſtum, quia Antiochiæ & Hieroſolymis. Et etiam ex illa Epiſtola Clementis apparet, qui ſcribit Jacobo Hieroſolymorum, ut ipſe per Orientem mittat: tamen hoc non concludit, papam ſolùm à principio patriarchas ſive primates conſtituiſſe, ut quidam dicunt adulatores: quoniam tota eccleſia, ſive Apoſtoli qui totam Eccleſiam repræſentant, propinquius quàm ſolus Petrus, primates conſtituerunt. 99. diſtinct. nulli qui textus dicit, Apoſtoli, eorumque ſucceſſores. Neque concludit, Eccleſiis aliquando fuiſſe proviſum ſine electione: quia tunc non fuerunt Eccleſiæ, ſed miſsi fuerunt ad ædificandas eccleſias. Et ideò electio locum habere non potuit, quia Eccleſia eligens tunc defecit. Unde illi miſsi, gerentes figuram Chriſti ſecundi Adæ, ex coſta ſua ſcilicet di-

A cet divini Verbi, ſibi Evam ædificârunt, quam
deſponſaverant: & ſic Evæ genitæ, poſt hęc nõ
dabatur niſi ſponſus deſideratus. Sic hodie nõ
dubium, papam ad partes infidelium prædica-
tores mittere poſſe, ad modum Petri vel Cle-
mentis: ut hæc probat textus, Nulli. ſuprà al-
legatus. Et ita intelligit Hoſtien in ſumma, de
offi. lega. ubi dum de his quæ ſedi Apoſtolicæ
dicuntur reſervata, dicit: erectiones cathedra-
lium ad eum ſpectare. Et ideò dicitur, ab eccle-
ſia Rom. omnes dignitates originem ſumpſiſ-
ſe. 22. diſt. c. 1. hæc ille. Ecce ergo electiones de
divino jure eſſe, præſertim quòd invitus non
detur populo: & conſequenter eſt contra o-
mnem rationem, dare non expetitum. Unde
Leo papa 61. diſt. Nulla ratio ſinit, ut inter epi-
ſcopos habeantur, qui nec à clericis ſint electi;
nec à plebibus expetiti, nec à comprovinciali-
bus epiſcopis cum Metropolitani judicio cõ-
ſecrati. Ecce tria requiri ad hoc, quòd præſes
rationabiliter conſtituatur: electionem cleri,
conſenſum plebis, & judicium Metropolitani.
& de hoc infinita (ut ita dicam) jura ſunt. Si
igitur Eccleſia reformari debet, neceſſarium
eſt divina & naturalia jura, & canonum ſan-
ctiones, circa materiam electionum repeti, &
ampliùs ſervari. Unde Siricius papa, de quali-
tate ordinandorum & eligendorum, in Epiſto-
la ad orthodoxos per diverſas provincias, ſcri-
bit: Cogitantibus nobis metum divini judicii,
fratres chariſſimi, & poſt hanc vitam unum-
quemque prout geſſerit recepturum: quid ve-
B niat in querelam, tacere non licuit, ſed nos lo-
qui neceſſitas imperavit. Dicit propheta: Ex-
alta ut tuba vocem tuam & cui omnium eccle-
ſiarum cura eſt, ſi diſſimulem, audiam Dominũ
dicentem: Rejicitis mandata Dei, ut traditio-
nes veſtras ſtatuatis. Quid enim aliud eſt re-
jicere mandata Dei, quàm privato judicio &
humano conſilio, novis rebus conſtituendis
liberiùs delectari? Perlatum itaque eſt ad con-
ſcientiàm Apoſtolicæ ſedis, contra eccleſiaſti-
cum canonem præſumi. & quòd ita ſunt à ma-
joribus ordinata, ut ne vel levi ſuſurro debeât
violari: proprias quaſdam novas obſervatio-
nes inducere, & prætermiſſo fundamento ſu-
per arenam conſtituere velle, Domino dicen-
te: Non transfer terminos, quos poſuerunt pa-
tres tui. Quod & ſanctus quoque Apoſtolus,
novi & veteris Teſtamenti prædicator, monet,
in quo loquutus eſt Chriſtus: State (inquit)
& tenete traditiones veſtras, quas didiciſtis, ſi-
ve per verbum, ſive per epiſtolam. Et infrà: De
quo, chariſſimi, mihi ante veſtram ſincerita-
tem hujuſmodi literæ cucurrerunt, multo fra-
trum & ſacerdotum conſenſu, & hac noſtra
ſubſcriptione, firmata eccleſiaſticorum cano-
num diſpoſitio, quæ apud Niceam tractata eſt,
confirmata ſuo merito fundatiſſima permane-
ret. hæc ille. Ecce quòd contra mandatum Dei,
rejicere canones. Unde licèt Romanus ponti-
fex aliquando pro neceſſitate vel utilitate Ec-
cleſiæ, laxare poſſet præcepta canonica, quæ
nullatenus mutilanda ſunt his caſibus ceſſan-
tibus, ut hoc Innocentius & Gelaſius dicunt.

1. qu. 7. & ſi Gelaſius. & c. quòd pro remedio: A
tamen omnia jura electionis tollere penitùs, &
ſuæ diſpoſitioni reſervare Eccleſiaſticarum re-
rum diſpoſitionem; puto papam non poſſe,
quoniam electio divini & humani juris eſt: &
præceptum Dei eſt, cui papa obedire tenetur,
qui terminos patrum transferre non debet.
Faciunt ea quæ notantur 14. diſt ſicut. & 1. q. 7.
niſi rigor. & 25. q. 1. ſunt quidam. quoniam in
totum tollere non poteſt contra quod ex cauſ-
ſis prætactis diſpenſat. Et quia per tacitũ con-
ſenſum totius Eccleſiæ, Romani pontifices re-
ſervationibus factis uſi ſunt, nec ſunt dati e-
piſcopi repudiati & reprobati, ſicut tamẽ meo
judicio reprobari poterant tunc in conſenſum
transivit taciturnitas, quod ſufficit pro titulo
eorum qui præfecti ſunt: taciturnitas pro con-
ſenſu habetur, ut tractatur in regula, Qui ta-
cet. Et hoc caſu quando non opponitur, ut no-
tat Gloſ. antiqua capituli Noſſe 43 diſtinct. quæ
dicit. In publico negocio qui ſe non opponit
quum poſſit, conſentire intelligitur: & ca. eli-
gendo paſtorem, intelligitur contrahere ſpon-
ſalia Eccleſiæ. Unde quum Eccleſia non recla-
maverit, intelligitur conſentire velut ſi pater
contrahat ſponſalia filiæ ſuæ. ſi tacet, conſen-
tire intelligitur. hæc ibi. Et idem archi. 25. diſt.
epiſcopus ſive. Sic in propoſito, ſi papa ſupplet
locum patris, & dat ſponſum & etiam tacet, &
recipit, conſenſus intelligitur. Ita dicit Lau.
c. epiſcopus. 24 diſt. ubi quum textus diceret,
quòd epiſcopus ſine Concilio clericorum ſuo-
rum, clericos non ordinet, ita ut civium con- B
niventiam & teſtimonium quærat: dicit Lau.
conniventia, id eſt conſenſus: quem eo ipſo
dicuntur habere, quòd ſciunt, & non contra-
dicunt. ff. ſo. ma. l. 2. §. voluntatem. Et hoc p-
bat text. cùm Adrianus. 75. diſt. conjuncta glo.
ſuper verbo Ad ſalutandum. qui dicit: argu-
mentum eos conſenſiſſe electioni, ex quo in-
terfuerunt & eum ſalutaverunt, & non recla-
maverunt: & eo, quòd qui ſalutat alium vide-
tur conſentire ei. 24. q. 1. omnes. Nunc autem
exorbitantia ob varias læſiones diſplicere in-
cipit, & oritur contradictio. Quare puto pa-
pam ampliùs non poſſe generaliter reſervare
electiva beneficia, niſi ei expreſsè indulgere-
tur per hoc ſacrum Concilium, attenta con-
tradictione exorta. papa enim invitis epiſco-
pum dare non poteſt, ut probat tex. in novo.
21. diſt. ubi dicitur, Petrum voluntate Apoſto-
lorum præpoſitum. Et glo. arguit ex textu pa-
pam epiſcopum dare non debere, niſi volenti-
bus. 21. diſt. ſacro inter beatos. 8 qu. 1. licet &
c. ſi ergo. & c. audacter. faciunt quæ ſuprà po-
nuntur. Et dicit archi. poſt Joan. de Deo, c. in
novo, quòd Petrus ante reſurrectionem ele-
ctus fuit in principem per Chriſtum: ſed diſtu-
lit confirmationem poſt reſurrectionem, ut
diſcipuli quibus præeſſe deberet, præberent aſ-
ſenſum, in typum electionis faciendæ, quum
nemo invitis dari debeat. 61. diſt. nullus. Unde
videtur irrita eſſe, niſi conſenſus interveniat,
per c. obeuntibus. 63. di. ubi text. quòd illud
quod abſq; eorum conſenſu & conniventia fa-
ctum

A ctum fuerit, irritum eſſe. Et ad idem 66. diſt. archiepiſcopus: hoc benè probatur. Et ad hoc glo. ſuper verbo conniventia, in c. obeuntibus, quæ dicit argumentum ex text. quòd ſi quod aliquorum conſenſu fieri debet, eorum diſſenſu diſſolvitur factum. l. 1. diſt. qui in aliquo. 30. q. 2. ſi verum. 62. diſt. uulla ratio. 1. q. 1. ordinationis. 10. q. 2. caſellas. 12. q. 2. alienationes. & c. ſive. 15. q. 7. epiſcopus nullius. 23. q. 5. quòd ideò. & c. manifeſtum. 20. q. 2. poella. & poſſet una ratio fortis aſſignari, cur conſenſus ex alio fundamento ſit neceſſarius. Manifeſtū eſt ſcientiam legis ex ore ſacerdotum requiri, Malachiæ 2. ac inſuper ex falſa doctrina quæ ex ignorātia vel malitia ſacerdotis ſeminaretur, populum non excuſari. Unde ſi oon deberet populi conſenſus intervenire in præſide injuſtè puniretur ex ignorantia vel malitia ſacerdotis, juxta præmiſſa: quum ad ejus præſidentiam eorum couſenſus nunquam intervenit. nihil enim poteſt tunc ipſi populo imputari. Quare ſalus publica exigit, per electionem & couſeuſum præſides fieri.

Cap. XXXIII.

SI (ut præmittitur) electiones purè eoordine, quo ſuperiùs in diverſis locis fierent: & epiſcopi, ad quos de jure ſpectat. bonos curatos darent, ut 10. q. 1. regenda. & c. decretum. & c. quicunque. 16. q. 7. ſicut domini. & c. omnes baſilicæ. & eccleſias abſque gravamine viſitarent, ut 10. q. 3. per totum. & bonis Eccleſiæ
B uterentur juxta canonum ſanctioues, ut fideles procuratores: & deinceps io divino culto concordantia per totam provinciam eſſet, ut dicit textus Toletani Concilii, 12. diſt. de his cum c. ſequentib. & moderata fieret ordinatio iu hujuſmodi officiis, ſic quòd potiùs ad intellectum & devotionem. quàm ad vocem & moltitudioem pſalmorum faſtidioſam adverteretur, ut de conſe. diſt. 4. non mediocriter. Deo enim non voce. ſed corde cantandum: & in Eccleſia theatrales moduli auditi non debent. ut dicit Hierony. 92. diſt. cantautes: tunc dulciſſima concordant a, non gravis, non faſtidioſa, adornaret templum Domini. Et deinde ſtatuatur, ut quiſque ſuo officio, voto, religioni & ordini ſatisfaciat. & hoc exactè exequendum eſt, ſi ſalutem omoium quærimus. Ac inſuper obedientia ſuperiorum proprio motu ob quaſcunque criminales cauſſas, quibus præter ſententiam ſuperior diffamatus extitit, juxta decimum capitulum univerſalis Concilii, ſervanda præcipiator, etiam cum memoria inter divina officia, ſub pœna depoſitioois in clericis, & excommunicationis in laicis & monachis: ut ille textus dicit. Ac inſuper, ut morum gravitas in ſingulis ordinibus ſervetur, & maximè io epiſcopis, oe ſe ſtratigeris ſubjiciant, juxta c. 14. ejuſdem Concilii: quod dicit, eos qui divina gratia ad epiſcopale advocantur officium, tanquam imagioem & figuram gerentes cœleſtium hierarchiarum. id eſt, angelorū; ſecundum hierarchicum planè gradum & motem, omni honore dignos ab omnibus principibus & ſubditis ſancimus haberi. Deinde ſicut ſacra illa octava Synodus alienationi providit, ſervetur. ut in c. Apoſtolicos. 12. q. 2. Et boo um eſſet eundem canonē ita innovare, quòd etiam Romano pootifici non liceret cootrariū facere, juxta c. non liceat. e. cauſſa & q. nec conſenſum in aliis eccleſiis dare, ſicut hactenus factum eſt. Ac inſuper pro parte eccleſiarum ſtatutum renovetur, quòd bona 30. annis poſſeſſa, ac privilegia per idem tempus habita io uſu. ampliùs io ſua firmitate perſiſtant, ſicut 18. c. octavi Concilii cootinetur. Et poſt hæc commendæ & penſiones, quouiam ſacris diſpoſitioonibus obviant, tollantur. Similiter & diſpenſatiooes ad incompatibilia, & beoeficiorum pluralitas, & quòd quiſqoe iu uno competenti beoeficio divinis vacet. ſicut hoc per univerſalia penè omnia Concilia extat definitum. Et repetitur ſecunda parte 23. capituli, octavi Concilii. Uode tanta pluralitas parvorum beneficiorum, & ſubſequenter multorū ſacerdotum ignarorum, multùm decolorat Eccleſiam, & facit laicos clericis infeſtos eſſe: dū tot ſacerdotes conſpiciunt, quos vident otio & vitiis vacare: ſanctum enim ſacerdotale officiū, valde vileſcit ex hoc. Unde dicit tex. 59. diſt. ſi officia. quòd pluralitas ſacerdotum nō ſit multum utilis, quia omne magnum ratum eſſe debet. Melius enim eſt paucos habere & bonos. de æta & qual. & quum ſit ars artium. Et quia de ſimonia, de concubinatu, de Conciliis univerſalibus & proviocialibus. ac de electione,
ſacrum Concilium per decreta incepit providere: providebit Spiritus ſanctus de his omnibus. & reducet ad ordinationem canonicam, omnes peſtiferas ex avaritia ortum habentes obſervationes. ut quiſque ſuæ curæ & miniſterio ſatisfaciat; & cogitabit de modo coërtionem & vigorem legibus indicendi: & quomodo exequutio valida & ſtabilis rigoroſa & immaculata ſacrarum ſanctionum fiat. Et in hoc cōſiſtit tota vis: quia oon deficiunt canones, ſed exequutiones. Et nō fiunt diligeotes exequutiones niſi per bonos præſides: quibus habitis per legem animatam, facilè & ſubitò paternas vias repeteremus. B

Cap. XXXIIII.

LAbor omuis præcedentis opuſculi, concordantiam (qua ſubſiſtit Eccleſia) iocœpit ex altis & primis principiis inveſtigare. ordo verò etſi noo ita, ut ſtudio plano facilè conferre poſſit ſeriatim inteutum oſtendit: hoc tamen in ſumma nititur explanare. Nulli eſt dubium, Chriſtum eſſe viam, vitam & veritatem, caput & fundamentum Eccleſiæ: ad Epheſ. 4. & 5. & 1. Corinth. 10. & in Glo. ſuper illud Matth. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, & per Aug. in lib. Retractationum, & ſuper Joau. in multis ſermonibus, ac alios multos, imò penè omnes doctores. In hac quidem Eccleſia fides nō deficiet, quia exauditus eſt Chriſtus, qui uſque ad ſæculi conſummationē cum ſucceſſoribus Apoſtolorum remanebit. Unde erunt ſemper Chriſti fideles, in quibus habitabit

A bit ipſe Chriſtus. Quare illud corpus fidelium, in quo Chriſtus habitabit, Chriſtiforme Eccleſia cathôlica dicitur: in qua ſicut Chriſtus, ita & via & veritas ſemper permanebit. Quomodo autem ex omnibus rationabilibus ſpiritibus Chriſto adhærentibus, ipſa univerſorum unica cõſtituatur Eccleſia, ac etiam quomodo in ipſa omnium Eccleſia trinitas, ex ejus parte triumphantium, & alia militantium, & tertia dormientium: ac inſuper quomodo colligantia ipſius militantis, ubi adhuc ipſa veritas, ſcilicet Chriſtus in figura & ænigmate apprehenditur, ad ipſam veritatem facialem, quæ eſt in patria triumphantium, inveſtigetur, ut admirandus ordo (quantum poſſibile eſt) aliquantulum pro noſtra manuductione ſciatur: quum diverſis & ad invicẽ ordinatiſſimis hujus militantis Eccleſiæ hierarchiis, pro modulo ſuccinctè aperui in prima hujus parte, quæ pars compendioſiùs ſtringi vix poſſit. Poſt hęc ſecunda parte, difficultatem majoritatis conciliorum univerſæ Eccleſiæ ſuper omnem particularem auctoritatem ſingularis præſidis aut Synodi localis, volens indagare, ex hoc fundamento primo intellectum diſcurſivum direxi; hanc apprehendens concluſionem. Si univerſalis catholica eccleſia infallibiliter per Chriſti aſſiſtentiam dirigitur: tunc concurrente omnium Chriſtianorum conſenſu, ad quamcunque concluſionem neceſſitatem ſalutis includentem, neceſſariò ſequitur illam Chriſtianam fidelem & veram. Univerſale verò Con-

B cilium dictans talem concluſionem, conſenſu & legatione omnium fidelium, neceſſariò ex Chriſti aſſiſtentia, & Spiritu ſancto inſpirante, verè & infallibiliter dictat eandem. Nulla enim poteſt eſſe veritas ad æternam ſalutem dirigens, niſi per Chriſtum. Univerſale autem Concilium, ex præſidibus & legatis collectũ, qui ad ipſam congregationem rei inveſtigabilis, dubio in provincia propria non digeſto, dum ſic in vago conſtituunt ad conſulendum, conſenſu ſubjectorum non apportato ad hæc, ſi ritè & legitimè convocatum, & omnibus vocatis collectum liberrimè celebratum, & juſtè finitum, cum omnium conſenſu ſententiam in quæſtionibus ſalutem fidelium concernentibus dictaverit: propter propinquam repræſentationem totius catholicæ Eccleſiæ, & propter omnium fidelium conſenſum, qui per legatos ac pręſides concurrit, nunquàm legimus erraſſe. Omnes autem provinciales Synodos, ac etiam Romanos pontifices; hoc privilegiũ non attingit. Et quoniam ob varias, præſertim recentiorum Juriſtarum ac Theologorum ſcripturas, qui papalem etiam ſuper ipſas ſynodicas auctoritates exaltant potentiam, neceſſarium fuit inquirere concordantias Scripturarum, remanente veritate præfata: repertas differentias inter univerſale catholicæ Eccleſiæ, ac univerſale nationis, regni, vel patriarchale, juxta geſta Conciliorum (quæ quidẽ geſta, ut 91. diſtinct. c. 1. legitur, approbata ſunt) inſerui, ut quiſque intellecta differentia facilè videat hoc verum, ſcilicet quòd univerſale Concilium catholicæ Eccleſiæ ſupremam habet poteſtatem in omnibus, ſuper ipſum Romanum pontificem. A Erat itaque neceſſarium inquirere, quæ ſit Romani pontificis auctoritas, tàm in ſuperioritate, quàm pręceptione, & ſtatutorum editione. Et licèt induxerim multa, tamen in hoc reſedi: quòd licèt ſecundùm plura ſanctorum ſcripta poteſtas Romani pontificis à Deo ſit, & ſecundùm alia ab homine & Conciliis univerſalibus: tamen videtur in veritate medium concordantiæ per ſcripturas inveſtigabile ad hoc demum tendere, quòd ipſius pontificis Romani poteſtas, quoad conſiderationem præeminentiæ prioratus & principatus, ſit à Deo per mediũ hominis & Conciliorum, ſcilicet mediante conſenſu electivo. Conſideravi enim primò legem Chriſtianam liberrimam, ad quam nullus niſi ſponte abſque coactione accedit. Unde quum via fidei noſtræ ſit ipſe Chriſtus, non eſt in ipſis ad ſalutem neceſſarius aliud quàm ipſe Chriſtus, & ad eum liberrimus acceſſus. Quare coactio propriè non eſt in ipſa Eccleſia deſcenſivè à Chriſto: ſed gratia eſt, quæ ab ipſa plenitudine fontis capitis, in ipſum corpus Chriſti myſticum fluit. Et ita dicit 7. quæſt. 1. remoto, quòd gratia dignitatum ſacerdotalium à Deo eſt. In hac quidem gratia, dicimus quoad Apoſtolatum, omnes Apoſtolos æquales, ſicut quoad ipſum ſacerdotium omnes ſacerdotes, ſed abundantiori gratia dicimus Petrum inter Apoſtolos primum. Ita dicit Au-

B guſtinus ſuper Joan ſermone ult. quòd Petrus abundantiori gratia fuit unus, idemque primus Apoſtolus: & propter primatum Apoſtolatus gerebat figurata qualitate perſonam Eccleſiæ. Et illum primatum Petri, quo ipſe abũdantiori gratia à Chriſto dotatus fuit, Sacræ literæ mihi exprimunt ibi, quum Chriſtus diceret, Tu es Cephas, vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: Joan. 1. ubi dicit Auguſt. ſerm. 7. ſic: Magnum, quòd mutavit ei nomen, & fecit de Simone Petrum. Petrus autem à petra, petra verò Eccleſia. ergo in Petri nomine figurata eſt Eccleſia. Ecce quòd ſecundùm intellectum maximi & doctiſſimi Auguſtini, illa nominis mutatio magna fuit. Unde quum Chriſtus diceret, Tu es Petrus: tũc illud quod prædixerat, tu vocaberis Cephas, tanquam futurum contulit in præſens: non enim tunc dixit, tu nominaris vel vocaris Petrus, ſed tu es Petrus. Ex quo apparet manifeſtè, quòd illa Chriſti promiſſio, qua promiſit converſo Simoni, eum in futuro Cephas nominandum, fuit promiſſio realis primatiæ. Unde Aug. qui dicit Petrum primatum habuiſſe inter Apoſtolos, non poteſt intelligi de tempore converſionis aut cognitionis Meſſiæ: ſicut Petrus agnoſcens interpretatur ſecundùm aliquos, licèt minùs congruè ſecundùm Bedam, ſicut Alexander de Hal. ſuper Joanne, & eodem verbo ponit: quia jam præceſſit eum frater ſuus Andreas, qui illi Meſſiam inventum prænunciabat, ut legitur Joannis 1. Quare de primatu inter alios, de Eccleſia ipſe Auguſtinus neceſſa-

A rió intelligit, quoad præſidentiam & eminentiam quam ibi conſequutus eſt Petrus. Et ex ſuperioribus manifeſtum eſt, Simonem à re Petrum vel Cepham nominatum. Hieronymus verò ſuper Galatas dicit, principem Apoſtolorum jam Petrum, jam Cepham nominari, non ob diverſitatem interpretationum, quoniam idem ſignificant. Petrus enim Græcè & Latinè à petra dictum, idem eſt quod Cephas. Petrus verò Beda Hebræum negat, quia dicit hanc literam p, apud Hebræos non haberi. Alexander de Hal. in Poſtillis ſuper Joanne dicit, Hieronymum dicere idem. Nec Cephas eſt Hebræum, ſed Syriacum, ut quidam dicunt. Qualitercunque hoc ſit propter textum qui dicit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, oporteret cum Auguſtino, Ambroſio, & aliis doctoribus affirmare, Petrum eſſe à petra dictum. Et Petrus ſic eſt nomen Latinum, & non Hebræum. Et hoc videtur ex tex Joan. primo ita probari: quia Joan. præmittit in eodem cap. immediatè illum locum duo Hebręa, ſcilicet Rabbi & Meſſias, & adjungit interpretationem immediatè: ſic videtur etiam quòd Cephas ſit vel Syriacum vel Hebræum, & Petrus ejus interpretatio Latina vel Græca. & non è contrario. ſcilicet quòd Cephas ſit Gręcum, quod Hebraicè Petrus interpretetur. Et dum hæc ego ſcriberem, incidit unum meo judicio ſatis advertendum, quia tex. Joannis 1. dicit, quòd hoc nomen Petrus eſt interpretatio hujus nominis Cephas. Quare quum

B Cephe Græcum, caput apud Latinos interpretetur: oportet & illam interpretationem hoc nomen Petrus habere, & non aliam de interpretationibus, quas ſanctus Hieron. ponit Hebraicorum nominum. Non dubium Joann. Euangeliſtam Græcè ſcripſiſſe Euangelium, & ſic interpretationem propriam nominis Petri poſuiſſe, ad oſtendendum, quòd hoc nomen, quod Chriſtus Simoni impoſuit. ei ex illa interpretatione congrueret. Quare fortè non eſſet abſurdum dicere, nomen Petrus juxta Hebræam linguam Betros dici, & ſic apud nos Petrus poſitum loco Betrus: ea propter quia bet illud Hebræum, forti & dura expreſſione primæ literæ, ſcilicet b, exprimitur, quaſi ſicut nos p, proferimus. Et ſecundùm hoc Petrus reſolvendo ad illud Hebræum, caput domus interpretetur. & hæc interpretatio conveniret Evangelio & intentioni Chriſti, ſecūdùm ipſum Evangelium & expoſitionem Sanctorum: qui caput Eccleſiæ ſive domus, Petrum à Chriſto dicunt conſtitutum. Ad quod facit c. ſacroſancta. 22. diſt. ubi terminus Cephas interpretatur caput. Quare Cephas Gręcum eſt. Ego verò potiùs credo ſtandum cum primis doctoribus, non obſtante tex. ſacroſancto, qui Anacleto aſcribitur: quoniam illas Anacleti epiſtolas apocryphas credo, ut infrà in tertia parte dico. Non tamen nego, quin ultima conſideratio notanda ſit, & ſecundùm eam in actibus Apoſtolorum cap 1. Petrus primò nominatur ut caput: & ea propoſuit pro exequutione mandatorum Chriſti, quæ ipſi ut primo capiti principaliùs commiſſa à Chriſto A fuêre. Unde licèt omnes Apoſtoli, rectores, paſtores, & vicarii Chriſti fuêre, ut in præfatione miſſæ in cujuslibet feſtivitate decantatur: tamen in paſtoratu illo, rectoratu & vicariatu, abundantiori gratia Petrum primatum habuiſſe, ſancti doctores affirmant, per hoc quòd ei ut Eccleſiam totam repræſentanti, claves promiſſæ & datæ fuêre, ac paſtoratus præcepta per verba, Paſce oves. Illum autem paſtoratum Petrus inter alios primùm & principaliter ſortitus, immediatè poſt Chriſti aſcēſionem incepit in omni congregatione fidelium exequutioni demandare, ſicut præſides monere & reſpondere ſolent. Unde primus fuit Petrus, qui vicariatum Chriſti verbo doctrinæ & baptizandi officio Hieroſolymis ſe habere oſtendit: & primum inter Apoſtolos, ut in actib. 1. 2. & 3. capitulis legitur, & Luc. 7. Similiter ex eiſdem locis patet, ipſum Petrum primum epiſcopum Hieroſolymorum: quia ea exercuit, quæ epiſcopalis ordo requirit. Et fuit poſt hoc epiſcopus Antiochiæ, ut hoc legitur ad Gal. 2. deinde Romæ, ubi ipſe Epiſtolam primam ſcripſit, ut patet ex fine ejus, ubi dicit: Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone. Et ſecundùm Hieronymum & Bedam, & exponentes omnes quos vidi, illa Babylon fuit Roma, quia filia Babylonis antiquæ. Rectè enim ut ſe habuit monarchia Babylonica, ita præcisè Romana, ut hoc Paulus Oroſius in principio ſeptimi libri hiſtoriarum latè declarat. Et expoſitores Apocalyp. diffusè ſcribunt, B quomodo Babylonicum regnū ſit ipſum Romanum. Sed non eſt noſtri propoſiti. ſufficit nobis: licèt quidā Marſilius Paduanus, quem poſt omnem collationem vidi, quodam loco ſecundæ partis dicere videatur, per Canonem Bibliæ non poſſe probari, Petrum epiſcopum Romanum, imò aut Romæ fuiſſe. Quod ex ipſa epiſtola Petri præfata, ſecundùm expoſitionem doctorum, falſum eſt. Et non eſt uſque ad hæc tempora quiſquam doctorum ſanctorum inventus, qui hoc unquam negaverit: imò Alipius, Auguſtinus, Optatus Milevitanus, ſanctus Hieronymus, ac alii omnes, qui Romanorum pontificum catalogum ſuis ſcriptis inſeruerunt, à Petro incipiunt. Et dicit Optatus libro 2. contra Parmenianum, ꝙ hoc non habet dubiū, ſedem Romanam per omnes ſucceſſores, connumerando uſq; ad Petrum quā priùs ibi ſedit continuari, & per illum Chriſto conjungi: & puto nullum catholicum, ſanctis, quorum ſcripta per Eccleſiam approbata ſunt, in hoc diſſentire poſſe. Prædictis autem conſentiunt doctores approbati, ſanctus Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum, ubi dum Jovinianus ei objiceret contra laudem virginitatis, quòd Eccleſia non ſuper Joannem, ſed Petrum fundata eſſet, dicit ſanctus Hieron. Super Petrum fundatur Eccleſia: licet alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claves regni cœlorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur: tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut

capi-

Digitized by Google

A capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio. Sed cur non Joannes electus eſt? Aetati delatum eſt: quia Petrus ſeniorerat ne adhuc adoleſcens & penè puer progreſſæ ætatis hominibus præferretur, magiſter bonus (qui occaſionem jurgii debuerat à diſcipulis auferre, & dixit ad eos: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: & qui voluerit inter vos major eſſe, minor omnium ſit) ne adoleſcenti quem dilexerat, cauſſam præberet invidiæ. hæc ille. Ecce ſententiam ſancti Hieronymi, cui non licet contradicere. Ex qua habetur, Petrum caput conſtitutum Apoſtolorum, & eis per Chriſtum prælatum: non obſtante quòd ipſa Eccleſia ex æquo ſuper omnes Apoſtolos ſit fundata, & quòd Romæ Petrus ſedit Idem ad Damaſum papam ſcribens de fide ſua, dicit: Hæc eſt fides. Et infrà: Qui Petri fidem & ſedem tenes. Ad idem Cyprianus 24. q. 1. loquitur: Gregorius l. diſt. conſiderandum. & Ambroſ. e. diſtinction. fidelior. Clemens 80. diſtinct. in illis. Auguſt. 2. quæſt. 7. puto. Et non eſt opus ſcripturas adducere: quia ab hac ſententia catholica Eccleſia nunquam diſſenſit. Iſte autem principatus Petri non conſiſtit in majoritate, quoad ligandi & ſolvendi poteſtatem in foro pœnitentiali, aut in ſacramentorum confectione, nec dubitat quiſquã de ultimo, nec de primo eſt dubitandum juxta præmiſſa ſuperiùs, quoniam eadem eſt omniũ epiſcoporum (ſicut fuit omnium Apoſtolorum) ſpiritualis judiciaria poteſtas, quoniam
B hæc à Chriſto per medium ſacerdotii fluit. Ita dicit Hieronym. ſuper illud Matth. 16. Quodcunque ligaveris. Habent quidem eandem judiciariam poteſtatem alii Apoſtoli, quibus poſt reſurrectionem ait: Accipite Spiritum ſanctum. hæc ille. Et multa ſuperiùs adducta ſunt. Nec fuit Petrus ex illo primatu Eccleſiæ major: quoniam ipſe ab Eccleſia, & propter eam nominatur, ſecundùm Auguſtinum loco præallegato. & Ambroſ l. diſt. fidelior, & alios doctores ſuperiùs adductos. Quare illa Petri majoritas, non fuit majoritas ſupra, ſed infra Eccleſiam. Unde licèt os ſive caput eſſet Apoſtolorum ac Eccleſiæ, & ejus nomine proponeret, ut Actuum primo, & reſponderet, ut Actuum ſecundo: tamen nihilominùs tanquam membrum ſubfuit. Quare in medio fidelium ſurgens, in reverentiam Eccleſiæ loquutus eſt, & paſſus eſt ſe mitti in Samariam ab ipſo: Actuum 8. In ordine enim ad ipſam veram vitam & veritatem, Chriſtum Dominum & caput noſtrum vivens, fideles quia filii Dei ſunt per regenerationem in Chriſto, fratres tamen ſunt. quoniam ibi non eſt aliud magiſterium, quàm ipſe Chriſtus. Matth. 23. Nolite vocari Rabbi. unus eſt enim magiſter veſter Chriſtus, omnes autem vos fratres eſtis. Unde hoc reſpectu non eſt niſi fraternitas in Chriſti fidelibus: licèt majoritas gratiæ, ſecundùm divinam ordinationem, cum eadem fraternitate perſiſtat. Unde licèt Petrus foret primus Apoſtolus modo dicto: tamen illa primitivitas non exceſſit ipſam Apoſtolorum fraternitatem, quoad ipſam Eccleſiam. Non A enim erat Petrus plus filius Dei quàm alius ex ſanctiſſimis Apoſtolis, licèt abundantiori gratia dotatus foret. & pro hac materia eſt notanda Epiſtola ſancti Gregorii papæ in Regiſtro, 22. diſtinct. ad Joannem patriarcham Conſtantinopolitanum, quæ incipit, Eo tempore: in qua vult oſtendere, nullum epiſcopum ita principatum gerere in Eccleſia, quòd omnia membra Eccleſiæ ſint ei ſubjecta: quinimò dicit illum Lucifero ſimilem, qui hoc præſumit, quoniam ſuper aſtra cœli ſolium ſeu ſedem ponere nititur, dicens: Quid enim fratres tui omnes Eccleſiæ univerſalis epiſcopi, niſi aſtra cœli ſunt, quibus dum cupis temetipſum vocabulo elato præponere, eorumque nomen tui comparatione calcare: quid aliud dicis, niſi in cœlum conſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum? Et infrà: Certè Petrus Apoſtolus primus, membrum ſanctæ & univerſalis Eccleſiæ, Paulus, Andreas, Joannes, quid aliud quàm ſingularium ſunt plebium capita: & tamen ſub uno capite Chriſto omnes membra? Et infrà: Nullus Romanus pontifex hoc temerarium nomen, Univerſalis ſcilicet epiſcopus, ſibi arripuit: ne ſi ſibi in pontificatus gradu gloriam ſingularitatis arriperet, & hanc omnibus fratribus denegaſſe videretur hæc ille ibi. Et idem in alia Epiſtola 22. ad Anaſtaſium Antiochenum, quæ incipit: Quum prædicator egregius, ubi deducit, quomodo omnes unum ſumus in uno capite Chriſto, qui eſt paſtor omnium & nullus eſt homo, cui omnia Chriſti membra ſint B ſubjecta: & per conſequens, nullus univerſalis patriarcha. quia ſi hoc dici permittatur, honor omnium patriarcharum negatur, & nullus jam epiſcopos in ſtatu veritatis invenitur. Conſiderando verò ſingula ipſius Eccleſiæ membra ſingulariter & in ſe: tunc prælatio abundantiori gratia. quæ propter tollendum ſchiſma neceſſaria fuit, ad bonum Eccleſiæ ordinatum regimen (juxta ſancti Hieronymi ſententiam) à Chriſto Petro tradita legitur, ut ipſe ſicut ſingulorum fuit primus, omnium eſſet ſervus & miniſter. Quoniam ſi propter Eccleſiam Petrus à petra dictus eſt, & Eccleſia non eſt niſi unio fidelium: rectè propter unionẽ fidelium, ob tollendum ſchiſma, præſidentia eſt. Quare unitas fidelium eſt illa, ad cujus ſervitium & obſervantiam præſidentia eſt ſuper ſingulos. Hinc unitas fidelium, quam nos Eccleſiam dicimus, ſive univerſale Concilium catholicæ Eccleſiæ ipſam repræſentans, eſt ſupra ſuum miniſtrum ac ſingulorum præſidem. Et ita intelligo dictum Salvatoris. quòd major inter Apoſtolos diſtributivè, debeat eſſe miniſter omnium collectivè: quoniam ſic Eccleſiam faciunt. Nec propter hoc dico, curatum præſidentem abſolvi à particulari cujuslibet ſubjecti miniſteriali cura: quoniam licèt miniſter ſit cujuslibet, remanet tamen ſuperior cuilibet, ut poteſtatem habeat paſtoralis curæ non ſic omnium collectivè, juxta præmiſſa. Et jam ad ea quæ ſupe-

A riùs tacta ſunt, quomodo ſcilicet poteſtas prin-
cipandi in Eccleſia, non ſic quoad radicem il-
lam, qua ipſa à Deo eſt propriè in coactione
conſtituta, ſed miniſteriali cura: probatur per
illud 2. ad Corinth. 2. ibi: Non enim domina-
mur fidei veſtræ, ſed adjutores ſumus. ubi Gloſ.
Ambroſii dicit: Dominiom & coactionem fi-
des non patitur, quum ſit voluntatis, non ne-
ceſſitatis. Et Chryſoſtom. io 2. Dialogorum
cap 3. inquit: In Eccleſia verò noo coactum,
ſed acquieſcentem oportet ad meliora converti.
ti. Et Aug. ſuper ilload Tim. ultim. Quicun-
que ſub jugo ſunt. dicit: Sciendum, aliquos
prædicaſſe communem omnibus in Chriſto
libertatem eſſe, quod de ſpirituali libertate u-
tique verum eſt, & non de carnali Plura poſ-
ſent adduci: ſed ſufficit ſcire, volentem & ac-
quieſcentem tantùm, & non coactum, Chriſtu
acceptum. Quare omnis ſpiritualis poteſtas
in libertate, & non coactione, quantum ad i-
pſam radicem qua à Chriſtn eſt. propriè fun-
datur. Verùm quia ipſa præſidentia principa-
lis. ad unitatem propter tollendum ſchiſma
ordinata, extitit à Deo tunc niſi in ipſo prin-
cipe eccleſiaſtico, abſq; tamen ipſo dominio
quo principes eorum dominantur, ſic coërtio
aliqua non poteſt rectè uoitas conſervari. O-
portet enim putrida membra & pedem abſcin-
di, & oculum ſcandalizantem ab Eccleſia erui,
ſi corpus Eccleſiæ ſanum debet conſervari.
Quare illa coertio non erit, ſicut principes
dominantur eorum: quia hic dominandi mo-
B dus eſt, per vim ſuper corporibus & rebus, ſed
erit coërtio per liberam ſubjectionem omniũ,
vel partis majoris initiata, & punitio non niſi
ad ſalutem tendens. Unde ex hoc Anacletus
papa & alii, ut ſuperiùs continetur, dicunt,
Chriſtum Petrum cuncurrente Apoſtolorum
cnnſenſu conſtituiſſe. & ſic ex ſubjectorum e-
lectione & conſenſu, radicatur ſuperioris po-
teſtas, ſuo modo coactiva in eos. Qui enim
priùs liberrimi erant. eligendo ſuper ſe præſi-
dem, ſe ei ſubjiciunt. Unde ex hoc fundamen-
to ſuperiùs ſæpè dicitur, poteſtatem coacti-
vam aut principis, aut legis, ex approbatione
per ſe ad hoc communi conſenſu tacito vel ex-
preſsè conſtitutum, robur habere. Sic enim
dicitur, quanquam omnis poteſtas deſurſum
ſit, ſive coactiva, ſive œconomica, regulativa &
ordinativa: tamen ad hoc ut ipſa extrinſecè in
actum prorumpere poſſit, homines liberos
Chriſtianos regulando vel cogendo. tunc re-
cta regula perquirit ſubjectionem liberam eo-
rum, cùm ipſi ex lege fidei Chriſtianæ, & natu-
rali jure, non arctentur extra terminos liberta-
tis. Hoc modo diffuſiùs intendebam deducere,
omnem præſidatum eccleſiaſticum & ſpiritua-
lem, à Chriſto, mediante hominum aſſenſu,
conſtitui. Illi enim ſunt propriè præpoſiti no-
ſtri, qui ſic ex ſubjectorum conſenſu præpo-
nuntur, ad quorom obedientiam nos ex præ-
ſtito conſenſu obligamur, cùm ex homioibus
per homines aſſumpti ſint. Verùm quòd ex hac ra-
dice, quam veram credo, niſi ex aliquo mira-
culo vel ſigno apparet, Deum aliquem præſi-
dere velle ante hominum conſenſum: tunc A
quidem omnes Chriſtianos neceſſariò opor-
tet divinis præceptis in omnibus acquieſcere.
Non poſſe adhuc Romanum pontificem per-
petuum principem Eccleſiæ probari, ſatis ex
hoc manifeſtum eſt. Nam hoc legitur, etiamſi
Petrus illum principatum omnium non ha-
buit, propterea Romanum pontificem ejus
ſucceſſorem, aut Antiochenum vel Hieroſo-
lymitanum, cùm ejuſdem ſint ſucceſſores, ha-
buiſſe aut habere debere, ex ſacris literis niſi
coocurrant prædicta, ſcilicet communis Ec-
cleſiæ conſenſus, ſicut Apoſtolorum in Petro.
Unde & ſi Romanus pontifex, aut ex loco &
ſede Petri, aut principatu civitatis inter cæte-
ros mundi epiſcopos in primatu, ut præcipuus
& hoocrabiliſſimus præſes tantæ civitatis, &
ſedens in tanta Petri ſede. veneraretur: tamen
niſi ſubjectivè ex conſenſu concurreret ele-
ctio, per eos qui aliorum omnium vices ge-
runt, non crederem ipſum præſidem aliorum
omnium, & principem ſive judicem eſſe. Qua-
re ſi per poſſibile Treverenſis archiepiſcopus
per Eccleſiam congregatam pro præſide & ca-
pite eligeretur, ille propriè plus ſucceſſor ſan-
cti Petri io principatu foret. quàm Romanus
epiſcopus. Licèt credendum ſit, Romanum
pontificem ſicut locum Petri, ita & principa-
tum nunquam perditurum non enim ſucceſ-
ſio ex loco arguit ſucceſſionem in principatu,
ut de Antiochia & Hieroſolymis dictum eſt:
nec ceſſaret ille principatus in Eccleſia etiamſi
Romanæ urbis ſedes epiſcopalis deficeret. & B
de hoc ſuperiùs tetigi plura. Et quòd etiam
habeat illam poteſtatem ſibi de capite provi-
dendi liberè, patet: quia in omnibus pro ſua
ſalute Chriſto ſuccedit: Prælati etiam omnes
habentes ligandi & ſolvendi poteſtatem, quòd
miſſi ſunt à Chriſto, ſicut Chriſtus a patre, ma-
nifeſtum eſt ex verbis Chriſti Joan. 8. ſicut mi-
ſit me pater. ubi apparet, quòd ſicut Chriſtus
fuit filius Dei verus: ita Eccleſia ejus corpus
myſticum, habet miſſionem ſimilem à Chri-
ſto. Quare Chriſtus, ſicut Eccleſia, habet au-
ctoritatem mittendi. Reſideo itaque in hac
concluſione, quòd priocipatus eccleſiaſticus
ob unitatem Eccleſiæ, & ad ejus ſervitium &
miniſterium à Deo ordinatus, in realitate ſua
à Chriſto per Eccleſiam conſtituitur. Et quæ-
cunq; argumenta ſunt pro ea parte, quòd prin-
cipatus coactivus à Deo in Eccleſia ſit tantùm,
aut ex alia parte, quòd ipſe coactivus princi-
patus ex electione ſive conſenſu hominum ſeu
Eccleſiæ tantùm exiſtat, ad hoc medium con-
cordantiæ, meo judicio, veraciter reducun-
tur. Nihil tamen de meis conceptibus ad
firmum aſſero, quin peritioribus dicam potiùs
acquieſcendum. Dicit enim Ambroſ. Unum-
quemque enim fallunt ſua ſcripta, & aurem
prætereunt. Atque ut filii deformes etiam de-
lectant, ſic etiam ſcriptorum indecori ſermo-
nes ſui palpant: ut hæc Ambroſius Sabino
Epiſtola 33. ſcribit. Tamen minùs offendere
puto Eccleſiam hanc opinionem, & per con-
ſequens verior cenſeri debet, quàm illa Mar-
ſilii

A ſilii de Padua in libro Defenſorii pacis, cùm ipſe ſuam ex fundamento tex. ſancti Auguſtini, 9. diſt. ego ſolus. tantùm poſſit defendere opinionem, reſolvendo ſolutionem omnium argumentorum in contrarium, ad hoc, quòd auctoritatibus doctorum credere non arctamur, niſi in quantum ſe in Canone Bibliæ fundant. Hæc eſt pernicioſa opinio, poſt ſanctæ Eccleſiæ approbationem probabilium doctorum. Unde potiùs etiam acquieſcendum eſt textib. 12. Eccleſiaſticarum, & aliis ibi poſitis, quàm ita præſumere. Neque vera eſt ſolutio argumentorum Marſilii, ex ſuo fundamento juxta præmiſſa: quia loquentes doctores de Petri principatu juxta præmiſſa, in dictis Chriſti ſe fundant, quæ in Canone Bibliæ habentur, & non in hiſtoriis aliis: licèt etiam illæ non ſint negandæ de Petro, quoniam ſancti eas pro veris habuerunt, ut probat Epiſtola Ambroſ. ad Auxentium de Baſilicis tradendis, Epiſtola 76. Et conſequenter, quoniam deformitas omnis eſt ex hoc, quia nec præſidentes ſua utuntur potestate ordinatè ad finem, propter quem eſt paſtoralis præſidentia: nec ſubjecti ordinatè ſuperioribus ut ſtatus cujuſque depoſcit, obediunt. Quare de regulis canonicis, quomodo talis concordantia per ſanctos patres conſervabatur, fuit dicendum. Præmitti itaq; oportebat de ipſo Concilio Eccleſiæ Catholicæ, in quo eſt prima auctoritas ex conſenſu omnium conſtituendi & regulandi cuncta ad ſalutem dirigentia, deinde de aliis particularibus Conciliis, & poſt hoc de jam editis canonicis reformatorialibus ſtatutis, ut ad modum doctrinæ ſanctorum patrum, & ſtatutorum ſacrorum Conciliorum, hoc ſacrum Baſileenſe Concilium, inſequens patrum veſtigia, in inſtitutis procedat. Et hæc compendioſa collectio primæ & ſubſequentis partis ſub omni correctione, licèt confuſè & rudiùs pro incitamento ſtudioſorum tantùm ſcripturis mandata. A

NICOLAI DE CVSA, IN TERTIAM

partem ſeu Librum de Concordantia catholica præfatio, de generibus Principatuum.

SI quis ab exordio, fondamenta noſtro propoſito non tàm utilia quàm neceſſaria, inveſtigare curaret: huic eſſent repetenda illa ipſa principia, in quibus & Ariſtoteles, & Plato, & Tullius, & alii ſapientes,
B dum de ordinatis politicis, œconomicis, aut monarchicis regiminib. ſcripsêre, radices poſuerunt. Naturalia quidem jura cũctas humanas conſiderationes & antecedunt, & omnia illa principia ſunt. Omni autem generi animantium primum à natura tribuitur, ut tueatur ſe corpus vitamq; declinet nocitura acquiratq; neceſſaria, ut Tullius ex hac radice, primo de Officiis tertio cap. intentũ elicit. Primum quidem eſſentiæ eſt ipſum eſſe. Quare ad hoc ut quælibet eſſentia ſit, habent cõnata ad hoc principia, inſtinctũ appetitum aut rationẽ. Ex quo evenit ſecundùm naturarum diverſitatẽ varia eſſe media, propter eſſe & conſervari naturaliter inſtinctui indita. Hoc fundamento Ariſtoteles 7. Politicæ finali cap. concluſit, omnem artem & diſciplinam pro ſupplemento naturalium defectuum eſſe. Homines verò ratione præ cunctis animalibus dotati, à principio conſodalitatem ac communionem ſuæ cõſervationi ac etiam fini, propter quem quiſq; eſt, multum conferre, imò neceſſariam rationabili diſcurſu intelligentes, naturali inſtinctu ſe univerſæ ac ſic cohabitantes, pagos urbesq; cõſtruxêre. Et niſi homo pacis ſervandæ ob corruptum multorum affectum regulas inveniſſet, parum unio ſaluti contuliſſet. Quare civitates, in quibus civium unitas ac leges cõſervandæ unitatis & concordiæ communi omni aſſenſu, ac etiam earum omnium cuſtodes potentes, quantum publicæ conferebat utilitati, ex hoc conſequenter ortum habuerunt. Divina quidem ſuper admiranda ac omnibus gratioſè collata lege apertum eſt, ut intelligerent homines maximè eorum utilitati conſodalitates conferre: & deinde ordine tali conſervati, ut communi omnium ac ſaltem ſapiẽtum heroicorum conſenſu, aliis ipſis faventibus leges ſtatuerentur, quoniam ut in præcedenti collectione prehabitum eſt, ſecundùm ſanctum Cyprianum, ex Chriſti promiſſione major pars ſacerdotũ à vera lege nõ deficiet. Ita pariformiter dum communi conſenſu res pro conſervatione Reipublicæ tractantur, major pars populi civium aut heroicorum, à recta via ac pro tempore utili non deficiet alioqui contingeret naturalem appetitum fruſtrari, ut in pluribus quod pro inconvenientiſſimo apud philoſophãtes habetur. Videmus enim hominem animal eſſe politicum & civile, & naturaliter ad civilitatem inclinari. Hinc oportet valentiorem partem pro remanentia politiæ eſſe, ut Ariſtoteles primo Politicæ primo cap. cõcludit. Sed cunctipotens Deus ſtultis & fatuis quandam naturalem ſervitutem adjunxit, per quam facilè credant ſapientib. ut ſic ipſorũ adjutorio gubernentur, & conſequantur ſui cõſervationem: ut poſt Calanum Alexandro ſcribentem, epiſtola quæ octava in ordine inter Ambroſianas inſeritur, legitur: quod ſcilicet tanquam agricultura homo imprudens, & tãquam vinea deſerta homo egens ſenſu. Reſciſſa autem vinea fructum affert, ſemiputata frõdeſcit, neglecta luxoriat. Quam materiam elegantiſſimè Ambroſius immediatè præcedenti ſeptimo tangens epiſtola, dicit: à philoſophis magno diſputationis molimine jactata & fluctuata eſt quæſtio, dicentibus, quòd omnis ſapiens liber, omnis autem inſipiens ſervus. Sed multò hoc priùs David dicit, qui ait, Stultus ſicut Luna mutatur. Sapiens enim non metu frangitur, non poteſtate mutatur, nõ attollitur B

A prosperis, non triſtibus mergitur, ubi enim ſapientia, ibi virtus animi, ibi conſtantia & fortitudo. Sapiens enim idem eſt animo non minuitur, non augetur rerum mutatione, nec ut pravus fluctuat, ut circumferatur omni vento doctrinæ. Et infrà: Noe cùm audiſſet quia inſipienter filius ſuus Cham riſerat nudatum patrem, maledixit ei dicens: maledictus Cham, ſervus domeſticus erit fratrib. ſuis: Et præpoſuit ei fratres ejus dominos, qui ſapienter patris ſenectutem honorandam putârunt. Nonne fons ille diſciplinarum omnium Jacob, ubertatem diſputationis hujus omnium pectoribus infudit, qui in ſapientia, meritò prælatus eſt fratri ſeniori. Denique pater pius qui cùm inter duos filios, affectu certaret paterno, ſed increparet judicio (affectus enim neceſſitudine fertur, meritis autem judicia formantur) cùm divideret alteri gratiam, alteri miſericordiam, ſapienti gratiam, inſipienti miſericordiam, quia ad virtutem ſe propriis viribus erigere non poterat, nec ſpontaneum greſſum attollere benedixit eum ut ſerviret fratri ſuo, & eſſet ipſius ſervus. Oſtendens ita deteriorem eſſe ſervitute inſipientiam, ut remedio ei ſervitus ſit, quia ſtultus regere ſe non poteſt: & niſi moderatorem habeat, præcipitatur propriis voluntatibus. Diligens ergo pater & conſulens, ſervum eum fratris ſui fecit ut eius regeretur Coonſilio. Ideò inconſultis populis ſapientes quique adhibentur rectores, qui plebejam inſipientiam vigore proprio regant, ut
B potentiæ ſpecie dominentur, quo vel invitos auctoritate poteſtatis, ſubjiciant ad obedientiam prudentioribus & obſequendis legibus, impoſuit ergo inſipienti velut indomito jugum, & cui in gladio ſuo vivendum dixerat, libertatem negavit, ne temeritate laberetur: præfecit ei fratrem, cujus auctoritate & moderatione ſubjectus, proficeret ad cõverſionem. Et quia ſervitus habet diſcretionem, eſt enim neceſſitatis infirmior, voluntatis fortior: quia pulchrius: eſt bonum quod non ex neceſſitate fit, ſed ex voluntate, ideo primum ei jugum impoſuit neceſſitatis, poſtea benedictionem ei voluntariæ ſubjectionis impertivit. Non ergo natura ſervum facit, ſed inſipientia: nec manumiſſio liberum, ſed diſciplina. Deoique Eſau liber natus eſt, & ſervus factus. Joſeph venditus in ſervitutem eſt, & electus ad poteſtatem ut ſuis emptoribus imperaret. Et poſtquam eleganter libertatem ſapientis Ambroſius ibidem declaravit, quomodo ſtulto tantùm lex poſita eſt, ac quomodo ob peccatum ſub pœnas legibus redigitur: ſubjungit: ſervit ergo peccator formidini, ſervit cupiditati, ſervit avaritiæ, ſervit libidini, ſervit malitiæ, ſervit iracundiæ. Et videtur hujuſmodi ſibi liber, ſed magis ſervit, quaſi ſub tyrannis poſitus: illi autem liberi ſunt, qui legibus vivunt: lex autem vera ſermo rectus. Lex verò non inſculpta tabulis, nec æri inciſa, ſed impreſſa mentibus atque infixa ſenſibus. Quando ſapiens non ſub lege, ſed ipſe ſibi lex eſt: opus legis in corde ſuo continens, naturali ſtylo ſibi

& quadam inſcriptione formatum. hæc ille A Graves has ſententias cum aliis notandis, valde, ille præclariſſimus doctor Ambroſius in eadem & ſequenti epiſtola ponit, ex quibus hoc unum menti tenendum: quod licèt ex neceſſitate inſipientes, quia ſe ipſos regere non poterant, ſervi ſapientum effecti ſunt: tamen alligabatur illi neceſſitati voluntaria ſubjectio, propter ipſam neceſſitatem. Et ſic naturali quodam inſtinctu, præſidentia ſapientum, & ſubjectio inſipientum, redacta ad concordiam exiſtit per communes leges quarũ ipſi ſapientes maximè auctores, cõſervatores & exequutores exiſtunt. Aliorum omnium ad hoc per voluntariã ſubjectionem concurrente aſſenſu, & regimen dum ita diſponitur, tunc impoſſibile eſt civitatem ariſtocratizantem, id eſt, ſecundùm virtutem per ſapientiores, aliorum conſenſu ad communem utilitatem gubernatam, non benè diſponi, ut Ariſtoteli placet quarto Politicæ capite ſeptimo. Legis autem latio, per eos omnes qui per eam ſtringi debent aut majorem partem, aliorum electione ferri debet, quoniam ad commune conferre debet. Et quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet: & communis definitio, ex omni conſenſu aut majoris partis ſolùm elicitur. Nec poteſt excuſatio de obedientia legum ſibi tunc locum vendicare, quando quiſque ſibi ipſi legẽ condidit: non eſt enim bona diſpoſitio, benè leges poni, non obedire autẽ ut dicit Ariſtoteles quarto Politicorum cap. 7. Eſt itaque etiam B eorum interpretari, quorum condere His enim legibus regnum gubernare neceſſe eſt: amare enim & obedire omnibus inſunt. Quare etiam melius pro Republica extitit, legibus quàm optimo viro regi, ut ex intentione tertio Politicæ. 9 cap hoc Ariſtoteles perquirens cõcludit, ac 1. Rhetoricæ cap. 1. Ubi enim non principantur leges, ibi non eſt politia, ut quarto Politicæ 4 cap. ſtatui autem oportet leges cum gravitate magna, ac digeſtæ multum per prudentiam, longa experientia ſuffultam, ut ſecundo Politicæ. 2. cap. dicitur. Oportet deinde principantes eſſe pro legum obſervatione, quos primo ſecundùm ipſas leges dominari oportet, tertio. cap. 6. & 4. ut, Ethicorum. cap. 5. quoniam lex oculus eſt ex multis oculis, & eſt intellectus ſine appetitu, ut tertio Politicæ. 9. cap. inventum enim ſic à pluribus cui jam ſe quiſque ſubjecit mutare principantes non debent. Et quanquam ſecundùm leges princeps dominari debeat: tamen quia de his eſt dominus, de quibus ſecundùm leges nihil dicitur certitudinaliter, ut tertio Politicæ. cap. 6. ideo oportet eum eſſe prudentem, ut tertio Politicæ capite ſecundo, & quinto Ethicorum tractatu de juſtitia, ut epikeizare rectè valeat per directionem legis, ubi deficit propter particulare: & tunc ipſe omnis principatus, ſive Monarchicus per unum, ſive Ariſtocraticus plurium ſapientum ſive Politicus omniũ civiũ ſimul, & cujuslibet ſecundùm ſuum gradum, quando ſecundùm voluntatẽ ſubjectorũ exiſtit, ad communem tendens utilitatem, tempe-

A tatus & juſtus dicitur, ut hæc per Ariſtotelem tertio & quarto Politicorum. Si autem præter voluntatem ſubjectorum ad propriam tendēs utilitatē principat⁹ exiſtit, intēperatus exiſtit, ut tertio Politicorum capite quinto. ſic oriuntur tria genera principantium præfatis temperatis adverſa: ut Tyrannis, Oligarchia, & Democratia. & de his intemperatis Tyrannicis, Oligarchicis, & Democraticis principatibus libri hiſtoriarum pleni ſunt. Nembroth enim cœpit robuſt⁹ venerator eſſe primo poſt diluvium, ac Ninus Aſſyriorum primus rex Beli filius, qui primus arma foras extulit libidinis dominandi cauſa, & poſt eum Semiramis ejus uxor: quæ Treverum privignum, Nini ex alia Chaldæa uxore filium, patria regnoq; expulit (ut ferunt hiſtoriæ) ob cauſam: quia ipſa in ejus exarſit amorem, quam quia novercam ſuam juſtè ſprevit, ipſa eum inſequente Europam adiit, ac demum locum manſivum in campo quodam amœniſſimo interfluente eū Moſella (de quo fluvio Auſonius admitandum opus metro contexit) delegit ac noſtram ibi ſui nominis urbem condidit Trevericam, omnium quæ in Europa ſunt primam, anno 42. nativitatis Abrahæ, ut veteres dicunt hiſtoriæ. ſed hæc præter propoſitum De temperatis quidem principatibus, quomodo ipſe Moyſes & Aaron, & Eleazar, ac in Romana Republica reges primò, deinde ſenatus ac cōſules, & etiam imperatores, conſenſu & voluntate pro communi utilitate, cōſtituti ſunt:
B ſupervacuum foret hoc loco notiſſima omnibus enarrare. Oportet autem principantem unum eſſe multis ex cauſis, etiam ſi ipſe principatus ex pluribus heroicis viris unitus & cōpactus foret, alioqui confuſio exoriretur quādo in principando plures concurrerent & cōfunderetur ordo, quando ſubjecti cui obedire potiſſimùm deberent, neſcirent. Pluralitas igitur principum mala, quoniam unum oportet principantem eſſe, ad quem ultimò ſecurè recurratur. Omnem autem principatum Monarchicum, vel Ariſtocraticum, cum volentibus ſubditis conſtituantur illi principatus, electione conſtitui oportet 3. Politicæ. cap. 8. Inter autem omnia temperati principatus genera. Monarchicus præeminet. Inter autem ſpecies hujus principatus temperati monarchicus qui per electionem conſtituitur abſq; ſucceſſoribus præfertur ei qui per electionem conſtituitur cum ipſis ſucceſſoribus. In generis enim ſucceſſione, varia ſolent intervenire quæ Reipublicæ ſæpe obſunt. Quanquam enim heroici & ſapientiſſimi & nobiliſſimi viri, ſæpe cum poſteris ad Monarchicum regimen legantur ſalubriter aliquandiu electi: tamen quia ad modum fertilis agri, filii talium primæ naturam parentum contrahentes, ſucceſſivè degenerant, & demum perit illorum illuſtritas, ut Ariſtoteles hoc habet ſecundo Rhetoricæ cap. 24. undè etſi multæ etiam rationes prægraves & fortes pro ſucceſſorio Monarchatu exiſtant, nihilominùs ut optimus omnium voluntate ad commune conferens ſit Reip. ſemp, non eſt melior quiſquam ſtatuendi modus, quam per novam electionem, omnium aut majoris partis, vel ſaltem eorū procerum, qui minus voces ex conſenſu habent. A Hæc videtur Ariſtotelis ſententia primo Politicæ c. 9. & libro ſecundo cap. 5. & tertio cap. 2. & ſeptimo libro cap. 9. & 12. Hujus verò officium eſt nihil contra leges præſumere: immò ſubeſſe debet eis, & earum doctrina, tanquam cor in medio corporis, totam Remp. vivificare: immò ſecundum eaſdem puniri debet in arduis ſcandalum in Rep. ex tranſgreſſione generātibus, licet non in parvis delictis, nec cōtemptibilis fiat principatus. Vigilare itaque princeps habeat admodum cordi continuè pro Republica & legum ſtrictiſſima obſervatione, quas eum exequi oportet, ut dicitur ſeptimo Politicæ cap 6. & non uti ſumma poteſtate, ut regnum diuturnius fiat ut Ariſtoteles 5. Politicorum de Theopompo declarat. qui voluit facere ſuum regnum diuturnum, ideò ſuprema poteſtate rarò uſus eſt. ut ſe legibus cōformaret, & populi amorem conſervaret. Sunt enim principāti neceſſaria tria: Primò amor ad conſiſtentem politiā. Secundò potentia maximorum operum. Tertio principatus cum virtute, & juſtitia, ut 5. Politicæ cap. 4. Virtus autē eſt ipſa prudentia, quæ eſt virtutum magiſtra, 2. Ethico. c. 6. Potentia autem neceſſaria eſt, ut per coactivam potentiam civiles potentias in rebelles exequi poſſit. Unde oportet ad hoc aptum habere inſtrumentum, ſcilicet exercitū armatorum, dicit enim Ariſtoteles 7. Politicæ 6. cap. communicantes autem neceſſariū eſt ipſis arma ad principatum (inobediētiū gratia) & illa eſſe debet tanta, ut ſit ea quæ ſingulorū & unius & ſimul plurium major: ea autem quę multitudinis minor: ut tertio Politicæ 9. c. Mediocris quidē debet eſſe exercitus, ne videatur Monarcha tyrannizare velle ad propriam utilitatem, & tamen potens pro aliquibus & plurib. rebellibus. Omnem enim pœnam quam principans infligere debet, comparare debet medicinali antidoto Reip. (ut docet Ariſtoteles tertio Ethico. 3. cap.) ſummopere ad hoc advertere, ne in ſubjectis magna oriatur inęqualitas, propter enim exceſſum potentiam aliquorum, rupta proportione politia perit: ſicut ex partib. corpus cōponitur. & oportet augeri proportionabiliter, ut ſanitas & commēſuratio maneat, alioqui corrumpitur, ſi non ſecundum quantum ſed ſecundū quale creſcit, ut hæc Ariſtoteles 5. Politico. c. 2. & 3. ejuſdem c. declarat. Multa itaq; circumſpectione, prudentia, ac rerum experientia pollere principantē neceſſe eſt, ut ſecundum tempus & locum, utiliter per pœnas medicinales ægrotanti Reip. aliter nūc aliter tunc, ut tēporis qualitas depoſcit, ſalubriter ſuccurratur. ut elegāti exemplo Aurelius Auguſtinus ad Voluſianū de divinarū legum mutatione nos informat dicēs: Vindicianum medicū expertiſſimū, adoleſcētē à quadā infirmitate, mediāte certa medicinali re adoleſcēti nota, curaſſe. Poſt tēpora ſenuit adoleſcēs, & in eādem reincidit peſtē, uſus eſt proprio mo-

A tu eadem re quæ prius eum ſanitati reſtituit, nec convaluit: cauſam à Vindiciano exquirit. Reſpondit eleganter, non profuit, quia Vindicianus non porrexit. Interrogatus poſt, cur hanc cauſam invaliditatis medicinæ confinxiſſet, dixit rectè dixi, ſi dediſſem profuiſſet: nō autem dediſſem modo maturioris ætatis viro, quam quondam adoleſcenti. Hoc exemplo Auguſtinus inſtruit, mutationes tam in divinis quàm humanis legibus utiliter pro tempore per eundem ac ad eundem finem fieri.

Venerabilis Sedulius, in libello de Chriſtianis rectoribus, primo cap. octo principaliter Regi neceſſaria, his verſibus exprimit,

Fabrica nulla tenet ſtabilem per tempora formam,
Si non fulturis nixa ſit illa ſuis.
Nec ſtabilire queunt ſplendentis lumine templa,
Aula nec & regum eſſe his ſine firma poteſt.
Juſti rectorum propriis ſic ſtare columnis
Publica res poſcit propitiante Deo.
Prima columna micat vere ſpecioſa decore,
Ac patiens regimen rite ſecunda tenet.
Tertia largiflua meritis dat munera dextra,
Quartaq́; blandiloquax dulcia verba ſonat.
Quinta malos reprimit, zeloq́; micante coruſcat,
Gaudet ſexta potens magnificare bonos.
Septima clementi petit ore benigna tributum,
Aſt octava regit juſtitia trutinam.
Nititur his ſolidis Reſpublica fulta columnis,
Sicut mons Zion, his ſtabiliſq́; manet.

B Poſſent plura & elegantiſſima dicta ſapientum huc adduci, ſi noſtri ꝓpoſiti foret de ipſis principantibus ad longum tractare. Sed hæc radix nobis ad omnia cum his præmiſſis ſufficit quod quemlibet principantem inter Chriſti fideles, oportet Chriſto, cujus figurā & ſucceſſionem geſtat, in typo cōformari. Reſpiciat itaq; ad Chriſtū, q̃ eſt ipſa veritas, & primo cōſideret quoniam ipſe eſt Dominus & magiſter, Deus & homo: ita & omnis principatꝰ ex quodam divino & humano exurgit. Poteſtas enim omnis Dei habet ordinationē, ad Romanos 13. Et Auguſtinus ſuper illud Joan. 19. nō haberes poteſtatem adverſus me ullam, niſi tibi datum eſſet, deſuper: eleganter declarat poteſtatē etiam Pilati in Chriſtum à Deo fuiſſe. Sic & ſanctus Bernar. ad archiepiſcopum Zozonenſem ſcribēs dicit, Romani præſidis poteſtatē Chriſtus ſupra ſe fatetur cœlitus ordinatam, quare ſacra eſt omnis majeſtas & ſpiritualis & à Deo: eſt etiam ab homine, ut Chriſtus verꝰ virginis Mariæ filius. Unde ex incorrupta & intemerata virgine, ejus liberali conſenſu interveniente, dum diceret: fiat mihi ſecundum verbū tuum, Chriſtus naſcitur Deus & homo. Ad modum hujus ex omnia incorrupta Eccleſia ſive congregatione hominum, ex puriſſimo cōſenſu prodire debet verus principatus: nō ex aliqua violentia non ex ambitione, aut pravitate ſimoniaca ſed ex puritate qua Chriſtus in mūdum propter amorē ſalutis populi dignatꝰ eſt venire. Et dum ſic per Chriſtum, qui eſt oſtium verū ad principatum quis eligitur & vocatur, & ſecundum Chriſti exemplum cum humilitate acceptatur, & per veſtigia Chriſti princeps ambulaverit: neceſſe eſt Remp. optimè diſponi, & imperantis nomē perennari. Chriſtus enim ſub lege erat, non venit ſolvere legem, ſed adimplere, humilis & mitis corde, medicꝰ manſuetiſſimus: & non eſt opus alia quacunq; doctrina principāti, q̃ ejus veſtigia inſequi quoniam tunc in luce veritatis ambulat, & vitam æternā cōſequetur. Et quia principalis noſtra intentio in hoc opere verſatur, circa inquiſitionem concordantiæ Catholicæ: ideo hæc nūc ſufficiant, in ipſo principali propoſito inſiſtentes, inveſtigemus ad hoc conſequenter oportuna. A

Cap. I.

SAtis præcedens collectio concordiam Eccleſiaſticæ diſpoſitioni vim maximam dare, concluſit, ac dubia magna exſolvit: inter q̃ ſi ea quæ memoriæ digna commendavit, hoc notavit præcipuè, Eccleſiam Chriſti ex ſacramentis, ſacerdotio, fidelibuſq́; connexam. In qua unitate, ſacramenta ut ſpiritus, ſacerdotiū ut anima, ac cæteri fideles ut corpus ad unius myſticū Chriſti corpus, concorditer cunſtringuntur. Verùm de ſacerdotio quædam præmiſſa ſunt, de corpore quid quantū propoſito cōgruit, ſermo habendus nūc eſt. Cujus gradualis hierarchicam ordinationem, in unū principem, ab infimo ſimplicium laicorum, pedum typum gerentiū, per Rectores, Comites, Marchiones, Duces & reges uſq; in Cæſareum caput, ex ſuperioribus facilè quiſque intelligere poterit. Omnia enim quæ à Deo ſunt, ordinata neceſſariò ſunt. Eſt itaq; in catholica Eccleſia, in hoc ordine unus in plenitudine poteſtatis cæteris ſupereminens mundi dominus, qui Romano pontifici ſuo modo in hac corporali hierarchia, ad inſtar ipſe in ſacerdotali, regulariter par eſſe dicitur, ſervata differentia quæ inter ſpirituale & corporale exiſtit. Quas quidem ſui generis cōcordantias utriuſq; poteſtatis ac etiam differentias, inveſtigare particulariter non intendo: ſed ad præſcriptam hāc regulam inveſtigantē remittere, ut cognoſcat, imperialem majeſtatem ita omnium de jure q̃ imperio ſubſunt, poteſtatem habere, ſicut Romanus Patriarcha ſubjectos Epiſcopos Romanæ Eccleſiæ in poteſtate habet. Et ſicut inter cunctos Patriarchas Romanus eſt primus: ita inter cunctos reges Romanorū rex. Duces verò Archiepiſcopis, Comites Epiſcopis compara, & proſequere reſiduum, ut ſuperius ſecundum Leonem nonum quodam loco continetur. B

Cap. II.

ESse in primis ſtabiliendum fundamentum, quomodo ipſum imperium ſacrum à Deo ſit, deinde an dependeat ab eodem immediatè. Poſt hæc ubi hodie exiſtat, & an à papa ſit translatum cum veritate de Græcis in Germanos, in perſona Caroli Magni, ac de Electoribus imperii

A impetii qnautantur poteſtate. Et quoniam i-
ſtæ qnæſtiones variæ ac prolixæ, permultos
recentiores doctores habentur, de lege tacen-
dum eſſe. Unum præterire nequeo, quoni-
am penè omnium ſententia indubitata eſt.
Conſtantinum Imperatorem. Occidentis im-
perium Rom pon. Silveſtro, ac ejus in ævum
ſucceſſoribus perpetuo dono tradidiſſe: & i-
deò etiam ſi ratio de unitate principantis, ſci-
licet adverſari bono & recto ordini, duo capi-
ta ſore non concluderet, pateret tamen in Oc-
cidente Imperatorem nullum niſi à papa de-
pendenter imperium cognoſceret, juſtè eſſe
poſſe. Hanc radicem quoad potui inveſtiga-
vi, præſupponens hoc etiam indubitatum eſſe.
Conſtantinum talem donationem agere potu-
iſſe: quæ tamen qnæſtio nec ſoluta eſt hacte-
nus, nec ſolvetur veriſimiliter unquam. Sed
in veritate ſupra modū admiror, ſi res ita eſt,
eo quod in authenticis libris, & in hiſtoriis ap
probatis non invenitur. Relegi omnia quæ
potui geſta imperialia ac Romanorum ponti-
ficum, hiſtorias ſancti Hieronymi. qui ad cun-
cta colligēdum diligentiſſimus fuit, Auguſti-
ni, Ambroſii, ac aliorum opuſcula peritiſſimo-
rum, revolui geſta ſacrorum Conciliorū quæ
poſt Nicenum fuere: & nullam invenio con-
cordantiam ad ea, quæ de illa donatione legū-
tur. Sanctus Damaſus papa, ad inſtantiam bea-
ti Hieronymi, actus & geſta prædeceſſorum
dicitur annotaſſe, in cojus opere de Silveſtro
papa non ea inveniuntur, quæ vulgò dicun-
B tur. Legitur in certis hiſtoriis, Conſtantinum
à Silveſtro baptizatum, & ipſum Imperatorē
tres illas ſancti Joaonis, ſanctorum Petri &
Paoli eccleſias mirificè ornaſſe, ac annuos mul
tos redditus, è diverſis maſſis terrarum in di-
verſis provinciis & inſulis, pro continuando
lampadarum balſami & nardi piſtici ac cæte-
rorum, donaſſe de quibus omnibus particula-
rem mentionem in Pontificum libro reperies.
Sed de donatione temporalis dominii, aut im-
perii Occidentis, nihil ibi penitus continetur.
Verùm qnòd poſtquàm Aſtulfus rex Loogo-
bardorum Exarchatum Ravennatem occupà-
vit, cum aliis multis locis & Stephanus ſecun-
dus natione Romanus ex parte Conſtantino,
multis legatis ad Aſtulfum miſſis rogaret. im-
periali ditioni loca reſtitui, & facere non vel-
let Aſtulſus: Stephanus Pipinum adiens, eum
cum duobus filiis in reges unxit. Fuit etiam
cum eodem Stephano orator miſſus Impera-
toris, & à Pipino impetratunt ut Aſtulſum in-
ducerer, quòd imperio loca reſtitueret. Miſit
Pipinus, nec profecit. Unde cum non poſſet
ſic ab Aſtulfo reſtitutionem impetrare promi
ſit Stephano ſe viablaturum ab eo, & ſancto
Petro daturum. Hoc auditu, revertitur impe-
rialis miſſus. Pipinus quæ promiſerat exple-
vit. Forma verò hujus donationis, in geſtis p̄-
fati Stephani, cum nominatione particulari
omnium bonorum continetur Zacharias pa-
pa monarchiam regni Franciæ in Pipinum trāſ
tulit, Lodovico rege depoſito: de quo legitur
15. q. 6. alius, & in gloſſ. c. venerabilem. ex illo
putn Pipinum ſedi Apoſtolicæ faviſſe. Poſt hoc A
Deſiderius rex, iterum illas civitates aut earū
aliquas, tempore Adriani ſexti cœpit. Adria-
nus papa multis miſſis ad eū legatis, repetiit jua
ſancti Petri, impetrare non potuit. Tunc Ca-
rolus magnus invocatus per Adrianum, recu-
peravit, & iterum donavit ſancto Petro ſolen-
ni donatione, quæ in geſtis ejuſdem Adriani
papæ continentur. Ex iſtis conſtat, Conſtanti-
num imperium per Exarchatum Ravennatē,
urbem Romam. & Occidentem minimè papę
dediſſe. Unde continuè legitur, Imperatores
uſque ad tempora præfata ſicut prius pleno ju-
re Romam, Ravennam, & Marchiam cum a-
lijs locis poſſediſſe. Et probat tex 96. diſt. benè
quidā ubi dicit de patricio præfecto nomine
Adoacris regis. & 63. diſt. Agatho. 96. diſt. cū
ad verum. cum ſimilibus. Et Romanos ponti-
fices legimus Imperatores fateri dominos.
Scribit enim Agatho papa ad Imperatorē Cō-
ſtantinum. qui ſextam Synodum congregavit;
& multis annis ſequutus eſt primum, quomo-
do orbs Roma ſit ipſius Imperatoris ſervilis
urbs. Et Bonifacius papa ad Honorium, qui di
cit: quòd eccleſiæ Romanæ ipſe habet regere
ſacerdotium, ſed Imperator humanas res. Et
in fine dicit, Romam eſſe urbem ſuæ manſue-
tudinis hic textus habetur 91. diſt. Eccleſiæ.
Et ut breviter dicam, nullibi contrarium legi,
quin uſque ad illa præfata Pipini tempora, Im-
perator remanſerit in poſſeſſione locorum p̄-
tactorum. Necunquam legi. aliquem Ro- B
manorum pontificum uſque ad tempora Ste-
phani ſecundi, in illis locis nomine ſancti Pe-
tri aliquid juris præſumpſiſſe habere. Hæc cre
do vera eſſe, non obſtante famigera opinione
de contrario, quæ in palea habetur Conſtanti-
nus 96. diſt. quoniam abſq; dubio ſi non fuiſ-
ſet illud dictamen apocryphum, Gratianus in
veteribus codicibus, & canonum collectioni-
bus inveniſſet: & quia non invenit nō poſuit.
Unde q̄ poſtea addidit, pro palea ita illam cōfi-
ctam ſcripturam poſuit, ſicut multa alia inve-
niuntur ex apocryphis libris noſtris inſcripta.
Ego etiam ad longum hanc ſcripturā in quodā
libro inveni, quæ multo plus continet, quàm
ea quæ in decreto ponitur loco præallegato,
& diligenter eam examinans reperi ex ipſamet
ſcriptura, argumenta manifeſta confictionis
& falſitatis, quæ pro nunc longum & inuti-
le foret his inſerere. Etiam eſt advertendum,
quod textus Conſtantinus, nonageſima ſex-
ta diſt. eſt ex legenda ſancti Silveſtri extra-
ctus, & fundat ille qoi impoſuit decretò
auctoritatem ipſius textus in approbatione
Gelaſii in ſynodo: rogo videatur 15. diſt. ſancta
Rom. illa approbatio & invenietur pauci ro-
boris: quis dicit auctorem ignorari. & tamen
per catholicos legi, & ea propter legi poſſe,
qualis ſit approbatio, quiſque conſiderare po-
teſt. Multæ enim ſunt hiſtoriæ ſancti Silveſtri:
una, in quo hoc non invenitur qoam ſanctus
Damaſus ponit: alia cujus auctor ignoratur,
quam textus non dicit veram, ſed legi poſſe.
Neque dicit in illa hoc contineri, etiā antiqua
decreta

A decreta non habent textum, niſi uſque ad ver. Item decreta Romanorum pontificum incluſivè, & ſic non invenitur in illis libris iſte ver. de hiſtoria Silveſtri. Quinta etiam univerſalis Synodus, quæ de approbatis doctorum omnium & ſcripturarum approbatarum libris mentionem facit, ac etiam ipſa ſynodus Martini papæ, quæ fuit contra aſſerentes unam voluntatem in Chriſto, ſcilicet contra Petrum & Sergium, renovans approbatas ſcripturas, ut egomet vidi: nullam de iſtis hiſtoriis faciunt mentionem, nec quiſquam approbatus aut nominatus inter veridicos, quem unquã vidi. Ego legi in Vincentio hiſtoriarum 24. lib. in fine, ſecundum ſanctum Hieronymum, Conſtantinum uxorem Fauſtum, & filium Criſpũ crudeliter occidiſſe, & in extremo vitæ, ab Euſebio Nicomediæ epiſcopo baptizatum, in Arianam hæreſim declinaſſe. A quo tempore (inquit Hieronymus) eccleſiarum rapinæ, & totius orbis diſcordia ſequuta eſt, uſque in præſens tempus. Iſta libro de actibus Silveſtri, quem Vincentius dicit à quodam cujus nomẽ ignorat, è Græco translatũ, ut eodem lib. cap. 9. habetur manifeſtè contradicunt. Quis non credetet potius Hieronymo approbato, quàm ignoti auctoris ſcripturis quæ apocryphæ dicuntur, quando auctor ignoratur? Textus etiam qui aſcribitur Melchiadi papæ, qui habetur 12. q. 1. futuram, qui videtur huic dicto aliquantulum obſtare, non eſt Melchiadis papæ ſecundum gloſſ. quandam & etiam rei veritatem. B quia Melchiades præceſſit Silveſtrũ, ut patet in catalogo Romanorum pontificum. Et ſi Conſtantinus fuit baptizatus à Sylveſtro, ſecundum commune dictum, tunc patet titulum illius textus falſum. quia loquitur de baptiſmo Conſtantini. Et etiam ſi Melchiadis foret ille textus adhuc nõ haberetur argumentũ ex ea contra præmiſſa: quia non dicit aliud, q̃ Conſtantinum ſedem Romanam imperialem reliquiſſe, & Petro & ſucceſſoribus conceſſiſſe. Hoc eſt quod ubi fuit ſedes imperialis, quod ibi ſit modò papalis, quod non negatur. Et verum eſt Conſtantinum imperatorem tẽpore Melchiadis papæ fuiſſe, & tunc Chriſtianum, per Auguſtinum in multis locis hoc habetur, & maximè in Epiſtola ad Glorium & Eluſium, & quibus hoc gratum eſt, quę incipit: Dixit quidem apoſtolus, & hoc concordat cũ Hieronymo. Vidi etiam decretum Leonis papæ in ſynodo Romana, cum ſubſcriptione epiſcoporum & clericorum & civium Rom. ubi Leo papa Othoni primo reſtituit omnia loca per Pipinum, & Carolum, & Robertum reges, ſancto Petro data. Et nominantur eodem decreto omnia loca, & nullam facit de donatione Conſtantini mentionem. Sunt meo judicio illa de Cõſtantino apocrypha, ſicut fortaſſis etiam quædam alia longa & magna ſcripta, ſanctis Clementi & Anacleto papæ attributa. in quib. volentes Romanam ſedẽ omni laude dignam, plus quàm Eccleſiæ ſanctæ expedit & decet exaltare, ſe penitus aut quaſi fundant. Si quis illas omnes ſcripturas illis ſanctis attributas diligenter perlegeret, & eorum tempora ad illa ſcripta applicaret, ac deinde in opuſculis omnium ſanctorum patrum qui uſque ad Auguſtinum, Hieronymum, & Ambroſium fuere, ac etiam de geſtis Conciliorum, ubi authentica ſcripta allegantur, uſum & memoriam haberet: hoc inveniret verum, A quia nec in illis omnibus ſcripturis, de illis p̃fatis epiſtolis mentio habetur, & etiam ipſæ epiſtolæ applicatę ad tempus eorum ſanctorum ſeipſas produnt. Scribitur in Clementis Epiſtolis, quomodo papa fuerit & Petri ſucceſſor, & poſt Petri mortem ad ſanctum Jacobum has fingit ſcriptor miſiſſe epiſtolas, qui fuit frater Domini & Hieroſolymorum epiſcopus, & eſt manifeſtum Jacobum prius Petro octo annis finiſſe martyrio vitam. Et hæc una de cauſis, cur inter catholicas Epiſtolas ea quæ Jacobi ſunt præcedunt, ut ſcribit Beda ſuper canonicis Epiſtolis in principio. Scribitur quoque ipſum Clementem ſucceſſorem fuiſſe Petri, & hoc idem in aliis quæ ſancto Anacleto adſcribuntur, legitur. Quomodo ſancti viri Hieronymus, Auguſtinus, Optatus, Milevitanus, & cæteri qui omnium Romanorum pontificũ catalogum poſuerunt, hoc ignoraſſent? qui Clementẽ non interſerũt, vel ſaltem non immediatè poſt Petrum ponunt, ſi ipſas Epiſtolas aut tunc vidiſſent, aut pro authenticis habuiſſent. Invenitur inſuper in ipſis Epiſtolis de epiſcoporum à ſacerdotibus differentia, quæ longo tempore poſt hoc (ut Hieronymo placet & Damaſo) in Eccleſia orta eſt ex allegatis etiam in ipſis Epiſtolis ac aliis innumeris, iſta patere poſſent, quæ hic ſupervacuè ponerentur. B Non opus foret divinam ipſam & omni laude ſuperexcellentiſſimam Romanam primam ſedem, ſe his ambiguis juvare argumentis, quę ex illis Epiſtolis extracta, decreto Gratiani inſerta inveniuntur, Sufficienter quidem & multò elegantius, veritas ipſa ex uſitatis certis & approbatis ſacris ſcripturis & doctorũ ſcriptis, abſq; hæſitatione haberetur. Sicut nec de Cõſtantini donatione ſe majorem arguere deberet, quæ ſi etiam indubia foret: quid in ſpirituali cathedra poteſtatis eccleſiaſticæ augere poſſit, quiſq; intelligit. Non adhuc dubitaretur de ejus validitate ſolum quæ diligenti inquiſitione, quam pro veritate ſcienda reperire potui ſcribo, ſalvo in omnibus judicio ſacræ Synodi. Et ſi omnia illa quæ prænarrata ſunt, ex acceptatione Eccleſiæ firma cenſeri debent, placet & mihi: quia etiam illis omnibus ſcripturis è medio ſublatis, ſanctam Romanam Eccleſiam primam, ſummę poteſtatis, excellẽtiæ, inter cunctas ſedes, quiſq; catholicus fateretur.

Cap. III.

VErùm adhuc volunt quidam, & eſt opinio vulgatiſſima, imperium translatum in Germanos per Adrianũ, in perſonam Caroli Magni, juxta ea quæ Innocẽt. 3. dicit in c. venerabilem. de elect. Sed fateor me nunquã in antiquis ap̃phatis libris hoc legiſſe, li-

cet,

A cet Stephanus 2. unxerit Pipinum & ejus duos filios in reges, oon tamen habetur de imperii tranſlatiooe: verùm ꝙ Carolus certis decretis, ac etiam Geſtis Adriani, patricius Romanus vocatur. Poſtq̃ enim dono Pipini patris Caroli, ad jus & proprietatem ſaocti Petri devenerunt. civitates & loca ibi in Geſtis Stephani 2. nominata, quæ poſtea aucta ſunt, qoia plures civitates amplas dederunt juri ſancti Petri; & tonſi ſunt cives illarum more Romanorũ: tunc opus erat in illis omnibus locis defenſore & patricio: & deputatus fuit Carolos Magnus pro patricio, ut habetur 63. diſt. c. Adrianus. & in Synodo, ubi ipſe rex Franciæ & Lõgobardorum nominatur. Et habebat patrici⁹ (qoia pater patriæ) curam judicii temporalis, & præfuit in temporalib papa ſe de ipſis minimè intromittente: imò patrici⁹ ſecundũ gloſſ. antiq̃ in c. Adrianus. 63 diſt pater papæ in temporalib. fuit, ſicut papa in ſpiritualibus ej⁹ pater. Patricii dicti, quia ipſi ut patres filiis. Reipublicæ providebant. Iſodo. 9. Etymo. Et ſolebant coronati imperatores patricii vocari. ut legitur de Henrico 4. qui fuit anno Chriſti 1061. Qnoniam mortoo Nicolao 2. Romaoi coronam eidem miſeront, & pro eligendo Põtifice interpellaverunt, qui vocatis plæriſque Italiæ Epiſcopis, generaliq; conventu Baſileæ habito, eadẽ impoſita corona, patricius Romanorũ appellatus eſt: ubi communi omoiũ cõſilio, Romanorumq; legentib. Cadelo Permenſis ꝑſu l 7. Calen. Novemb. Papa declaratur, q̃

B & Honorins appellabatur. Sed Auſelmus quidam Epiſcopus Lucæ civitatis Thuſciæ, qoi Alexander nominabatur: à certis Romanis & Normannis ꝑelectus, 27. diebus cathedrã occupavit, uſq; ad mortẽ. Cui ſucceſſit Hildebrãdus. cui & Gregorius 7. qui Henricũ Imperatorem excõmunicavit Unde hodiernũ Cõcilium diſtãs 372. annis ab illo Baſileæ. 1433. celebratur. Cujus tẽpore ſereniſſimus Sigiſmũdus, Romæ ab Eugenio imperiali diademate inſigniens, & Concilio ut ipſe Henricus & cæteri catholici imperatores intereſt Sunt verò anni ꝓcisè 500. quib ꝑ Henricum primũ patrẽ Othonis primi, ipſa Baſilea civitas, id eſt, regalis civitas (deſtructa magna Auguſta, q̃ nõ multũ diſtanter ſita erat) per Ungaros funditus ædificata, & in Eccleſiis fundata fuit. de hoc oõ plura. Redeundo ad primũ, admittendo ea quæ de patriciatu Caroli dicta ſunt non ſequitur ꝙ ea propter fuit de Græcis imperium tranſlatum: imò in geſtis octavi Conſtantinopolitani cõcilii manifeſtè apparet, ac etiam poſt hoc uſq; ad Othonẽ primum, ꝙ Rom. pontifices, Nicolaus primus, Adrianus ſecondus, recognoſcũt Baſiliom Imperatorem, qui illã ſynodum cõvocavit, & filios ſoos, ac Leonẽ poſt hoc Imperatores Romanorum Et nõ iovenitur in ipſis hiſtoriis, verum Carolũ nominatum Imperatorem: ſed regẽ & patritium Romanorũ Licet q̃dam hiſtoriç habeãt, ipſum in fine vitç quaſi, Auguſti nomen à Romano populo recepiſſe; & etiã poſt ejus mortẽ Imperator nominetur aliquando, ut 15. q. 6. alius. Ego enim Coloniæ in majori eccleſia, volumen ingens omnium miſſivarum Adriani primi ad Carolũ & ipſius Caroli reſpõſiones, & inſup copias omnium bullarũ, vidi & fateor me nunq̃ tranſlationem illam legiſſe: tamẽ imperii nomẽ multum lego commune antiquitus fuiſſe. Vocabator enim Imperator electus per exercitum, ut dicit ſanctus Hiero. 93. di. legimus, & maximè in hiſtoriis reges Italiæ Imperatores fuiſſe leguntur, ſicut etiam legi Berengarium Imperatorẽ nominatũ, & alios multos. Etiam Ludovic⁹ Pius rex Franciæ legitur imperator. 63. diſt. ego Ludovicus, & 4. di. c. de capitulis. probatur Lotharium imperatorem & Pontificem nominari, & ſimiliter de Ludovico patet ibidẽ. Unde ſi omnia bene reſulvũtur, qui imperare habebãt maximè in Italia, Imperatores vocari aut reges ſolebant. Scimus deinde, quomodo poſt mortem Conradi regis, defecit illa ſucceſſio regum à Pipino & Carolo: & quomodo ordinatione & ſuaſu ipſius Conradi jam in oltimis agentis. Heoricus dux Saxoniæ in regẽ electus eſt, & ad eũ inſignia regia Conradi delata ſunt. Ac inſuper ſcimus, quomodo regnũ per ſucceſſionem in Othonem primum, ſecũdum & tertium devenit. Et tunc tempore Henrici & Othonis primi, maximæ diviſiones & bella in Italia. hinc inde per mundũ fuerunt: & qoomodo jam ille, jam iſte, jam Arnulphus, pòſt Berẽgarius, & tunc Hogo, tuoc Albericus, inter ſe bella habuere. Hugo. n. rex, Romam, & cæteras vicinas regiones diu ſub ſe habuit, deinde expulſus Albericus eandem Romanàm civitatẽ occupavit, & de ſimilib multa & varia videre poſſet. qui legeret hiſtoriam Loitprandi diacooi Ticinenſis Eccleſiæ, ad Raimundum

B Hiſpaniæ provinciæ Liberitanum Epiſcopũ, qoi fuit io cancellaria Berengarii. Quoniam quòdà tempore Baſilii Imperatoris Conſtantini ejus filii, & hujos filii Leoois, & Carolo Caluo uſque ad Othonem primum, hinc iode in Europa actum eſt, diſcertè ſcripſit: & verè (ot creditur) quia tunc moltis arduis idem ipſe interfuit. Unde ſi cuncta reſolvis, tunc ab Henrico primo, Alemanni per potentias armorum, & maximè per primum Othonem, regni Italiæ & urbis Romanæ. regni Arelatẽſis, ac ipſius Germaniæ dominia acquſiverũt: & extunc nominati ſunt Imperatores, poſtquam Berengarius, Hugo. Arnulphus, & Albericus defecere. Quomodo autem urbis Romanæ ac Italiæ dominium per Othonem Romanis deſiderãtibus armis acquiſitum fuerit, longum nimis foret enarrare. Et miror multum, qnod Gratianus 63. diſt. in Synodo, loquens de inveſtituris Epiſcoporum qui text⁹ Othonem probat Imperatorem & regem Italiæ & Theutonicorum: non poſuit illam reſtitutionem civitatum quondam donatarũ Romanæ eccleſiæ. Et quia tenoit tale dominium urbis Romanæ & Italiæ Otho, Imperator eſt nominatus ipſe, & omnes ejus ſucceſſores: licet dominium urbis, & civitatum donatarum quondam per Pipinum & Carolum, & poſt hoc per alios reges, 63. di. ego Ludovicus,

reſti-

A reſtitutum ſit Romano pontifici Et ſine dubio aliquid ſibi reſtitnentes Eccleſiæ reſervarunt: ratione cujus ultra regnum nomen imperii ad modũ priſcorum decorantur, ſicut quondam Carolus Magnus patriciatum & vocatur advocatio in c. venerabilem ad elect. Si enim in homines ſubjectos Eccleſiæ Imperator nihil imperii haberet: quomodo poſſet ipſe per coerctionem ipſos ad obedientiam juris ſancti Petri arctare? & quomodo jura ſancti Petri poſſet (ſicut jura Apoſtolica) conſervare? 60. diſt. tibi domino. Sed extendere me pro nunc nolo in iſtis quia præſentis ſpeculationis non ſunt, ſufficit præfata tetigiſſe.

Cap. IIII.

INſuper de electoribus imperii eſſe tractandum, de quibus in c. venerabilem de electione dicitur. Et volunt doctores dicere, ipſos nomine Romani populi eligere, de quo p Joan. An in addi Spe. de repræ. poſſunt ver. finalis ver. Item quod obtentum. Omne enim ordinatum imperium vel regnum (ut ſuperius quodam loco dictum eſt) ex electione ortum capit, & tunc vera Dei providentia cenſetur prælatus. Unde Valentinianus & Martianus Imperatores ad Leonem papam de congreganda Synodo ſcribunt ſic: Victores Valentinianus & Martianus, glorioſi triũphatores ſemper Auguſti, Leoni reverendo archiepiſcopo glorioſæ civitatis Romæ. Ad hoc maximum B imperium veri Dei providentia & electione, ſenatus excellentiſſimi; cunctæque militiæ. Secundum hoc enim Henricus primus pater Othonis, ordinatione Conradi regis legitur per electionem conſtitutus rex, quum prius eſſet dux Saxoniæ, & primò fact⁹ eſt rex Theutonicorum. Otho verò ejus filius, à Synodo & Romano populo accepit poteſtatem ſucceſſorem ſibi eligendi, ut dicit tex in ſynodo. 63. diſt. allegatus, & hoc quoad regnum Italiæ ſecundum gloſſ. & ſecundum iſtam ordinationem, uſque ad tertium Othonem eſt ſervata ſucceſſio. Poſt cujus mortem, Henricus ſecũdus filius fratris tertii Othonis electus eſt. Et hic Imperator conſenſu procerum primatum, & utriuſq; ſtat⁹ cleri & populi, perpetuos Electores qui vice omnium eligerent, ordinavit tempore Gregorii 5. Alemanni, conſanguinei quondam Othonis. Non eſt igitur eo modo concedendum, electores à Romano pontifice poteſtatem eligendi habere, ſic quid niſi ipſe conſentiret, non haberet, aut ſi vellet, ab ipſis tollere poſſet. Quis rogo dedit populo Romano poteſtatem eligendi Imperatorem: niſi ipſum jus divinum & naturale? per viam enim voluntariæ ſubjectionis & conſenſus in præſidentiam prælationes concordantiales rectè & ſanctè conſtitutæ ſunt, in omni dominandi ſpecie: omnis enim violentia juri obviat. Obtemperare enim regulis, eſt ex generali pacto humano. 8. diſt. quæ contra mores §. generale. l. fin. C. de juriſdict. om. judi. ff. quod cujuſq; vni leg. 1. §. 11. Sicut enim in Toletano concilio anno Chriſti 581. tempore Syſenandi regis, in cap. 75. ſtatutum fuit, tunc defuncto rege, primates gentis cum ſacerdotibus ſucceſſorem regni Concilio communi conſtituere habent, ut dum unitatis concordia retinetur, nullum patriæ gentiſque diſſidium per vim ambitionis oriatur. Et ſubjungit conſtitutio: quod qui aliter tyrannicè regnum uſurpaverit, ille excommunicatus ſit, & ponit horrendam anathematizationem & maledictionem. Dicuntur etiam reges Græcè βασιλεῖς eo quod tanq̃ baſes in colligantia concordantiali populum ſuſtineant, quare baſes coronas habent. Tyranni Græcè idem quod reges Latinè: tyro fortis dicitur, & tyrannus fortis rex. Et poſtea in uſum venit, ut tyranni dicantur peſſimi & improbi reges, luxurioſi, dominationis cupiditatem & crudeliſſimam dominationem in populo exercentes, ut dicit Iſido. 9. etymo. Invaſores itaq; dominii, non vocati nec electi, tyrãni dicuntur. Ecce ſi ea quæ ſuperius habentur ad mentem revoces, quomodo omnis ſuperioritas, ordinata ex electiva concordantia ſpontaneæ ſubjectionis, exoritur: & quòd populo illud divinum ſeminarium, per communem omnium hominum æqualem neceſſitatem & æqualia naturalia jura ineſt, ut omnis poteſtas quæ principaliter à Deo eſt, ſicut & ipſe homo tunc divina cenſeatur, quando per cõcordantiam communem à ſubjectis exoritur. Ut ſic conſtitutus, quaſi in ſe omnium voluntatẽ geſtans in principando, publica & communis perſona ac pater ſingulorum vocetur: in recta B regulari ordinata potentia gubernans, abſque faſtu ſuperbiæ, dum ſe quaſi omnium collectivè ſubjectorum, ſibi creaturam cognoſcit, ſingulorum pater exiſtat. Hoc eſt illud ordinatum ſpiritualis colligantiæ divinum matrimonium, in radice durativæ concordantiæ collocatum per quod iſta res publica, optimè ad finẽ æternæ fœlicitatis ſumma pace dirigitur. Et quia hujus radices divini & humani juris ſuperius habentur, non replico idem: ſufficit ſcire, quod electio libera, à naturali & divino jure dependens, non habet ortum à poſitivo jure aut homine quocunq;, ut in ejus arbitrio exiſtat quoad hoc validitas electionis, maximè in eligendo regem & Imperatorem, cujus eſſe & poſſe ab uno homine non dependet. Unde electores qui communi conſenſu omnium Alemannorum & aliorum qui imperio ſubjecti erant, tempore ſecundi Henrici conſtituti ſunt, radicalem vim habent ab ipſo communi omnium conſenſu, qui ſibi naturali jure Imperatorem conſtituere poterant: non ab ipſo Romano pontifice, in cujus poteſtate non eſt, dare cuicunq; provinciæ per mũdum regem vel Imperatorem, ipſa non conſentiente. Sed cõcurrebat ad hoc conſenſus ipſius Gregorii. 5. tanquam unius pontificis Romani, qui juxta gradum ſuum in cõſentiendo in communem Imperatorem intereſſe habet. Rectè ſicut in Conciliis univerſalib. concurrit in primo gradu auctoritas ipſius, per conſenſum cũ aliis omnibus ipſum Concilium celebrantibus,

vigor

A vigor nihilominus definitionis non ab ipſo
primo omnium pontifice, ſed ex communi o-
mnium & ipſins & aliorum conſenſu depen-
det. Sed quod in conſtituendo rege aut Impe-
ratore, ipſius ſacerdotii ſicut & laicorum cō-
ſenſus intervenire debet, hoc non eſt ex eo, q̄a
imperium regium ſupeteminet imperativè ſa-
cerdotio quia ſcimus ſacerdotium Snli, & im-
perium Lunæ æquari, ut in c. ſolitæ de majo. &
ob. ſed quia ipſa accidentalia rerum tempora-
lium, ſine quibus ſacerdotium in hac caduca
vita aliquandiu ſubſiſtere nequit. ipſi imperio
(ut vult Aug. 8. diſt. quo jure. 23. q. 7. quicun-
que) & ſuis legibus ſubſunt. Cui igitur cura
eſſe debet de conſervando ſacerdote in eſſe, il-
lius intereſſe etiam in regem conſentire. Qua-
re ad Romanum pontificem, qui ſacerdotii
maximam curam gerit, valde ſpectat, ita puto
in veritate conſenſum Romani pontificis à
principio interveniſſe, dum iſti electores cō
ſtituerentur. Unde ipſi communi fungentes
legatione omnium qui imperio ſubſunt, etiā
totius ſacerdotii & Romani pontificis eligūt:
qui electus, ſine dubio ex ipſa electione cūcta
conſequitur, ut notat Jo. in gloſſ. 93. diſt. legi-
mus. & Inno. in c. venerabilem de elect. Et ita
tenetur ut notat Hoſti. de. ver. ſig. ſuper qui-
buſdam. & gloſſ. in Clem. Romani. ſuper ver-
bo reges de jurejur. quoniam ſubjectionem o-
mnium habet, & per conſequens imperandi
poteſtatem. in qua conſiſtit imperii eſſentia: di
cti enim prius fuere, ab imperando exercitui.
B Unctio autem & coronatio, quas etiam legim⁹
aliis regibus tribui, nec arguunt in papa majo-
ritatem, ſupra ipſam electionem confirmandā
vel infirmandam, vel ſuper ipſum etiam impe-
rium quoad tēporalia ſicut nec unctio quę fit
regi Franciæ Remis, aut coronatio ipſiusmet
Imperatoris per archiepiſcopum Coloniēſem
Aquisgrani. Et hoc ex eo quia legitur Othonē
primum, ab archiepiſcopo Maguntinēſi Hil-
deberto, Aquisgrani inunctum in regem Ale-
manniæ & Francorum de conſenſu & volun-
tate principum & totius populi Alemanniæ,
Saxoniæ, & Franciæ. Sic etiam legitur ab Her-
gero archiepiſcopo Maguntinenſi, unctionem
& diadema mortuo Conrado rege, Heinrico
primo de communi omnium conſenſu obla-
tam: qui recepto diademate noluit inungi, q̄a
dixit ſe indignum. Ex quibus patet unctionē
& diadema nihil præſtare imperiali poteſtati.
Inſignia enim illa, quaſi ad majeſtatem ſacrā, q̄
imperio ineſt, oſtendendam, materiali viſibili
ſubjecto imperii, cum ceremoniis impendun-
tur, ut ſint ſigna prædicantia admirandam illā
potentiam, ſicut ſimilia in Rom. pontifice vi-
demus fieri tantum, ante omnia talia papa eſt
poſt electionem. Nonne etiam quod in coro-
natione quæ per papam Imperatori impendi-
tur mutatur, ut prius rex & poſtea Imperator
vocetur? nihil minus potentia imperandi pri⁹
in eo fuiſſe arguit, ut notiſſimum eſt. Fuit itaq;
in veritate Imperator, dum in libera poteſtate
habuit imperare, etiam ſi vulgò ita non nomi-
naretur: ſed ut ad ipſam coronationem anhe-
let rex, ſervatur huic ſolennitati hoc nomen. A
De qua quidem coronatione diadematis & a-
liis, notat gloſſ. in Cle. Ro. allegata, ſub verbo
veſtigiis. Dum enim (ut dicit Iſiodo. 9. etymo.)
Duces titulis Imperatoris fungerentur, ſena-
tus cenſuit, ut Auguſti Cæſaris hoc tantū no-
men eſſet, & eo nomine à cæteris gentium regi
bus diſtingueretur. Ex hoc Cæſares ſibi hacte-
nus hoc nomen ceperūt, maximè dum à Rom.
pontifice (à quibus Rom. imperium depēdet)
diademate inſigniuntur. Et quia hæc materia
à multis diſertiſſimè eſt tractata, ſufficiat no-
bis ſcire quod noſtri electores imperii dum e-
ligunt uno communi omnium qui ſubſunt
imperio, conſenſu, per concordem omnium
transfuſionem in eos (in qua quidem concor-
die Rom. pon. Grego. 5. includebatur) hoc a-
gūt. Et ex hoc, ex electione Imperator efficitur,
abſq; quacunq; confirmatione. Rectè in Car-
dinales utilis Eccleſiæ poteſtas per communē
omnium tacitum vel quendam expreſſum cō-
ſenſum in eligendo papa transfuſa eſt. & ideo
abſq; confirmatione electus papa eſt. Et ſicut
poteſtas electiva, hac cōcordantia venit in cer
tos utriusq; ſtatus principes: ita quum par eſ-
ſe debeat poteſtas tollendi ab ipſis hanc pote-
ſtatem, non puto Rom. pontificem ſolum ab i-
pſis principib. abdicare eandem, ſed concur-
rente tam ipſius Rom. pontificis quàm aliorū
omnium conſenſu. non dubitatur ab ipſis tol-
li poſſe hanc poteſtatem. Et hoc eſt cōmune o-
mnium peritorum dictum, poteſtatem condē-
di leges populi Ro. ab Imperatore tollere poſ- B
ſe, quoniam ab ipſis poteſtatem habet. Sic legi
mus populum Rom. longo tempore à regibus
rectum, ſuperbiam regum non ferentem, an-
nua imperia, binosq; conſules feciſſe: ſic & di-
ctatores &c. quæ ipſius regimini ſecundum
tempora videbantur convenire.

Cap. V.

SEcundum ordinem inveſtiganda eſt cōcor-
dantia, qua rectitudo imperii ſubſiſtit. Et
primò præſupponitur id, q̄ vulgò notiſſi-
mum eſt, quòd imperialis celſitudo eſt inde-
pendens quoad ſui naturā: imò primo & ſupre
mo diſtincta à ſpirituali ſacerdotali poteſtate
96. diſt. duo ſunt: habens dependentiā imme-
diatam à Deo 97. diſt. Eccleſiæ meæ: & omnib.
præeſt. 7. q. 1. in apib. 11. q. 1. ver. hic ſi quis ver.
volumus. Eſt princeps & dominus mundi, in
cujus poteſtate omnia ſunt. 15. diſt. quo jure.
24. q 8. convenior. 63. diſt. ego Ludovicus. Et
papa ſupra eum, quo ad ipſa imperialia jura,
nō eſt. 23. q. 1. in ſumma. q. 7. non ſi. 9. diſt. de ca
pitulis. Et ad hoc faciunt prę̨ſcripta, & 66. diſt.
quum ad verum, multa habens ſingularia, in
quibus à papa & Synodo honorabatur. 63. diſt.
Adrianus. 2. &c. in ſynodo. &c. reatina quem
etiam dominum ſuum vocat ſæpe papa. & ho-
norat 97. diſt. Eccleſię meę. ut ſuperius patuit,
de Agathone papa ad Conſtantinum ſcribēte:
quoniam ipſe eſt communis omnium pater
poſt Deum in authoritate, neque virum quod

A ex dote eſt in fi. coll. 8. Multæ poſſent tam legales ſanctiones quàm aliorum ſcripta adduci: ſed hoc eſt ſupremum privilegium, quia miniſter Dei eſt (ut dicit Paulus ad Rom. 13.) & eſt ut vicarius Jeſu Chriſti in terris, ut ſcribit Anaſtaſius papa ad Imperatorem dicens: Pectus clementiæ veſtræ, ſacrarium eſt publicæ fœlicitatis ut per inſtantiam veſtram, quam velut vicarium præſidere juſſit in terris, Evangelicis Apoſtoliciſq; præceptis non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam quæ ſunt ſalutifera, cõpleantur. Ecce quòd Imperator Chriſtianorum in ſua præſidentia Chriſti vicarius, qui rex regum & Dominus dominantium exiſtit. Unde ſicut Chriſtus eſt Rex regum. ita omnes reges in poteſtate regnantis dominii q d divini habent. Quapropter reverentia & obedientia eis debetur. Unde dum quid præcipitur quod obviat divino præcepto: manifeſtũ eſt, illud prçceptum nihil participationis divini imperii habere. Quapropter ei non obeditur impunè 11. q. 3. Julianus cum aliis ibi poſitis textibus, & 10 diſt in multis capitulis, & q. per totã. Quare ille omnium principũ principatum rectè tenet, qui ſuũ imperium ſubſtituit Chriſto victori & triumphatori, & per fidem eidem Chriſto & ſuis legibus ſe ſubjicit. Ex quare imperium Chriſtianorum ſuperemi net cunctis dominiis, tanquam Deo proximũ.

Cap. VI.

B Eſtantem conſiderandum quod virtus prçceptiva non excedit terminos imperii & ſubjectionis, ut patet ex textu, ego Lodovicus. ubi licet Lodovicus ſe Imperatorem ſcribat: tamen quia ipſi non ſubjacebant de facto, niſi regnum Franciæ & Longobardorum, illis præcepit. Et ſecundum hoc oportet dicere, ꝙ Imperator Romanorum, ſecũdum imperium, quod quondam Romani virtutibus acquiſiverunt, ut dicit tex. 28. q 1. ver. ex his. dicitur Imperator mundi dominus à majori parte ipſius mundi nomen capiens: quoniam Romani majorem mundi partem ſubjectam habuerũt, non totũ: quia Caſpios montes, & portas Alexandri verſus Scythiam ſeptentrionalem, & Nordvegiam, & partes ultra Caſpium mare, ultra Imaũ montem, & regnum Senæ, ac etiam ultra Carmaniã deſertam verſus Indiam, & orientem Aratoſiam & illas Indicas regiones q̃ ultra Indum fluviũ & Gangem exiſtunt. & maximam omnium Taprobanam inſulam: neque verſus meridiẽ Arabiã felicem, q̃ eſt ultra Perſicum mare circa Indicum ſinum, ac Trogloditicam regionem, ac Nubiam maximam regionem ac cæteras quæ ultra deſertum maximũ Libyæ & Mauritaniæ habitant, non acquiſiverunt. Quæ quidem regiones (ut mihi ex Coſmographia Ptolemæi Claudii conſtat) nõ parvam mundi partem: imò penè medietatẽ terræ habitabilis occupant. Sola enim India, mutatas villas ad novẽ millia dicitur continere. Scythia etiam ſi urbes non habeat, populum tamẽ maximũ habet Nubia & Trogloditica regiones, q̃ ultra ſolſtitialem circulum ſunt, habẽtes utraſq; umbras, ſicut Taprobana inſula nõ ſunt ita habitatę propter æſtum maximũ: neq; Nordvegia & fines Scythiæ, propter frigus, tamen multa in eis regna ſunt. Nam Trogloditica regio, continet imperium Noges Johan, quem nos Presbyterum Joannem nominamꝰ, qui Chriſtianus & diaconus eſſe fideliſſimus cum 70. ſubjectis regibus dicitur: credo tamẽ non eſſe populoſa & magna regna. Nulla autẽ partium orbis tot habet homines ſicut Europa ſecundum ſuam quantitatem, quoniã non eſt quarta pars Aſiæ, nec medietas Aphricæ Incipit autẽ in Conſtantinopoli, & pertingit ad Gades Herculis ultra Hiſpaniam. in qua Roma occidentalis civitas ſita eſt, quare occidentale Ro. imperium dicitur: & totius mundi, quia gentes illi ſubjectę majorem numerum hominum cõſtituebant. Nunc verò videmus, ad q d devenit illud admirandum imperium. Oportet itaque dicere, quod ſi jure Romani poſſidebant monarchiam modo dicto, quod nunc Imperator in quẽ translata eſt poteſtas, jure mundi dominus eſt. Si verò imperium non jure niſi ex electiva concordia ſubjectorum poſſidetur, juxta præhabita: tunc non eſt dominꝰ, niſi ſubjectorum actu, & oportet intelligere Imperatorẽ dominum illius mũdi cui imperat eſſe.

Cap. VII.

B Verùm quia excellentia imperialis, ex aliqua divina colligantia & approximatione ad Deum cunctorum regem, conſtituitur: graduationes conſideramus ſecundũ hãc excellentiam, ſecundum acceſſum & receſſũ ad ipſum Deum: dicẽdo: hunc minimũ, qui in publico regimine minimè Deo aſſimilatur: hũc maximum, qui maximè Et ſic rex Tartarorũ, quia per leges divinis inſtitutis minimè concordãtes gubernat, minimus dicitur. Rex ſectæ Machometanæ major, cum veteris Teſtamenti ſtatuta, ac certa novi veneretur. Rex Chriſtianorum maximus, cum tam leges naturæ, q̃ utriuſq; Teſtamenti, & orthodoxam fidem acceptet. Et ſecundum hanc conſiderationem ſacri principatus, dico maximũ imperii poteſtatem conſiſtere. Omnis enim Rex & Imperator, habet officium publicum ad publicã utilitatem ordinatam: publica verò utilitas eſt pax, ad quam ordinantur juſtitia, & juſta ꝑlia. Principium autem pacis eſt ad finem æternum dirigere ſubditos, & media illum pertingendi, ſunt ſacra inſtituta religionum. Quare prima cura imperialis in iis obſervandis verſatur. Ita legimus Paganos Imperatores, pontifices maximos nominari, propter curã q̃ religioni impendebant. Si igitur hæc eſt principalis cura imperii, & ad eam cætera omnia ſerviunt: non habet dubium Chriſtianum imperium cæteris excellere, ſicut ſanctiſſima & mundiſſima noſtra religio Chriſtiana, in ſanctitate & veritate vincit. Et ſicut omnis rex & princeps idẽ ricè, quo ad præſcripta curam gerere debet: ita quo ad univerſum Chriſtianum populum Imperator. Rectè ſicut Romanus pontifex primo

ut

A ſui Epiſcopatus, deinde Metropolis, poſt hęc Patriarchatus & univerſalis Eccleſiæ curã fidei, & quæ ad eam ſpectant, gerit: Ita Imperator, curam cuſtodiæ gerit, primò quo ad immediatè imperio ſubjectos, poſt hæc quo ad ſubjectos, per medium principum ſibi ſubjectorum immediatè, ac deinde quo ad ſubjectos p medium regum & principum propriè ſibi non ſubjectorum, ſed lateralia loca ſibi vendicantium, & eum primum omnium recognoſcentium. Unde ſicut princeps provinciæ, in temporalibus adminiſtrationibus curam cuſtodię gerit dictatorum, pro cultu & religione, & bono ſtatu Reip. in provincialib. Cõciliis, & rex in regalib. q̃ ſuperius univerſalia provinciarũ plurium dicuntur Conciliis. ita Imperator univerſalium, quæ in univerſali totius catholicæ Eccleſiæ Concilio ſtatuuntur. Et oportet quemq; principum pro cura illa q̃ gerit, pro tuenda Chriſti Eccleſia rationem reddere 24. q.5. dicat. &c. regum. &c. omnes principes. Iſto modo Imperator dicitur advocatus univerſalis Eccleſiæ, propter hanc curam protectionis ſtatutorum, & cuſtos fidei orthodoxæ. Legitur Martianum in concilio Chalcedonenſi cuſtodem fidei appellatum. Et Baſilius Imperator, in principio octavi Cõcilii univerſalis dicit: ſibi divina & benigniſſima providentia, univerſalis navis fidei gubernacula commiſſa. Sicut enim magiſterium definiendi & ſtatuẽdi ea, q̃ ad orthodoxam univerſalem fidem Chriſtianam ſpectant, ſacerdotio à Deo committi-

B tur: ita imperio ſacro gubernare, confirmare, & conſervare illa, quæ à Deo per ſacerdotium ordinantur, committitur. Unde licet Philippus Imperator, primus fuerit Chriſtianus Imperator, vita functus brevi eſt poſt tempore parum in univerſo profecit, & licet Conſtantinus Imperator authoritatem dederit per univerſum orbem Eccleſias ædificandi, & poſt eum omnes baptizati ſint Imperatores, licet à fide aberraverint aliqui, ut ipſemet Conſtantinus ſecundũ Hieronymum, Julianus apoſtota, & Conſtantinus: non tamen fundo, tantũ imperialem curam, quo ad fidei cuſtodiã univerſalem, in una ſucceſſione qua Imperatores interim ſucceſſerunt fideles fidelibus, ſed in ipſa radicali trãsfuſione poteſtatis à Chriſtiano populo. Dico Romanum populum oẽm Chriſtianum populum, quomodo Chriſtiani omnes erant tunc, qui imperio ſubjacebant. Unde dicitur facto Romano populo Chriſtiano, cõſtituti Imperatores ab eodem, ſecundũ hanc populi qualitatem, Conſtituti ſunt rectores. Ex quo credo hoc verum, quod dicitur in c. venerabilem de elec. quia populi intẽtio non eſt niſi ſecundum ſuam qualitatem fidei imperium transfundere in rectorem: quod tunc hæreticus non ſortiatur poteſtatẽ imperii ex electione. Sed ſi papa qui in Epiſcopatu fidei principatum gerit, electum in fide errare inveniret: declarare poſſet eum non eſſe Imperatorẽ. Nõ tamen nego, quin ſucceſſio etiam operetur ad hanc curam, ut ſicut legimus in variis Synodis nominatis, Imperatoribus fidei cuſtodiendæ curam commiſſam, ita & ſucceſſoribus, ꝓpter hoc acclamatum reperio per Chalcedonẽſem Synodum Martiano in laudibus: Nono Conſtantino æterna memoria. Et per hoc aperta eſt via inveſtigandi ex vera radice, exaltationẽ imperii Chriſtiani ſuper omnia imperia ac ipſius Imperatoris ſuper omnes reges & principes Chriſtianos, & ea propter quia utilis fidei cuſtos ac ſtatutorum, utilium cõſervator; quam quidẽ cõſervationem abſq; imperio incũctos non poſſet pfectè habere. Unde ſicut univerſalia ſtatuta ad fidẽ catholicã ſpectantia, tã ad ipſius eſſe conſervationem & augmentũ, univerſos Chriſti fideles ligant: ita oẽs imperio ipſarum ordinationẽ cõſervatorio ſtatuto ſubſunt. Et ideò credo, ſi Imperator conſervaturus leges ſanctarum harũ ad fidem ſpectãtium definitionũ adderet, ſicut Juſtinianus. Martianus, & alii Imperatores fecerunt: quod tũc illæ ita univerſaliter ligarent, ſicut ipſa principalis, licet aliæ leges eos fortè non aſtringerẽt, qui de facto privilegio ſuperioritatem imperii non recognoſcunt. A

CAP. VIII.

OCcaſione præmiſſorum inquirenda ſunt iſta. Primò quid laici in Conciliis ſacerdotum poſſint, & ibidẽ de Imperatore, quid in univerſalibus Conciliis inveniatur egiſſe. Poſt hæc de Cõcilio imperiali omniũ ſubjectorum ipſi, & ejus utilitatẽ aliquid ſubjũgetur. Et ultimo de reformatione imperii aliqua cogitata explicabuntur. Superius habetur quo- B modo laici in univerſali Synodo invitati ad audiẽdum interſunt, & ſe geſtis ut teſtes ſubſcribunt. In ſynodo ſacerdotũ parochialium non eſt dubium laicos accuſari poſſe, & eos ad defendendum ſe admitti debere, juxta definita in quodã Maguntinenſi concilio: ſed in alia Synodo, ubi ea q̃ ſunt canonica & regularia ventilantur & examinantur, & non debent alii laici, quos non decet eſſe perſpectores earũ rerũ q̃ ſacerdotib. ſæpe accidunt: juxta definitionẽ univerſalis Concilii ſuperius poſiti (niſi fuerint vocati) intereſſe ut in 6. c. concilii Cabillonenſis legitur, & in Carthaginenſi concilio c. 19. legitur. Principes verò quando univerſalia facta ſui principatus, non quãdo clericorũ cauſæ tractantur, adeſſe poſſunt: imò & tũc ut auditores, ut hoc in innumeris Conciliis legimus. & ad petitionem ipſorum legimus ut frequenter ipſa congregata. Legitur enim de Carolo Magno rege ſic. Ego Carolus Magn⁹, dux & princeps Francorum anno ab incarnatione Chriſti 752. 10. Calen. Maii, cum Concilio ſervorum Dei, & optimatũ meorũ Epiſcopis qui in medio regno ſunt, cum presbyteris in Cõcilium & Synodum congregavi, id eſt, Bonifacium archiepiſcopum Moguntinenſem, & Bucardum Vormacienſem, ut mihi conſiliũ darent, quomodo lex Dei & eccleſiaſtica religio recuperaretur, & per concilium ſacerdotũ & optimatum meorum ordinavimus per civitates Epiſcopos & conſtituimus ſuper eos Bonifacium qui eſt legatus ſancti Petri. Et infra

A ſtatuimus per annos ſingulos Synodum congregari, ut vobis præſentibus, canonum decreta & eccleſiæ jura reſtaurentur, & religio Chriſtiana emendetur. Et fundatas eccleſiarũ pecunias eccleſiis reſtituimus, falſoſ presbyteros & adulteros, & fornicatores diaconos & clericos, de pecuniis eccleſiarum abſtulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimꝰ. Et infra decrevimꝰ juxta ſanctorũ canones, ut unuſquiſque presbyter Epiſcopo ſubjectus ſit illi, in cujus parochia habitat. & ſemper in 40. diebus rationẽ miniſterii ſui ſive de baptiſmo, ſive de fide catholica, ſive de precibus & ordine millarum, Epiſcopo reddat. Et quocunque jure canonico Epiſcopus circumeat parochiã ad populos confirmãdos, presbyter ſemp paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cũ collatione & adjutorio populi, qui ibi debet confirmari. Statuimus ſecundum catholicã ſanctionem, Epiſcopos & presbyteros undecunq; veniant, ad Eccleſiaſt. miniſteriũ ante Synodalẽ ꝓbationẽ non admitti. Item ſtatuimus, ut quiſquis ſervorum Dei vel ancillarum Chriſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua. Et ſi ordinatus presbyter fuerit, duos annos in carcere maneat, & ante flagellatus & excoriatus videatur. Si verò fuerit clericus vel monachus poſt tertiam verberationem in carcerem adeat per annum permanſurus. Similiter & moniales ſeu nonnæ velatæ, eadem pœnitentia cõtineãtur, & radãtur omnes capilli capitis earũ. Fecit

B alia Synodus in qua idẽ interfuit Carolus Magnus ſtatutum contra fornicarios, ſub pœna privationis beneficii, & quod ad pœnitẽtiã redigi deberent, & illa aliis locari & plura alia, & de hac præfata Synodo Zacharias papa ſcribit Bonifacio archiepiſcopo, in epiſtolis duabus, quarum una incipit, ſuſceptis, & alia ſuſcipientes ſanctiſſime. Ecce regem congregare Cõcilium, & quæ ſunt juſta cũ aliis ordinare. Et utinam ad hoc hodie principes etiam operã darent, ut publica & mala vitia tollerẽtur, & maximè ſcandala magna in religione facientia, ut ſunt fornicationes earum perſonarum quę caſtitatem voverunt, inter quæ de monialibus & earum cuſtodia cura adhiberi deberet. Nam ille ſanctus Bonifacius ſcribit Ethebaldo Anglorum regi, quòd apud Græcos & Romanos quaſi blaſphemiam Deo irrogaſſet, qui de hoc reus foret, ut cum moniali concubuiſſet.

Cap. IX.

Dare itaque debent reges & principes ad tales Synodos congregandas operam juxta admonitionẽ ſancti Gregorii, ad Theodoricum regem Francorum ex regiſtro c. 273. iterata vos per veſtram mercedẽ adhortatione pulſamus, ut congregari Synodum jubeatis, & ſicut dudũ ſcripſimus, corporalia ſacerdotũ vitia, & Simoniacæ hæreſis pravitatem omnium Epiſcoporum definitione damnari, atq; à regni veſtri amputari finibus faciatis. hæc ille. Habet etiam Exarchus ſive princeps monere ꝑ ſe vel aliũ Conciliũ, ut ea q̃ ad pacem Eccleſiarum ſunt ordinentur 23. q. 4. ſicut. Et ſi illa cõcilia principum, quæ per Gallias & Alemannias, per reges Francorum Aquiſgrani, Agrippinæ, Cõfluentiæ, Moguntiæ & aliis locis celebrata ſunt enumerare vellemus: longum & inutile foret, quia nullus ignorat, cum quãta ſollicitudine & ſtudio bonum publicum, verã & puram religionẽ ipſi ſancti Patres procurarunt. Quæ quidem omnia, & communia bona publica, nullibi melius q̃ in ſacris conventib. ubi omnia per concordantiã tractantur, ſtatui ordinarivè poſſunt. Eſt etiam principum officium, confirmare & cuſtodire in Conciliis definita. Unde legitur de Recaredo rege Galliæ & Hiſpaniæ ſic: Glorioſiſſimus dominus rex univerſorum Recaredus, ſub regimine noſtræ poteſtatis conſiſtentium: amatores nos veſtri divina faciens veritas, noſtris principaliter ſenſibus inſpiravit, ut cauſa inſtaurandæ fidei ac diſciplinæ eccleſiaſticæ, Epiſcopos omnes Hiſpaniæ noſtro præſentari culmini juberemus, procedente autem diligenti & cauta deliberatione, ſive quæ ad fidẽ conveniunt, ſive ad morum corruptionem reſpiciunt, ſenſus maturitate & intelligentiæ gravitate cõſtat eſſe geſta. Noſtra proinde auctoritas hoc omnibus hominibus ad regnum noſtrũ pertinentibus jubet, ut ſi qua definita ſunt in hoc ſancto concilio Toletano, anno regni noſtri feliciter quarto, nulli contemnere liceat, nullus prætererire prę-ſumat. Capitula enim q̃ ſenſib. noſtris placita, & diſciplinæ congrua, à præſenti conſcripta B ſunt Synodo, in omni auctoritate ſive clericorum ſive quorumcũq; hominũ obſervẽtur, & maneant de obſervatione priorum canonum. Et infra. Oẽs cõſtitutiones eccleſiaſticas, quas ſummatim breviterq; perſtrinximus, ſicut plenius in canone cõtinetur, manere perenni ſtabilitate ſancimus. Si quis ergo clericus vel laicus harum ſanctionum obediẽs eſſe noluerit: ſi Epiſcopus, presbyter, diaconus, aut clericus fuerit, ab omni Concilio excommunicationi ſubjaceat: ſi verò laicꝰ fuerit & honeſtioris loci perſona, medietatem facultatũ ſuarũ amittat, fiſci juribus profuturam: ſi verò minoris loci perſona eſt amiſſione rerum ſuarũ mulctatus, in exilium deputetur. hæc ibi. Concilia multa adducere poſſem, ſi opus foret. Eſt itaque hoc notandum, ꝙ reges & principes acta Conciliorum cuſtodire, confirmare, exequiq; debent, ſecundum quod in ipſis canonibus mãdatur.

Cap. X.

Ad iſta autem Concilia, reges & principes cum omni manſuetudine reverentia & humilitate, cum dulcibus exhortationibus accedere debent. Unde legitur de eodem Recaredo in alio Concilio Toletano: Cum ꝓ fidei ſuæ ſyncerirate idẽ glorioſiſſimus princeps, oẽs regiminis ſui pontifices in unũ convenire mandaſſet, princeps Cõcilium ſic alloquitur: Non incognitum reor vobis reverendiſſimi ſacerdotes, quòd propter inſtaurandã diſci-

A diſciplinæ Eccleſiaſticę formam, ad noſtræ vos
ſerenitatis præſentia evocaverim. Et quià de-
curſis retrò temporib. hæreſis imminens in to-
ta Eccleſia catholica, agere Synodica negotia
denegabat: Deus cui placuit per uos hęreſis o-
bicem depellere, admonuit inſtituta de more
Eccleſiaſtico reparare. Ergo ſit nobis jocundi-
tas, ſit gaudium ꝙ mos canonicus ꝓfectu Dei
per noſtram gloriam ad paternos reducitur ter
minos. Prius tamē admoneo pariter & exhor-
tor, jejuniis vos vigiliis & orationib operā da-
re, ut ordo Canonicus quē à ſacerdotalib. ſen-
ſib. dextraxerat lōga ac diurna oblivio, quē æ-
tas noſtra ſe neſcire fatetur, divino rurſus no-
bis dono pateſiat. Ad hæc autem gratias Deo,
agentes & glorioſiſſimo principi, univerſum
Concilium in laudibus cœpit acclamare: tri-
duanum eſt exinde prædicando indictum jeju-
nium. Et cum die octava Iduum Majarum in u-
num cœtum ſacerdotes Dei conveniſſent; &
oratione præmiſſa unuſquiſq; ſacerdotum cō-
gruo loco reſediſſet: ecce in medio eorū affuit
ſereniſſimus princeps: ſeq; cū Dei ſacerdotib.
orationi communicās, divino deinceps flami-
ne plenus ſic ad loquendū exorſus eſt, dicens:
Non credimus veſtrā latêre ſanctitatem, quā-
to tempore in errore Arrianorū laboravit Hi-
ſpania: & non multos poſt diſceſſum genitoris
noſtri dies, quib. nos veſtra beatitudo fidei ſan
ctæ catholicæ cognovit eſſe ſociatos, credim⁹
generaliter magnū & æternum gaudiū habu-
iſſe. Et ideò Venerandi patres, ad hanc vos per-
B agendam congregavimus Synodum. Et infrà:
Quamvis Deus omnipotens pro utilitate po-
pulorū, regni nobis culmē ſubire tribuerit, &
moderamina gētiū nō paucarū regię noſtræ cu
rę cōmiſerit: meminim⁹ tamē nos mortaliū cō
ditiōe perſtringi, nec poſſe fœlicitatem futurę
beatitudinis aliter promereri, niſi nos cultum
veræ fidei repetamus, & conditori noſtro ſalu-
tis confeſſione, qua dignus eſt ipſe, placeam⁹.
Pro qua re quantum ſubditorum gloria regali
excellimus, tātum providi eſſe debemus in iis
quæ à Deo ſunt, vel noſtram ſpem augere, vel
gentibus nobis à Deo creditis conſulere. Cæte
rùm quid pro tantis beneficiorum collationi-
bus omnipotentiæ divinæ valeamus tribuere,
quādo omnia ipſius ſunt, & bonorum noſtro-
rum nihil egeat? niſi ut in eum ſic tota devotio
ne credamus, quemadmodum per Scripturas
ſacras ſe ipſe intelligi voluit, & credi pręcepit?
Et proinde ſanctiſſimi patres, has nobiliſſimas
gentes, q̄ lucris per nos Dominicis applicatæ
ſunt quaſi ſanctum & placabile ſacrificium p
veſtras manus, æterno Deo offero. Erit enim
immarceſſibilis corona, vel gaudium in retri-
butione juſtorum ſi populi qui noſtra ad uni-
tatem Eccleſiæ ſolertia tranſcurrerunt, funda-
ti in eadem & ſtabiliti permaneant. Sicut enim
divino nutu noſtræ curæ fuit, hos populos ad
unitatem Chriſti Eccleſiæ pertrahere: Ita ſit
veſtræ docibilitatis, eos dogmatib. inſtituere,
quò in tota veritatis cognitione inſtructi, no-
verint ex toto errores pernicioſos expuere, &
veræ fidei tramitē ex charitate retinere, vel ca-
tholicæ Eccleſiæ communionem deſiderio a- A
vidiore complecti. Cæterùm ſicut facile ad ve-
niam pervenire confido; ꝙ neſcia huc uſq; tā
clariſſima erraverit gens: ita gravius eſſe non
dubito, ſi agnitam veritatem dubio corde te-
neat, atq; à patenti lumine (ꝙ abſit) oculos ſu-
os avertat. Unde valde neceſſariū eſſe proſpe-
xi, veſtram in unum convenire beatitudinem;
habentem ſententiæ Dominicæ fidem, qua di-
cit Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine
meo, ibi ero in medio eorum. Credo enim bea-
tam ſanctæ trinitatis divinitatem huic ſancto
intereſſe Concilio: & ideò tanquam ante con-
ſpectum Dei, ita in medio veſtri fidem meam ꝓ
tuli. hæc ille. Diſcant hic univerſi reges ſacra
Concilia venerari, & ſollicitare eorū frequen
tiam, ac humilitatem in exhortatione exhibe-
re ſanctis epiſcopis. Diſcāt ſancti epiſcopi de-
votè cum regib. ſe habere: quoniam per regem
bonum Eccleſia Chriſti creſcit, ſecūdum ma-
gnitudinem potentiæ ejus. Ad hæc illud ſub-
jungam Syſenandi regis exemplum, dum ſtu-
dio amoris Chriſti anno ejuſdē 581. ac diligen-
tia religioſiſſimi Syſenandi regis Hiſpaniæ at-
que Galliæ, in Toletanam urbē ſacerdotes cō-
veniſſent, rex ipſe dum in baſilica ſanctæ mar-
tyris Leocad. æ omnium cœtus adeſſet, ꝓ me-
rito fidei ſuæ cum magnificentiſſimis & nobi-
liſſimis viris ingreſſus, primùm coram ſacerdo
tibus Dei humi proſtratus, cū lachrymis & ge-
mitib; pro ſe ad interveniendum Domino po-
ſtulavit. Deinde religioſa proſequutione Sy-
nodum exhortatus eſt ut paternorum decreto B
rū memores, ad confirmanda jura Eccleſiaſtica
ſtudium pręberent & illa corrigere, q̄ dum per
negligentiam in uſum venerūnt contra Eccle-
ſiaſticos, licētiā ſibi de uſurpatione fecerunt:
Et in fine Concilii illius, cui Iſidorus interfuit,
dicunt epiſcopi: Gloria & honor omnipotenti
Deo noſtro, in cujus nomine congregati ſum⁹:
Poſt hæc pax, ſalus, & diuturnitas, piiſſimo &
amatori Chriſto, Domino noſtro Syſenādo re-
gi, cujus nos devotio ad decretum hoc ſalutiſe
rum cōvocavit. Corroboret Chriſti gloria re-
gnum illius, protegat illum uſq; ad ultimā ſe-
nectutem ſummi Dei gratia, & poſt præſentis
regni gloriam ad æternum regnum tranſeat,
ut ſine fine regnet qui in ſeculo fœliciter im-
perat, ipſo præſtāte qui eſt Rex regum & Do-
minus dominorum. Sic legitur Chintillanum
regem, in concilium aliud Toletanum, cū opti-
matibus & ſenioribus palatii ſui intraſſe; ſup-
pliciter ſe orationibus ſacerdotum commen-
dantem; & quòd ſuos fideles ita facere ſancta
exhortatione coēgit: atq; hanc conſtitutionē
quam ex præcepto ejus Concilium decrevit;
divina inſpiratione præmiſit, ut per totum re-
gnum ſuum, perpetuò à die Iduum Decēbriū
lætania triduana ſervetur. Ecce nunc reges in-
telligite, ex his exemplis erudimini q̄ judicatis
terram. Ita enim ſerviendum eſt Deo in timo-
re, & exultandum cum tremore. Omnes reges
hunc morem ſemper habuêre, ut aliquos pri-
ſcos eligerent fama & vita clariſſimos quos ſe-
querentur: ſequimini quo ad Synodicas ob-

A ſervantias præfatos, & fælicitet vivetis.

Cap. XI.

ATtendite itaq; ad exhortationem ſancti Gregorii papæ, ad Hildebertũ regẽ Francorum cap. 264. qui dicit: Propter hoc omnipotens Deus bonos ad populorũ regimina perducit, ut per eos omnibus qui prælati fuerint, dona ſuæ poteſtatis impẽdat. Quod in Anglorum gẽte factũ cognovimus, cui veſtra gloria idcirco præpoſita, ut bona quæ nobis conceſſa ſunt, etiam ſubjectæ vobis genti ſuperno beneficio reſtaurẽtur. Et ideo glorioſe fili, eam quã accepiſti divinitùs gratiam, ſollicita mente cuſtodi, Chriſtianam fidem in populis tibi ſubditis extendere feſtina, zelũ rectitudinis tuę in eorum converſione multiplica: idolorum cultus inſequens, fanorum ædificia everte: ſubditorũ mores in magna vitæ mundicia exhortãdo, terrendo, corrigendo, & boni operis exẽpla monſtrando ædifica ut illum retributorẽ invenias in cœlo, cujus nomen atq; cognitionẽ dilataveris in terra. Ipſe enim veſtræ quoq; gloriæ nomen etiam poſteris glorioſius reddet, cujus vos honorem quæritis & reſervatis in gẽtib. Sic enim Conſtãtinus piiſſimus Imperator Romanã remp. à perverſis idolorum cultibus revocans, omnipotẽti Deo Domino noſtro Jeſu Chriſto ſecum ſubdidit, ſeq; cum ſubjectis populis tota mente ad Deum cõvertit. Unde factum eſt, ut antiquorum principũ nomen ſuis
B vir ille laudib. vinceret, & tantũ in opinione prædeceſſores ſuos, quantũ in bono opere ſuperaret. Et nunc utiq; veſtra gratia cognitionẽ unius Dei patris, filii & ſpiritus ſancti regibus & populis ſibimet ſubjectis feſtinet infundere, ut antiquos gentis ſuæ reges laudib. ac meritis tranſeat. Et quãto ſtudioſius in ſubjectis ſuis etiã aliena peccata deterſerit: tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotẽtis Dei terribile examen ſecurior fiet. hæc ille. Ecce officium regis eſt, fidem catholicã dilatare in ſubjectis per hoc nomen glorioſum acquirendo. Multas tales inſtructiones Iſidorus ponit & aliqua de ipſius dictis 13. q. 5. habentur. & ad iſtã tendit concluſionem. ꝙ Deus eſt auctor poteſtatis regiæ & illa ſua poteſtate rex propter demerita populi permiſſione divina ſæpe abutitur. A Deo verò regia poteſtas creditam Eccleſiæ ſanctæ commiſſionem recipit cujus rationem reddere tenetur, quare legibus fidei omnes ſunt aſtricti. Non debet ſe ſolutum legibus exiſtimare rex. quia ſi lex juſta eſt tunc ligat, & non aliter: quare & ipſum regem, qui juſticiæ ſubeſt.

Cap. XII.

ESt etiam iſtud in ſumma ſciendum, ꝙ ſtudium regentis debet eſſe, ut per concordiã leges ordinet. Unde opportunũ eſt in Cõcilio utriuſq; ſtatus primatũ & præſulum, cũcta univerſalia Remp. tangentia, ſtatui & ordinari: illius verò ſic per concordiam conſtituti exequutor rex eſſe debet. Quoniam eſt ipſa cõ- A ſtitutio regula, ſecundũ quam ſubjecti poteſtatẽ regis ordinatam eſſe volunt. Regulari antẽ per concordiam capitis & membrorum præſidentialem poteſtatem pro bono Reip. nemo dubitat Concilium univerſale poſſe. Et licet rex diſpenſare aut interpretari, nihilominus ipſam ſic conditam legem, in dubiis ocurrentibus ꝓ bono publico, & ad finem iuſticię poſſit, per ἐπιείκειαν virtutem: tamen hoc ſuo modo, ſicut in Romano pontifice & canonibus ſuprà dictũ eſt, intelligi debet. Non ꝙ rex tollere legem ſic editam poſſit abſq; Concilio, quã cum Concilio edita eſt. ſed declarare rationem legis in occurrenti caſu, locũ ſibi minimè vendicare. Et hęc ſufficiunt ad ſciendum, quomodo in Synodicis congregationibus officium regis eſt concurrere, exhortari, cõfirmare, & Eccleſiaſticis conſtitutionibus quæ vel ad fidem vel divinum cultum ſpectant obedire & exeq. In publicum verò ſtatum concernentibus ſimul ſtatuere debet, & ita ſe habere ſicut rectè de Metropolitano dictum eſt ſuperius, qui caput ſui Concilii eſt. Et ſine conſenſu Suffraganeorũ nihil univerſam provinciam cõcernens ſtatuere poteſt: quoniam præſidere debet rex in illo Concilio, ubi ea diſcutiuntur quæ ad regimen Reip. ſpectant, & cum concilio optimatum & etiam epiſcoporum ſubjectorum, per conſenſum cuncta digeſtè ordinare. Habere quippe debet princeps ex omnibus de ſubjectis viros perfectos, ad hoc de omni parte regni electos, qui in quotidiano conſilio adſint B regi. Tales quippe conſiliarii, vicem gerere debent omnium regnicolarum, ſicut de Cardinalibus quodam loco qui Romano pontifici aſtant, ſuprà dictum eſt. Et hi tales conſiliarii, eorum quos repræſentant, bonum publicum debent continuè defenſare, & medium proportionatũ eſſe, per quod rex gubernet & influat ſibi ſubjectis, & per quod ſubjecti refluunt in opportunis ad principem. & in hoc quotidiano conſilio magna vis regni conſiſtit. deberent quidem iſti conſiliarii in univerſali cõgregatione regni concorditer ad hoc deputari, & per leges & juramenta ad bonum publicum perſuadendum palàm obligari. Et quia de regimine Reip. ſanctus Thomas, Egidius de Roma, Sedulius, Scotus & ante illos Plato & Tullius (licet illi ultimi libri non habeantur) ac etiã alii plures, magna nobis volumina reliquêre ad iſta quiſq; recurrat in reſiduo. Nunc de Imperatore videndum, quid in univerſali Cõcilio catholicæ eccleſiæ inveniatur egiſſe.

Cap. XIII.

EX ſuperioribus habetur Imperatores ſanctos, cõgregationes Synodales univerſaliũ Conciliorũ totius Eccleſiæ ſemper feciſſe. Ita ego perluſtrãs geſta omniũ univerſaliũ Cõciliorũ uſq; ad octavũ incluſivè Baſilii tẽpore celebratum, verũ eſſe reperi. Ita in eadẽ octava Synodo, in quinta actione, Heliam colendiſſimũ presbyterum, & Sincellũ, throni Hieroſolymo.

A lymorum in auditione omnium affatum, legi-
tur: Scitote, quia in præteritis temporibus Im-
peratores erant, qui congregabant Synodos ex
toto terrarum orbe, vicarios ad hujuſmodi diſ-
poſitionem cauſſarum colligebant: quorum
ergo & Dei cultor Imperator noſter, univer-
ſalem hanc Synodum fecit. hæc ibi. Et legi in
Gloſſula Anaſtaſii bibliothecarii Apoſtolicæ
ſedis, qui eandem Synodum de Græco tranſtu-
lit, ſuper eodem dicto, quòd univerſales Sy-
nodos de omni terra Imperatores colligere ſo-
liti fuerant: locales verò nunquam eos legitur
collegiſſe. Et ad hoc concordat definitio cano-
nica ejuſdem Concilii ſuperiùs ſcripta, quæ
principalem, id eſt Imperatorem, univerſali-
bus dixit intereſſe debere, non aliis. Unde bre-
viter dico, quòd ſicut prædictum eſt, ita ſe ha-
bet Imperator ad univerſalem catholicæ Ec-
cleſiæ Synodum, ſicut rex ad univerſalem re-
gni ſui: non quòd coactivè, ſed exhortatoriè
colligere debeat: ut Synodus Aquilejæ, tem-
pore ſancti Ambroſii, decreto Imperatorum
Theodoſii & Valentiniani congregata, in Epi-
ſtola ejuſdem Concilii in principio ponit: o-
mnes per principes vocatos, nullum invitum
coactum. Sed ſolebant per divales ſanctiones,
neceſſitatem celebrandi Concilii aperire pa-
triarchalibus ſedibus, & diem & locum con-
ſtituere, ac libertatem protectionis abſq; op-
preſſione vel timore offerre, ſecundùm condi-
tiones Synodi ſupraſcriptas. Et ex tali congre-
gatione, non recipit Synodus judicii ac conſti-
B tutionum firmitatem, ſed ex communi con-
ſenſu in ipſam congregationem, & ex vocato-
rum comparitione & præſentia, ut hæc etiam
ſuperiùs diſcuſſa ſunt. Dum enim inſtant uni-
verſalia pericula fidei, aut aliqua Chriſti Ec-
cleſiam univerſam turbantia: tunc vigilare de-
bet ipſe Imperator, & fidei & pacis cuſtos, &
Rom. pont. primo Synodi neceſſitatem inſi-
nuare, & ejus conſenſum congregandi Cōci-
lii in definito loco requirere: ſicut fecerūt Im-
peratores Valentinianus & Martianus, ad Leo-
nem papam ſcribentes ſic: Pro reverenda & ca-
tholica religione Chriſtianorum fidei, cujus
auxiliis virtutem noſtræ potentiæ credimus
gubernari, tuam ſanctitatem principatum in
epiſcopatu divinæ fidei poſſidentem ſacris li-
teris in principio juſtum credimus alloquen-
dam: invitantes atque rogantes, ut pro firmi-
tate & ſtatu noſtri imperii, æternam divinita-
tem ſanctitas tua deprecetur, ut & tale propo-
ſitum atque deſiderium habeamus, quatenus
omnium impio errore ſublato, per celebran-
dam Synodum te auctore maxima pars circa o-
mnes epiſcopos fidei catholicæ fiat, ab omni
ſcelere pura & intemerata conſiſtens. hæc illi.
Pari modo legimus, dulci invitatione alios
Imperatores, papam & alios patriarchas, epi-
ſcopoſque omnes, ad Synodum univerſalem
ſemper advocaſſe. Legitur enim, Martianum
Auguſtum ad Leonem papam præfatū ſic ſcri-
pſiſſe: Leoni reverend. epiſc. eccleſiæ civitatis
Romæ, Martianus De ſtudio & oratione no-
ſtra, ſanctitas tua non dubitat, quin veram

Chriſtianorum religionem, & Apoſtolicam fi- A
dem firmam velimus permanere, & ab omni
populo pia mente ſervari. Denique ſolidita-
tem noſtræ potentiæ, ex recta religione, & pro-
pitiatione Salvatoris noſtri conſiſtere non am-
bigimus. Quapropter reverendiſſimos viros,
quos ad noſtram pietatem ſanctitas tua direxit,
libenter & ſicut decebat, animo grato ſuſcepi-
mus. Supereſt, ut ſi placuerit tuæ beatitudini,
in has partes advenire, & Synodum celebrare,
hoc facere religionis affectu dignetur. Noſtris
utique deſideriis veſtra ſanctitas ſatisfaciet, &
ſacræ religioni quæ utilia ſint, decernet. Si ve-
rò hoc oneroſum eſt, ut tu ad has partes adve-
nias: hoc ipſum nobis propriis tua ſanctitas li-
teris manifeſtet, quatenus in omnem Orien-
tem, & in ipſam Thraciam & Illyricum, ſacræ
noſtræ literæ dirigantur, ut quendam defini-
tum locum, ubi nobis placuerit, omnes ſan-
ctiſſimi epiſcopi debeant convenire, & quæ
Chriſtianorum religioni atque catholicæ fidei
proſint, ſicut ſanctitas tua ſecundùm Eccleſia-
ſticas regulas definivit, ſua depoſitione decla-
rent. hæc ibi. Conſtantinus etiam Imperator
tertius hujus nominis, qui convocavit ſextam
Synodum, anno Chriſti 686. vel circa, ad A-
gathonem papam ita ſcripſit: Imperator Fla-
vius Conſtantinus fidelis Sacer Deo, ſanctiſſi-
mo & beatiſſimo archiepiſcopo antiquæ no-
ſtræ Romæ. Per omnia novit veſtra paterna
beatitudo, & plures ſanctæ veſtræ eccleſiæ an-
tiquæ Romæ, quòd ex quo juſſit Deus princi-
paliter nos imperare, dum multoties voluiſ- B
ſent quidam motionem facere de rebus de qui-
bus eſt contentio pro dogmate pietatis, inter
partes tàm ſanctæ veſtræ eccleſiæ, quàm hujus
ſanctæ magnæ Dei Eccleſiæ: hoc prohibuimus
fieri, tempore nō admittēte, cognoſcens quòd
ex particulari contentione non ſolùm veritas
ſciri non poſſet, ſed magis malum accreſceret.
Et infrà: Veritas enim Deo chara eſt. & ſecun-
dùm Domini vocem, Quicunque voluerit o-
mnium princeps eſſe, ſit omnium miniſter. Et
iterum dictum eſt: In hoc cognoſcent omnes
quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habue-
ritis ad invicem. Poſtquam igitur tempus re-
cipit perfectam congregationem fieri, adhor-
tamur veſtram paternam beatitudinem, per
præſentem noſtram piam ſacram, dirigere
viros utiles atque modeſtos, habentes to-
tius (Deo inſpirante) doctrinæ peritiam ir-
reprehenſibilem, indutos perſonam veſtræ
Apoſtolicæ ſedis, ejuſque conſilii, deferen-
tes & libros quos oportet proferri & omnem
auctoritatem habentes, quatenus conveni-
entes cum hìc poſito ſanctiſſimo ac beatiſſi-
mo patriarcha, & Macario ſanctiſſimo pa-
triarcha Theopolitanæ, id eſt Antiochenæ ci-
vitatis: perſcrutentur cum omni manſuetu-
dine & modeſtia, & per gratiam ſancti Spiri-
tus ſtudeant veritati inſiſtere & conſentire.
Monitionem habentibus eis qui huc advene-
rint ex parte ſedis veſtræ, per præſentem noſtrā
piam Sacram: Per Deum omnipotentē, non eſt
apud nos partis cujuslibet favor, ſed æquali-

A tatem utriuſq; partis conſervabimus nullatenus neceſſitatem facientes quocunque capitulo eis qui à vobis dirigentur quoquo modo, ſed omni honore cum competenti munificentia & ſuſceptione dignos eos habebimus: Et ſiquidem uterque convenerint, ecce & benè: ſin autem minimè convenerint, iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus, decætero nos expectantes judicium Dei imminere nobis, juxta quod conſtituti ſumus ſervare fidem ſanctam & immaculatam, quam percepimus unoquoque proprio ſenſu abundante, rationem reddituri ante ſanctum & terribile tribunal Dei noſtri: Invitare enim & rogare poſſumus, ad omnem emendationem & unitatem omnium Chriſtianorum: neceſſitatem verò inferre nullatenus volumus: Perſonæ verò quæ dirigentur à paterna veſtra beatitudine, ipſa decernant. Ex veſtra itaq; ſancta Eccleſia, (ſi utique videtur ei) tres perſonæ ſufficiant: quòd etſi plures, quantæ ei placuerint, dirigat. De Concilio verò, uſque ad 12. Metropolitanos epiſcopos. De quatuor verò monaſteriis Bizanceis, ab unoquoque monachos quatuor. nam ſi reciperet tempus, perfectam congregationem ſtuduiſſemus facere. Et infrà: Deus autem noſter proprio conſilio protulit, quòd nos differebamus in hoc tempore: per omnia jubemus, veſtram paternam beatitudinem minimè effici impedimentum voluntati Dei, ſed eos dirigere. Sic enim ſperamus in ejus benignitate: quoniã qui voluit hujuſmodi capitulum moveri
B in præſenti per ſanctum Spiritum, concedere habet ut veritas clareat, & inſtruantur omnes ſine ſchiſmate atq; contentione in veritate. Et infrà: Omnemque impenſam venientium juſſimus præbere, Theodorum glorioſiſſimum patricium & exarchum Chriſto amabilis noſtræ Italiæ provinciæ, tàm in navi quàm in expenſis & omni utilitati eorum Et ſi neceſſitas exegerit, etiam caſtellatos dromones præbere ad eorum munimen, ut ex omnibus illæſi & ſine periculo Deo cooperante iidem ad nos perducantur. Divinitas te ſervet per annos multos, ſanctiſſime atq; beatiſſime pater. Hęc epiſtola in principio ſextæ Synodi, quæ per illum facundiſſimum Leonem Sicilienſem papam Romanum, utriuſque tàm Græcæ quàm Latinæ linguæ diſertiſſimũ tranſlata eſt. ſcripta invenitur, habens graves, multas & notandas ſententias: maximè quomodo Imperator ordinationem ſacri Concilii præcogitare juxta temporis congruentiam debet, & cum omni reverentia advocare & defenſare venientes, cum præſtatione ſummæ libertatis abſq; partialitate. Aliis verò epiſcopis legimus conſimiliter Imperatores ſcripſiſſe per ſuas ſacras. Unde præfati Imperatores Valentinianus & Martianus, ita reſcripsère. Omnia ad veram fidem & Chriſtianam orthodoxam religionem tendentiã, præponenda aliis rebus exiſtimamus. Et infrà: Unde tua ſanctitas cum quantis approbaverit reverendiſſimis epiſcopis ſub tuo ſacerdotio conſtitutis ſanctarum eccleſiarum, expertus habentibus divinas ſcripturas, & ſcientiam & doctrinam orthodoxæ & veræ A fidei: præ cunctis eminentibus ad Niceam civitatem proximè Kalen. Septemb. advenire feſtinet. Quiſquis enim generalem & omni mũdo utilem futuram Synodum refutaverit: peccat equidem. & noſtram divinitatem offendit. Agnoſcat autem & tua ſanctitas, quoniã noſtra pietas aderit in ipſo Concilio, niſi quædam publicæ & inevitabiles curæ nos inexpeditos fecerint. hæc ille. Dicit de Nicea quia ad hanc civitatem indixit Concilium Valentinianus, ſed poſtea ad Chalcedonam eſt tranſlatum. Unde ad congregatos in Nicea iidem ſcripſerunt: Studii noſtri eſt, congruenter decerni ea quæ ſanctæ & orthodoxæ religionis exiſtunt, quatenus omnis ambiguitas perimatur, & decens pax ſanctiſſimis & catholicis reddatur Eccleſiis, hoc enim omnibus rebus præponendum exiſtimamus. Quia igitur volumus intereſſe ſancto Concilio, retinent verò vos publicæ & neceſſariæ utilitates in expeditione dignetur veſtra religio non arbitrari grave, noſtræ tranquillitatis præſentiam ſuſtinere: ſed orare, quatenus ea quæ inter manus habemus, Deo auxiliante diſponentes, benè illuc venire poſſimus, ut noſtra pietate pręſente decernantur, quæ omnem diſcordiam quæſtionemque ſubmoveant, & confirment veram ac venerandam orthodoxam fidem. hæc ibi. Poſt hæc ſcripſerunt iidem Imperatores, quo miſsi Leonis papæ omninò voluerunt eos Concilio intereſſe debere. Et quia commodiùs poſſent in Chalcedonam propter neceſſi- B tates publicas, quàm in Niceam concurrere, ſcribunt ſic: Unde ſi perſpicit veſtra religio, in Chalcedonenſium civitatem venire dignamini. Et quia dubitabant de ſecuritate propter Euchetem, miſerunt ad Imperatores, qui in Thracia fuerunt, hoc eis ſignificantes: qui ad eos reſcripſerunt, plenam ſecuritatem eis promittentes. Ex his habes, quomodo Imperatores cauſſas fidei omnibus præponere debent, & omnia cum conveniente reverentia & charitativè, quæ in Synodis habent, expedite, nullam neceſſitatem inferendo. Et quòd Concilio intereſſe debent ad fidem confirmandam, non ad neceſſitatem inferendam, ſicut Martianus Imperator Conſtantinum allegans dixit, 96. diſt. nos ad fidem.

Cap. XIIII.

Etiam ad hoc operam dare debent Imperatores, & omnes reges, ſub ſuo regno Synodicas conventiones habentes: ut tumultus omnis vitetur, & expellantur expellendi. Unde piiſſima Pulcheria Auguſta, ad Conſularem Bithyniæ Stratigium, ut curam haberet circa diſciplinam Synodi; quæ in Nicea congregata, & nondum Chalcedonam tranſlata erat, ſcripſit: Quia ſecundùm noſtram ſanctionem reverendi epiſcopi univerſi convenerunt, ſuſtinentes poteſtatis noſtræ præſentiã, quæ poſt nõ multũ Deo cooperãte aderit. Quidã autẽ (ſicut agnovimus) quum ſint ſoliti cõturbare & cõfundere Deo placitã diſciplinã, ſu-

perve-

A pervenientes in Nicæam clerici, atq; monachi, atq; laici, tumultus facere tentant, cõtendentes abſque iis quæ nobis placuerunt: neceſſariè has pias literas ad tuam direximus claritatem, quatenus cum omni virtute, eos qui præter noſtram evocationem, aut permiſſionem ſuorum epiſcoporum ibidem commorantur clericos, ſive intra hunc ordinem conſtitutos, ſive aliqui eorum à propriis epiſcopis ſunt remoti, vel monachos atque laicos, quos nulla ratio ad Concilium vocat, omni modo debeas civitate & ipſis locis expellere: ut cum omni diſciplina conſedente ſancta Synodo, ſine omni commotione atque contentione, quæ à Domino Chriſto revelata fuerint, communiter ab omnibus confirmentur. Scito enim, quòd ſi quis de cætero inventus fuerit tumultuoſiùs ibidem commorari, aut ante præſentiam noſtræ tranquillitatis, aut certè poſt præſentiam: non fortuitum tibi imminere periculum. hæc ibi. Ecce laicos, monachos & clericos, maximè non habentes ſui epiſcopi facultatem, Conciliis univerſalibus intereſſe non debere: omnes enim contentiones, cum tumultu pati in Conciliis non debent. Glorioſiſsimi enim judices & ampliſſimus ſenatus, leguntur in prima actione Chalcedonenſis Côcilii dixiſſe, quando impediebatur tumultu lectio geſtorum in Epheſo: Acclamationes iſtæ populares, neque epiſcopos decent, neq; partes juvant. De quo in Concilio Toletano proviſum eſt. & de pœna in loco benedictionis ſe-
B dentium & turbantium Synodum, ſcilicet triduana excommunicatione. 5. q. 4. in loco. Sic in eiſdem geſtis Chalcedonenſis Concilii legitur commonitorium, ad Helpidium virum ſpectabilem, comitem ſacri conſiſtorii ab Imperatoribus datum pro defenſione Synodi Epheſinæ, ubi ſic legitur: Ideo igitur tàm tuam claritatem, quàm Eulogium virum ſpectabilem, & Tribunum, & notarium ad miniſteriũ elegimus fidei defenſandæ: ſicut probatos in aliis pluribus rebus, rectiſſimosque repertos, & circa Dei cultum opinatiſſimos, ac valentes noſtris diligenter juſſionibus miniſterium exhibere. De iis verò quæ in Epheſina ſancta Synodo fuerint conſtituenda, nullum fieri tumultum, vos permittere oportet: ſed ſi quem videritis côturbationibus & tumultibus tendentem ad læſionem ſanctæ fidei, hunc debetis cuſtodiæ mancipare, & ad noſtram perferre notitiam relationibus veſtris, ut cauſſa quidem ordine proprio ventiletur. Intereſſe autem vos oportet judicio, & operam celerem dare, quo aliqua circa inſpectam probationem ſancta Synodus fieri ibi cognoſcat. Vos autem nobis cognitum facite, quæcunque fuerint definita. Et infrà: Non liceat autem ullum aliud moveri negocium ex pecuniariis videlicet capitulis, ante quàm ea quæ de fide ſunt catholica, effectui mancipentur. Ideò namque & civile per literas quas ad virum ſpectabilem proconſulem ſcripſimus, & reliquis militare nobis auxilium delegavimus, quatenus & vos ſive per proprium officium, ſeu his fulti auxiliis ſufficere poſſitis ad ea quæ præcepimus adimplenda: quæ tantò aliis omnib. meliora ſunt, quantò ſolent humanis divina præcellere & quæ in hac cauſſa fuerint conſtituta ad noſtrã perferre noticiam feſtinate. Eodem tenore Eulogio viro ſpectabili ſcriptum eſt. hæc ibi. Ecce quomodo Imperator ſolicitam curam de cuſtodia univerſalis Concilii habere debet, & omnino facere, ut tumultus & turbatio nulla fiat. & quæ decernenda ſerventur. Iſta ſunt quæ ad Imperatorem ſpectant, quoad Synodi principium, ſcilicet cõvocare cum exhortatione & tuitione, ſummaq; libertate, & bona & optima cuſtodia, dempta omni partialitate, & præcepti neceſſitate.

CAP. XV.

DE convocatione verò, dubium ex prioribus (ubi de papa dictũ eſt, quomodo ad eũ ſpectet) oriri poſſet: ſed de reliquis prætactis nemo juſtè dubitare poterit. Ideò quoad illud diſcutiendum dicamus, quòd hoc intereſt inter utriuſq; convocationem. Quoniam papa ut primus, & habens præceptivam poteſtatem ex principatu ſacerdotii ſui in omnes alios epiſcopos, quoad eam congregationem, reſpicientem univerſalem Eccleſiæ ſtatum, in qua ipſe primam curam gerit: ex qua credita poteſtate, præcipere habet Chriſti fidelibus ut cõveniant, maximè ſubjectis omnibus ſacerdotibus. Imperator verò exhortatur & ſuadet epiſcopis ac præcipit laicis. Neq; Rom. pont. dicit, convocationem ad ſe pertinere tantùm: ſed B quòd ſine ſua auctoritate fieri Synodus nõ debeat. Quando itaq; Imp. ob incumbentem neceſſitatem Eccleſiæ primò exhortatur Rom. pont. & deinde alios ut conveniant: rectè proſequitur viam antiquorum, tunc interpellat Rom. pont. primò & deinde aliorum auctoritatem. Et niſi ita ageret, ſcilicet ſi ſine convocatione Rom. pont. epiſcopos congregaret, nõ eſſet univerſalis Concilii auctoritas plena, juxta præhabita: de eſſentia enim ejus eſt, ut nullus excludatur, maximè epiſcoporum qui velit & poſſit intereſſe. Igitur hoc indubiè in Rom. pont. verum. Si verò Rom. pont. rogatus non mitteret, aut non veniret, aliis parentib. exhortationi imperiali: non eſt ſubitò procedendum, niſi neceſſitas Eccleſiæ, quæ legem non habet, expeditionem deſideraret. Verùm ſi congregationi inſtitutæ per Imperatorẽ Rom. pont. cõtradiceret niſi neceſſitas Eccleſiæ plus parendũ Imperatori perſuaderet, Rom. pont. mos gerendus eſt. Unde non credo etiam abſurdum eſſe illud dictum, quòd etiam propter curam commiſſam cuſtodiendæ fidei ſacro Imperio, ipſe Imperator negligente aut contradicente Rom. pont. imminente magno univerſali turbationis Eccleſiæ periculo, præceptivè poſſet Synodum indicere, ad providendũ fluctuanti Eccleſiæ. Licèt. n. aut ordo aut poſitivi juris determinatio propter cõſervandã pacem exemerit clericos à poteſtate Imperiali, ut ſuperordinaverit etiã ipſi imperio ſacerdotiũ, ut cũctis Rom. pont. tamen quum ceſſant omnia illa, pro-

A la, propter quæ hujuſmodi ſacra ordinatiō in-
ſtituta eſt: quoniam omnia propter conſerva-
tionem ipſius ſanctæ Eccleſiæ ita conſtituta
ſunt, revertimur tunc ad habendum eundem
finem, ad aptos congruos modos tempori, hoc
ordine nobis non ſerviente minimè curato. Et
hæc ſufficiant.

Cap. XVI.

NUnc perquiramos ex codicibus ſacrorum
Conciliorum, florentiſſimæ quondam
Eccleſiæ, quid conveniat Imperatori in Con-
cilio congregato cum ſuis patriciis & ſenato-
ribus peragere. Et primò reperio ex omnium
geſtis, tàm in Chalcedona, Conſtaotinopoli,
Nicea, & Epheſo, quòd aut ipſe Imperator per
ſe interfuit, aut ex ejus juſſione ejus locum te-
nentes ſacri ſenatus & judices: pauci tamen
ſemper ex maximis & principalibus & intelli-
gentibus principibus, & non plures 20. un-
quam interfuiſſe, imò rarò 15. comperio. Im-
peratore verò in perſona exiſtente, reperio eū
ſemper præſediſſe. In ſexta enim Synodo ter-
tius Conſtantinus præſedit in medio, cum 10.
de majoribus patriciis, & ad lævam ejus vica-
rii ſenioris Romæ & Hieroſolymorū. ad dex-
teram verò patriarchæ alii: primò Conſtanti-
nopolitanus, deinde Alexandrinus, pòſt An-
tiochenus, & conjungebantur in quolibet
ſcamno epiſcopi illarum ſedium. In octava Sy-
nodo præſidebat Baſilius, & ad dexteram & ſe-
cundùm ordinem vicarii Apoſtolicæ ſedis, &
B alii patriarchæ. Verùm in Chalcedona (quia
Martianus Imperator in principio non inter-
fuit) ſenatus & judices erant in medio: ſicut de
tertio Conſtantino dictum eſt. Et ipſe Mar-
tianus ad Synodum poſt hoc veniens, præſi-
debat cum paucis de ſenatu, ſibi adjunctis la-
teraliter vicariis Apoſtolicæ ſedis & patriar-
chis: ut in ſexta Synodo ſedentibus. Baſilius
verò Imperator, patriarchalium ſedium vica-
riis & patriarchis, in ſubſcriptione ſe poſtpo-
ſuit ex humilitate, tota Synodo rogante ut ſe
præponeret & ipſo ex humilitate renuente, ut
dicunt geſta finalia ejuſdem Synodi Unde qoia
ſenatores & patricii, ac principes clariſſimi,
qui ſunt pars corporis Imperatoris, conſue-
verunt Synodis intereſſe, de juſſione & man-
dato Imperatoris, & non aliter, ut omnia geſta
clamant: tunc eſt hoc notandum, quòd nullus
ſecularis princeps habet jus intereſſendi uni-
verſali Concilio, niſi Imperator. alii omnes
ſolùm ſi juſſi ab imperatore fuerint, vel ſacro
Concilio. Illi verò qui ſunt pars corporis ejus,
ſicut ſunt patricii, exconſules, exarchi, & ſa-
cri ſenatus, ipſi Imperatori immediatè con-
jungi debent. Fit itaque injuria Imperatori,
ſi in locatione ſecularium principum, qui de
jure intereſſe non habent in univerſali Con-
cilio, & quorum jus intereſſendi ab ejus juſ-
ſione dependet, impeditur. Ab imperiali e-
nim poteſtate ordinatio talis inter ſeculares
dependet, qui omnes ei etiam, alioqui exempti
tunc in Concilio ſubſunt tanquam protectori
Concilii: ex qua re in omnes jutiſdictionē ha-
bet. Et maximè fit injuria ipſis ſacri imperii E- A
lectoribus, populum Romanum repræſentan-
tibus, & ſacrum ſenatum, & unum cum Impe-
ratore proximæ colligationis corpus facienti-
bus, ſi quiſquam abſq; ordinatione ſacræ ma-
jeſtatis, maximè qui digniori titulo non deco-
rantur, ipſis ſe præfert, & pro honore ſacri im-
perii & bono publico talis ambitio admitti
non deberet.

Cap. XVII.

TAmen ad hoc, ut de hac re nulla conten-
tio oriatur tanquam de nihilo, ſciendum
eſt, ipſos laicos principes prætactos, etiam ſi
juſſu Imperatoris interſint, non habere vocem
Synodicam, ſed ſolùm audire debere. Unde
ita legitur in geſtis octavi Concilii quarta a-
ctione, quòd quum vicarii ſenioris Romæ lo-
quendo ad principes, qui juſſu Baſilii inter-
fuerunt, dicerent: Interrogate illos magnifi-
centiſſimi & glorioſiſsimi principes, an illi
qui intulerunt, faciunt libellum hunc. Dixe-
runt principes, ut obſecundantes verbo ve-
ſtro, ex præceptione veſtra interrogabimus eos;
non per poteſtatem noſtram: poteſtas enim hęc
veſtra eſt. Et in fine dicit Baſilius imperator, in
Capitulo quod incipit, Multam quidem, cu-
jus tenor infrà ponitur: Quanquam non ſit da-
tum iſtis ſecundùm Canonem dicendi quic-
quam penitùs de Eccleſiaſticis cauſſis, opus e-
nim hoc pontificum & ſacerdotum eſt: & lo-
quitur de laicis. Idem Ambroſius 75. Epiſtola
contra Auxentium, ad Valentinianum impe- B
ratorem, dicens: Si Scripturarum ſeriem divi-
narum vel veterum temporare tractemus, quis
eſt qui abnuat, in cauſſa fidei epiſcopos ſolere
de Chriſtianis imperatoribus, non Imperato-
res de epiſcopis judicare? & infrà: Pater tuus
Deo favente vir maturioris ævi dicebat, Non
eſt meum inter epiſcopos judicare. Tua nunc
clementia dicit, Ego debeo judicare: & ille ba-
ptizatus in Chriſto, inhabilem ſe tanto pon-
deri eſſe putabat judicii. hæc ille. Ecce quòd
de pertinentibus ad fidei religionem, inter e-
piſcopos Imperator judicare non debet. Scri-
bit autem venerabilis Sedulius, in libello de
Rectoribus Chriſtianis, cap. 11. ipſum Valenti-
num imperatorem poſt hæc, dum à ſanctis e-
piſcopis rogaretur quatenus dignaretur ad e-
mendationem ſacri dogmatis intereſſe, Syno-
do dixiſſe: Mihi (inquit) quum minimus ſim
de populo, fas non eſt talia perſcrutari: verùm
ſacerdotes, quorum hæc cura eſt, apud ſemet-
ipſos congregentur, ubi voluerint. Et in ſexta
Synodo dicitur, in prima actione, præſidente
piiſſimo & Chriſti dilecto magno Imperatore
Conſtantino, in ſecretario ſacri palatii, & ex
juſſione ejus à Deo inſtructæ ſerenitatis, præ-
ſentibus & audientibus Niceta glorioſiſsi-
mo exconſule patricio, & comite imperialis
obſequii & precis. Et ſimiliter hoc quo-
dam loco ſuperiùs probatur, quomodo ex
juſſione Imperatoris, Bahanis patricius alio-
rum nomine loquens, ad audiendum ſena-
tum intereſſe dixit. Et hoc ꝓbant geſta Chalce-
donen-

A donenſis Concilii, ubi poſtquam principes in principio nominantur, qui juſſione Martiani interfuêre, additur: Conveniente autem etiã ſancto & univerſali Concilio, ſecundùm ſacram juſſionem in Chalcedonenſem urbem congregato, Paſchaſino & Lucentio reverendis epiſcopis. & Bonifacio presbytero, tnentibus locũ ſanctiſſimi & reverendiſſimi archiepiſcopi almæ urbis Romæ Leonis, & Anatolio reverendo epiſcopo inclytæ urbis Conſtantinopolitanæ. Ecce Synodum ſolum ex ſacerdotio conſtitui, & laicos vocem in ipſa, maximè in Eccleſiaſticis rebus dum tractarentur, non habere. Quare ſi vocem non habent de jure, tunc ad audiendum tantùm venientes, judicio imperiali pro conſervanda libertate Synodi, quoad cuncta Synodum reſpicientia meritò ſubſunt. ſine cujus juſſione & facultate intereſſe non deberent. Quare principes mundi nõ laicos, ſed epiſcopos, ut & vocem ſuam per eos aperire valerent, mittere deberent, & tunc ceſſaret omnis quæſtio: quia quiſq; juxta Canonicas ſanctiones, qui vocem habere vult, in ordine ſuo juxta tempus promotionis debet conſidere. Si verò reges & principes habent Synodo certa inſinuare, hoc poſſunt per quoſcunque, in loco Oratorum ad hoc communiter & publicè deputatos, quia nulla audientia cniqnam denegatur. Deliberare verò, & res Eccleſiaſticas definire, ſacerdotum eſt. Hoc ſi ita, ſicut recte ab antiquo introductum eſt, ſervaretnr, nulla de ſedibus quæſtio, ant ea pro-
B pter turbatio in Synodis exoriretur. Verùm quia in Conſtantienſi Concilio principes vocati, & etiam in hoc noſtro Baſilienſi Concilio, ad habendam nnam omnium concordantiam, conſultè ſatis exiſtunt: quia vigor Synodicæ præceptionis ex cõcordantia eſt. Et oportet pro conſervatione fidei noſtræ, quæ ad arctum locum redacta eſt (maximè quum Imperatoris poteſtas hodie non omnes, ſicut quondam, ſtringat & compeſcat) res concorditer principum etiam aliorũ & regum. qui in Chriſtianitate ſunt advocationem. ut omnes Synodicas definitiones juſtas & ſanctas & irreprehenſibiles videantur, tractare, ut pax in Eccleſia ſervetur, & ſchiſma vitetur. Unde tunc oportet etiam uti magna & ſapienti cautela in his ſedibus. vel locationibus, ne ex turbatione, quæ ex ambitioſis honoribus prætextu defenſionis dignitatis exoriri ſolet, confuſio major fiat. Et poſſe facilè ſuccurri per diſtinctionem locationum, ponendo ſedile ſcalare vel ſcabellum pro Imperatore, & ipſi proximè unitis: pro Francorum rege, & ipſi conjunctis: & ſimiliter pro Hiſpaniæ regibus, & aliis. ut abſque mixtura diverſorum regnorum, ſcamnis ſecundùm ordinem regum poſitis, unuſquiſque princeps in ſedili regni ſui locaretur. Et quòd talis quidem ordo in pace danda ſervaretur, ut ſecundùm ordinem regnorum locum in ipſius regni ſedili habenti, pax cæteris per oſculum communicanda daretur. In proceſſionibus verò reges ſuo ordine Imperatorem lateraliter aſſociarent, aliis omnibus retrò ſuo ordine pergentibus regni cujuslibet A nobilibus & ambaſiatoribus, ſe ad ſuum regem linealiter, ad ſeriem qua in ſcamno ſederent colligantibus, abſque cujuſquam alterius interruptione. Si verò duo de ejuſdem regni dignitate aut prioritate contendentes forent, talis ordo ſervetur: ut quiſque æquè propinquè Imperatori admittatur, ſenior à dextris, junior à ſiniſtris, abſque cujuſquam præjudicio. Et ita fieret de ſcamnis utriuſque contendentium, ſcilicet quòd ſenioris ſcamnum à dextris locaretur, junioris à ſiniſtris. Et in proceſſione, quilibet obedientiarius à rege ſecundùm ſuum ordinem per lineam rectam, ſe ſuo domino colligaret. Hæc ordinatio fortè, ſalva meliori, poſſet ſcandalis quæ exoriri ſolent, facilè obviare. Et habet æquitatem planam & pacificam, & in jure fundatã, ſecundùm quod ſuperiùs habetur: quomodo quiſque cujuſcunque gradus, alterius perſonam ut procurator ſeu legatus indutus, in eo loco ſedere debet ubi principalis. Hæc quidem ordinatio fingit ſcamnum regno alicui deputatum tanquam ſedem regis eſſe, quem ipſius oratores ſeu ambaſiatores ſi adſunt, ſeu principes proximiores, abſque etiam ſpeciali ad hoc regis cõmiſſione, fingit pro bono pacis repræſentare. Et dum hic ordo in ſcamno quolibet qui & in ipſo regno præcedentibus commiſſariis regis, & ſubſequentibus ſuo ordine principibus, ſervetur: quis dubitat optimè pacem, quoad hoc, poſſe conſervari?

CAP. XVIII. B

POſt hæc de iis quæ ſedente Synodo Imperialis majeſtas facere habeat, videndum. Et primò reperio, imperatores aliquando dediſſe primatum in Synodo, ut in quadam epiſtola Theodoſii & Valentiniani ad Dioſcorum, in ſecunda Epheſina damnata Synodo, quæ incipit: Ante hoc quidem. ubi dicitur: Neceſſarium duximus his ſacris noſtris literis ad tuam nti reverentiam, per quas manifeſtum facimus tuę beatitudini & univerſæ Synodo. quòd nos regulas ſanctorum patrum ſequentes, non ſolùm propter Theodericum, ſed & alios omnes qui ad congregatam ſanctam Synodum pertinent, auctoritatem & primatum tuæ præbemus beatitudini. hæc ibi. Sed non legi alibi quàm in illo conciliabnlo factum: unde ut in eadem epiſtola propter timorem Neſtorianorum hoc fuit factum, etiam tunc nondum venerunt nuncii Apoſtolicæ Romanæ ſedis fortè: quare ipſe Dioſcorus Alexandrinus, meritò primatum habuit: igitur. de hoc non eſt multum curandum. Sed ipſe Imperator habet curare, ut detur per ſuos judices & ſenatores maxima diligentia, ut canonico more ſancto & juſto ſervato ordine, non ex abrupto vel præcipitanter aut paſſionatè, per timorem vel impreſſionẽ ſeriatim abſq; materiarũ inculcatione tractãda expediantur, ut nihil de inſtitutis per ſacros canones. ad inquirendã veritatẽ, tàm in judicialib. definitionib. q̃ etiã diſputatoriis omittatur, tanquã neutrales judices: ut et-

A ut etiam clara & manifeſta clariſſima fiant, ut rectè invariabilis concluſio, & ejuſdem exequutio per Imperialem majeſtatem fieri poſſit, abſque omni hæſitatione. Ita lego in omnibus univerſalibus Conciliis, Imperatores, dũ præſentes fuerunt, aut ſacri palatii judices & ſenatum, officium promotorum habuiſſe, ad dirigendum cuncta ad claram veritatis lucem: imò in terminorum obſervatione & dilatoriis, ut judices cum conſilio Concilii ſe habentes, ac etiam aliqnando de aſſenſu & approbatione judicantes. ſicut in quæſtione primatiæ, in Chalcedonenſi Coocilio, inter patriarcham Conſtantinopolitanum & Romanum mora, judices ſententiaverunt juxta productos Canones, interrogantes poſt judicium ſacram Synodum, utrum conſentiret, an aliod videretur: tota verò Synodus approbavit. ut legitur in fine geſtorum Chalcedonenſis Concilii. Firmitas autem judicii, & omnium quæ ita aguntur in Concilio per quoſcunque, ex conſenſu tantùm, Synodica dependet auctoritate, juxta ſuperiùs præmiſſa. Quare & ſi aliquando ſententiaſſe judices tales leguntur, ex conſenſu & Synodica commiſſione vigor ſententiæ dependebat, & non ex imperiali commiſſione, cujus auctoritas Synodum virilem non pręcellit. Dirigi verò res per viam canonicam, ne quicquam quod tractatur, poſſit inculpari propter ſuam ſubſcriptionem, quam in fine ut teſtes qni recto judicio interfuerunt, pro firmitate facere debent, propria auctoritate B petere poſſunt. Longom foret omnia enarrare, quomodo pet Imperatores & judices, interlocutores directoriè rei inveſtigandæ pro apertione veritatis, fieri ſolebant. Sed una eſt concluſio, ſcilicet quoniam fiebat eo modo quo judicia canonica fieri habent, puta vocetur ter accuſatus, inducatnr in Synodum, legatur libellus, reſpondeat delatus, deliberet melius, probetur negatum oſtendatur per geſta Synodica ac dicta probabilium patrum: ſi eſt hæreſis quæ objicitur, juret prodncens Notarius librum ita in ſcrinio propriè inveniſſe, & per talia & conſimilia quæ ad cauſſam deſerviunt. Fuit etiam optima conſuetudo, qua canones in quibus quis fundavit intentionem, in ſcriptis producebantur: & pars reſpondebat, fateretur verum, an ſuſpicaretur mutatum. Et ſic clariſſima fuêre ſemper Synodica judicia, & apertiſſima. Et hæc de materia.

Cap. XIX.

QUæ Imperator in Concilio regularitet agere ſolitus fuerit, proximè dixi: verùm exhortationibus gratioſis ſæpè uſus eſt in Cõciliis. Unde Chriſtianiſſimi & piiſſimi Baſilii Imperatoris, cujus noſter Sigmundus à Deo coronatus invictiſſimus Imperator. in hoc Baſilienſi Concilio veſtigia inſequitur, ut propriè dicatur ſacrum hoc Concilium in Baſilea Baſilio altero præſidente celebrari: aliqua ex octava Synodo inſerere curavi. Ita enim in exordio Synodi loquutus eſt Baſilius Imperator mitiſſimus. Cum divioa & benigniſſima providentia A nobis gubernacula virilis navis commiſiſſet, omne ſtudium arripuimus, & ante publicas Eccleſiaſticas diſſolvere, & procellas quæ per multos annos ex invidia odientis bonum Sathanæ expanſæ ſunt, in ſtabilẽ tranquillitatem per meliorem quandam proviſionem transferre. Siquidem munito divinitùs imperio noſtro ſemper hoc deſiderium gerente, ac ab aliis patriarchalibus ſedibus vicarios adducere, propter jam dictam cauſſam judicante: cooperatus eſt intentioni gubernati divinitùs imperii noſtri, ſolus infinitæ potentiæ rex & princeps pacis, & (ut aſpicitis) Coocilium noſtrum complevit, & in id ipſum convenire atqoe concurrere fecit à ſeniori quidẽ Roma epiſcopos duos, & diaconum unum de deſiuitis ſeprem, prudentia, intellectu. ac vita venerabili decoratos. Ab Oriente verò, Prototroium Antiochiæ ſanctiſſimum metropolitam Tyri, omni reverentia plenum. A Hieroſolymorum autem ſancta Dei Eccleſia, ſancta videlicet Sion, de qua exiit qni prophetatus eſt, & nova lex, & diſcretor omnium Domini ſermo, ſanctiſſimum Syncellum, vitum Apoſtolicum, omni ſapieotia divina & humana refertum. Igitur cooperantia & gratia Chriſti univerſorum regis, & Dei cuncta tenentis, iis quæ prava vobis omnibus eſſe videbantur & aſpera, in vias planas imperatoria diligentia & ſtudio noſtro translatis: commonemus & hortamur omnes vos fratres, ut cum multo pondere & reverentia conveniatis, ad ſanctã hanc B & univerſalem Synodum, tanquam ad communem & univerſis aptam atque ſine labote medelam, nullam vitioſam motionem vel affectum ferentes, nec ad contentioſam voluntatẽ reſpicientes, ſed potiùs vinci benè, quàm vincire periculosè ac injnſtè ſitientes. Sic enim unuſquiſque, qui vitiatum interiorem patitur hominem, ſanitatem recipiet, & æternam ſalutem percipiet. At verò ad vos ipſos acclamationem imperii noſtri proponimus: quippe qui poteſtatem Synodici judicii divinitùs accepiſtis Etenim vos veritatis eſſe & divinæ joſticiæ (ſecundùm quod eſt poſſibile) dilectores & imitatores, nequaquam quidem ambigimus. Sed ut & Deo munitum imperium noſtrum, ſecundùm datam ſibi poteſtatis menſuram, in Eccleſiaſticis negociis nihil tacuiſſe pateſcat, eorum quæ debent atq; conveniunt: depoſcimus religionem veſtram, ut omnis gratiæ & odii nunc maximè ſoperatrix efficiatur. quin potiùs impaſſibili beatæque naturæ ad perſonam nõ accipiendam, omni robore quãtum fieri poteſt, aſſimiletur: & neque perſonã potentis per gradum vel per amicitiam accipiat, neque pauperis miſereatur in judicio. Si utique ſecundùm Concilium, utique ac voluntatem Dei, atque tranquilliſſimi imperii noſtri, pacatiſſima ſubſequetur ordinatio. hæc ibi. Longum foret aliorum divinorum Imperatorũ dulcifluas exhortationes inſerere, quas quiſq; Imperator ſecundùm tractandam materiam adaptare ſtudebat, more hujus piiſſimi Imperatoris ac aliorum.

Cap.

A

Cap. XX.

SOlebant etiam Imperatores, cùm fortè abeſſent, committere locum tenentibus alloquutionem ad Conciliũ, & ſuaſiones pro occurrenti materia. Sic legitur in ſeptima actione ejuſdem octavi Concilii, Bahanam patricium & præpoſitũ ad Concilium dixiſſe, Photio cum ſuis epiſcopis in Concilio exiſtente: Sanctus Imperator noſter vult facere alloquutionem ad iſtos, per me indignum ſervum ſuum. Sanctiſſimi vicarii ſenioris Romæ dixeruut: Sicut jubet, imperinm ejus. Bahanis dixit ad Photium & epiſcopos ejus: Hortatoriè alloquitur vos Imperator, homines: dicite unde eſtis: num de cœlo, de abyſſo eſtis, an de terra in qua nos degimus? & oſtendite mihi hac bora: quia ſive hæreſis nota eſt, ſive ſchiſma emerſerit in qualibet parte, & ſenſerit aliquis ex quatuor patriarchis, imò verò quinque, qui condemuatione condemnant vos: quid vobis videtur ad hæc? eſtne qui adjuvet vos? dicite, quis canon vos adjuvet, & ubi poſuerit Dominus canones in eccleſiis ſuis, an in alio aliquo loco, & ubi Eccleſiæ ſunt hodie, & ubi prædicetur Evangelium? eſtne alius locus quem tenent vicarii iſti? dicite. Epiſcopi Photii dixerunt: Deus cuſtodiat Imperatorem noſtrum. Verbum petivimus impunitatis, ut diceremus negotia noſtra cum fiducia, & non accepimus: quantum ergo habemus loqui? Babanis dixit: Sanctus Imperator noſter admoueutis affectu ad vos dicit: Utique Deus ideo audivit depre-
B
cationem meam, & adduxit hos ſauctos viros de finibus mundi, ne quid ſecundùm faciem fiat, ſed ex æquo ponatur judicio injuſtiſſimũ. Dicitis, ut accipiatis verbũ ſecuritatis, & tunc quis à me triſtatus vel læſus fuerit, volo ut dicatis. Ideo ſunt hic vicarii omnium ſedium, ut quicqnid habetis, in juſtificationem veſtram loquamini. Epiſcopi Photii dixerunt: Scimus imperium ſanctum ejus, qnia neminem vult contriſtari. Quid volumus dicere? ſi dixerimus juſtitias noſtras, non fient. Babanis dixit: Per Imperatorem noſtrum ſauctum, nihil probibemini: jubet etenim, vnlt & acquieſcit ut loquamini, ſed videntes judices convicia veſtra, uec audire vos volunt. Epiſcopi Pbotii dixerunt: Et nos judices ipſos non recipimus. Bahanis dixit: Et rejicit regula patriarchas? & irrationabiliter judicant? Amphilocbus Pbotii epiſcopus dixit: Irrationabiliſſimè. Bahanis dixit: Et tranſcenſu regulæ & patriarcharũ ſuorum judicant? Epiſcopi Pbotii dixerũt: Extrà. Bahanis dixit: Ite ad patriarchatus, & certificamini. Baſilius piiſſimus Imperator & amicus Chriſti dixit: Quotquot creditis per omnia, quòd à patriarchatibus venerint bomines iſti cum commendaticiis literis, & non habetis aliquam ambiguitatem, ſuſcipite illos, & quæ judicantnr ab ipſis: quotquot autem dubitatis ad hoc, & nou habetis eos juſtos, neque ſecundùm verbum patriarcbarum ſuorum ageutes, ite ad eos, & diſcite ab illis, & adducite etiã ad nos: imò verò quòd plus certum exiſtit, & diſponemus ita. Epiſcopi Pbotii dixerunt: Nos judicium nõ vidimus, & quomodo habemus ſequi quod nos non vidimus? Bahanis juſſus ab Imperatore dixit, Sanctus Imperator dicit, ne dicatis fratres quòd velim vos mittere illuc, ut pereat quis veſtrûm Teſtis eſt Deus, quem miſero illuc in conſpectu totius ſenatus & ſanctæ Synodi, dico iterum, reducam eum huc. Multa talia quæ notanda forent, in actis leguntnr, iſta ex cauſſa, quoniã ſingularia quæ perpetuò notanda continentur, inſerui: ſcilicet quomodò Imperator amodò procurare debet, ut luce clarius, abſq; omni dubitabili actu, geſta Conciliorum peragantur. Adhuc eſt aliud quoddam ſingulare in ipſis geſtis. Legitur, dum ſe epiſcopi Photii multis argumentis & geſtis defendere vellent, Imperator dixit: quòd allegati per illos, ſanati poſtea per Eccleſiam fuerunt. vos autem uſque ad pręſens in peccato veſtro eſtis, & in ſepulchro nequitiæ jacetis mortui. Unde omnes ſummi ſacerdotes patriarchæ vos condemnant concorditer. Adeò verò munitũ imperium noſtrum, placidum & benignum eſt, & veſtri curam gerit & conſulit, ut percipiatis miſericordias, quas deliberaverit ſancta & univerſalis Syuodus: nã omnes novimus quòd laici eſtis, & non adduximus vos latrare, & ſine ordine facere verba. omnia enim veſtra mendacia ſunt, & ſeductio. Photii epiſcopi dixerunt: Hoc nec diabolus auſus eſt dicere, ac ſi dicerent nos eſſe laicos. Imperator autem ideo eos laicos dixit, qui à Photio, qui non fuit epiſcopns, ordinati fuerunt: & epiſcopi volebanc defeudere Photium, & ſeipſos. Et quia quidam B
Eulapius de Photianis epiſcopis ad verba venit cum Imperatore: vicarii Apoſtolicæ ſedis dixerunt, Eulapium ab Apoſtolica ſede damnatum & excommnnicatum. & ideo verba Imperator cum eo facere non deberet. Tunc dixit Baſilius: Ego crebrò & multùm rogavi ne perirent, & ideò vocavi eos huc: ſi nolunt concurrere ad Eccléſiam, quidquid judicaveriut patriarchæ, etiam ſi noluerint, cõfirmabunt. Nemo enim poteſt datam eis poteſtatem à Chriſto Deo & Salvatore noſtro, reprobare. Ecce quãta pietas & cura in Imperatore eſſe debet, & demum fides & conſtantia in definitis Synodicis.

Cap. XXI.

DEbet etiam ipſe Imperator pręmonitiones pro tractandis negotiis Concilio aperire, & ſi qua ſibi ſtatuenda videntur quæ ad Synodum ſpectant, indicare, & inſtare ut ſtatuantur. Unde Martianus Imperator, in Concilio Chalcedonenſi ad Synodum dixit: Sunt quædam certa capitula quæ bonorum reſpectu veſtræ reſervavimus ſanctitati, congruum rati regulariter vobis iſta Synodali diſponi conſilio potiùs, quàm noſtris legibus ſtatui. Et jubeute ſacratiſſimo & piiſſimo principe, Beronicianus, vir devotiſſimus, ſecretarius divini Conſiſtorii, capitula ita relegit, & fuit primũ capitulnm: Monachos, qui per ſingulas civitates ſunt atque provincias, ſubjici epiſcopo, & quietem amplecti, & attendere ſolo je-

Digitized by Google

A jonio & orationi. Et hoc idem legitur per Henricum & Carolum reges, ſimul cum certis epiſcopis Confluentiæ, diœceſis Treverenſis, in Concilio exiſtentes, de monachis ſtatotum. Secundom fuit: Quòd clerici non deberent ſe curis mundanarum rerum ſubjicere, poſſeſſiones conducere, & procuratores fieri. Tertium capitulum: Quòd clerici in uno titulo permanere debent, & ibi miniſtrare ubi ab initio deputati ſunt. Iſta capitula fuerunt laudata à ſanĉta Synodo, recepta & decretata: licèt, proh dolor, hodie non ſerventur. Sic Imperatores Theodoſius & Valentinianus, ad Epheſinum Concilium de Iba epiſcopo ſcripſiſſe leguntur: Imperatores Cæſares Theodoſius & Valentinianus, victores ac triumphatores, ſemper colendi Auguſti, ſanctæ Synodo Epheſinæ: Plorimæ relationes ab Edeſſanorum civitate Oſdroenæ provinciæ, cum monumentis quæ ibi ſunt habita, huc directæ ſunt: in quibus infertur depoſitio plurimorum reverendiſſimorum clericorum, & religioſiſsimorum archimandritum, & eorum qoi in dignitatibus conſtituti ſunt: & ferè univerſi ejuſdem civitatis populi teſtimonium perhibent contra Ibam Edeſſanæ urbis epiſcopū, de multa impietate atque blaſphemia. Quia igitur tale ſcelus per veſtram corrigi conſequens eſt ſanctitatem (tantorum enim teſtimouium diſcindere, ſanctum nõ eſt) dignetur igitur ſanctitas veſtra teſtimonia & geſta legere, ipſum amovere, & alterum religioſum ibidem con-

B ſtitoere. Si enim majorum præpoſiti urbiū orthodoxi fuerint, neceſſariò & reliqoi eorum magiſteria ſequentur. Talia & conſimilia ſecundùm temporis opportunitatem. ſoliti fuêre prȩhortaméta dare ſacri Imperatores: quod cedat noſtro glorioſiſsimo Sigiſmundo & ejus ſucceſſoribus in exemplum.

Cap. XXII.

ULtimò quòd hanc materiam ſcire debet imperialis celſitudo, quòd ſtatuta & definita per ſacra Concilia, omnimodò curare debet ut ſerventur, etiam per leges pœnas non ſervantibus infligendas. Unde cum inquiſitione decenti debet in ſacro Concilio inquirere, an communi Concilio & conſenſu definita ſint ea quæ publicantur ſuæ majeſtati. Piiſſimus enim Martianus, lecta ſibi, in Chalcedona. quæ in ſymbolum redacta fuit, interrogavit: ſi omnium conſenſu religioſorum epiſcoporum firmarentur lecta? & habito reſponſo per Synodum, quòd ſic. quæ magnas etiam laudes dixit Imperatori: ipſe Imperator legem appoſuit ſic dicendo. Pia & catholica fides, pro patrū traditionibus à ſancta eſt Synodo demonſtrata, juſtum pariter atque utile noſtra probavit eſſe tranquillitas, omnem in poſterum contentionis materiam de ſyncera religione prorſus auferre. Si quis igitur aut privatus, aut militaris adhærens ſtipendiis, ſive clero ſociatus publicam de fide contentionem faciat, ſeu vulgi perturbationem concitet: ſciat quòd qui privati conditione notatus eſt, à ſacratiſſima urbe pelletur: militans verò de ſua militia, & clericus de ſuo gradu periclitabuntur, etiam aliis ſubdendi ſuppliciis. Sancta Synodus acclamavit: Multos annos principi Chriſtiano, principem te per multos annos optamus. Similia adducere poſſem de multis geſtis Conciliorum. Sed piiſſimi Baſilii dictum, quoniam notatu dignū, ſententioſum, & memoria digniſſimum, non potui non inſerere, ita enim legitur in concluſione Concilii octavi: Baſilius piiſſimus & Chriſto amabilis Imperator ad Synodum dixit: A

Cap. XXIII.

MUltam quidem vexationem & laborem, & veſtra divinitùs collecta pertulit ſanctitas, ſingulis vobis hincinde confluentibus ad fœliciſſimam orbem noſtram, cauſſa Eccleſiaſticæ ordinationis & conſtitutionis: pro qua etiam diuturnam in ea moram ſuſtinuiſtis, & propter quam multos & ſenectutem contempſiſtis, & corporalem infirmitatem parvipendiſtis, & fortes facti eorum quæ requiei non congruunt, toleraſtis, & diuturnam ſeparationem ſpiritualium filiorum veſtrorum magnanimiter pertuliſtis. Sed ecce dolorum & laborum veſtrorum videtis quàm ſit finis ſuavis, & Eccleſiæ Dei proficuus. Nam communis concurſus, & in Spiritu ſancto magnæ hujus & univerſalis Synodi conſenſus, omne ſcandalum & offendiculum è medio removit Eccleſiæ, hujoſque multi temporis procellas compeſcuit, B & ad limpidam tranquillitatem traduxit. Gratias ergo agimus Domino, patres venerabiles, de omnibus bonis quæ nobis à Deo conceſſa ſunt, & admittimus zelum veſtrum qui ſecūdùm Deum eſt: & optamus à munificentia magni Dei & rege univerſitatis, opulentam vobis retribui mercedem, dolores veſtros & labores recompenſantem, pro quibus & tranquillitas noſtra feſtinabit reficere ac animare vos, & omne deſiderium veſtrum implere. In omni autem audentia expreſſa fateri. & hoc juſtum putavimus pro communi omnium noſtrorum munimine, & ſanctæ Dei Eccleſiæ perſeverandi tranquillitate, propter eos qui communi invident fœlicitati: & vulnerantur quidam ſagitta ſerpentis ſuper Eccleſiaſtica ordinatione, congratulantur autem huic commotioni & æſtui: atque delicias exiſtimant, ſi viderint eam in tempeſtate fluctuantem. Talibus ergo expreſsè hodie dicimus, quiſquis habens aliquid adverſus hanc ſanctam & univerſalem Synodum dicendum, vel contra hujus canones aut terminum, ſtet in medio: & quæ ſibi videntur edicat, ſive epiſcopus ſit, ſive quiſquam de Eccleſiaſtico clero, ſive laicus, aut ex iis qui civilibus officiis mancipantur, exiſtat: quanquam non ſit datum iſtis ſecundùm canonem dicendi quicquam penitùs de Eccleſiaſticis cauſſis, opus enim hoc pontificum & ſacerdotum eſt: ſed ex abundanti omne os iniquum obſtruere volentes, licentiam præſtamus omnibus, ut qui in méte habet quod ambiguum,

A biguum, de iis quæ decreta ſunt ab hac ſancta Synodo. huc in medium exhibeat & ſuſcipiat ſatisfactionis ſalubre remedium. Non modicū certamen certavimus, neque labori cuilibet ceſſimus (ut & ipſi nobiſcum noſtis) ad congregandum eos qui à Roma & ab Orientis patriarchalibus ſedibus convenerunt: quos conducere multi quidem & ante nos conati ſunt, ſed nullo modo valuerunt. Nō modicam vexationem & contritionem etiam Deo amantiſſimi ſummi ſacerdotes ſuſtinuerunt, à longè cō-currentes ad ſanctæ hujus Synodi tractatum. Qui ergo habet quid dicendum, dicat, dum hæc celebratur. Nam ſoluta ſancta & univerſali Synodo qui apparuerit Eccleſiæ Dei contradicens, aut non communicans ei, ſive epiſcopus ſit, ſive abſolutè ſacerdos, ſive dignitate aliqua præditus. vel aliter converſatus: veniam ab imperio noſtro minimè conſequetur, ſed juſtè condemnabitur, & à civitate noſtra pelletur, ut corruptor & peſtilens, & membrū putridum & inutile, & commune corpus Eccleſiæ violans. Vos autem amatores virtutum, Deo amiciſſimi ſummi ſacerdotes, qui epiſcopali decoramini dono, ſinguli cōmonete proprium gregem, & ad ſalutem ducere ne gravamini: demonſtrantes quantum malum ſit eos, Eccleſia Dei manente in tranquillitate, ab illa diſſilire, & contra eos qui præſunt animabus ſuis inſanire, & à divinis myſteriis propter irrationabiles & viles occaſiones ſeſe coërcere. Et quidem ſubjectū vobis gregem, per unum-
B quemque diem Dominicum verbis doctrinæ confirmantes, ad divinarum voluntatum dirigite perfectionem. Eos verò qui errore hæreſeos cujuſquam detinentur, tanquam paſtores boni convertite. Noverit enim virtutibus plena perfectio veſtra, quia ſi notum fuerit vobis hæreſis quæcunque in provinciam cujuſque veſtrûm latitans, non per aſſiduam doctrinam radicitùs evellatur, & omnes ad orthodoxam fidem manu ducantur canonicè: hujuſmodi epiſcopus à proprio patriarcha condemnabitur. Et ſacris quidem doctrinis atque abominationibus alienis, taliter ſacratiſſimus grex veſter per paſcua ſalutaria paſcatur. Ipſi autem in alterutrum pacifici eſtote, & Eccleſiæ vinculum indiſruptum conſervate, in quo laboraſtis & concordaſtis. Quodque verbo & manu in præſenti ſancta & univerſali Synodo cō-firmaſtis, ne per contentionem & pertinaciam mutuam, diſruptionem rurſus communis Eccleſiæ corporis faciatis, & nō habeatis veniam in die juſtiſſimæ retributionis: ſed amicitia veſtra & conſenſus ſit ad ordinationem totius orbis diſtrictiſſima norma. Unde vos contemplantur ſubditi quemadmodum prætores ad principalia, & ad vitam veſtram & mores ſeu converſationem moderari probantur. Sed & qui in clero deputati eſtis Eccleſiæ Dei, eandem conſervate conſtitutionem, & alternam concordiam in nullo declinantes, vel præter quæ ſancita ſunt Spiritu ſancto ab hac magna & univerſali Synodo prædicantes. Nam & ipſi in omnibus conveniſtis, & Sole clarius verita-

tem reſplendere vidiſtis, in quam & conſenſiſtis, & concordantes apparuiſtis. De vobis au- A
tem laicis, tàm qui in dignitatibus quàm qui abſolutè converſamini, quod amplius dicam non habeo, quàm quòd nullo modo vobis licet de Eccleſiaſticis cauſſis ſermonem movere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & univerſali Synodo adverſari. Hæc enim inveſtigare & quærere, patriarcharum pontificum & ſacerdotum eſt qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſolvendi & ligandi poteſtatem habent, qui eccleſiaſticas & cœleſtes adepti ſunt claves: non noſtrum, qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari vel à ligamento ſolvi egemus. Quantæcunque enim religionis & ſapientiæ laicus exiſtat, vel etiam ſi univerſa virtute interius polleat, donec laicus eſt, ovis vocari non deſinet. Rurſus epiſcopus quantacunque ſit irreverentia plenus, & nudus omni virtute, donec antiſtes eſt & veritatis verbum rectè prędicaverit. paſtoris vocationis & dignitatis damna non patietur. Quæ ergo nobis ratio eſt in ordine ovium conſtitutis? paſtores verborum ſubtilitatem diſcutiendi, & ea quæ ſuper nos ſunt, quærendi & ambiendi habent. Oportet nos ergo cum timore & fide ſincera hos audire, & facies eorum vereri: cùm ſint miniſtri Domini omnipotentis, & hujus formam poſſideant, & nihil ampliùs quàm ea quæ noſtri ordinis ſunt, requirere. Nunc autem (ut videmus) adeò multos malitia in inſaniam accendit, ut obliviſcentes proprii ordinis, & quòd pedes ſint minimè cogi- B
tantes, legem ponere velint oculis non ut natura ſe habet, ſicut ipſi cupiunt. & ſinguli ad accuſandum quidem majores ſemper exiſtunt promptiſſimi ad corrigendū autem ea in quibus accuſantur & criminantur pigerrimi. Et moneo & exhortor omnes qui tales ſunt, ut maledictum & alternum odium avertentes & judicare judices deſinentes, attendant ſibi, & ſecundùm divinā voluntatem converſari cō-tendant. Nam non quieſcit ſupernum judiciū, ſed contra diffidentes divinus furor ſtillabit, & juſtam ultionem opere cunctis oſtendet. Optamus autem ſuper omnia ſanctum Dominū, omnes melioratos, & ſecundùm beneplacentem ei voluntatem clareſcentes, non ſolùm à divina ira intentatos manſuros, ſed & æterna bona conſecuturos orationibus & interceſſionibus ſanctiſſimæ dominæ noſtræ Dei genitricis, & omnium ſanctorum & precibus & obſecrationibus ſanctæ hujus & univerſalis Synodi: Amen. Et poſt lectionem Baſilius amicus Chriſti & magnus Imperator dixit: Dicat nūc quicunque voluerit ex ſedentibus in hac ſancta & univerſali Synodo, in quo iſtorum hæſitet vel ambigat. quæ nunc lecta ſunt. Sancta Synodus exclamavit, omnibus placent quæ lecta ſunt: omnes eiſdem ipſis concordamus: omnes libenter ſubſcribimus Ecce formā piiſſimi Baſilii, quam noſter omni clementia refertus alter Baſilius, quiſque catholicus Imperator acceptet, ut ſic præcedenti clara prævia cognitione approbationum ore & manu

A omnium qui Synodo interſunt, ſubjungat approbatorium & confirmatorium ſigillum cum ſanctione pœnali & coërcentia, & dicta ſerventur & venerentur. Debet etiam ipſe communis omnium pater cunctos admonere, etiã ſacerdotes, ut quiſq; officio ſatisfaciat, & Altiſſimo vota perſolvat: & maximè ad hoc attendere, ut per proprios veros, & non mercenarios paſtores, grex & Chriſti membra ſalubriter paſcantur. Et maximè debet omnibus paternam curam adhibere, & per pietatis viam oberrantes ad viam juſtam reducere, omnibus poſſibilibus modis. Homo enim animal eſt nobile, quod potiùs vult duci quàm trahi: & omne ferox animal placat amica manus. Unde ut hanc ſolertiã per exemplum dulciſſimi Baſilii oſtendamus, *ἐπαναγνωστικὸν* ſermonẽ, quem in ipſa Synodo ad ipſos epiſcopos, cum invaſore ſedis Conſtantinopolitanæ, ſchiſma facientes, qui plenus omni ſuavitate & doctrina exiſtit, ſubjungamus.

Cap. XXIIII.

EX ACTIONE SEXTA OCTAvi univerſalis Concilii Epanagnoſticum in diſſenſione ſchiſmaticorum.

MUltę quidem communes paſſiones ſunt, quas præcedentibus diebus audiens & intuens à Deo provectum imperium noſtrum, lugere & contriſtari operæpretium duxit. Pręcipuum autem malum, & calamitatum arx eſt
B Eccleſiæ tempeſtas, maligna aſpirantis adverſus eam diaboli turbatio, pacis expulſio, & veteris ordinis diſſolutio, auſus irruendi junioris in ſeniorem, & inhonorati adverſus honorabilem, ac omnimodò ſubverſio ſtatus Eccleſiaſtici: apud exteriores quidem in Conciliis juſtitia converſante, apud Eccleſiam injuſtitia fiducialiter agente, amor principatus, ac amor privatus, atq; nullius ſeveritatis propter hæc reputatio: nec non contra ſpiritualem patrem rabies & inſania. Hæc ſunt quæ meã angebant & turbabant animam: & tanquam nubes craſſa obtenebrabant animum, ac oculos cogebant fontes mihi lachrymarum largiri, & divinitatem in auxilium & ſolutionem exiſtentis mœroris invocabam. Et opus erat mihi accogitatio, ſi fortè poſſem in primis de Eccleſiaſtica curam gerere unitate: quod & factum eſt, & in effectum devenit: quemadmodum & vos omnes noſtis, quotquot ad ſacrum hoc conveniſtis collegium. Aliud enim imperii quod ſub me eſt dimittens, ad id ſolum in exordiis acceleravi: & ſecundùm utriuſque diſſidentium partis petitionem, & priſcam eccleſiaſticã traditionem, perſpiciendi cauſſa etiam judices eorum quæ in Eccleſia noſtra geſta ſunt, ex reliquis patriarchalibus thronis collegi, rem perficiens cooperatione ſancti Spiritus, quã multi quidem ante nos imperantium videre deſideraverunt, ex æquo autem omnes minimè conſequuti ſunt. Et quotquot pertinent ad eccleſiaſticam unitatem, ac ordinationem, omnia à me ſolerter peracta ſunt, quum in nullo penitùs imperiali manu ac potentia (ut quidam) parvum vel magnum effecerim. A Neque enim ut ſacratiſſimus patriarcha ad proprium regrederetur thronum imperii mei, opus vel excogitatio facta eſt: ſed multum antè ſanctiſſimus & beatiſſimus papa Nicolaus, quæ circa illum erant certiſſimè diſcens, Synodicè decrevit, reddi ei jus proprii throni: & anathema cum tota ſancta Romanorum Eccleſia pronũciavit contra reſiſtentes hujuſmodi decreto atque ſententiæ. Hoc autem nos olim ſcientes, & paventes judiciũ anathematis promulgari, obſecundare Synodico judicio Romanæ eccleſiæ neceſſariũ duximus: & hujus rei gratia reddidimus ei proprium thronum. Verùm non modò Romanæ, ſed ad Orientem ſolem ſitarum ſedium providentia meliori vicarii pervenerunt, nihil deinceps vel impedire vel adverſari, aut favere utrique parti juſtiſſimo imperio noſtro conſenſuro. Cujus rei gratia in nullo Synodico judicio inveniri voluit, multorum garrulitates recidens: ne quis diceret quòd imperialis manus, & gladii, & protectores, ac mundanus potentatus: Concilium ſubadulteraverit. Unum ſolum nobis deſiderium, & ad pręfixos judices, poſtquam illos vidimus, ſupplicatio fuit, ne quenquam permitterent perire, vel ab Eccleſia Dei quenquam (ſi fieri poſſet) projici. Hoc ſolum eſt noſtrum, ſi voluerit quis nominare crimina: alia verò omnia canonibus, & his quibus imperiũ Synodi creditum eſt, tradidimus, multum pro præſenti judicio conjurantes & condemnantes: id eſt, B condemnationem imprecantes, nil ad gratiam vel per odium decernendum. Humanè autem magis circa eos qui ceciderant affectandum, quos non propriè tantùm, ſed & communiter hodie omnibus videntibus deprecamur, manum iis qui compaſſione opus habent porrigere, & unam Eccleſiam celebrantium feſtivitate perficere. Ita patres ſpirituales & veritatis defenſores, qui figurati ſecundùm chriſma Aaron, & ſecundùm zelum Phinees, ac ſecundùm judicium Salomonis, requirite ovem quæ perierat, convertite quæ erraverat, ſuper humerum tollite ſolitariam, & compaſſionis vinculis alligate: quæ ulcerata eſt, emplaſtro condeſcenſionis ſanaté: quæ extranea & abjecta eſt à ſpirituali mandra, nonaginta novem ovibus diſpenſationis more conjungite. Relinquite memoriam ſempiternam poſterioribus generationibus, compaſſionis veſtræ ad imitationem Chriſti. Et vos quoque qui curatione indigetis, ac medela opus habetis, precioſa membra Chriſti, & ſi neſcio quomodo à malo dæmone detenti, eſtis ſeparati à capite. Vitis vera quæ propter contentionem importunam, imò verò injuſtam, in amaritudinem converſa es: amici & proximi noſtri, & ſi propter odium irrevocabile ex adverſo appropinquantes & ſtantes, ac veritatem reſpuentes, ſuſcipite admonitionis ſermonem: non autem confundor dicere etiam deprecationes. in id enim nos adduxit miſericordia, quam circa nos habemus. Scrutamini intima conſcientiæ veſtræ, & invenie-

A venietis malè vos ab Eccleſia eſſe disjunctos. Noviſſima hora eſt, & judex præ foribus eſt fratres, oe præoccupemur ab ejus Eccleſia ſequeſtrati, & longè ab ejus gloria projiciamur. Nihil turpe ducamus paſſionem manifeſtare, & vulnus oſteodere, ac locum pœnitentiæ & medicinæ requirere, atq; intra atrium ſalvantium fieri, ueconfuſionem obedientiam arbitrando, confuſionis æternæ ſumamus experimentum. Qualis autem eſt confuſio fratres, procidere Deo, & veniam expetere? Deo enim procidunt, qui Eccleſiæ & ſpiritualibus iſtis patribus procidunt. Confuſio quidem revera eſt, & maximns pudor, imò verò in Deum dimicatio, nolle uuumquemque proprium confiteri peccatum, & humiliari propter Chriſtum, ac lucrari & ſe & multos. Si autē omninò hoc confuſionem arbitramini, ego cui imperii ſuppoſita eſt corona, forma vobis efficiar hujus optimæ humilitatis. Ego qui imperitus & inſipiens ſum, bonum initium ero vobis, qui ſapientes eſtis, & ſcientia clari. Ego qui iu peccatis volutatus ſum, primus vobis typus fiam, qui mundi eſtis, & virtuti operam datis. Ego primos memet ſuper pavimentum projicio, purpuram & diadema parvipendens. Aſcendite ad genas meas, & per oculos meos incedite: nec reputetis magnum, Imperatoris calcare ſcapulas, neq; vereamini pedibus tangere verticem, cui ſuperimponitur à Deo donata corona. Omnia pati promptum habeo, & agere promptius, quæ vobis quidem confuſionem, mihi autem gloriam & maximam claritatem
B conferre videntur. Neq; enim in hoc curā gero gloriæ meæ, tantùm ut videam communem unitatem, & unam Eccleſiam feſtivitatem celebrantium, tantum ne animæ detrimentum patiar, & gaudeat ſuper me ille omnium inimicus diabolus, captivum ſumens quod mihi deſiderandum eſt: tantùm ſpei meæ lampas inſperatè non extinguatur, per quam feſtinabam communi illuſtrari lætitia, ſimul & gaudio. Neſcio quid erat ſatagendum & efficiendum, & non feci, vel quos proponendos admonitionis & deprecationis ſermooes, & non propoſui, vos ergo videbitis. innocens enim ſum à perditione veſtra. Si verò & ad magnū & horrendum illud judicium futuræ diei nos remittitis, quaſi pro nobis rationem daturos, noſcite quia benè novi quòd nullus vobis juſtitiæ ſermo, ſive hic adeſt, ſive illic aderit, niſi quátum in hac controverſia inventum extiterit. Verùm ſi vultis & ante illud judicium, conſcientiæ veſtræ interrogare judicium, dicetis nihil ampliùs, quàm quod ab imperio noſtro dicitur. Deponite igitur contenrionem fratres, & reſumite amorem fraternitatis: fugite diſſenſionem, & onitatem amplectimini: odiū avertite, & dilectionem in ſinum recipite: ſtate cum probabilibus & capite compingimini, recipite per patientiam divinæ communionis gratiam, & nihil ob ſecularia ſitis ſolliciti. Sunt eoim apud compatientiſſimum imperiū ſuſceptionum modi diverſi, per quos vos cōſolabimur, & inceſſanter quæ ſecundùm ſeculum vobis opportuna fueriut, faciemus. A
Rurſusque multimodè decertabimus, obſecrantes, rogantes, & omne iogenium moventes ad ſpirituales patres veſtros & patriarchas, ut diſpenſent quoque eorum quæ inſunt animo veſtro quædam, tantùm oe temerè contra ſalutem veſtram agatis. Non enim eſt tempus ad pœnitentiam & receptionem præſenti acceptius: qui namque hodie ligare & ſolvere Eccleſiæ negocia poſſuut, præſtò ſunt. Dimittite importuoè tempus explorare, & terū immutationem expectare, quæ etſi fiat aliquando, oihil vobis conferet: etenim etſi alia tempus immutaverit, hoc commovere non poterit. Nam ſi actio unius viri, veſtri nil rationabile habeotis, cùm tota errooea eſſet, tantùm æſtum operata eſt, ut huic vix ac difficile diſſolvere quiverimus actionem: dic mihi, & judicium quatuor patriarchalium ſedium quis diſſolvere poterit? ad quem enim fugietis, ſolutionem obligamenti petentes? ad Rom præſulem? ſed fine teuus vos cōdemnavit. Ad Antiochenum? ſed conſentaneus Romano & cōſonus factus eſt Ad Hieroſolymitanum, vel Alexandrinum? ſed & illi veſtræ damuationi conſentiuut. Ac ſi & throuum aliquando Cōſtantinopolitanum, ille qoi cuncta violat vobis commiſceat, & per volmetipſos convenire volueritis: qui vos ſequetur? vel quomodo aperire oculos, & aſpicere quempiam poteritis, impugnati ab omnibus ſacerdotibus ac patriarchalibus ſedibus? Ne ergo fratres ipſi vos decipientes, tempus ſalutis veſtræ perdatis, B
(neque enim tale inveoietis aliquando) ſed importunas contentiones & obſtinatiooes deſerentes, communi medelæ occurrite, & medicioæ remedium ſumite, ac adhærete ſpirituali capiti noſtro, & Eccleſiæ Dei communicatores eſtote, ut & crimine exuamini, & Deū propitium habeatis, ac etiam lætificetis, imperiumque noſtrum exaltate, ac ſpiritualiter feſtivitatem celebrare faciatis, atque Rempub. univerſam gaudio maximo & tripudio repleatis, nec nou & iu communi omnes beoedicamus pariter Domino gloriæ uoſtræ ac principi pacis, & auctori diſperſa congreganti & benè coaptanti, interceſſionibus ſanctiſſimæ dominæ noſtræ Dei genetricis, Deum videotium angelorum & omnium ſanctorum, Amen. Poſt lectionem verò aſcendens Theodorus à ſecretis vicariorum ſenioris Romæ, legit: Ecce quomodo ſuaviſſimus & Chriſtianiſſimus Imperator divinitùs ſibi conceſſo imperio, nō vult perire unam ovem à Chriſto ſibi ad cuſtodiam creditam: transferens omne exilium, omnem tribulatiooem, & omnem anguſtiam in admonitionem & precem. Ecce qua humanitate uti debet Imperator, & cum diligentia curare debet, ne perdat etiam uoam ſibi creditam ovem. Utere ô ſucceſſor Baſilii Sigiſmunde piiſſime, tua counata clementia, & hujus jam lecti formam, tuo prædulci eloquio (ut ſoles) applica. Attrahe itaque prece ac omni humanitate eos qui exciderunt à ſalutis via, maximè inclyte regni tui Bohemiæ incolas, & tibi ſer-

A viet ἐπανάγνωσιν iſtud de verbo ad verbum per omnia pondera. Quanto ſtudio priſci ſancti Imperatores fidei orthodoxæ augmentum maxima cura præſtiterunt, non ſit tua minor in conſervandis dudum Eccleſiæ incorporatis: fiant poſſibilia omnia, per pietatis & clementiæ vias. Dum hoc Chriſtus Eccleſiæ ſponſus viderit, dabit ſine dubio charitativæ imprecarioni mirandum effectum. Dum enim ea quæ ipſa humilitas depoſcit, ordinatè fiunt, victoria bellica nunquam deficiet. Non poterunt pertinaces, elati, diabolici, armatis Chriſti charitate ac humilitate, & ejus ſolum honorem quærentibus, obeſſe. Age Chriſtianiſſime princeps, ut medio hujus ſacri Concilii, per tua dulciſſima placatoria ſuaſa, crudelis feritas eorum manſueſcat. Et tunc (etſi non poterit Spiritus Domini repentè infundi tractabiles effecti, dietim ex quotidiana communione ipſorum & Chriſti fidelium revertentur ad cor, & demum videbunt ſe ſtultos in eo, quòd propriè prudentiæ innitentes, ſe contra communem catholicorum ſententiam ſuperbè ereaerunt. Oportet autē hanc rem maxima diligentia & indefeſsè infinitis mediis tractare, ut demum vincatur ille nefandus ſathan, qui poſſeſſa aliquandiu ipſorum corda, non facilè deſerit. Habes tu princeps ſupernum admirandumq; donum, inſtat tui typum gerentis Baſilii, ut ſchiſmata quæquead unitatem, non ſine profundiſſima prudentia, & fatigationibus tædiiſque multis, reducas. Hoc
B Conſtantiæ, dum in pontificibus Romanis contentio ſchiſmatica inolevit, egit tua regalis ſapientia, quod Baſilius in patriarchis Conſtantinopolitanis Photio & Ignatio adverſariis, Conſtantinopolitana octava Synodo egit. Hoc inſuper in hoc ſacratiſſimo Baſilienſi Cōcilio ſtuduiſti, non abſque graviſſimis laboribus ad unitatem reducere inter membra Eccleſiæ, & caput noſtrum Eugenium Rom. ſanctiſſimum papam: quod ipſe Baſilius inter ſe Ignatio in Concilio alio Conſtantinopolitano opponentes, ſubjectos epiſcopos perfecit. Nunc reſtat, ut alios qui ſuperſunt in regno tuo Bohemiæ inclyto & florenti, paucis ante hoc annis per reductionem perficias. quod idē ipſe Baſilius de ipſis iconomachis, & imagines Chriſti & ſanctorum deſtruentibus, & earum venerationem damnantibus, quorum multi Bohemi ſectatores exiſtunt, laudabiliter adimplevit. Non abſque divina ordinatione, hoc tempore Eccleſiæ tempeſtati multum illi tempori, dum Baſilius imperio præeſſet æqualis, pro ſalute præfectus es: ut tu ejuſdem veſtigia inſequens, idem quod ipſe Deo inſpirante perageres. Sed vacua eſt exhortatio currenti, ut currat: multò plus te natura ſagax ac religioſus cultus ad hæc ſancta opera ſollicitat, quàm extranea quæcunq; etiam eruditiſſima ſuaſio. Ideò non ampliùs fatigandus es verbis Imperator optime, ut operi vaces.

Cap. XXV.

A Eſſet hoc loco latè tractandum juxta præmiſſa de imperiali Concilio, in quo imperialia illa quæ ad regimen bonum Reipub. ſpectant, maturè digeſto Concilio, ea omni elicito conſenſu in leges redigi deberent. Sed quia univerſalis Synodus ſacerdotū ſe propriè ad modū hujus habet, cujus jam ſuperiùs & qualitatum ſuarum omnium deſcriptionem præmiſimus, ideò facilè nos expediemus. Scimus Imperatorem caput & primum omnium, apud quem eſt imperialis juſſio, de congregandis ſubditis, regibus & principibus, ſi verò qui ut membra ad ipſum caput concurrere habent, in hoc univerſali imperiali Concilio ſunt principales præſides provinciarum, ſuas ꝓvincias repræſentantes, ac etiam univerſitatum magnarū rectores & magiſtri, & illi qui è ſenatorio gradu, qui ſacer cōventus appellatur, exiſtunt. Quoniam vel illuſtres qui primi ad latus principis, & pars corporis ejus ſunt, 6. q. 1. ver. ſi quis. vel ſpectabiles, qui medii: vel clariſſimi, qui infimi: ultra quos gradus, inter ſenatorum cœtū nullus inveniebatur. 2. q. 6. anteriorum. ver. illud etiam. de quorum officiis per ordinem in libro Digeſtorum. Primi ordines ſunt, Reges & electores imperii ac patricii: ſecundi ſunt, Duces, præſides, præfecti, & hujuſmodi: tertii marchiones, & lādgravii, & ſimiles. Omnes illi qui cęteris eminent & imperio plus approximantur, corpus imperiale, cujus caput eſt ipſe Cæſar, conſtituunt. Et dum ſimul conve-
B niunt in uno compendio repræſentativo, totū imperium collectum eſt: ut hoc probat l. in §. ſi quis cum militibus. 6. q. 1. canonizata. ut habetur ad l. Jul. maje. C. l. quiſquis, & tex. octavi Concilii poſitus ſuprà in 17. cap. ubi dicit, quū principes pro ſuis cauſſis frequenter conventus agant. Et quia per conſeſſum, univerſalia decreta oportet pro ſalute imperii tractare: ac etiam in eum finem, ut lex generalis non obſit parti imperii, ut de hoc vera notitia habeatur: præfati protoprinceps & cæteri fideliſſimi jurari convenientes, ſingula ad conſultandum tempori & loco opportuno, ea ſcientia clara poterunt cūctis manifeſtare: & tunc ſic digeſto Concilio, concluſa ſumma cuſtodia recipientur. Reperi ego in libris antiquis quædam imperialia Concilia univerſalia celebrata, in quibus ſe principes poſt Imperatorē propria manu, perpetua firmitate ſubſcripsêre, ad modum ut in Eccleſiaſticis Synodis fieri ſolitum eſt. Concilium etiam Dagoberti regis Coloniæ, 24. principibus habitum legi, in quo multa neceſſaria & pro conſervanda juſticia & pace optima, dictata omnium conſenſu fuêre. Leges etiam Caroli Magni, quæ conſultu fidelium ſtatuebantur, ut probat tex. 11. qu. 1. quicunque. verſ. volumus. & Hildeberti ac aliorum univerſale illud Concilium examinavit, coadunavit, & juxta opportunitatem correxit & addidit, dans diſtinctis Imperii noſtri locis diſtinctas obſervationes. Alemannis quidem alias quàm Bajovariis, quos hodie Bavaros nominamus: Riboariis, etiam Burgundioni-

A dionibus & Longobardis alias: & alias edidit leges (quas ſalicas dixit) pro Saxonum & illarum regionum populis. Has ego vidi ſeriatim omnes collectas, & expertus ſum multas de illis, & maximè potiores in vulgari uſu, ex antiqua introductione cum ſuis formis, maximè in judiciis ruralibus, potius quàm in oppidis & civitatibus, propter fortè ſupervenientia ſtatuta municipalia, haberi. Talia Concilia, qui conventus nuncupantur, omni anno aut bis aut ſemel, lego antiquos Reges pro bono publico celebraſſe, in diverſis imperii civitatibus & in illis punitiones ſtrictiſſimæ factæ ſunt, in turbantes pacem & leges publicas, & maximè in perjuris, & fidem non ſervantibus. Et timore horum conventuum, ad quos ex juramento imperii præſtito vocati venire tenebantur, diffidationes particulares, rapinæ, & incendia non committebantur. Nullus illud judicium illius cœtus, aut vitare aut recuſare potuit, & ſententias ibi latas Imperator cum cœtu militari manu in non obedientes exequutioni demandavit. Subſtantialia membra illius Concilii nominantur, ſive illi ſint epiſcopi, ſive laici, ſive abbates: alii verò de hoc Concilio, niſi vocati particulariter, non fuêre. In fine cujuslibet conventus rebus expeditis, alteri futuræ congregationi tempus & locus præfigebatur: erat nihilominus ſemper in Imperatoris poteſtate, locum & tempus pꝛævenire occurrentibus cauſis. Nulla unquam ordinatio melior & utilior univerſæ ꝓfuit Ecclesiæ, non hominibus ſub imperio tantũ degentibus. Confluebant Romani pontificis legati pro cauſis Eccleſiæ, aliorum regum pro ſui regni arduis negociis inſtantibus, & ſalutari conſilio cunctis neceſſitatibus publicis ſuccurrebatur. Credo nullam rem regimini publico plus utilitatis afferre poſſe, quàm introductionem illius ſanctæ obſervationis. Et quòd communi concilio ſit dictanda pro ſumma firmitate ſubſcriberentur, aut ſignarentur aliqua cruce, manu propria cujuſcunq; qui interesſet, ut fieri ſolitum fuit: hac lege, ut ſi quis unquam contra legem manu propria ſubſcriptam aut ſignatam temerè venire tentaverit, à fama cadat: & quòd omni honore tanquam in ſeipſum & propriam fidem mendaciſſimus, eo ipſo privatus exiſtat. Hæc fuit antiquorũ obſervatio, quæ in illis patêre poterit, qui geſta regum & Imperatorum ac præfata ſtatuta eorum in conventibus abſq; tædio perluſtraverint. Non inſiſto de illius conventus ordinatione ad longum dicendo: eſt enim, quoad ordinẽ ſedium Electorum, per piiſſimæ memoriꝫ Carolum quartum, ac ejus auream bullam, proviſum in Metẽſi conventu: ſciunt cæteri principes juxta dignitatem & ſenium loca ſua. Dum verò aſſunt principes, fidelitatis juramento ad ea quæ Imperio & Reip. meliora, ac in currenti caſu ſecundum conſcientiæ judicium, omni ſiniſtra affectione ſemota proſpexerint interrogati: liberè quiſque & intrepidè palàm edicere Hæc & alia, ex ſuperioribus in argumento ſimilitudinis pateſcunt.

CAP. XXVI. A

Ultimum membrum hujus partis eſt inter cuncta difficillimum, habens inveſtigationes, in experientiis potius quàm literatura ſimplici fundatas. Cujus partitio prima, verſatur circa ſacri Imperii ſtatum florentis tẽpore, ut ſic hoc cognito, exceſſus hodiernus & gradus ipſius lapſus, perpendi poſſint. Poſt hæc oportet remedia ſanativa, ex ingenii diſcurſu adjutorio principali ex priſcis geſtis ſumpto elicere & ipſa aperire: ſaltem ut cæteris meliora per conſequentias illativas perquirantur gradatim. Primum membrum eſt iis notum, qui actus ſtudioſos Imperatorum, qui ex hac inclyta Germania gubernaculorum initia traxêre, noverunt. Et ne ad remotiſſimos primos maximos Imperatores orbis, neceſſe habeamus recurrere, quoniam reductio reformativa, non poterit pro nunc ad talem ſtatum pertingere: miſſos eos faciamus, & ab Othone primo initium ſumentes: cui inter cunctos unquam Imperatores primũ vera ſuprema abſq; diminutione & conditione imperialis poteſtas, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, tam à ſenatu Romano & toto populo, quàm à papa cum ſua ſynodo tradita legitur. Tunc enim intantum conquaſſatum fuit Occidentale imperium, variis tyrannicè ipſum invadẽtibus, quod non niſi hoc pacto perpetuitatis imperii, & reſtitutionis omnium donatarum Eccleſiæ, etiam ipſum purè oblatum, acceptare B nollet. Factis itaque his omnibus ad votum Othonis, dietim omnia dominia divino adjutorio devenerunt ſub ſua poteſtate, ſcilicet, regnum Italiæ, & Longobardorum, regnũ Burgundionum, habito prius Germanorũ regno: cujus primus rex pater ejus Henricus legitur fuiſſe. Volunt autem quidam Othonẽ ſecundum, ex ſecunda uxore Othonis filia regis Burgundiæ natum: ad poſſeſſionem illius Burgũdionum regni hæreditario jure deveniſſe, veruntamen propoſito noſtro ſufficit ſcire, ex illis regnis ac dominiis prætactis imperium noſtrum collectum, in quo ſumma fides & conſtantia ſervata legitur. Etiam catholicæ fidei Hungari, Bohemi, Dani, Norvegi, Sarmatæ, Pruſſi, & cæteræ magnæ provinciæ, poſt hæc tempora noſtris imperantibus ſubjectæ reperiuntur. Summa enim omnium imperantium cura in cuſtodia fidei fuit, & ejus augmento. Regebatur autem imperium imperativè, quoniam vox imperialis potentia & vigore armabatur. Non erat lex, quam impunè etiam maximus tranſire poſſet, niſi enim lex cẽſuram & pungitivam acutiem retineat, obtunditur & in diſſuetudinem abit. Oportet enim quod appetitus noxius freno legis teneatur, & intra ſuos terminos limitetur. Lex ſine correctione cenſuram non habens, vitam perdidit, nec lex dici meretur: ſicut nec mortuus homo, homo. Tunc quidẽ vigebant leges & timebãtur imperialia ſtatuta. Et ut ſeveritas legum continuo uſu fortificaretur, annui & maximi principum conventus indicti fuêre, in quibus

A nullus quantæcunq; potentiæ legis tranſgreſ-
ſor impunitus abſceſſit. Oportebat quidem
non imperiale tantum, ſed omnium principũ,
imò parentum & amiciſſimorum ſententiam
æquanimiter tolerare. Non poterat quiſquã
conventu ob jusjurandum imperio pręſtitum,
ſtatutam legem interrogatus non approbare
& non landare, & per eam occurrẽtem caſum
etiam contra filium non judicare: ſed erat ne-
ceſſarium, ſecundum legem unam omnium
ſententiam & proferri & exequutioni mãdari.
Sic abſq; partialitate, ex communi concordia
legalis ſanctio cenſuram obtinuit, nec poterat
ſua libertate quiſquam eandẽ impunè trãsgre
di. Ex hoc pax communis & patria fœlix.

Cap. XXVII.

SUbſequenter Otho ſecundus, unico gau-
dens filio, & multis regnis, cogitãs difficile
fore abſq; maximo labore tot regna in pace
aliquamdiu ſervari poſſe: inſequens veſtigia
avi ſui Henrici primi, & Othonis patris: ſuum
cogitatum ad res Ecclesiaſticas appulit, cõſide
rans multa jam religioſis locis per prætcritos
reges donata ſumma pace gaudere. Quia vere-
cundum erat Deodicatis vim inferre, animo
ponderavit, ordinationem ſanctæ ſynodi Ro-
manæ eccleſiæ, de qua 63. diſt. in Synodo. per
quam perpetua dabatur poteſtas Impera. & Ro
ma. pon. & cunctos ſub imperio epiſcopos in-
veſtiendi, vel ſaltem eorum conſenſum ſemp
B concurrere debere, celebrata canonica electi-
one, ut 63 diſt nos ſanctorum. Unde hoc pon-
derans, credidit perpetuis temporibus impe-
rio ſubjectis pacem dari poſſe, ſi tẽporalia do-
minia tam Romanæ eccleſiæ quam aliis adjũ-
gerentur. cum certi ſervitii obſervatione, tũc
enim cultus divinus augmentaretur: & reli-
gionem in magnam reverentiam exaltandam
credidit, quando ſanctiſſimi epiſcopi magnæ
potentiæ, aliis principibus intermiſcerentur.
Non poſſe tunc quiſque voluntate in peccatis
nti, nulla publica ſperabat unq̃ peccata rapto-
rũ & depopulatorum agrorũ, & communem
pacem turbantium incendiariorum, & conſi-
milium poſſe nutriri: Eccleſiaſtica ſacra pote-
ſtate potenti & valenti reſiſtente. Etiam præ-
dones aut pauperum depreſſores. qui particu-
lari regimini præeſſent, ſic corrigi poſſe exiſti-
mabat: ut ſic abſq; tyrannica oppreſſione, po-
pulus in libertate vivere poſſet. Imperio etiam
tranquilliſſimo non dubitabat hanc ordinati-
onem utiliſſimam, quando per annua ſervitia
ac præſtimonias cuilibet Eccleſię juxta quan-
titatem temporalium indictas. ſtatus imperia-
lis manuteneretur. ac etiam major multo Im-
perii potentia ex hoc appareret, quod illis o-
mnibus dominiis ita eccleſiis traditis nullus
niſi per Imperium & abſq; ſucceſſione præfici
poſſet: imò & deponi, ſi non ſanctè & canoni-
cè viveret, quando ad Imperatoris aut Synodi
accuſationem, epiſcoporum aliorum cognitio
interveniret. Et ita parum videbantur illa tem
poralia ab imperialibus abſcedere, quę ſemper
in ejus poteſtate hoc ordine, cum magno com- A
modo Reipublicæ. permanebant.

Cap. XXVIII.

ORdinabantur etiam tunc principes, Du-
ces & Comites conſtituti. debere tanquã
officia publica imperiali juſſione habẽtes
ad nutum removibilia, rationem ſui miniſterii
ærario publico reddere. Poſt hęc, quia ſenato-
rum filii, licet equeſtres primò forent, tamẽ ad
ſenatum demum perveniebant: introductum
fuit, ut parentibus ritè in officio ſe habentibꝰ,
filii eodem officio non privarentur, ad illum fi-
nem, ut patres minus avariciæ ſtuderent, ha-
bentes de ſucceſſione in officio certitudinem:
& etiam ut eorum ſubjecti minus tunc grava-
rentur per patrem, quando & ipſis ſui poſteri
præeſſe deberent. Tamen ut imperiali Celſi-
tudini nulla incommoda detractoria domini-
orum, in futurum creſcẽte poteſtate officiato-
rum exorirentur. feudalia introducta ſunt ſta-
tuta, & de fide ſervanda ſtrictiſſima juramen-
ta, quæ per unumquemq; vaſallorum inſtitu-
endorum præſtari, & ſub pœna perditionis
feudi inviolabiliter ſervari deberent. Eſt deni-
que alia lex edita, ad magna feuda plura nullũ
accumulativè ſuccedere poſſe, ne ſic plura ma-
gna accumulando, potentia ſubditorum in tã-
tum excreſceret, ut dum tyrannica rabie imme
mor juramentorum, apicem dominandi, cujꝰ
appetitus per acquiſitionem creſcit appeteret,
imperii potentia ſchiſmatica turbatione vile- B
ſceret. Erat inſuper Imperatorum conſuetu-
do, facilè accuſationes fractæ fidei & perjurii
admittere, ut fidelitas per quam ſolùm perſi-
ſtit imperium, nunquam negligentia parvipẽ-
deretur. Pœna verò erat privationis, fidem nõ
ſervanti Et tunc ne invidia fortè incitaret no
biles ejuſdem ſanguinis, contra eum cui hæc
ablata donarentur: iſta quæ ſic in commiſſum
ceciderunt, ſacri Imperatores eccleſiis frequẽ
ter applicarunt. Multis ſimilibus ſacris ordi-
nationibus, circumſpectiſſimi Imperatores,
pro conſervatione Reipu. & ſacri Imperii uſi
ſunt, tam in ordinandis judiciis Scabinorum,
qui dictatores ſententiarum exiſtũt. Et ad hoc
ex popularibus cum juramento rectè ſecundũ
conſcientiam & rationem judicandi aſſumũ-
tur, ne in poteſtate præſidentis eſſet, ad nutum
ſubjectos punire, juxta motum animi ſui, quã
etiam in cunctis aliis negociationibus, talliis
& teloniis, & cuncta tendebant ad publicam
utilitatem. Erat tunc Imperator habens publi
cam defendendæ pacis perſonam, ad hoc ha-
bens de publico exercitum ſtipendiatum: un-
diq; per principes & rectores timebatur, undi-
que per populum defenſor patriæ, conſerva-
tor libertatis, relevator oppreſſorum, rigidiſſi-
mꝰ exequutor in Reip. turbatores adorabatur,
venerabatur, & colebatur: tũc rectè in eũ delin
quẽs majeſtatẽ ſummã offendit. & hoc crimen
maximũ erat, qui in patriæ & omnium patrem
peccavit. Quòd ſi cuncta illa digniſſima rela-
tui inſcriberem, prolixior propoſito fierem.

Cap.

A

Cap. XXIX.

EX his tamẽ reſpice, quantum abſceſſit hodierni regiminis ſtat⁹, nbi penè nulla horum in nſu habentur: periit omnis cura Reipnb. laxato freno. tranſtulit quiſque leges impunè. Et ubi quondam veneratio cum tremore & timore, nunc deſpectus vel contemptus. Et leges omnes de aranearum telis connexæ ſunt, minutiſſimæ vix locuſtæ teneri in ipſis poſſunt non ſicut qnondam, quando in limitibus concupiſcentiæ ut aprorum fortiſſima retia continuè tenſa, importunos transgreſſores innectebant. Jam privato commodo invigilant cuncti, nulla de proximo & de futuro cura per incuriam Imperatorum. pietate tantum putautinm reficere poſſe & reformare ab errato. cenſura omnis ceſſavit, nec puniuntur rebelles: & facti ſunt ex tyrannica dominatione principes multi, & porentes, imperio decreſcente. Temporalia Eccleſiarum quid ꝓſunt Reip. quid imperio? quid ſubditis? certè parum, aut nibil. Mandabatur Othoni, 63. diſt. in Synodo, abſq; pecunia inveſtituras epiſcoporum dare. An ab ipſo Imperatore ſola inveſtitura ſublata ſit per papam, vidimus: quoniã non ſolum pura abſq; acceptione pecıtniæ attracta eſt inveſtitura per Romanum pont. ſed etiam tantum de pecunia, ut per Alemanniam omnes ſe non gravatos tantum, ſed deſtructos etiam conquerantur. Rabidus appetitus ad ipſa terrena eccleſiis annexa dominia, epiſco-
B pis ambitioſis hodie ineſt, ut ea videamus expreſsè agere dum promoti ſunt, quæ ante ambiebant: de temporalibus omnis cura, de ſpiritualibus nulla. Non fuit iſta Imperatorum inteutio: non volebant ſpiritualia à temporalib. abſorberi, quæ pro eorum augmento eccleſiis dedere. & hæc omnia (proh dolor) ex perverſo ordine eveniũt. Et quia nulli canones ſervantur, nulla coerctio, diſciplina, nec punitio: ꝑterea illud temporalis dominii eccleſiaſticorũ regimen, multum Reip. & ſubjectis obeſt: dũ vacãt Eccleſiæ, ſemper in periculo ſchiſmatis exiſtunt: aut qnòd exactionari plus debeant aliis ſnb ſecularibus exiſtentes. Quoniam ſi p electionem providendum eſt, ambitio procurat diviſionem votorum: ſi per curiam, facilius perſuadetur pro plus offerente. Et omnia illa gravamina adveniũt panperibus ſubditis. Curia attrahit quicquid pingue eſt: & id quod imperium contulit, & pro Dei cultu & bono publico ordinavit ſanctiſſimè, avaricia & cupiditate exorta, palleatis rationibus, & novis adinventionibus, totaliter pervertitur, & imperiale efficitur papale, & ſpirituale temporale.

Cap. XXX.

ESt inſuper alia imperii deſtructio: quoniã quum Imperator ſolùm adminiſtrator in utilitatem Reip. exiſtat, ſæpe per pacta electorum ſua quærentium, intrat regimen. Et occupata contra jus imperialia, ob juſjurandum repetere non audet telonia gravantia Rempublicam depouere, ac alias utiles ordinationes facere, & per anteceſſores inconſultè abſque omnium conventu amoris inordinati, aut affectionis, vel ſanguinis tam in præjudicium imperii donata vel impignorata, revocare inbibetur. Et ſic fit, nt dnm Electores ſua quærunt, ita ſibi credita poteſtate abutãtur, quòd eis conceſſa poteſtas pro bono imperii, in ejus deſtructionem convertatur. Quoniã Imperatores nõ deberent permitti ab ipſis facere alienationes præjudiciales, Imperatori ipſi aſſiſtere deberent, ut ſemper Auguſtus eſſet: ſed quia eum ligant, ne ipſis donata vel obligata aliquando fictè, vel per conſanguineos aut parentes qui imperio præfuerunt: tacent dum idem facere vident Imperatorem, ne ſeipſos damnent. O cæcitas maxima: non credãt principes de bonis imperii divites fieri, & permanere poſſe aliquamdiu? Curantibns enim omnibus ſua augmentare, imperio ad nibil tẽdente: quid ſequitur niſi univerſorum deſtructio? quoniam non exiſtente potentia majori conſervariva, & pacativa imperii invidia, eademque ſemper creſcente cupiditate, bella, ſchiſmata, diviſionesque faciet, & tunc ſicut omne regnũ in ſe diviſum deſolabitur iniquè collectum. Decipiuntur itaque principes ſub imperio, dum ob illum finem attrahunt & colligunt undiq; imperialia, ut potentiores & fortiores fiant: qnoniam poſtquam totam capitis & imperii poteſtatem membraq; laniaverint & deglutiverint, deſinet hierarchicus ordo, non enim eſt primus ad quem concurratur. Et B
ubi non eſt ordo, ibi eſt confuſio: & ubi confuſio, ibi nullus tutus. Et ſic nobilibus inter ſe altercantibus, jus omne in armis propriis quærentes ſurgent: quoniam ſicut principes imperium devorant, ita populares devorabunt principes.

Cap. XXXI.

INſuper bodie videmus aut confuſionẽ maximã in ordine judiciario, aut penitùs nullã juſticiã. Honore honor diſtinguitur à jure. Et occupare etiam maxima dominia nobiles licitè ſe poſſe dicũt, ubi poſſeſſorem nihil juris habuiſſe neque habere concedunt. Per viliſſimnm diffidationum modum bonorem ſalvari putant, & vi poſt ipſam intimatam diffidationem ex quacũq; conficta, aut nulla cauſa qualitercunq; rapta, palàm aut occultè, licitè credunt poſſideri, etiã ſi bona Eccleſiæ aut clericorũ forent. O præſumpta audacia, contra oẽs leges & jura. O iniquiſſimum judicium, diſtinguens honeſtũ à juſto, affirmans injuſtũ honeſtè poſſideri. Fuit rationabiliter ſancitũ, oẽm diffidationẽ ſupremi judicis, cõſenſu nõ interveniẽte, & inhoneſtã & injuſtã: & eos latrũculos fore, qui adverſariorum bona illa via occuparent ff. de capti. & poſtlim. l. hoſtes: de qua 23. q. 2. cap. 1. & aliis multis capitulis per Hoſti. in ſumma, de trenga & pace. & per Innocen. in c. olim. i. de reſti. ſpo. & ibi Doct. Inſuper manifeſtum eſt, res

Eccle-

A Eccleſiæ non eſſe cujuſquam prælati vel clerici, nec delictum ipſius prælati in damnum Eccleſiæ propter ea redundare poteſt: quomodo tu nobilis credis honeſtam eſſe diffidationem, quam aut clerico, aut religioſo conventui ſeu prælato ſcribis? Inſuper hoc eſſe honeſtum, quod ſine majori excommunicatione ſive ſacrilegio fieri nequit, quis adeò amens hoc concedit? Si clericum etiam divina lege tu laicus capere propria auctoritate, aut malè tractare prohiberis; quam credis virtutem tuæ fabricatæ diffidationis ſcedulæ ineſſe, ut tunc omnia jura divina & humana ceſſare, & mortua eſſe credas, quando literulam præmittis? ſic ſi eccleſiarum bona abſque ſacrilegio vi rapi & diſtrahi per laicum non poſſunt: quomodo credis id licitum quod eſt ſacrilegum? Error maximus & manifeſtus, qui recenter in Alemannæ partibus (proh dolor) inolevit per quem Deus offenditur, pax publica & omnis ſtatus turbatur. Quis poſſet cuncta enarrare quæ noſtro tempore iniquè introducta ſunt, & iniquiſſimè defenduntur? Et hæc omnia ideò, quia legs & canones perdiderunt vigorem, & cuſtodes & exequutores & paſtores nulli ſunt.

Cap. XXXII.

PEr ordinem deformitatibus ac periculis, in quibus Reſp. verſatur ob præmiſſa providendum eſſet diligenter & citò, quia mortalis morbus imperium Germanicum invaſit:
B cui niſi ſubito ſalutari antidoto ſubveniatur, mors indubiè ſequetur: & quæretur imperium in Germania, & non invenietur ibi: & per conſequens alieni capient loca noſtra & dividentur inter nos, & ſic alteri nationi ſubjiciemur. Non poteſt autem melius provideri quàm per jam tritas & expertas & antiquas vias, ad quas per reformationem accedere neceſſe habemus. Quare prima radix eſt, inſtituere annuos conventus generales, & in hoc ſacro Baſilienſi concilio incipere, & futuris regulam dare. Agat itaq; piiſſimus Imperator (ut diligentiſſimus ſemper fuit) ut per ſuam ſacram juſſionem, omnes majores imperii principes utriuſq; ſtatus concurrant. Proponat ſua admiranda induſtria, imperii flebilem & undiq; diminutiſſimum ſtatum: aperiat quod in Italia, quod in Longobardia de vigentibus imperii viribus repeteritur: adjiciat, quod in Arelatenſi regno; & per totam Germaniam ſuperſit. Et dum florentiſſimi quondam & tremendæ potentiæ imperii miſerabilem ſtatum aperuerit, de eo quod proximè ſuperveniet, niſi remedium apponatur, ſubjungat: remedium verò ab ipſis qui & fideliſſimi fuêre, & ſunt, & ad hoc voto & juramento aſtricti perquirat, de ſucceſſore ordo detur, concurrente providentia imperialis ſuæ celſitudinis.

Cap. XXXIII.

A ET quia non poſſet tantus lapſus priſtinæ ſanitati reſtitui ordo in curando detur: primò de annuis Conciliis imperialibus, & juſticia ſervanda. Reperio quidem per Conſtantinum magnum (ut inferius diploma quoddam ſubjungetur) Galliæ per talem conventum & judices proviſum. Nam poſtquam imperialia judicia ac conventus ceſſavêre, penè omnes deformitates ſunt introductæ. Videtur itaq; ordinandum, quòd duodecim aut plures ſedes ſparſim per provincias imperio ſubditas taliter ordinentur, quòd quælibet ſedes ex tribus judicibus conſtituatur pro triplici hominum ſtatu, ſcilicet ex nobili, eccleſiaſtico & populari. Et quòd ipſi judices de omnibus cauſis in eis decreto territorio exiſtentibus, inter quaſcunq; perſonas etiam eccleſiaſticas quoad temporalitatem quæ ab imperio dependet, cognoſcere poſſint per viam appellationis à proprio ordinario: vel ſimplicis querelæ, ſi actor vel reus ordinarium ſupra ſe non habuerit puta quia princeps: aut ſi habuerit, & alteri ſuſpectus fuerit, & non aliter. Et quæ per appellationem introducta fuerit, ibi ultimum finem per ſententiam capiat: quæ verò per ſimplicem querelam, illa per appellationem ad proximum conventum: ſi magna aut inter magnos fuerit, differri poterit. Pronunciet & citet quiſq; judicum, ſecundum conditionem diſceptantium perſonarum nobilis inter nobiles, eccleſiaſticus
B inter eccleſiaſticos, popularis inter populares: nulla tamen definitiva feratur, niſi ex communi deliberatione omnium trium, qui in arduis conſilium peritiſſimorum requirant. Si verò unus duobus diſſenſerit, vincat opinio majoris numeri in judicando. Habeant etiam ipſi judices poteſtatem, ſuam ſententiam exequutioni demandandi per bannum & ſeculare brachium, mulctas & pœnas ærario publico cedentes. Debet etiam ipſis judicibus & aliis omnibus, ſalarium ex publico deputari, ut jurent ſecundum tex l. Juliæ repetundarum. Canonizatæ 1. q 7. ſancimus.

Cap. XXXIV.

ET ſtatuatur lex, quòd nulli liceat ſub pœna furti vel latrocinii, violenter propria auctoritate ex quacunque cauſa, alterius bona occupare, aut ſibi aut ſuis damna inferre per diffidationes: ſed omnia fiant judicum auctoritate, qui etiam repreſſalias concedere poſſint contra contumacem. Verùm ſi quis contra hanc legem facere præſumpſerit, in quocunq; judicio villagio vel civitate dephendatur, pœna furti & latrocinii plectatur: alioq ſi fortè judicium ubi dephenſus fuerit, hoc facere noluerit aut neglexerit, dum commodè potuit, ſint ipſorum judicum bona eo ipſo confiſcata. Similiter ſi quis illos Aſſiſmos acceptaverit, debet talis ut publicus hoſtis capi, & ejus bona occupari poſſe abſq; ulla diffidentia, ut notat Hoſt in ſumma de treuga & pace. §. 3. ver. ſed. & ſi. Verum oportet

A tet hanc legem communi conſenſu omnium ſtatui& ſubſcribi,&ad provincias mitti,ut acceptetur & ſigilletur , &ejus exemplam in pruvincia ſervetur: & ſigillatum ad cancellariam Imperii remittatur, ut ſic omnium conſenſu firmetur. Oportet etiam per umnes principes in cunventu exiſtentes, iſtam legem ſubſcribi&ſigillari:&cū hoc aliam legem,qua caveatur, quòd umnis ſive princeps ſive alius qui contra ſuam pruprìam ſubſcriptionem prupria auctoritate facit,abſq; judicio autImperatoris licentia:talis in ſe ipſum ſententiam ipſu factu tulit infamiæ, & privatus ſit omni hunure:&ſit in puteſtateImperaturis,ſuu fiſcu omnia bona quæ habet applicare, ſi princeps fuerit. Si verò alius,& laicus,ſint eo ipſu confiſcata. Si clericus, deponatur per Synudum clericorum,&cum hoc adminiſtratiune temporalium ſit privatus, & per judices tempuraneus adminiſtrator ad nutum removibilis deputetur. Iſta lex ſubſcribatur cum aliis per umnes. Et has ſubſcriptiones ſervet ſcrinium imperiale, ut per ipſas quiſq; tranſgreſſur cōvincatur: & nun poterit juſticiæ rigor commodè introduci, niſi hoc urdine vel conſimili via fiat, diffidationum abuſio communi cunſenſu tollatur.

Cap. XXXV.

ORdinetur autem conventus annuus circa feſtum Pentecuſtes inFranckfordia. quæ
B videtur locus ex ſitu & aliis circūſtantiis aptiſſimus,ad quem concurrant judices oēs& electures Imperii in propria perſuna, abſque pompa & gravibus expenſis. Et præſideat ipſe dominusImperatur,ſi præeſſe poterit per ſe: alinqui primus ex electuribus ejus nūmine. & facta Imperii,& etiam particularia quæ occurrerunt judicibus, tractentur, & refurmentur reformāda.Si verò ardua materia depoſcit pleniſſimum cunventum omnium principum ibi vel alibi fieri, fiat quud plus expedit. Iſtud verò ordinarium Concilium annuum,duminorum judicum ac electurum nunquam omittatur, in quu cauſæ principum per communem ſententiam decidantur. Et quia prodeſt ab exemplis reformatiunem introducere:epiſtolam Imperialem,& ut creditur Conſtantini,qui jubebat in Arelato ſimilem cunventum judicū Galliarū fieri,ſubmittam. Vocabatur autē Arelatum urbs Cōſtantinopolitana. Incipit autem ſacra illa juſſiu ſaluberrima,quę ad virum illuſtrem Agriculam Galliarū præfectum fuit directa. ubi in forma habetur:Saluberrima magnificētię tuę ſuggeſtiōe,inter reliquas Reip. utilitates evidenter inſtructi,obſervanda provincialibus nuſtris, id eſt per ſeptem provincias manſura in ævum aucturitate decrevim*, quod ſperati planè ab ipſis provincialibus debuiſſet. Nam cum ꝑpter privatas ac publicas neceſſitates, de ſingulis civitatibus, non ſolum de provinciis ſingulis, vel hunuratus cōfluere, vel mitti legatus, aut poſſeſſorum utilitas, aut publicarum ratiu exigat functionū: maximè opportunum & conducibile judicamus, ut ſervata puſthac quutannis ſingulis conſuetudine, in cunſtitutotēpure in Metropulitana, id eſt, in Arelatenſi urbe, incipiant ſeptem pruvinciæ habere Cunciliū, in quo planè tam ſingulis quàm in cummune cunſulimus. Primum ut optimurum cunventu ſub illuſtri præſentia præfecturæ (ſi id tamen ratio publicæ diſpuſitionis ubtulerit) ſaluberrima de ſingulis rebus poſſent eſſe cunſilia: tamen quicquid tractatum fuerit & diſcuſſum ratiuciniis cunſtitutum, nec latére putiures pruvincias puterit, &parem neceſſe eſt inter abſentes æquitatis furmam juſticiæq; ſervari. Huc planè præter neceſſitates publicas, etiam humanæ cunverſatiuni nun parum credimus cōmoditatis accedere quòd in Cunſtantina urbe jubemus anuis ſingulis eſſe Cuncilium. Tanta eſt enim loci opportunitas, tanta eſt cupia cōmerciurum, tanta illic frequentia cummeantium:ut quicquid uſquam naſcitur,illic cummodius diſtrahatur. Neque enim ulla provincia ita peculiari fructus ſui fœlicitate lætatur, ut nun, niſi hæc propria Arelatenſis ſoli credatur eſſe fœcunditas. Quicquid enim dives Oriens, quicquid udoratus Arabs, quicquid delicatus Aſſyrius, quicquid Aphtica fertilis, quicquid ſpacioſa Hiſpania. quicquid fertilis Gallia puteſt habere præclarum: ita illic exuberat affatim, quaſi ibi naſcantur umnia. quæ ubiq; cunſtant eſſe magnifica. Jam verò decurſus Rhodani,&Turuni recurſus,neceſſe eſt ut vicinum faciant,ac penè cunterminum, vel ꝙ iſte præterfluit, vel ille quod circuit. Cūergo B huic ſerviat civitati quicquid habet terra prę- cipuum: ad hanc vel navi vel vehiculu, terra, mari, flumine deferatur, quicquid ſingulis naſcitur. Quemmadmudum non multum ſibi Galliæ nuſtræ præſtitum credant, cum in eadē civitate præcipiamus eſſe cunventum, in quo divinu quodam munere cummoditatum&cōmerciurum oppurtunitas tanta præſtatur. Si quidem hoc ratiunabili planè prubatuq; cunſilio jam & vir illuſtris præfectus Patroniius ub ſervari debere præceperit, quòd inter pullatū vel incuria temporum. vel deſidia tyrannutū reparari ſulita prudentiæ nuſtræ auctoritate decrevimus. Agricola parens chariſſime atq; amantiſſime, unde illuſtris magnificentia tua &hanc præceptionem nuſtram,& priorē ſedis ſuæ diſpoſitiunem ſequuta, id per ſeptem pruvincias in perpetuu faciet cuſtodiri: ut ab Idibus Auguſtis, quibuſcunque mediis diebus in Idus Semptembris, in Arelatenſi urbe, nuverint hunorati vel puſſeſſures judices ſingularum pruvinciarū, annis ſingulis Cōcilium eſſe ſervandum, ita ut de Nuvem populana & ſecunda Aquitanica, quæ pruvinciæ longius cunſtitutæ ſunt, ſi eorum occupatiu certa retinuerit, ſciant legatus juxta conſuetudinem eſſe mittendos. Qua proviſiune plurimum & pruvincialib. nuſtris gratiæ nos intelligimus utilitatiſq; præſtare. & Arelatenſis urbis, cujus fidei, ſecundum teſtimonia atque ſuffragia parentis patriciiique noſtri, multa debemus:

A bemus:nonpatum adjicere nos conſtatorna-
tui. Sciatautem magnificentiá tua, quaternis
auri libris judicem eſſe mulctándum, ternis
honoratos vel curiales, qui ad cõſtitutum lo-
cum iotta definitnm tempus venire diſtule-
rint. hæc ibi Ecce ad ſuggeſtionem Agricolæ
roformatum Concilium, quod quondaman-
noè celebrabatur, quiamultum provinciis ꝓ-
fuit. Notanda eſtetiam ſituatio Arelatenſis ci-
vitatis, quæ in Galliis tunc caput extitit, & ad
noſtrum imperium ſpectar, licet parum reco-
gnoſcat. Eſt ſimiliter conſiderãdum, quod nõ
ſolum judices, ſed eriam de ſingolis civitatib.
honoratus.per ſe vel legatos concurrere npor
tebat. Et ſimiliter eſt conſideraodum, quòd ꝑ
menſem integrum durabar, & ſub pœna aſtri-
cti tenebantur venire. Ad formam hujus in
Franckfordia (quæ ob mercium confluentiá,
& loci ſitum, Arelato rectè comparatur) ſta-
tuarurConcilium annuum, ad minimum per
menſem celebrari, aut Majum, aut Septem-
brem: & cum præfatis ſuprà, de qualibet civi-
tate & Metropoli, ac oppidis magnis imperia-
libus, ad minimum unus concurrat. Adducát
etiam príncipes electores ſecum quos volue-
rint conſiliarios, & nobiles: & omoes aſtrin-
gaotur juramento, ſecundum rectum ratioois
judicium pro bono publico conſilia impartiri.
Examinentur ibi provincialium conſuetudi-
nes, & redigantur quantum fieri poteſt ad cõ-
munes obſervantias, & maximè captioſæ for-
mæ omnino undique tollãtur: quoniam ſæpe
B ſimplices pauperes, injuſtiſſimè per cavillatio-
nes cauſidicorum extra formam dicuntur & à
tota cauſa cadunr: quoniam qui cadit à ſylla-
ba, cadit à caoſa, ut ſæpe vidi per Treverenſem
diœceſim accidere. Deinde tollantur peſſimæ
conſuetudines, quæ admittunt juramentum
cõtra quoſcunq; & cujuſcunq; numeri teſtes.
Et ſunt tales peſſimæ obſervantiæ multæ per
Germaniam contra juſticiam veram, ac etiam
peccata nutrientes: quæ particulariter enume
rare nemo ſcitet. Unde propter boc coocnrre-
re debent provinciarum judices. & in ſcriptis
conſuetudines ſuarum provinciarum redige-
re, & porrigere in Concilio ut examinentur.

Cap. XXXVI.

EStdeniq; maxima diligentia facienda, in i-
ſto ſacro Baſilienſi coocilio imperiali, ut e-
lectoribus ſacri Imperii detur ſtrictiſſima
forma quam tranſgredi nullo modo liceat: in
qua ante omnia aſtringantur juramento, nulla
practica, nullo precio, aut ob quodcunq; par-
ticulare commodum, ſed purè & ſimpliciter ꝓ
bono publico & conſervatione ſacri Imperii
& ejus bonore, ſecundum Deum & conſcien-
tiam eligere. Er ſi uoquam reperiatur quis cõ-
trarium facere, quod tunc perpetuæ infamię,
ac crimen læſæ majeſtaris, & ejus pœnis ſubja-
ceat. Valde enim neceſſarium eſt, ad pravitatẽ
electionis quiboſcuoq; maximis pœnis electo
res cooſtringi propter practicas abſurdiſſimas
& inhoneſtiſſimas, quas legi prætcrito tempo-
re intervenïſſe, dum ipſi ſua quærerent, per A
multos ſtringendo eligẽdum illicitos modos,
ob quos Reſp. penitus eſt neglecta. Et quia
cerri electores occupare dicuntur certa op-
pida & caſtra imperii, ac etiam propter telonia,
& alia commoda particularia. hojuſmodi tur-
piter fœdatæ electiones per injuſtas pactiones
fieri dicuntur. Ante omnia iſta differentia, quę
daſ perdeudi occupata aliquandiu electorib.
timorem, & ea propter ita practicandi in gene
rali conventu purè diſcuti, & honeſtè conſo-
lidari deberet, ut ſic quiſq; ex electoribus in li-
bertate puræ electionis conſtitueretur. Et qoo
niam ille eſt præficiendus Imperio, qui com-
muni omnium electorum judicio optimus vi-
detur: ſubjungam nonc quandam regulã, quę
in hoc multum proderit, & ſimiliter in Coocci-
lio ſeu conveotu, ubi elici debet intentio com
munis ex omnium votis.

Cap. XXXVII.

SAcri Imperii electores, dum ad electionem
procedere volunt futuri Imperatoris. de ſta
tuto cũ omoi humilitate & devotione ma-
xima ad divina cooveniant, ſpoliantes ſe omni
peccato, ut in medio eorum ſit Chriſtus Domi
nus. Et invocata gratia ſancti Spiritus poſt in-
troductionem devotam agendæ rei, tractent
de plurib. qui ad imperiũ diſpoſitione extrin-
ſeca & intrinſeca tantæ majeſtatis digni eſſe
poſſint. Et ad hoc ut abſq; omni timore liber-
rimè & ſecretiſſimè ipſa electio celebretur, ꝑ- B
ſtitis juramentis ſupra altare Domini, de eli-
gendo juſto liberè conſcientiæ judicio opti-
mum: faciant per unum Notarium nomina o-
mnium de quibus tractarunt. in ſchedulas ꝑ-
ciſe æquales redigi, & ſemper unum nomen
in una ſchedula taorum, & in fine illius oomi-
nis diſtinctè ſignetur numerus per 1. 2. 3.
quouſque perveniant ad numerum perſona-
rum, de quibus in tractatu mentio facta fuit,
quod digui reputarentur. Puta, ſint 10. cõperti
per Alemaniam, qui digni viſi ſunt, inter quos
communi judicio digniſſimus eligi debet. po-
natur itaq; in una ſchedula non unius tantũ,
& ſub illo nomine vel in ejus latere, numerus
ab uno uſq; ad decem, & deotur cuilibet ele-
ctori 10. nomina. Acceptis itaque ſchedulis ꝑ
electores, trahat quiſque ad partem ſolus, & ſe
cretè cum ſecretario, ſi literas ignorat, & poſi-
tis ante ſe omnibus 10. ſchedulis, legat cujos-
libet nomen. Et tunc in Dei nomioe ſecundũ
ſuam conſcientiam ponderet, quis ioter illos
omnes oumerus idoneus exiſtat, & ſignet cum
puncto atramenti ſuptà primum numerũ. ſim-
plicem loogum puoctum: & poſt hoc judicet,
qui poſt illum oumerus idoneus: & ſignet ſe-
cuodum numerum cum puncto loogo ſimpli-
ci, & ſic continuè, quouſque veniat ad optimũ
ſuo judicio, & ibi ſignabit decimum numerũ,
aut illum numerum qui oumero perſonarum
correſpondebit. Et eſt bonum, quod de eodem
iocauſto & per æquales pennas, & æqualia ſim
plicia longa aut brevia puncta, ſecundũ quod
con-

A concordabunt, omnes ſignent, ne cujuſquam ſignatura præ cæteris notari poſſit, ad hoc ut libertas major in electoribus, & pax inter oẽs conſervetur. Factis itaq; illis ſignaturis, deferat in manu ſchedulas ſuas q ſq; ex electorib. & projiciat unuſquiſq; ſuas manu propria in ſaccum vacuum, in medio electorum pendentem. Quibus in ſacro poſitis advocetur ſacerdos qui miſſam celebravit aut alius: & quidam computiſta habens tabulam, in qua ſecũdum ordinem ſint illa nomina, ponamus 10. eligẽdorum. Et ſedens in medio electorum ſacerdos, extrahat de ſacco ſeriatim ut manibus occurrerint ſchedulas, & legat nomen & numerum ſignatum: computiſta verò in latere illius nominis ſignet numerum, & fiat de omnibus. Quibus expletis, colligat per additionem cõputiſta numeros cujuslibet nominis: & ille tũc Imperator erit qui majorem numerũ habuit. Et ſecundum illam practicam, infinitis fraudibus obviatur. Et etiam nulla practica ſiniſtra locũ habere poſſet: nec poterit excogitari ſanctior, juſtior, honeſtior, & liberior eligendi modus ſecundum quem impoſſibile erit, ſi ſecundum conſcientiam eligunt, quin ille præficiatur, qui ex omni judicio ſimul collecto melior judicatur: & non poterit alius modus ſecurior, imò ex quo illa infallibilis ſententia haberi poſſet, inveniri. Quoniam omnes comparationes omnium perſonarum, & omnes mixturæ & ſyllogiſmi, per unumquemque ex electoribus factibiles, in
B hoc modo includuntur, quem ego abſq; magno ſtudio etiam non potui invenire: & credas quòd perfectior inveniri nequit. Verùm ne quis ex electoribus propria affectione decipiatur, habeatur iſta cautela, quòd ſi eſt aliquis, aut plures, qui ex laicis communi tractatu inter eligendos conſcripti ſunt, ſchedula propriis nominis eidem nõ detur, ſed aliæ omnes illa dempta, ut tollatur occaſio ſuſpicionis: q a ſeipſum optimum omnium æſtimare poſſet, majorem numerum nominis ſui ſignãdo. Hoc ſolum dempto, regula præſcripta in omnibus ſervetur: & habebitur electio, qua melior non poterit inveniri.

Cap. XXXVIII.

HOc etiam electivo artificio, multa ſingularia inveſtigari poſſunt in conventibus principum, e quibus magna ſalus Reip. dependet. Sæpe enim proponitur materia, in qua commodum principum aliquorum verſatur, & Reipublicæ utilitas in ejus contrario. Et tunc non audent palam pro bono publico particulariter conſulere, timentes alios alterius opinionis eſſe, & ſic non poſſe proficere. Et ſic ſi non profecerint, inimicitiã contraherent illius principis, cujus commodo adverſaretur votum conſulentis. Sæpe etiam præſidens, ſcilicet Imperator, vel ejus vicarius, videtur ad unam partem quæſiti valde affectionatus: tũc conſiliarii timore diſplicentiæ, impediuntur in conſulendi libertate. Unde cum omne Concilium tendere debeat principaliter ad Dei laudem, & bonum publicum & illud ſemper eligibilius eſſe debeat, quod comparatione ad aliud plus publico & communi bono convenit: tunc ſecundum hoc propoſito aliquo dubio, ſuper quo conſultatio fieri debet, ſurgant è medio duo peritiores qui ſe ad partem contrahant, & de dubio inveſtigent p affirmativam & negativam, & conſequentias ad ambas partes ſequentes. Puta, ſi dubium ponitur an expediat telonia eſſe: affirmativè q ſic, quia nemo ibi particulariter gravatur, ſed ea quæ per mercatores ſolvuntur, tam per vẽditorem quàm per emptores, & ipſum mercatorem ſimul contribuuntur. Et non poteſt cõmodior congregatio pecuniarum fieri, quàm illa: & ſi non eſſent modi facilè pecunias habendi quæ pro tuitione Reip. ſunt neceſſariæ; periret pax. Igitur propter iſtas & alias conſequentias, videtur affirmativa eligibilior. Alii pro alia parte dicit: hæc congregatio pecuniarum eſt injuſta & illicita, abſq; culpa & cauſa à nõ ſubditis evacuãs Rẽp. nullius utilitatis, q a pax per eam minimè ſervatur. Igitur negativa eſt eligibilior. aperta ſit materia, ſcribatur q̃ſtio, & ſubſcribatur affirmatio, & ſub illa ſcribatur negatio. Sub illa ſcribatur mediũ, quod aperitur: puta, ſi diceret unus de duobus ſic: aliqui poſſent dicere, quòd affirmativa ſit tenenda, quòd telonia ſint & permaneant: aliq quòd non. Aliqui quod ſint, & moderata ſint. ſic quod de eſculentis & poculentis, niſi nego- B
tiationis cauſa deferantur, nihil ſolvatur: & alii nunquam ultra florenum de carrata magna vini, vel centum maldris tritici. Alii verò, q ſolvantur telonia ut prius, ſed pecunia ad publicum ærarium pro publicis negotiis reponatur. Alii, quòd dividatur pecunia. & medietas pro principibus & præſidibus ac judicibus alia ad ærarium publicum. Tales & conſimiles opiniones, q̃ veriſimiliter excogitari poſſent, publicè per ipſos duos recitari debent: & ſi q s aliam addere velit, dicendo, etiam poſſet quis ſic dicere, vel ſic, omnes illæ ſunt per ordinem ſcribendæ ſub quæſtione & fiant ſchedulæ ſecundum numerum conſiliariorum. Et detur cuilibet una ſchedula, qua hab ta unuſquiſq; in domo per juramentum præſtitum unam eligat, & alias cum penna & incauſto caſſet, lineam groſſam per medium ejus trahendo mane conveniant ad Concilium, & reponat unuſquiſque ſchedulam in ſaccum. Quibus impoſitis, ſecretarius extrahat unam poſt aliam: & ſedeat computiſta. & facta ratione, opinio quę habuerit plura vota, illa electione omniũ melior: debent autem ſchedulæ omnes eſſe ęquales, & manu unius ſcriptæ, ut præhabitum eſt. Similiter fieri debent contendentibus plurib. magnis ſuper eodem, ut eorum omnia nomina in ſchedulis ſimilibus omnibus tradantur, poſtquam caſus benè apertus & intellectus fuerit: & tunc per conſiliarios, nomina omnium per pennam caſſentur, illo ſalvo cui adjudicãdum credit ſuo judicio rem de qua eſt quæſtio. Hoc modo conſilia remanebunt libera &

A ſecreta, & erunt digeſtiſſima quod ſingulari-
ter nota. De modo verò habilitandi ingenium
ad diſcurſum in dubiis, hoc anno tractatulum
collegi: quare hic non inſiſto. Verum eſt, quòd
ubi deliberatio cadit ſuper uno tantum affir-
mativè vel negativè ſimpliciter, ibi nõ eſſet in
congruus modus Concilii dominii Venetiarũ:
qui habent nodulos de panno laneo, & duo va-
ſa ſeu urnas ligneas, ad formam calicum figu-
ram habentes. Inferius, ubi pes eſt calicis, de-
bet eſſe lignum vacuatum, in quam partem p
canale ſuperius cadãt nodi. Eſt autem una ur-
na nigra, quæ vocatur Non: alia alba, quæ vo-
catur Ita. Unde poſtquam conſiliarius capit u-
num nodum inter pollicem & indicem, & o-
ſtendit in aerem aliis, ne fraus fiat: tunc in pal-
mam manus eam cadere ſinit, & claudit manũ,
& ſuperius in ipſam urnam albam manum in-
trudit. Et ſi eſt illius affirmativę opinionis, mit-
tit cadere nodum per cãnam in fundũ, & nihil
ominus extrahit manum clauſam, & trudit et-
iam in aliam urnã, neſciri poſſit opinio ejus in
quam urnam projecerit. Si verò non eſt opinio
ejus de affirmativa, extrahat abſque apertione
manum, & intrudat in aliam, & ibi dimittat:
hoc modo remanet votum ſecretum. Poſt hoc
effunduntur nodi, quia vas inferius infrà ca-
nale aperitur. & numerantur, & capitur con-
cluſio ex numero nodorum, affirmativa vel ne-
gativa, ſecundum victoriam numeri unius ur-
næ ſupra alterius urnæ numerum. De his arti-
ficiis quiſq; ſecundum caſum & locum cogi-
B tare poterit, tali ſemper pacto ut libertas judi-
cii ſervetur per ſecretam practicam.

Cap. XXXIX.

Eſt conſequẽter ad hoc maximè ſtudendũ,
ut poteſtas Imperii reſuſcitetur: alioqui
de omnibus ordinatis & ordinandis nullus
ſequetur effectus. Vigor legis in coerctione
eſt coerctionẽ potentia cuſtodit & exequitur:
qua ſublata (quia nitimur in vetitum, & ſumus
ab adoleſcentia proni ad malum) legalis cenſu-
ra, & per conſequens pax & juſticia non diu p-
ſiſtent. Quum ergo hoc ita ſit, oportet per re-
formationem modus ad hoc detur. Quondam
ſolebant Epiſcopi, Abbates, Principes, Comi-
tes, ſecundum ſibi ſubjectam provinciam &
terram, annua & quotidiana ſervitia, perſona-
lia & realia, imperio facere: ex quibus quidam
ſtipendiarii exercitus quotidiano imperiali p
defenſione Reip. tenebantur: ac etiam ipſe Im-
perator honeſtiſſimum imperialem ſtatum ge-
ſtare ſolebat. Quo quidem imperiali & Reip.
defenſorio exercitu deficiente, periit Reſpub.
multum. Nam oportet quemlibet principẽ &
quãlibet etiam univerſitatem & comitatum,
ſui ipſius in reſiſtendo latrunculis curam age-
re: ex quo maximæ impenſæ oriuntur, & ſub-
diti in iis tempora conſumentes, labori liberè
vacare nequeunt. Et factæ ſunt diviſiones ma-
ximæ per omnia loca imperii, & nulla penitus
reperitur cõfidentia. Si verò foret unus omniũ
publicus exercitus ad pacem conſervãdam, &
jus defendẽdũ: tot expenſæ inutiles, ac Reip. A
exinanitio non fierent. Perutile itaque foret,
huic ordinationi diligentiſſimam operam da-
re, ut per annuas contributiones moderatas,
ſecundum dominia & loca, talis exercitus eri-
geretur, & ut per ipſum juſticia & pax ſerva-
rentur. Poſſet itaq; facile de imperialibus telo-
niis & gabellis, principib. pro Rep. conceſſis,
competens portio pro ſtatu imperii annuè re-
ſervari & ab omnib. teloniis in portione mo-
derata abſtrahi. Et ſic illa vectigalia ac tributa
provincialia, ad publicum ærarium Imperiale,
pro exercitu præfato & ſtatu imperialia, Frãck-
fordiæ reponerentur de quibus ita recollectis
in annuo Concilio & ratio & ordinatio fieret
in electorum ac aliorum præſentia, ut omnia
juſtè ac prudenter diſponerentur. Et tunc ceſ-
ſarent magnæ expenſæ, quas hodie principes
coactè & inutiliter faciunt, & provinciæ dita-
rentur, & Reſp. & imperium exaltaretur de-
nuò. Tunc poſſent epiſcopi vacare ſpirituali-
bus, & temporalia œconomis committere, &
per publicum exercitum omnis tyrannus eli-
minaretur ab imperio. O Deus, ſi animus omni-
um qui iſta laudant, ferveret in exequutione,
tunc noſtris diebus refloreſceret Imperiũ: ſed
ſi ad iſta tepidi, & noſtra cæca cupiditate cir-
cumventi, antiquæ deformatæ conſuetudini
inſiſtemus aliquãdiu, abſq; dubio de ſacro im-
perio & bono ſtatu Reip. & omnium noſtrorũ
breviter actum erit. Nullus ſive Eccleſiaſticus
ſive ſæcularis, ſe jure poterit excuſare: omniũ B
enim bonorum temporalium regimen, ad pu-
blicam commoditatem primò debet ordinari.
Unde Hugo noſter excellentiſſimus Saxo, qui
de ſancto Victore nominatur in lib. de Sacra-
mentis, de Eccleſiaſticis poſſeſſionib. dicens,
ſcribit ipſas poſſeſſiones nunquam à regia po-
teſtate poſſe elõgari. Quoniam ſi ratio poſtula-
verit, & neceſſitas illis ipſa poteſtas debeat
patrocinium, & illi ipſæ poſſeſſiones debeant
in neceſſitate obſequiũ. Sicut .n. regalis pote-
ſtas patrociniũ quod dat alteri, nõ poteſt nõ da-
re: ſic ipſa poſſeſſio ab eccleſiaſticis perſonis
obtenta, obſequium quod regiæ poteſtati pro
patrocinio debetur, jure negari nõ poteſt. hęc
ille. Poſſent ad hoc dicta beati Ambroſii in e-
piſt. de tradendis baſilicis, & aliorũ multorũ ad
duci, qnib. quum omnia cum præſcriptis con-
cordent, brevitatis cauſa ſuperſedeo.

Cap. XL.

Non eſt dubium, Remp. lædentia fieri, præ-
ter ſuperiora, quæ enumerare longum
eſſet. Nos ſcimus, quòd judiciarii longi
ſtrepitus, in utroque tam ſæculari quàm Ec-
cleſiaſtico judicio, propter maximam confuſi-
onem & litium immortalitatem, maxima dam-
na Reip. afferunt: & maximè, quòd cauſæ in
locis ubi exortæ ſunt, ac in propriis provinciis
non finiuntur. & quòd ad Romanam curiam
etiam minimæ cauſæ beneficiorum ita cre-
briter deferuntur, ubi ſolùm maximæ tra-
ctari deberent. Sic enim propter gratias ex-
pectati-

A pectativas aot uſorpatas collationes beneficiorum, & propter lites, omnis ſiidor etiam parentum per filios ad curiam defertut: & nihil reportatur, niſi qood prius in provincia habebatur, puta beneficiolum fortè à propriis parentibus dotatom. Et quia paſſim promotiones ad fortunam incuria fiunt: illuc confluũt omnes, à teneris annis ibi degentes, & expectantes ditari, ac poſtponunt ſtudia, ac religionum exetcitia: deferuot aurum & argentum, & reportant chartas. Et quia canones ſanctorum patrum non ita ordinaverunt, ac etiam quoniam experientia docuit, quantum mali Reip. ex hoc advenit: modis omnibus reformã da hæc ſuot. Non moveat quempiam commune dictum, qnod ſæcnlaris potentia de hac Eccleſiaſtica ordinatione ita introducta, ex auctoritate Romani pontificis ſive in collationibus beneficiorum, ſive gratiis ac litibus, ſe impedire non habeat. Si de Eccleſiaſticis conſtitutionibus. ad augmentum divini cultus & ꝓ libertate Deo ſervientium inſtitutis, nihil immutare habeat laicalis poteſtas: habet tamen nihilominus providere Reip. illis p̃fatis ſemper ſalvis: non deceret quempiam dicere, ſanctiſſimos Imperatores, qui pro bono Reip. in electionibus epiſcoporum, & collationibus beneficiorum, & obſervatione religionũ, multas ſacras conſtitutiones ediderunt, erraſſe, & ita ſtatuere oon potuiſſe. Imò legimus Rom. pontificem eoſdem rogaſſe, ut conſtitutiones pro cultu divino pro bono publico, etiam cõ-B tra peccatores, de clero ederent. Et ſi fortè diceretur, robur omnium illarum conſtitutioonum, ab approbatione Apoſtolicæ aut Synodicæ auctoritatis dependebat: nolo in hoc inſiſtere, licet 86. capitula regularum Eccleſiaſticarum antiquorum Imperatorum legerim & collegerim quæ hic inſerere ſupervacuum foret, & multa alia Caroli Magni & ipſius ſucceſſorum, in quibus etiam de ipſo Rom. pontifice, ac aliis omnibus patriarchis diſpoſitiones, quòd de conſecrãdis epiſcopis & aliis capere debeant, inveniantur. Et tamen nunquã reperi, aut papam rogatum ut approbaret, vel etiam eapropter, quiaſi approbatio ipſius intervenit, ligaſſe legitur: benè, ot ſuperius quodam loco habetur, aliquos Rom pontifices fateri, ſe illas ordinationes venerari. Unde poſito, hoc ita eſſe, quod illæ imperiales ordinationes in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus non habeant plus firmitatis, niſi inquantum prius in canooibus illæ ordinationes reperiebantur, aut inquantum per Synodos approbentur & recipiantur. ſicut hoc verum eſſe probatut ex communi vulgatiſſimo dicto: qnòd leges non dedignantur ſacros canones imitari: & in contradictione ſeu concurſu legis & canonis, in Eccleſiaſticis abſq; dubio canon præfertur. tamen ad hæc ſi reformatio, qnæ fieri poſtulatur, ſe ex legalibus antiquis ſanctis ſtatutis eccleſiaſticis juvaret, abſq; dubio poteſtate & auctoritate non careret. Illas eoim conſtitutiones nemo dubitat Cenonicis ſtatutis optimè convenire, & in nullo contradicere. Et ut uno verbo omnia concludam, ſi piiſſimus Imperator cum toto ſibi ſubjecto Concilio neceſſitates Reipublicæ conſiderans ac diminutionem divini cultus, & morum deformitatem in omni ſtatu cum cauſis & occaſionibus ponderans, repeteret ſactos canones, antiquas ac ſanctiſſimas priſcorum obſervationes & quicquid illis obviaret, ſive privilegia, ſive exẽptiones. ſive introductiones: nonnè in collationibus beneficiorum, aut litibus, unà cum toto ſuo Concilio decerneret tollendum eſſe, & canonibus ſanctis ſtrictiſſimè obediendum? Rogo quis Chriſtian⁹ dicere poſſet, ibi aliquid præter poteſtatem & auctoritatem attentatũ? quando pro cuſtodia antiqoorum canonum, & legalium ſacrarum ſanctionum pro augmẽto divini cultus pro bono Reipu. illa fierent? Non retrahat te Imperatorem prudentiſſimũ cujuſcunq; ſuaſio, ab hac ſancta tua intentione. Multi quidem fingũt ſub ſpecie bonæ obedientiæ, rationes coloratas ad defendendum vias malas, & ad excuſandas excuſationes in peccatis. Quæratur ſolus Chriſtus, qui eſt via, veritas & vita, per vias patrum noſtrorum, & tollantur viæ malæ ex cupiditate, ambitione, & avaritia introductæ: ut ſic reviviſcant canones, ſine quib. pax Eccleſiæ ſervari nequit, nec religio augmentari. Multa quidem alia regibus incumbunt, maximè adulteria, furta, parricidia, perjuria, rapinas & conſimilia peccata magna cohibere & de patria expellere. ut dicit ſanctus Cyprianus. & habetur 23. q. 5. rex debet. cum ſimilibus. Inſuper deceptiones q̃ B per contractus ac pravitates fiunt uſurarias, per ludos taxillorum. per monopolia, & hujuſmodi eradicare ac feſta coli facere, tollere exorbitantias, quæ in expenſis nuptiarum ac exequiarum, ac pretioſarum veſtium, & ſimilibus fieri ſolent. Et breviter cuncta ad bonum publicum redigere.

Cap. XLI.

SUperiora docuêre veram concordantẽ Eccleſiæ harmoniam in rectè ordinata præſidentia, quæ ex communi conſenſu & electione exoritur, & libera ſubjectione omnium aut partis majoris, ac quòd canones & leges tã divinæ, quam communi omnium conſenſu humaniter rationabiliter dictatæ æquiſſimũ medium viamq; de hac vita tranſitoria ad cœleſtem patriam oſtendunt. Verùm quia opera invidioſi & à principio meodacioſi diaboli, inter ſacerdotium & imperium ſæpe ſchiſmata ſuſcitantur, aut ex diſceptatione ſuper majoritate in potentatu, aut timore perditionis tẽporaliũ, vel hojoſmodi. Et illa tempeſtate fervente (ut ſatis omnibus ex Evangelio liquet) diſſipationem regni diviſione cœpta imminere conſtat, nec jura. nec leges, oec ordinis Eccleſiaſtici cenſuram perſiſtere poſſe: erit ea, ꝑpter omnium orthodoxorum primum & maximum ſtudium, illæſam utriuſqoe potentatus hierarchiam concordi vinculo in alternum dio conſervare. Cogitet itaq;, dum hæc

A inſtiuctu turbatoris pacis mentibus ſuggerũtur, ipſe primus omnium Rom. Pontifex, ſe miniſtrum ex humiliatioue exaltari: quodque ſuptem° aliorum miniſterialem curam habet, non dominationis impèrium, ac utraſq; à Deo eſſe poteſtates, ac noſtro gratiæ tempore verè diſtinctas, ut Nicolaus maximus Rom. pontifex aſſerit *96*. diſtinct. quum ad verum. & idem 91. diſtinction. Eccleſię meæ confirmatur. Cõſideret, ubinam potentatus Rom. pontificis tantum confirmationis in extollentia ac præceptiva ſubditorum obedientia habeat, ſicut imperialis: ad Roma. 15. dico de Rom. pontifice, non de ipſo ſacro ſacerdotio. Etiam textus celebriter de conſec. diſt. 4. ac prima colla. in auct. quomodo oportet epi. in principio: & cõſimilia multa ad minus diſtinctiouem indepẽdeutem, & quòd de ſurſum utraq; poteſtas deſcendat, probare videtur. Et illa fuit omnium antiquorum opinio vera. etſi dubia nnviter exorta ſunt, ob ſiniſtrum multorum complacendi ſtudium: repetantur vetera. imò ſi gladii utriuſque poteſtatem papa haberet, non eſſet adhuc illorum inteutio verè probata, Imperatorem ab eo dependenter gladii uſum habere. Nullus enim negat, reges mundi diverſos & varios, & infideles fuiſſe, quorum regalis potentatus, abſque hoc quòd ſuperiorem recognoſceret, à Deo dependebat. A quo (rogo) dependebat imperium, Paolo appellante ad Cæſarem, aut Chriſto ipſum approbante, dum juſſit ea dari Cæſari, quæ ejus erant? Non po-
B teſt etiam papa in hoc ſe primùm arguere, etiãſi gladii poteſtatẽ haberet, tanquam ab eo dependeat omnis gladii poteſtas: dum rectè prędicta, ac alia infinita quæ à noſtris majoribus nobis relicta ſunt, ad mentem revocat. Nec exaltat papam Imperialis ſpontanea propter Chriſtum humilitatis reverentia, quia eum nominat & honorat ut patrem. C. de ſum trin. & fi. ca. l. fi. aut quòd paſſus ſit aliquandiu ſe in ſecunda perſona nominati à papa, juxta c. quam gravi. de cri. fal. ſed potius advertat, quòd humiles Imperatores catholici Rom. pontificem ſcripturis & operibus, ut ſpiritualem patrem & cuſtodem animarum venerabãtur. Multò etiam plures ſcripturæ invenirentur, quomodo Roman. pontifex Imperatores honorare multo ampliori gradu ſolit° fuerit, ut ſuperius Agathonis papæ cum ſuo Concilio ad Conſtantinum epiſtola declarat, ubi dicitur: Omnes enim exigui eccleſiarum præſules, veſtri Chriſtiani imperii famuli. & ad hæc nunc ſufficiat canon Victor. 97. di. Non negat Imperator juxta c. omnes principes. &c. legebatur, de ma. & obe. epiſcopis ut patrib. obediẽntiam præſtare debere. Hoc ita papæ, ut aliis ſufficiat, imò recordetur c. omnis anima. ꝙ eſt Pauli de cem. ac etiam quantos honores cõſequutus eſt ab imperio. Nonne dum Conſtãtinus patriarcha, multis annis etiam ex Synodali decreto ſe univerſalem & primum patriarcham ac epiſcopum nominaret, impetrãte Bonifacio papa poſt mortem Imperatoris Mauricii ac filiorũ ejus, à Phoca, qui imperiũ occupavit, reſtitui ad primitivitatem: Apoſtolica ſedes ejus decreto legitur ad primũ gradum reſtituta, juxta veridicas Pauli Guarnefridi Longobardorum hiſtoriographi tunc viventis, ſcripturas. Reducat memoriæ, quanta magnificentia. dona ac defenſiones, imminẽte turbatione Eccleſiæ ab imperio Rom. eccleſia ſit conſequuta. Et ſimiliter, quomodo plus 200. annis poſt primum Conſtantinum, tempore Agathonis, de labore corporis victus ei fuit, eo quod priſtina eccleſiarum ſuſtentatio, paulatim per diverſas calamitates deficiendo ſuccubuit: ut hæc in geſtis ſextæ Synodi legũtur. Et quomodo ab illis calamitatibus ab imperio fuit relevatus: & ſufficiat ei eminentia, qua ſol ſupra lunam, & anima eſt ſupra corp°: abſq; hoc quod imperium non eſſe niſi per eũ, ab eo dependenter affirmet. Si regum & Imperatorum depoſitiones ac imperii trãslationes, & cætera fortè ad hoc præſumendum, Apoſtolicũ moverent: ſciat, niſi fortè religioni & humilitati obſtaret, omnibus illis verè & clariſſimè reſponderi poſſe: & taliter, quod fortè hæc minimè tantam poteſtatem, abſque partium contendentium aut conſenſu aut acceptatione in papa, ut papam arguerent. Non defuerũt antiqui, qui Henricum quartum Baſileæ coronatum per Romanorum legatos, ab excõmunicatione Gregorii ſeu Hildebrandi defendebant: etiam Apoſtolicæ ſedis Cardinales pro tunc, ac quoddam Concilium Romæ pro tũc celebratum: imò ipſa generalis Baſilienſis ſy- B
nodus tunc celebrata, illa egit de eligẽdo Honorium papam, propter quæ Henricus demũ excommunicatus pronunciabatur. Sic de Friderico ſecundo, viro utique in Eccleſia ſtrenuiſſimo, ac fidei propugnatore, ſcripta defenſoria & fortia inveniũtur. ac etiam de aliis Imperatoribus, acquievit ſæpe pontificibus populus, ad obedientiæ bonum. Non hæc trahantur ad poteſtatis elationem, niſi ut præhabitum eſt, ob delictum & peccatum, juxtà c. venerabilem. de elect. & de judi. novit. Iſtæ omnes quæſtiones ceſſent amplius, & ſentiam° cum ſanctis veteribus noſtris prædeceſſorib. Etiam temporalia donata Eccleſiæ, huic paci non præponendo: ſed potius ad modum Leonis in Synodo, qui Othoni primo (ut præhabitum eſt) ei & ſucceſſoribus perpetuè omnia reſtituit: quia tunc deficiente fide, & exorta turbatione, conveniebat Imperatorem fidei defenſorem potentem eſſe. Quando expedire videbitur faciendo maximè hodie, opportunũ foret imperium abundare: deficiente enim defenſore, videmus quò tendimus. Sufficiat papæ, quòd imperium Eccleſiæ in omnibus cõpatitur, agit pro ejus tutela quæcunq; poſſibilia; & quantum ejus vires ſufferunt: non vi capit, non reperit donata, ſed defendit & nutrit ſacerdotiũ, quod ſolùm ut digniſſimũ veneratur. Ex alio non debet Imperator ſe quocunq; titulo contra ſanctum Dei ſacerdotium erigere: ex aut. de novalie. re. ec. verſ. ſi minus. columna 2 ubi dicitur, imperium parum à ſacerdotio differre, nec ex prætactis aut aliis quib° cunq;

A cunq; ſe illi ſupernæ Eccleſiaſticæ poteſtati æquiparet. Illuminatur enim imperium à ſacerdotio, ſicut luna à ſole: licet enim luna ita à Deo creata ſit ſicut ſol, non tamen niſi per ſolem illuminatur. Si omnis ordinatio imperialis ad finem per viam rectam tendere debet, & Deus finis eſt, & Chriſtus via: oportet imperium à ſacerdotio lumen ſemitis ſui requirere. Non cuncta illa terrena, quæ accidentaliter ſacerdotio ad ſubſiſtentiam conferunt, per imperium donata, ad æterna quovis modo comparanda. Nec reputet Imperator, qui imperialium omnium non dominus, ſed adminiſtrator exiſtit, ſe maximum quid feciſſe in non ſuis bonis, quando illa pro bono publico juxta divinam commiſſionem, ad finale divini honoris augmentum conſtituit. Domini enim ſunt cardines terræ, & plenitudo ejus. Sacerdotiũ quidem ſanctum Imperio ſuperadditum, tanquam vera vitalis anima corpori ſummopere venerandum eſt. Deus enim ſpiritus eſt, qui p medium ſacramentorum, quorum miniſtri ſunt domini ſacerdotes, tanquam per animas corpori, id eſt, fideli populo gratioſè conjungitur ut homo ſit in Deo. Eſt itaq; omnis diſputatoria commotio ad concordiam pacatis animis redigenda, & perpetuò ſtabilienda: quia tota iſta noſtra Eccleſia, ex corpore & anima juxta præfata conſtituitur, divino ſpiritu eandem Eccleſiam per concordiam inhabitante & inſpirante, ut ſic ex ſpiritu divino, anima ſacerdotali & corpore fidelium, una omnium fide-
B lium Chriſti Eccleſia cõcorditer ſubſiſtat. Rupta vero harmonia ac naturaliter concordãte proportione (ut notiſſimum eſt) in quolibet vivente, ſegregatur anima à corpore, præcedenti mortali febri, & incurabili infirmitate.

Non ſe Rom pontifex exaltet inter cunctos domini ſacerdotes, exiſtimans alios nihil in exequutoriali adminiſtratione, niſi quantum ipſe conceſſerit, poſſe: ſed recordetur pluries longo tempore papatum vacaſſe, ſicut poſt Marcellinum ſeptem annis. & aliis temporib. aliquando duobus, & tamen non erat inefficax ſacerdotium. Et cogitet ſuam prioritatem. divina diſpoſitione pro cunctorum ordinata graduatione & Eccleſiæ inconfuſa pacis trãquillitate ſervanda, quò ad ſpiritualem poteſtatẽ, quæ ſolùm à Chriſto eſſe poteſt, ſibi nihil cõferre, propter quod ſe meritò exaltet: Conſideret etiam, ſi ſacerdotium eſt ut anima una. q̃ eſt tota in toto, & in qualibet ejus parte: quòd tunc exequutiones poteſtatum, quoad decretam provinciam ſecundum plus & minus quũ ab extrinſeco dependeant, non diminuunt ſpiritualem poteſtatem in ſe. Unde ſicut ipſa anima in pede hominis non eſt major nec minor propter vitam quam pedi præſtat, ipſamet anima quæ in capite vel corde reſidet: ſic ipſe papatus ſe habet ut anima in capite, & patriarchatus ut anima in auribus vel oculis, & archiepiſcopalis dignitas ut anima in brachiis, & epiſcopalis ut in digitis. & ſic de ſingulis uſq; ad pedes, qui in Rep. plurales deſignent. Unde anima eis vitã præſtãs, curatũ rectè figurat. Una eſt ergo à Deo omnium ligandi & ſolvendi ac A vivificandi poteſtas, licet illa ex parte mẽbrorum alia & alia, & major & minor videatur. Deinceps penſet Rom. pontifex, tam per ipſas divinas, quàm per Canonicas ſanctiones, cõcordiam vitalem Eccleſiæ conſervari, quæ q̃dem omnes radicem unam, in ipſa radicali & fontali divini ſpiritus & naturali fluxu, vires capiunt ipſa quidem proximior & convenientior animæ ſedes eſt in ipſo puriſſimo ſanguine, in cordis centro contento, à quo quidem ſanguine per omnes arterias totius corporis rectificationis fluxum vitales ſpiritus capiunt. Sicut igitur ipſæ arteriæ ſe per totum corpus undique per ramos transfundunt ex uno principio, ut per medium ipſarum vitalis ſpiritus fluat: ſic divinæ ſanctiones totum Eccleſiæ corpus etiam æquè potenter circumeũt dulci vitalique ſtructura, ambientes omnia membra. Unde nullum eſt membrum, ſive caput, ſive pes, ſive in medio eorum exiſtens, ꝙ non circumeatur per ipſas, ac earum circumfluxione non intercludatur. Eodem modo venæ q̃ ab hepate initium capiũt, & ſe per totum corpus diffundunt, ſe ipſis arteriis connectentes, ac carne ſe immergẽtes, quaſi mediũ inter carnẽ & illũ ſubtiliſſimũ ſanguinẽ arteriarũ exiſtentes, ſunt in hoc corpore Reipu. Eccleſiæ canonicæ conſtitutiones Synodicæ, in hepate (ubi omnes venæ concurrunt) digeſtæ, quæ ſunt quaſi medium. per quod ipſe carnalis homo ad ſpiritualem vitam dirigitur. Non ergo blandiatur ſibi in corpore Eccleſiæ exiſtens, ſe B eſſe ſuprà, & vivere extra ſanctiones canonicas, & earum ſaluberrimis præceptis non includi. Et ſicut parvæ venæ certa particularia membra rigantes, non habent (niſi ad communem fontem continuentur) vigorem vivificativum & animæ delativum: ſic oportet omnia provincialium ac particularium locorum ſtatuta, conformitatem ad communes canones abſque contradictione habere. Et in hac cõſideratione, radices in ſimilitudine inveſtigari poſſent de iis, quæ latius ſuperius dicta ſunt. Poſt hæc imperialis ſublimitas cogitet ea quę de corporali compactione dicta ſunt, applicare ad ea quæ de imperio dicta ſunt. Nam corpus ex oſſe. nervo, & carnibus connectitur. Nervi verò in medio utriuſque naturam ſectantes, unam habent in cerebro (ubi alteratationis ſedes eſt) connexionem communem, & circumeunt omnes corporis artus diverſãrum juncturarum. ad unitatem unius corporis ſtringendo. Et iſtæ ſunt leges imperiales, inter durum & molle in medio conſtitutæ, omnia concorditer colligantes membra ad unum: nec caput Imperatoris figuram geſtans eximitur, cum fluant illi nervi omnes à rationali ac naturali diſcurſu cui legi nemo ſupereminet Conſiderare itaque habet ipſa ſuprema capitalis poteſtas ne ipſi nervi aut laxentur nimium, aut contrahantur: imò ipſe legislator non eximitur. Unde Ambroſ. ad Valentinianum Imperatorem. epiſtola 75. dicit: Dediſti leges, ne cui eſſet liberum aliud judicare: quod

A tu præſcripſiſti aliis præſcripſiſti & tibi Leges eoim Imperator fert, quas primns ipſe cuſtodiat. hæc ibi. Et eſt vulgatiſſimnm: Patere legem, quam tu ipſe tnleris. Nemo enim ad obſervationem injuſtæ legis obligatur, nemo vivens à juſto eximitur, quia hincinde totum corpus detrimentum ex hoc pateretur. Oportet enim legem ad formam chordæ ſub arcu tenſæ, eſſe: non nimium, ne rumpatur arcus: nec minus, ne quum laxata ſit, ferire per ſagittam nequeat. Etiam ad hoc advertere debet, quòd ſicut nervi oſſibus fortiter etiam putrefacta carne adhærent: ſic patrię leges quoad ipſum principatum perpetuum, & jura patriæ, incorruptibiliter ſervari debeot. Patria quidem rectè oſſibus, dulcedinem medullarem habentibus & multum durabilibus comparatur: carnes verò ttaoſitoriis hominibus qui ſæpe ob mollitiem, ignorantiam, vel infirmitatem humaniter delioquunt: cum quibns oportet principem ut patrem agere, jam parcendo, jam diſpenſaudo, jam puniendo, ut cujuslibet ſaluti convenit, lege ſemper firma remanente. Nam ſi lex in quacunq; parte inficitur, moritur: ſicut ſi nervus læditur in quacunque corporis parte, totum corpus langueſcit. Oportet etiam omoem particularem legem, quę venis parvis particularibus comparatur, reformare, ut communi legi quæ bono publico providet, ac etiam fontali legum principio, ſcilicet rationali & naturali juri non obviet: alioqui morbus ex contrarietate illud membrum
B invadens; de facili ptopter colligationem totum corpus inficeret. Debet itaq; citharœdus rex eſſe: & qui benè ſciat in fidibus concordiá obſervare tam majotes quàm minores, nec nimis nec minus extendere, ut communis concordantia per omnium harmoniam reſonet. Sit itaque cnra Imperatori, ut rectè ad modum experti medici, corpus in ſanitate ſervet, ut vitalis ſpiritus rectè per proportionabile medium ſibi jungi poſſit. Nam dum videtit aliquá ex quatuor complexionibus excedere à temperamento, vel deficere, & propterea corpus malè temperatum, vel propter abnndantem avaritioſam melancholiam, quæ peſtes in corpus ſeminavit varias, uſnram, fraudes, deceptiones, furta, rapinas, & omnes eas artes quibus abſque labore cum quadam calliditate deceptoria divitiæ magnæ quæruntur, quod abſq; læſione Reip. fieri nequit: vel ſi ex Cholericis diſſidiis, bellis, diſciſſionibus & diviſionibus, aut ſanguineis pompoſitatibus, luxuriis, comeſſationibus & ſimilibus: aut Phlegmaticis acedioſitatibus in cunctis bonis operib. & lucrandi victus cauſa, & ob patriæ tutelam laborib. corp⁹ torpeſcere, febreſcere, tumeſcere, vel exinaniri: quærat medelá, & audiat libros & conſilia peritiſſimorum quondam Rei. medicorum. receptam conficiat. Tentet per guſtum, viſum, & odoratum, anne convenire loco & tempori poſſit. Si videbitnr, quòd ſic, cómendetur primò ſecreto Concilio ſuo, ſcilicet ipſis ſuis dentibus, ut diſgregeot & inquirant, an aliquid confortativi aut ſanativi in ipſa recepta lateat: ſi invenit quidem ea benè attrita, aliquid ſalutiferi ineſſe, mittet ad fortius & majus examen majoris Concilii, ſcilicet ipſius ſtomachi, nt digeratut, depuretur, & purum ab impuro ſegregetur: poſt hoc depuratú mittat ad conſiſtorium judicum, ſcilicet ipſum hepar, ut juxta neceſſitatem cujuslibet membri, ipſa ſanativa medicinalis lex diſtribuatur: & paternam curam in omnibus, & ad omnes partes & mébra exhibeat, jam unguento dulcorativo, jam læſionis abſterſivo, aut cauterio utendo, ac aliis omnibus cooſervatoriis medicinis: & nnnquam ad abſciſſionem membri, niſi cum dolore compaſſionis accedat: & tunc, quando alia non proſunt, & periculum infectionis exiſtit.

Hæc eſt ſumma omnium prætactorum, quá tu invictiſſime Imperator eo citius apprehendis veritati ſubnixam, quæ tuæ Celſitudinis proximam effigiem deſcribit. Age itaq;, Cæſar optime, ut quamvis non admodum doctrinalis influxus, ex hoc vacuo omnium magiſterio, inepto labore quicquá exeri poſſet: nihilominns tamen pro incitaméto ſtudioſorum, B ac optimorum tibi aſſiſtentium ingeniorum, aliquando hæc collectio raptim ſaltem legatur. Sperandum eſt, data ſapientib. occaſione, inquiſitio inflammabitur in hac hactenus dormitantibus ſubtiliſſimis intellectibos & ſic erecta materia tanquam igniculo ſcintillati, multis ex abditis prudentia, ſapientia, & omni circumſpectione plenis ingeniis, ſucceſſivè & continuè afflantibus, ignis inflammeſcet magnus, qui devoratis exorbitantiis, reductaque in terreno imperio æquitate legali, fortitudinem imperii clareſcere faciet cú perpetuo augmento. Cujus fœliciſſimæ rei te omnium patrem noſtro ævo principium authoremq; avidiſſimè expectamus, quod pro tua immortali gloria attentiſſimo ſtudio fieri procura princeps clementiſſime, ut ſit via ad pacem Eccleſiæ, & ad æternam claritatem tibi, & ſubjectis noſtro ævo reficiatur. In laudem Chriſti regnantis in ſecula benedicti: Amen.

FINIS.

FRI-

A # FRIDERICHO ROM. IMP. AVGVSTO, A

ÆNEAS SYLVIVS PICCOLHOMINEVS S.

COmpellit me, divi Friderice, Cæſar Auguſte, Imperator piiſſime, nonnullorum inſcitia, (ſeu pertinacia eſt atque rebellio) tibi ut aliqua ſcribam, cùm de origine progreſſuq́; ſacri Imperii, tum de poteſtate authoritateq́; ſua. Nam cùm dietim meis auribus perſtrepant imperitorum, ne dicam maledicorum hominum voces, qui populos quoſdam ac principes, ſic liberos Francosq́; dicunt, ut nullo penitùs jure Romano Imperio ſint obnoxii, te verò ſubjectum legibus: nihil ex privilegiis cuivis datis te poſſe detrahere, & à tuis ſententiis atq́; mandatis appellare fas eſſe contendant: ſtatui breviter, nõ quod mihi videtur, ſed quod maximi autores, tam legũ interpretes, quàm ſancti doctores, de Cæſarea ſentiant poteſtate, in medium afferre: tuæq́; magnitudini non ad notitiam (quid enim eſt quod Principis pectus ignoret?) ſed ad recentiorem quandam memoriã revocare: ut confundantur, qui non veritati ſuos affectus, ſed veritatem affectibus coaptare nituntur. Accipe igitur pauca ex multis, ac breviſſima ex ampliſſimis: lege quod ſcribo, boniq́; conſule. Te namque res iſta concernit, ad me nihil ſpectat præter laborem & invidiam: quam ex æmulorum Imperii, tuorumq́; hoſtium indignatione conſecuturum me ſcio. Sed magis ego veritatem veneror, quàm illos timeo.

ÆNEÆ SYLVII PICCOLHOMINEI SENENSIS, DE ORTV ET AVTHORITATE IMPERII Romani, ad Sereniſſimum & invictiſſimnm Principem Fridericum Rom. Regem Libellus.

CAPUT I.

Quónam modo, & quánam cauſſa civilis vita cœperit.

ROMANA Regia poteſtas, quam ſacrum Romanum Imperiũ appellamus, ab ipſa humanæ naturæ ratione, quæ optima vivendi dux eſt, cuiq́; omnes parêre oportet, originem ducit. Exactis namque ex paradiſo deliciarum primis parentibus, cùm in agris
B homines atque in ſylvis beſtiarum modo vagarentur, victuque ſibi ferino vitam propagarent: animadvertit homo (nam rationis participem illum Deus creavit) hominem homini ad benè vivendum maximè conducere, ſocietatemq́ue fore plurimùm neceſſariam Sic ergo qui ſegregati priùs vitam in ſylvis, more ferarum ducebant, ſive docente natura, ſive Deo volente, totius naturæ magiſtro, inſimul convenêre, ſocietates inſtituerunt, domos ædificaverunt, oppida muris cinxerunt, artes invenerunt. Et cùm alter alterius commodis inſerviret, placebat mirum in modum ſingulis vita civilis: dulcisq́ue nimium videbatur & propinquorum & amicorum conſuetudo, cujus fuerant priùs expertes.

CAP. II.

VNDE ET QVA RATIONE Regia poteſtas cœperit.

VErùm ſicut ab homine multa parantur homini commoda: ſic nulla eſt peſtis, quæ homini ab homine non naſcatur. Cœperunt itaque homines violare ſocietatem, fidé frangere, pacem turbare, injuriari concivibus, vicinorumq́ue tum opibus tum matrimoniis inſidiari, rapere aliena, fas omne abrumpere.

Nec enim pacis æmula, mater litium, ſuiq́; prôdiga cupiditas paſſa eſt, diu manere jus ſanctæ ſocietatis illæſum.

Cùm ergo premeretur ab initio multitudo àb his qui viribus erant editiores, ad unum aliquem confugere placuit, virtute præſtantem, q & injurias ꝓhiberet inferri tenuioribus: & ęquitate cõſtituta, ſummos cũ infimis pari juré teneret: idq́; nedũ una in gente, ſed in pluribus factũ eſt. Atq; hi ſunt qui poſtea regis nomen obtinuerũt, quorũ conſtituendorũ cauſſam publica dedit utilitas, juſti propè mater & æqui.

Nec ſanè aliam ob cauſſam rege fuerat opus, nec tantæ dignitatis faſtigiũ cuiquam committere oportebat, ut cæteris omnib. prȩferretur, B honoraretur ab omnibus, ac ꝑciperet omnibus, niſi ut eſſet qui publica tueretur, & juſticiam miniſtraret.

CAP. III.

QVID POTISSIMVM DEceat Reges.

ESt enim Juſticia quiddam civile, ſocietatis humanæ vincula cuſtodiens, dum vel malefactorum punit iniquitatem, vel boois viris prȩmia tribuit. Eſt igitur Regum propriũ (ſicut Hierooymus inquit) facere judicium atq; juſticiam, liberare de manu calumniantiũ vi oppreſſos, ac peregrino, pupillo & viduæ, qui faciliùs à potentibus opprimuntur, auxiliũ impertiri. Quocirca niti omni ſtudio Reges debent, ut id muneris expleant, ad quod ſe noſcunt eſſe vocatos, ne juſtitiam negligant, ſed & pauperi ſimul & diviti ſuum jus tribuant: ſic enim pacem ſuis ſubditis, & ſibi tutũ tranquillumq́, regnũ parabunt. Sicut namq; Scriptura teſtatur: Quando rex juſtus ſederit ſupra ſedé, non adverſabitur ſibi quicquam malignum.

Principio igitur gentiũ nationumq; (veluti dictum eſt) ſumma poteſtas penes reges erat: quos ad faſtigium hujus majeſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio provehebat. Populus nullis legibus tenebatur, arbitria Principum pro legib. erant: his fines regni tueri magis quàm proferre mos erat, atq; inter ſuam cuiq; patriam regna finiebantur.

Digitized by Google

A

Cap. IIII.

QVARE MONARCHIA REgiaq; Romana poteſtas inſtituta fuerit.

VErùm cùm plurimos Reges orbis haberet, cœpit (ut fit) pluralitas principum diſcordiam parere. Namque cùm modò de finibus, modò de juriſdictione contenderent, nec eſſet qui lites dirimeret, niſi gladius, cùm nemo minorem ſe altero reputaret, ſtrepentibus bellis, nec civitas cum civitate, nec provincia cum provincia convenire poterat. dulceque illud ac ſuaviſſimum humanæ ſocietatis commercium prohibebatur. Sed affuit preſtò benigna humanæ naturæ providentia, quæ ſuopte ingenio ad optima tendit, nec vult quæ ſunt, quæque futura ſunt, malè diſpoſita. Hac igitur operante, ad unum principatum, quem Græci Monarchiam, noſtri verò Imperiũ vocitant, reduci ſingula placuit. Namque ut privatorum hominum exorbitantes impetus juſta Regum moderatione compeſci natura diſpoſuit: ſic & ipſorum regũ per unum principẽ immenſas frenare cupiditates inſtituit. Nec enim aliter pax univerſalis haberi poterat.

Hinc illud Aſſyriorum imperium exortum eſt, quod Ninus Semiramis conjunx, ſuper omnes populos Orientis extendit: quod nonnunquam per Medos & aliquando per Perſas conſtat adminiſtratum. Hinc Græcorum principatus, Alexandri Magni virtute atq; fortuna ex Europa in Aſiam atq; Lybiam ampliatus, ad obedientiam ſui mundum redegit. Hinc Carthaginenſe dominium per Africam Europamque latè patens, ad Scipionis uſque victoriam perduravit.

B

Sed cùm hæc imperia nunquam ſibi totum orbem ſubjeciſſent, ac propterea pacem univerſalem parere non potuerint, placuit ſive naturæ humani generis altrici, ſive ipſius naturæ domino rectorique Deo, Romanum Imperium excitare.

Cap. V.

QVIBVS OLIM MAGISTRAtibus urbs Romana regi cœperit, Et unde majeſtas Imperialis fuerit inſtituta.

ROma verò ab initio per Reges gubernata eſt, ſeptemque regibus paruit, quos conſtat omnem habuiſſe poteſtatem. Quibus exactis, Conſules conſtituti ſunt: penes quos ſummum jus uti eſſet, lege rogatum eſt. Sed hi quamvis poſſent cives cohercere, atq; in vincula publica deducere, in caput tamen civis Romani animadvertere non valebant: nec provocatio erat ab his prohibita. Quo in regimine permulti tumultus fuère, ſæpeque plebe cum patribus diſcordante, variata eſt gubernatio civitatis. Nam & aliquando per Decemviros, & aliquando per Tribunos, ſæpiùs tamen per Conſules regimen actum eſt. Populo deinde aucto, cùm crebra orirentur bella, & acriora quædam à finitimis inferrentur, urgente neceſſitate, placuit majoris poteſtatis conſtitui magiſtratum: prodieruntq; Dictatores, à quibus nec provocandi jus fuit, & quibus etiam capitis animadverſio data eſt: ſed temporaria fuit iſtorum poteſtas. paulatim namq; natura ad id quod optimum erat, iter parabat.

A

Ad extremum autem, cùm neque populus, neque Senatus, nec alii magiſtratus, ſatis probè provincias urbemque regerent, neceſſe fuit Reipublicæ per unum conſuli: conſtitutoque Principe, datum ei jus eſt, ut ratum eſſet quicquid ab eo conſtitueretur. Cui rei principium Julium Cæſarem præſtitiſſe, non eſt ambiguũ. Per eum namque regimina reipublicæ ad Imperatores perpetuò ſunt tranſlata.

Cap. VI.

IMPERATORIAM MAIESTAtem divinitùs à Chriſto Jeſu adprobatam eſſe.

IMperatorum poteſtas non ſolùm vi naturæ introducta eſt ad publicam utilitatem ſed etiam per Dominum & Salvatorem noſtrum Chriſtum Jeſum, Dei filium (in cujus manu ſunt omnia regna mundi) & verbo comprobata reperitur, & facto: qui & naſci voluit cùm univerſus deſcriberetur orbis, & Auguſti Ceſaris cenſum tulit. Nec hoc contentus, dari etiam pro ſe ac Petro tributum juſſit. Interrogatus quoque, An Cæſari dare cenſum liceret? viſo numiſmate: Reddite, inquit, quæ ſunt Ceſaris, Ceſari, & quæ ſunt Dei, Deo.

Hinc beatus Ambroſius: Si tributũ, inquit, petis Imperator, non negamus, agri eccleſiæ ſolvant. Et inſuper magnũ quidem eſt, & ſpeciale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur eſſe ſubjecti, ne quis conſtitutionem terreni regis putet eſſe ſolvendam. Si enim cenſum filius Dei ſolvit, quis tantus es, qui non putas eſſe ſolvendum? Aſſunt & alia Chriſti oracula quibus Imperii poteſtas extollitur. Namq; dum ait Pilato, Non haberes adverſum me poteſtatem ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper: quid aliud oſtendere voluit, quàm Romani principis, cujus vicem Pilatus gerebat, ex Deo poteſtatem prodire? Quòd ſi deſuper ad Cæſarem referamus, qui erat poteſtatis Pilati author, tantundem habemus. nam illam Chriſtus approbat, ac ſecundùm carnem ſe illi ſubmittit. Inde Juſtinianus Cæſar Imperium ſibi à cœleſti majeſtate traditum aſſerit.

B

Cap. VII.

ECCLESIASTICAM POTEſtatem à Chriſto pariter eſſe conſtitutam.

HInc etiam illa Chriſti verba trahuntur, cum dicenti diſcipulo, Ecce gladii duo hîc: Sufficit, inquit. quo dicto ſpiritualia ſummo Pontifici, & temporalia Cæſari, uti Doctores interpretantur, ſubjecit. ac ſi diceret: Duæ poteſtates ſunto, ſpiritualis & temporalis: quæ ſatis ſunt ad univerſalis Eccleſiæ gubernationem.

Hinc ſacri canones ad firmamentum cœli, id eſt, univerſalis Eccleſiæ, feciſſe Deũ in principio duo magna luminaria dicunt: id eſt,

duas

A duas poteſtates inſtituiſſe, quæ ſunt Pontificalis authoritas, & regalis poteſtas: & alteram diebus, id eſt, ſpiritualibus, alteram verò noctibus, id eſt, temporalibus præeſſe. Duo ſunt enim (ut Gelaſius inquit) quibus principaliter hic mundus regitur: authoritas ſacra Pontificum, & Regalis poteſtas. Quòd ſi quis percontetur, cur tantoperè laudetur unitas, cur duabus his poteſtatibus una duntaxat perſona non ſit præfecta? cùm & apud gentiles nonnúquam ſacerdotis officium obiverit Imperator: & in veteri Teſtamento legamus, Melchiſedech regem ac ſacerdotem fuiſſe, Nicolaũ papam audire debemus: ſic enim ait: Cùm ad verum ventum eſt, ultrò ſibi nec Imperator jura pontificatus arripuit, nec Pontifex nomẽ Imperatorium uſurpavit: quoniam mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus; pro actibus propriis & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis utriuſque diſcrevit: propria volens medicinali humilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in inferna demergi: ut & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum Imperialibus legibus uterentur. Quamvis ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minimè ſecularibus ſe negociis implicaret: ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet ſecularibus negociis implicatus. In patrimonio tamen beati Petri (ſicut Canones aſſerunt) liberè poteſt Apoſtolica ſe-
B des, nedum ſummi Pontificis authoritatem exercere, ſed etiam ſummi Principis exequi poteſtatem.

Cap. VIII.

ANTICHRISTVM NON VENturum, donec Imperium Romanum ſteterit.

HAbet quoq; Romanũ imperium (ut quidam autumant) aliud privilegium: nec enim eo ſtante venturum exiſtimant Antichriſtum. Sic enim doctoris gentium Pauli verba illa interpretantur: Qui tenet, teneat, donec de medio fiat: & tunc revelabitur ille filius iniquitatis, quem Dominus ſpiritu oris ſui interficiet. Quam ſententiam etiam divum Auguſtinum liquet eſſe ſecutum. Hæc igitur ſumma Romani principis authoritas, quam communis utilitas deſideravit, natura invenit, Deus dedit, Filius confirmavit, conſenſus hominũ approbavit, de ſtirpe duarum rerum, ſicut Juſtinianus ait, proveniens, vimq; ſuam exinde muniens: felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusq; populis dominari fecit. Nec gens ulla fuit orbe toto, quæ collum non inclinârit Imperio, niſi cui Romanus populus fœdum putavit imperare. Et quãvis aliquando ſumma poteſtas penes populum fuit: conſtituto tamen (ut diximus) principe, lege antiqua, quæ Regia nuncupatur, populus ei, & in eum omne ſuum Imperium, ac poteſtatem contulit. Nec enim vel populare regimen, quod Politicum, vel optimorum civium, quod Ariſtocraticum appellatur, tàm juſtum A tamq; pacificum eſſe poteſt, quàm Monarchicum, quod in Romano principe recognoſcimus. quod aliquando per Italos, aliquando per Hiſpanos, interdum per Afros, Dalmatasque conſtat adminiſtratum. Pervenit etiã ad Græcos, diuq; apud Conſtantinopolim tantæ gloria dignitatis permanſit. Et quamvis aliquando duo ſimul fuerint Auguſti, ut Diocletianus & Maximianus, nonnunquam etiam plures: id tamen uſurpatione magis quàm jure contigit. In apibus enim, inquit beatus Gregorius, princeps unus eſt. grues unam ſequuntur, Imperator unus. Obvenit autem hæc dignitas, nunc ſenatus electione, nunc militari favore, nunc Principis ordinatione.

Cap. IX.

QVARE ROMANVM IMPErium fuerit à Græcis ad Germanos translatum.

DEmum verò negligentibus Romam Græcis, eamq; nunc Barbarorũ, nunc aliorum direptioni relinquentibus, populus ille Romanus, q̃ ſuo ſanguine tantũ parârat Imperiũ, quã ſuis virtutib. monarchiã fundaverat orbis, venientem in auxilium ejus Carolum Magnum Francorũ regem, natione Germanũ, qui urbẽ ſacraq; loca ab omni hoſtiũ incurſione defendit, primò Patricium, pòſt Auguſtum, concurrente ſummi Pontificis conſenſu ſalutavit Cæſarem. Generali itaq; modo in Germanos Romanum Imperium conſtat eſſe translatũ, quod B per varias manus deductum, ad te deniq; dive Cæſar Friderice, per legitimam electionẽ derivatum eſt: tibiq; ſuprema in temporalibus eſt ex alto commiſſa poteſtas, ut bella fœliciter peragas, pacem decores, & reipublicæ ſtatum ſuſteotes. ad quas res omnes populi, omnes nationes, omnesque reges & principes tuo debẽt Imperio libentibus animis ſe ſubmittere.

Cap. X.

OMNES ET POPVLOS ET POtentatus jure ſub Romano Imperatore eſſe in temporalibus & ſecularibus, uti Pont. Max. in ſpiritualibus.

NAmq; ſicut in ſpiritualib. Romano Pontifici ſinguli patriarchæ, Primatesque,; cæteriq; pontifices & prælati ſubjecti ſunt, quamvis & hoc aliquando Græci negârint, & adhoc perfidum Huſſitarum genus inficietur: ſic & Romano principi temporales quoslibet liquet eſſe ſubjectos. Etenim cùm Canonũ authoritas Imperatorem in temporalib. eos præcellere dicat, qui ab eo recipiunt temporalia: quis nõ videt & populos & principes omnes ab Imperatore (qui mundi dominus eſt) recipere temporalia, ſibiq; idcircò debere obedientiã? Jure n. humano (ut Auguſtinus inquit) dicitur, Hæc villa mea eſt, hic ſervus meus eſt, hæc domus mea eſt. jura autem humana, jura Imperatorũ ſunt. Exinde, ſicut ab initio retulimus, cùm ratio ipſa naturalis oſtendat, unum eſſe principẽ oportere, qui lites dirimat, juſtitiã adminiſtret, populos in pace cuſtodiat, ac temporalib. præſit omni-

A omnibus: manifeſtum eſt, hujus muneris dignitatem Romano regi competere, quem diu conſtat in poſſeſſione ejus fuiſſe, nempe quamvis aliqui parêre Romano negent Imperio, nemo tamen poſt Auguſti Octaviani monarchiá, tantam veſaniam induit, ut ſub alio quàm ſub Romani regis titulo mundi dominum orbisq; principem ſeſe auſus fuerit appellare.

CAP. XI.
ERRARE EOS, QUI SE ITA adſerunt exemptos, ut nihil Imperio debeant.

CÆterùm, ut horum ſententiam expendamus, qui ſe tanta fretos aſſerunt libertate, ut nihil omninò Imperio teneãtur, quadamq; ſe potiri dicunt exemptione: quamvis iſtorum protervitati potiùs armis, quàm legibus obviandũ foret (ut quę jure ſe putant exemptos, eodem ſe ſcirent eſſe ſubjectos) libet tamẽ aliquid in hac re ſcribere. Cuncti profectò qui ſe eſſe ſub jugo negant Imperii, aut id privilegio ſe aſſerunt aſſecutos, aut virtute aliqua: privilegium autem ex beneficentia Imperii ſuſcepiſſe, aut aliunde: hoc ſecundo caſu non eſt opus confutatione. Cùm enim Romanũ Imperium adeò ſuper omnes mortales in temporalibus ſit erectum, manifeſti juris eſt, neminẽ eſſe, qui ei poſſit inferre præjudicium. Caſſa namq; ſunt omnia, atq; irrita quæ ab eo fiunt, qui poteſtatem non habet: nec ratum eſt quicquam, quod per injuriã agitur. Quòd ſi ab Imperio talis manaverit exemptio, dicimus eam B & hoc caſu nullius eſſe momenti: nam etſi maxima ſit atq; ampliſſima Romani principis authoritas: eo tamen privatur Auguſtus, ut ſui ſimilem non poſſit efficere. quod certè faceret, ſi regem aliquem in omnibus liberum à ſe redderet, & exemptũ poſſet namq; ſucceſſu temporis tot eximere, ut nedum ſibi parem, ſed etiam majorem ſe inveniret. quod eſſe abſurdũ, neminem fugit. idcircò namq; princeps Romanus Auguſti nomen accepit ut non minueret, ſed augeret Imperii poteſtatem deberet. Nec propterea minor eſt ejus authoritas, quia ſimilem ſibi non poteſt creare: ſicut nec Deus deſinit eſſe omnipotens, quamvis in Deitate non poſſit niſi unicus fore.

CAP. XII.
MONARCHIAM VEL SOlam pacis univerſalis eſſe cauſſam, quam & illa conſervet.

PRæterea cùm (ſicut ſuprà retulimus) ex jure naturæ fundatum conſtet Imperium, atque ad pacem tenendam juſtitiamq; diſtribuẽdam Monarchia ſit neceſſaria: certũ eſt, talia privilegia nõ valere, quæ multitudinem ſummarum afferunt poteſtatum. Naſcuntur enim ex hoc diſcordiæ, frequentes fiunt rapinę, multimodæ committuntur neces abſq; numero: cùm pace turbata hinc atq; inde bella graſſentur, exiſtente nemine qui majori omnibus jure ordine litibus poſſit imponere modum. Quòd ſi uno ſub capite viveremus, ſi unam omnes ſequeremur obedientiam, ſi unum duntaxat in A temporalibus ſupremum Principem recognoſceremus, floreret ubiq; terrarum pax optima, dulciq; omnes concordia frueremur. Cujus rei ſignum eſt manifeſtũ, quod ab initio naſcentis mundi uſq; in hoc ævi, nunquam pacem fuiſſe legimus univerſalem niſi cùm in unum Cęſarem Auguſtum, in modum cœleſtis regni, totus orbis oculos dirigebat. Quod licèt ob reverentiam Chriſti redemptoris noſtri tunc cõtigerit, qui noſtram humanamq; formam induit: ſufficere tamen debet, divinum illum mundi fabricatorem, viam hanc oſtendiſſe pacis habendæ, cùm orbis ſub uno principe regeretur. Liquet igitur, privilegia, quæ monarchico regimini obviant, ex quacunq; veniant poteſtate, non habere vigorem: eaq; non ſolùm per ſucceſſorem ſed ab ipſo quoq; qui conceſſit, eſſe caſſanda: nec enim tolerare Principem decet, quæ ad ſubverſionem tendunt Imperii.

CAP. XIII.
ERRARE QUOQUE EOS, QUI ſe ſuis virtutibus exemptionem ab Imperio meruiſſe ferunt.

SEd ajunt aliqui, propriis ſe virtutib. id privilegii meruiſſe, quamvis Imperii non intervenit authoritas. dicunt enim ſe ſuis armis, ſuoq; ſanguine provincias vendicaſſe, quæ vel à barbaris, vel ab hoſtibus Chriſtiani nominis occupabantur, nec Romanũ recognoſcebant imperium. Quod quàm ridiculum ſit, injuſtũ, abſonum, ex ſuperioribus licet intueri. Inſuper quoque, ſi dignum hoc eſt, nec illud erit B indignum, ſi quod aliquis injuſtè rapuit, alius vi recipiat, ſibique teneat, nec vero domino reddat. quod nemo dixerit eſſe juſtũ. Conſtat enim omnes provincias (ut antè diximus, ſub Imperio quondam fuiſſe, cujus directum dominium apud Romanum principem aſſiduè manſit. Itaque licet barbari ſupervenerint, viq́ue illas invaſerint, ſi tamen poſtea recuperatour, non vindicatori dandæ, tanquam ex empto, quamvis laudandus præmiandusq; ſit, ſed imperio ſunt reſtituendæ. Nullius enim tanta laus eſt, tantaque virtus, ut ejus cauſſa deſtitui debeat imperium.

Semper namque major eſt utilitas publica, quàm privata: nec committendum (ut jam pbavimus) quòd propter cujuſquam merita, poteſtas aliqua erigatur Imperio ſimilis: qualis in exemptis eſſet, qui nullum ſuperiorem admitterent. quæ res Monarchiæ dignitatis nervos elidit. Schiſma ſub Imperio facit, & omnem humanæ ſocietatis cõcordiam dirimit.

CAP. XIIII.
QUID VENIAT APPELLAtione Sub Imp rio eſſe.

NOn tamen propterea Regum & aliorum principum magnam eſſe poteſtatem inficiamur, ſed eſſe eos ſub Imperio dicimus eorumq; correptionem, quando tyranni efficiũtur, ad Romanũ principẽ pertinere, cauſſas regum aſſerimus Cæſari remittendas, tenerique omnes

A omnes pro ſalute communi Imperatori parêre, venire ad bellum vocatos, conferre impenſas, mittere auxilia, præbere tranſitum, elargiri commeatum, nihilque fugere quod Cæſarea majeſtas injunxerit. ut quam ipſi à ſuis ſubditis obedientiam exigunt, eandem ſuo domino præſtent Imperatori.

CAP. XV.

QVIBVS DE CAVSSIS AB Imperatore privilegia data revocari poſſint.

VErùm quoniam de Privilegiis mentio incidit, dicemus aperte, quid in re hac priſcæ doctores ſapientiæ tradiderint Eſte quidē Romani principis, civitatibus, principibus, regibus, tum propter merita, tum propter urgentes cauſſas, privilegia elargiri: ſed ea talia eſſe convenit, quæ vires Imperatoriæ poteſtatis nequaquam extinguant: eaque poteſt Imperator tàm à ſeipſo, quàm à ſuis anteceſſoribus conceſſa declarare, interpretari: ac cùm cauſſa fuerit, abrogare, vel illis derogare. Auferuntur namque privilegia, cum ex falſis narrationibus obtenta ſunt: impetratis namque carere debet mendax precator. revocantur, cùm malè utuntur, qui illa ſunt aſſecuti. Privilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. caſſantur. cum malè mereri incipiunt, qui eadem benè merendo obtinuerunt. irritantur, ſi damnoſa Reipublicæ
B reperiantur: quæ cùm data fuerunt, erant utilia. vel ſi bonis moribus contrariantur: aut ſi magnā imperio jacturam ſervata faciunt, quæ ſublata grandem præberent utilitatem Quoniam ſicut majus bonum minori præponitur, ita communis utilitas ſpeciali præfertur utilitati. Nec ſanè privilegia ulla conferre, vel tolerare Cæſarem convenit quæ vel delicta inducant, vel communem auferant commoditatē. Ideo namque imperialem fortunam rebus humanis Deus præpoſuit ut poſſit omnia quæ noviter contingunt & emendare, & componere, & modis & rebus competentibus tradere. Abſque tamen rationabili cauſſa nec auferenda ſunt privilegia, nec derogandum eſt eis. Omnis namque poteſtas quæ à Deo data eſt, ut inquit Apoſtolus, in ædificationem tradita eſt, non deſtructionem Quæcunque igitur privilegia juſtè conceſſa ſunt. manentque juſtè, ſine detrimento Reipublicæ ſervanda ſunt. Decet enim privilegium principis eſſe manſurum. At cùm privilegium quod olim utiliter conceſſum eſt damnoſum efficitur: ſatius eſt evellere malam arborem, quàm nutrire. Si enim, juxta Evangelicam veritatem, arbor quæ fructum non adfert. excindi debet. in ignemque mitti: quantò magis excindenda eſt, quæ Reipublicæ officit arbor?

CAP. XVI.

IMPERATOREM NON OBligari ad rationem reddendam ſuorum factorum, ſed de iis benè præſumendum eſſe.

VErùm, cùm in omnibus quæ geruntur à Principe. cauſſa præſumatur & ratio facti, ſi quando vel abrogare privilegia, vel ipſis derogare Principem contingat injuſtè: quamvis liceat eum per viam ſupplicationis informare, humiliterq; petere reſtitutionem: non tamen reclamare licet, vituperare vel impugnare, ſi perſeverat: cùm nemo ſit, qui de ſuis factis tēporalibus poſſit cognoſcere. Tolerandum eſt patienter. quod Princeps facit, quamvis iniquè: expectandaq; eſt ſucceſſoris emenda, vel ſuperni correctio judicis, qui violentias atque injurias non ſinit eſſe perpetuas Cogitandum inſuper eſt, quod Princeps agit, Dei fieri permiſſione. Quia cor regis (ut inquit Scriptura) in manu Dei eſt, & ubi voluerit, inclinabit illud. Deus autem ſæpè propter peccata ſubditorum depravari permittit vitam rectorum Ex quo fit, ut occulto Dei judicio, apud Deum juſta nonnunquam reperiantur, quæ nobis videntur injuſta.

CAP. XVII.

CAESAREM ETIAM MALIS vel bonis, auferre poſſe bona temporalia.

DIcendum eſt etiam aliud, quod aliquib fortaſſe durū videbitur, & abſurdum: ſed non debet taceri quod verū eſt, dictuq; utile. Quid obſtas penna? quid moleſta es? cur non reddis atramentū? exprime Cæſaris privilegium: nullum timeas, dum vera ſcribis. Nempe liberū eſt Imperatori, non ſolum homini nequam, ſed etiā viro bono ac de republica benemerito, proprium agrum, proprias domos, propriasq; poſ- B ſeſſiones auferre, ſi Reipublicæ neceſſitas id expoſtulat Hinc videmus prædia ruſtica, quæ bellis imminentib. damnoſa ſunt civitati cum ædificiis incendi, agros effodi, vineas amputari, frumenta ex privatis horreis, pecuniasq; ex arcis ad publicum uſum deduci, quamvis hoc ſingularibus hominibus videatur eſſe damnoſum: minus tamen malum eſt privatos viros luere, quam Rempublicam peſſundari.

CAP. XVIII.

REMPVBLICAM AB OMNIbus eſſe privata rei, utilitatiq; praponendam.

NAm nec opes privatæ ſtare poſſunt niſi ſalva Republica. his tamen hominibus qui propter Rempublicam ſingularia perferunt detrimenta, ex publico compenſandum eſt: atque ita curandum, ut incommoditas belli non ad unum vel paucos ſed ad omnes æqualiter perveniſſe videatur. Quòd ſi Reipub. ſtatus id non patitur tolerabilius unum eſt pati, quàm univerſos. Nam ſi civis pro ſalute ſua omnia dabit quęcunq; habet quantò magis id Reipub. cauſſa faciet: cùm nō ſolùm nobis nati ſimus. ſed etiam Reipub cui non minus quàm nobis ipſis debemus parare divitias. Nautæ, cùm tempeſtas emerſit quæcunq; ſunt in navi bona, pro ſalute perſonarum dejiciunt Quòd ſi hominem aliquem naufragii præſtare cauſſam putant, & hunc etiam marinis committūt fluctibus: ſicut de Jona legimus in ſacris literis, & apud gētiles de Orione ſcribūt Poetæ: Expedis.

A dit namque unum hominem mori pro populo, ne tota gens pereat: quam rem bonus civis æquo animo pro Repub. tolerabit. Apud Romanos Curius libenti pronoq́; animo pro ſalute reliquorum civium in hiatum terræ ſeſe præcipitavit. Apud Græcos, Iphigeniam pro felici omnium navigatione, jubente patre, ſacrificatam. Hiſtorici tradunt. Sicut enim membra quędam amputantur, ſi ipſa languere, & tanquam ſpiritu carere cœperint, ne reliquis noceant corporis partibus. ſic & aliqui homines propter Rempub. pati debent, quamvis nihil mali videantur promeruiſſe, ſi cum ipſis Reſpublica perit, quæ ſine ipſis ſalva eſſet. Turpis enim eſt omnis pars, quæ ſuo toti non convenit: & ſemper minus malum tolerandum eſt, ut evitetur majus: nec grave videri debet, ſi pro ſalute corporis pedem vel manum ut ſunt in Repub. cives, dicimus reſecandam, cùm Princeps qui caput eſt, myſtici Reip. corporis, cùm ſalus communis expoſtulat vitam ponere teneatur: ſicut Athenienſem Codrum, & apud Lacedemonios Leonidam tradunt feciſſe, qui pro ſalute ſuorum civium ultroneas obierunt mortes. Imitandus eſt enim Chriſtus Jeſus, qui non ſolum paſtoribus ut animas pro ſuis ovibus ponerent, imperavit, ſed ipſe quoque cùm eſſet caput Eccleſiæ, princeps & rector, ut nobis mortem demeret, voluntariam mortem ſubivit. Nunc quemadmodum circa leges habere ſe Principem oporteat, breviter abſolvendum eſt.

B

Cap. XIX.

IMPERATORIS ADEOQVE Cæſaris eſſe, condere, ſolvere, interpretariq́; leges.

Leges ſacratiſſimas, quæ conſtringunt hominum vitas, univerſique mundi cervicibus imponuntur, ſolius Imperatoris eſt condere, cui quicquid placuerit, legis habet vigorem. Quodcunq; enim Imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decrevit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat In legibus autem conditis. ſi quid viſum fuerit ambiguum, ad imperiale culmen, per judices referri debet ut ex authoritate Auguſta manifeſtetur, cui ſolùm cõceſſum eſt leges condere & interpretari. Nec quiſquã ſanæ mentis negabit leges poſſe ab eo diſſolvi, à quo ſunt conditæ: cumq́; Imperator ſit, qui vim legibus authoritatemq́ue impartitur, conſtat & ipſum legibus derogare poſſe, illasq́; abrogare, cùm cauſſa fuerit rationabilis. Etenim ſi Decemviris data facultas eſt, decem tabulas legum ex Græcia miſſas interpretari atq; corrigere. Si Prætoribus permiſſum eſt jus novum condere, vetusq́ue reprehendere, quis non hanc facultatem in Cæſare recognoſcat? in quem totam, (ſicut ante relatum eſt) Romani populi poteſtatem conſtat eſſe tranſlatum.

Cap. XX

IMPERATORES NON ESSE legibus ſubjectos: oportere tamen illos juxta leges judicare.

A

Verùm cùm nihil tàm ſtudioſum in omnibus rebus inveniatur, quàm legum authoritas, quæ & divinas & humanas res benè diſponit, & omnem iniquitatem expellit: dignum eſt Principem ſecundùm leges & vivere & judicare. Eſt enim lex inventio quædam & donum Dei, oculus ex multis oculis & intellectus ſine affectu. Nec facilè diſſolvi debet, quod à pluribus accuratè digeſtum eſt, cũ magna lucubratione introductum. Hinc dicere conſuevit Imperator. Digna vox eſt majeſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri. Quod quamvis pulchrum eſt dicere, non tamen aſſerendum eſt, Imperatorem legibus eſſe ſubjectum, cùm ſit ſolutus, Eſt enim aliud quiddam, cui plus quàm legibus obnoxius eſt Imperator. hoc ipſum æquitas eſt, quæ non ſemper invenitur ſcripta Æquitas enim eſt, quod pręter legem ſcriptam juſtũ eſt. Quod ſi aliud lex jubet, aliud æquitas ſuadet convenit Imperatorem juris rigorem, æquitatis freno temperare, cui ſoli inter æquitatem jusque interpoſitam interpretationẽ licet & incumbit inſpicere. Præſertim cùm nulla juris ſanctio, quantumcunque digeſto perpenſa conſilio ad varietates humanæ naturæ & machinationes ejus inopinabiles, ſufficiat.

B

Cap. XXI.

LEGES HVMANAS QVANdoq́; mutari, abrogariq́; poſſe.

Cumque humani juris conditio ſemper in infinitum decurrat, nihil ſit in ea quod ſtare perpetuò poſſit (multas enim formas eadem natura novas deproperat & ſecundùm tempora ſtatuta variantur humana manifeſtũ eſt ævi curſu quæ leges olim juſtæ fuerũt injuſtas reddi fieriq́, nũc inutiles, nunc duras, nũc iniquas. Ad quas moderãdas opꝰ eſt principe, qui legũ Dominus eſt. nã ſi quid in eis latũ fortaſſis obſcurius fuerit Imperatorem convenit declarare, duritiamque legum ſuæ humanitati contrariam & incongruam emendare.

Quòd enim dicitur, legem quamvis duram eſſe ſervandam inferiores judices, non Cæſarem reſpicit. In quo eſt vis illa moderandarum legum, quam ἐπιείκειαν vocant quæ tam annexa eſt ſummo principi, ut nullis poſſit humanis evelli decretis. Sed hac ſuprema poteſtate ſine magna & urgenti cauſſa uti principem minimè convenit: imitandus eſt enim ille Theopompus Ariſtotelicus, qui ut principatum ſuum efficeret diuturniorem, rarò hanc poteſtatem exercebat. Quamvis enim lex Imperii, ſolennibus juris Imperatorem ſolverit: tamen nihil tàm proprium eſt Imperii. quàm legibus vivere. Nec mutandæ ſunt leges ſine cauſſa, nec novæ inſtituendæ abſque evidenti utilitate: & licet in omni principis actione legitimã ſubeſſe cauſſam, reputare nos deceat, qui ab

A ejus placito non poſſumus reſilire: cavendum tamen Imperatori eſt, ne ſine ratione libidines potiùs ſuas, quàm juſtas leges ſequatur, fiatque Deo maximo reus, apud quem potentes potěter tormenta patiuntur, qui juris æquitatisque tramitem reliquerunt.

Cap. XXII.

AB IMPERATORIS SENTENtia, nec poſſe, nec debere provocari.

NUnc ultimo loco de appellationib. tranſigamus: eosq; confutemus, qui à ſententia ſummi Principis aſſerunt appellandum. Etenim ſi à præfectis prætorio provocatio nō recipitur, qui ſubſunt Cæſari: multò minùs recipienda eſt, ſi Cæſar ipſe ſententiam tulit, qui nullum habet in temporali cauſſa ſuperiorem. Hinc litigatores cauſſas jubentur ſuas, quæ coram tribunali ventilantur, Auguſto plenè inſtruere, ne lis incognito negotio dirimatur, adempta copia conquirendi. Exinde cùm in præfectis prætorio idcircò non admittatur provocatio, quia credit Princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos eſſe quàm ipſe judicaturus fuiſſet: quis nō intuetur apertè, rationem iſtam multò magis in Cæſare nullam provocationem admittere? quis inſuper provocari à præfectis prætorio prohibuit, niſi Cæſar? quòd ſi Cæſar ſic judicem ex ſuis aliquem extollit, ut ab eo appellari nequeat: quia
B tam hebes eſt, ut à Cęſare reputet appellandū? Notum inſuper eſt, non licere à legibus appellare.

Lex enim (ut dictum eſt) quanquam dura, ferenda eſt. At cum ſententia Principis, partibus omnibus conſtitutis lata, non ſolùm illi cauſſæ pro qua introducta eſt, ſed omnibus ſimilibus lex ſit: quis eò temeritatis excedit, ut à ſententia, quæ vim legis habet, appellet: cùm Romani non ſolùm à legibus, ſed ab his quoq; appellare prohibuerint, qui juſſu populi decem tabulas intueri legum, reformareq; tenebantur? Sed appellant quidam rurſus ad Cæſarem adjunctis principibus: quaſi major ſit Imperator cum illis, quàm ſine illis. Quod ſi verum eſſet, iterum etiam ab Imperatore ac Electoribus ad ipſos adjunctis aliis principibus, appellare liceret, & uſque in infinitum proceſſus fieret, cùm homines in propriis factis affectione magis quàm veritate ducantur, ac ut plurimùm juſtam ſe putent habere cauſſam, minusque juſtè contra ſe judicata approbant, ſed vana atque inania ſunt iſtorum fundamenta. Tanta eſt enim in Cęſare poteſtas, ſine principibus, quanta cum ipſis. amat enim unitatem ſuprema poteſtas, ſuaque ſponte ex multitudine fugit ad unum.

Cap. XXIII.

IMPERATOREM BIFARIAM offendi ab eo, qui ab ejus appellat ſententia.

A CUmq; in Cæſare ſumma poteſtas ſit, ſummaq; authoritatis plenitudo, nil eſt quod adjunctis principibus authoritatis accedat: quoniam neque ſummo adjici quicquam poteſt, neque plenum poteſt effici plenius. At qui provocat, quaſi ſuperiorem appellat, qui latam contra ſe iniquam ſententiam corripiat: qua in re, duplici temeritate Majeſtatem lædit Imperialem. nam & ſuperiorem nititur aſſignare ei, qui omnibus principibus eſt ſuperior: & iniquitatem illi aſcribit, quem ſemper æquum juſtumque reputare debemus. Quapropter qui talia tentant, non ſolùm prohibendi ſunt, ſed etiam debitis pœnis atq; animadverſionib. coërcendi. Cùm juxta canonicas ſanctiones quædam ſint culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam. Etenim quamvis à ſummo ſolio nonnunquam procedat iniquitas, injuſtumque judicium prodeat: non tamen idcircò locus eſt appellationi cùm nemo ſit judex, qui temporalia Cæſaris facta valeat examinare. Utilius inſuper eſt Reipublicæ ad extinguendas lites, paucis injuſtè oppreſſis appellationis beneficium denegari quàm multis calumniantibus, poſtquā juſtè dominati fuerint, querelarum januas aperire. Cùm rariſſimi ſint, qui ſe juſtè reputent condemnatos: ſemperque minus malum tolerandum ſit, ut B
evitetur majus. Nempe ubi ſemper licitum eſt appellare, ibi quoque lites ſine fine reperiuntur: ibi ſunt inimicitiæ, ibi contentiones, ibi nova dietim ſcandala. Quòd ſi civitates aliquæ à ſuis præſidibus appellari non ſinunt, quis tu es, qui velis à ſupremo Cæſaris tribunali appellare? majorisque authoritatis unum civem in dignitate conſtitutum, quàm Imperatorem reputare? An non, ſicut in ſpiritualibus unum caput eſt, à quo nullum appellare licet, & ad quem ab omnibus appellatur, ſic etiam convenit in temporalibus obſervare? Romani pontificis ſententiam nulli fas eſt, in irritum revocare. Romani principis voluntatem nemo poteſt impugnare. Satius enim eſt iniuſtam ſententiam iſtum ferre, vel illum, quàm per querelas id agi, ut imperio ſuperior detur. Si enim ab Imperatore vis appellare, ab eo quoq; provocare deſiderabis condemnatus, quem poſt Cæſarem appellaſti. nec tuis inveniri poterit appellationibus modus. Quòd ſi alterius judicio vis quieſcere, quin potiùs arbitrio quieſcis Imperatoris, quem ſuper omnes mundi homines in temporalibus Deus conſtituit?

Si tandem finis litium, ſit caput inter principes, ſit qui temporalia terminet: auferatur materia litigandi perpetua, cognoſcant homines ſe principi eſſe ſubjectos, Imperatoremque mundi Dominum, tanquam Dei vicem in temporalibus gerentem venerentur. & ſicut quæ Deus jubet, implenda ſunt, nihilque contrà replicandum eſt: ſic temporalia Cæſaris man-

A data ſine repugnatione ſuſcipiant. Curent autem ipſi Cæſares, ne quenquam injuſtè opprimant, cauſſamq; præbeant hominibus ad Deũ clamandi, cujus eſt terra & plenitudo ejus: qui nec obliviſcitur clamorem pauperum, & propter injuſticiam de gente in gentem transfert imperium. Nihil eſt enim quod illi maximo Deo, rectori orbis, cœliq; fundatori gravius ſit, quàm juſtitiæ neglectus, indignaque pauperum oppreſſio. Sicut enim Pſalmiſta canit: Non in fine oblivio erit pauperis. Patientia pauperum non peribit in finem.

Cap. XXIIII.

SVMMATIM NEMINEM REbus in omnibus temporalibus eſſe Imperatore ſuperiorem, poſt Deum Opt. Max.

HÆc tibi, Dive Cęſar Friderice, de tua ſufficiat ſoprema poteſtate, breviter & ſuccinctè ſcripſiſſe: ex quibus percipere potes, quanta ſit tui ſolii, quamq; admirabilis authoritas, cùm nemo tibi in temporalibus præſit, & tu omnes præcellas: cùm nemo ſit qui tuum in temporalibus refugere poſſit imperium, & A tuum ſit omnibus imperare: cùm nemo ex tuo judicio ſit exemptus, & tu omnes temporales valeas judicare: cùm nemo à te ꝓvocare queat, & ab omnibus ad te liceat appellare temporalibus: cùm privilegia legesq; poſſis interpretari atque corrigere: cùm ad tuendam Imperii Majeſtatem, Reiq; publicæ ſtatum ſervandũ, omnes populi, nationes, principes, reges, tuis debeant obedire mandatis. Quæ cùm ita ſint, cavere tamen debes, ne ſine ratione aliquid agas: ne vel ad tuam voluptatem potiùs quàm ad ſubditorum otilitatem regas imperium, atque ſic ex rege fias tyrannus, cum quo nolla nobis ſocietas, nullumq; debet eſſe commercium, ſed potiùs ſumma diſtractio. Quod ut evites, tantò magis eniti debes, quantò propter pacem populis datam, joſticiam benè adminiſtratam, Remq; publicam ritè directam, te actorem facti in ſublime provectum, gratiori ſemper tranquillitate Deus cuſtodit. Vale feliciter, ex Vienna, Kal Martiis: M.CCCC.LXV. Regni tui anno ſexto.

F I N I S.

VLRICHI HVTTENI IN LIBELLVM LAVRENTII VALLÆ CONTRA EFFICTAM ET ementitam Conſtantini donationem, ad Leonem decimum Pontificem maximum,

B PRÆFATIO. B

TANDEM eorum qui à divulgando Laurentii Vallæ in Conſtantini donationem libello deterrebant, opinionem tua pervicit ſplendida & conſolationis plena promiſſio pontificatus tui initio, jubente te, expreſſa, pater beatiſſime. Poſtquam enim tu ſemel, conticeſcente jam bellica Julii ſecundi tuba, velute pacis percuſſo cymbalo, orbem Chriſtianum ad ſpem libertatis erexiſti, omnia omnes, quæ licere ſciunt, uſurpanda ſibi putant. Ego verò, etſi antè perſuaſus eram, ſi te contingeret ſumma rerum præeſſe (quandoquidem ſic coluiſti optima ſemper ſtudia, ut tuus in iis profectus cum eruditiſſimorum hoc tempore virorum doctrina æquari facilè mereatur) non paſſurum, ut ex veterum monumentis quicquam te pontifice depereat: tamen ubi illam legi, publicè in Italia propoſitã inſcriptionem, Leoni X. Pontifici Maximo, Restauratori Pacis: *exilui repentè, quodam concitatus mirificè inopinato gaudio: mihiq; redditus, ex diuturna priùs animi commotione, quòd viderem indigna multa ſub tyrannis pontificib. perpeti nationem hanc. Itaq; gratulor huic ætati, quæ te auſpicatiſſimo pacis ſuborto ſidere, ex diuturna tyrannidis caligine, ad novã libertatis lucem reſpicit. Te vere pontificem autem, qui pacem adfers: quam qui nõ habuerunt anteceſſores tui, pontifices non fuerunt. Neq; enim ſequebantur Chriſtum, qui pacem ſuis dedit, eandemq; hæreditariã reliquit: Pacem (inquiens) meam do vobis. pacem meam relinquo vobis. Igitur & vicarii ejus non fuerunt, cujus vicem non tenuerunt. Dei enim regnare, eſt pacem tenere. Imò alieniſſimi fuerunt à Chriſto, cujus aſpernati ſtudia, diverſum vitæ genus ſequuti ſunt. Illius pax eſt enim, hi bella ſequebantur. Ille ſervare docendo homines ſtuduit, hi perdere armis ſatagebant. Ille ſuum cœleſte regnũ eſſe oſtendit, hi primo loco mundi imperia quæſiverunt. Ergo nec beati fuerunt, quia pacifici non fuerũt: nec filii Dei fuerunt, quia Beati (Chriſtus inquit,) pacifici, quoniã vocabuntur filii Dei. En per te reſtauratã pacem igitur, quæ iſtorum perverſitate collapſa ferebatur. Atq; hanc literati inprimis homines magno acceperunt, exhibente te, gaudio.*

Deinde ii quoq;, à quibus injuſtè ablata per fraudem multa fuerant, cupidiſſimè complexi ſunt. Venit enim cum pace unà, reſtituente te, juſtitia: quoniã juxta Prophetæ verbũ, hoc potiſſimùm tempore juſtitia & pax oſculatæ ſunt. Venit & fides, & illa venit temporis filia veritas: ac regiæ abundè virtutes, clementia & manſuetudo. Vides, quot ſimul bonorũ auctor fueris Leo decime? Tu pacem adferens, pacis ſimul, hoc eſt, optimarũ artium invexiſti ſtudia. Et juſtitiã reddidiſti, quia in pace leges ſunt. ex legibus verò juſtitia eſt. Et libertatẽ reduxiſti: quam comitata veritas, magno & ipſa temporum tuorum hominibus emolumento fuit. Pax etenim eſſe in tyrannide nulla poteſt, quia fides non eſt. Nec juſtitia eſſe poteſt, quia ſuũ cuiq; non eſt: & quia leges opprimunt tyranni, nec verũ dicere licet, quia libertas nõ eſt. At nunc verè liberi ſumus, quia pacẽ habemus: quam habẽtes, pacis quoq; adhibebimus ſtudia. Quod igitur

ſub ſu-

A ſub Julio, bellorũ auctore, nõ licuit, ut eſſet hæc tranquillitas: id ſub te pacis reſtauratore uſurpabimus, ut in literis conquieſcamus. Proinde in lucem prodeat, ſi quid diu latuit: & eò majori cum fiducia prodeat, quantò quidq; verius, quantoq; ſyncerè magis ſcriptũ eſt. Qualis hic eſt liber: quem alii idcircò non tulerunt pont. quia verũ audire noluerunt: tu idcircò amabis, quia veritatis jam antè poculum nobis propinaſti. Nam ad te meliore conſcientia pontificem quid pertinet, quòd contrà Eccleſiaſtici ſtatus dignitatem ſcriptus ab illis ferebatur? Aut quòd in pontifices maledicum eſſe dicebant? Profectò enim neq; fuerunt pontifices illi, qui finxerunt Conſtantini donationem: quia paſtores non fuerunt. Neq; Eccleſia fuit, quæ eam accepit: quia Chriſti fidelium conventus non fuit. Si enim fuiſſent paſtores, paviſſent oves Chriſti, non devorando invaſiſſent. Et ſi Eccleſia fuiſſet, utiq; vocaſſet ad vitam & libertatem Gentes, non ſub jugum traxiſſet imperia & nationes. Sic illa enim loquitur: Venite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. A

Certè implet, quos accepit: hæc ille malignantiũ conventus inanibat, & exhauriebat. Tum paſtores eſſe bonos vicarios ſuos juſſit Chriſtus, nõ voraces lupos. Sic n. Petro dixit: Petre amas me? paſce oves meas. Paſce (dixit) oves meas: nõ, devora plebem meam ſicut eſcã panis. Et in Apoſtolatũ vocans: Faciã vos (inquit) piſcatores hominũ, h.e. Faciam ut prædicando, & bona exempla edendo, alliciatis ad veritatem errantes à fide. Quod quia tu ſequeris, ad officium reduſſe hunc ordinẽ, te id efficiente, ſe pacem, te libertatem, te juſtitiam & veritatem revocante, gaudemus & exultamus. Quæ lætior namq; audiri vox potuit? Quod ſuavius verbũ? Itaq; parvo negotio (puta uno propoſito verbulo) magnã ſuſtuliſti è medio hominũ veſtrorum indignationem, vehementis compoſuiſti animorũ motus, exitia intervertiſti, tumultus compeſcuiſti. Quod futurũ igitur fuit, ſi in malum aliquem pontificem incidiſſent hæ hominum cogitationes, ut vi & violentia eriperemus ab injuſtis poſſeſſoribus multa: hoc per te factũ eſt, ut citra turbã quieſcendo conſequamur omnia. Vides quale tuum factum interpretor, verè pontifex Leo? Quod armis perſequendũ erat, id beneficentia acceptũ tuæ referre licet. Quapropter deſinant quidã metuere, ne tu ægrè feras, fœdatur hic denuò liber: quod illi antè præpoſteri pontifices, ne haberetur in manibus, vetuerũt. Nihil.n. eſt tibi commune cũ illis: quia nihil fuit ipſis cũ Chriſto. Nã illi ſub fraudis fuco ſecularia ad ſe imperia traxerunt: tu in ſyncero veritatis ſplendore cœleſtem dominationem, i.e. pacis regnũ aperuiſti. Per te illa igitur Chriſtiana reviviſcit veritas: quæ cùm oppreſſa diu fuerit, nunc ſe colligit: & captiva jam pridem ab illo reducta obſcuritatis carcere, lucẽ revidere meretur. Qua fiducia elatus, audet ab inferis exurgens Valla, in hominũ aures atq; oculos recipere ſeſe: ob id magis etiã, quòd fuit tuis olim majorib. charus: à quib. ut hanc veluti hæreditariã accepiſti virtutem, ita in aliis minimè degeneras. Nã ſicut eruditione illum magiſtrũ tuum Politianũ referſ: ita moribus ab atavo Coſmo alienus minimè videris. Cujus quemadmodũ prima laus fuit, quòd in ſua civitate unus omnia potuit, nõ omnia voluit: ita tuũ quoque encomion eſto, quod cùm regnare ut Imperator poſſes, cuſtodire ut paſtor mavis. Sed in Coſmo fuit hoc in B primis mirandũ, quòd ineruditus ipſe coluit eruditos, undiq; ad ſeſe accerſens, & ope atq; opibus juvans. B
Laurentius verò pater & coluit doctos, & fuit ipſe doctrina inter primos ſuæ ætatis commemorandus. Felicem hanc igitur domũ, quæ juvandis inſtituta eſt literis. Cui alteri enim debentur ſeculi hujus dotes? Cujus alterius beneficio revocatæ ab interitu Græcæ pariter ac Latinæ ſunt literæ? Ut ſoli ſint in Italia Florentini, quos, tanto accepto commodo, tyrannorũ pœnitere non debeat. Scilicet charus fuit majoribus tuis Valla, cùm viveret: tibi ob illorũ reverentiã, ne mortuus quidem negligendus eſt. Ubi ſunt illi itaq; metuendũ qui putabant, ut ferres tu operis hujus divulgationem? Quaſi verò unquã ab animo tuo receptaſit fraus eorũ, qui ſceleratè mentiti ſint de Conſtantino: aut nõ is ſit libellus hic, qui legi ab omnib. non poſſit tantum, ſed neceſſariò debeat etiã: cùm permagnus ſit ex eo fructus, dum veritas pernoſcitur. At maledicus eſt: imò verò idcircò bonus, quia in malos acerbus eſt. At in pontifices impius eſt: imò in tyrannos ejus. Nam ſi præmia debentur apud Græcia civitates tyrannicidis, quid iis dabimus, qui tyrannidẽ quoq; ipſam impugnant? Aut ſi pietas eſt amare patriã, quomodo impiè agit, qui hoſtem illius odit? An nõ fuerunt Chriſtianorũ hoſtes illi põtifices, qui omniũ ad ſe opes traxerunt, omnib. liberis ſervitutẽ moliti ſunt? Qui imperio reges, pecunia cives diſpoliabant? Qui palliatos nobis ab Urbe tanto patrimoniorũ noſtrorũ diſpendio epiſcopos mittebant? Aut vicarii fuerunt Chriſti, qui illius vicem non geſſerunt, de quo ſcriptũ eſt: In pace factus eſt locus ejus? Vel ſi tyranni ſunt, qui in liberos imperiũ ſibi deſumunt: quis hoc magis facit, quàm is qui libertatis conſervatorem, h.e. Romanorũ principem, in ſervitutẽ adſerit? Ergo nõ maledicit pontificib. Valla, ſed in tyrannos vera dixit: ob idq; tibi valde placere putari debet. Tibi (inquam) hoc genere, his majoribus edito, hac eruditione, hoc etiam nomine prædito, non debet ex Medicibus unũ convenire mendacium. Et in tantam doctrinam perverſitas non admittitur. Nec fraudis humilitatem ad ſeſe accepit Leonina magnitudo, quæ hanc verſat in ore Græci poetæ ſententiam:

[illegible]

Præterea hoc in libello, ſi uſquã, oſtendit Laurentius, qui vir, quanto præditus animo fuerit: qui maximo etiã propoſito, ut illa tempeſtate, periculo veritatẽ deſerere noluit: quantò rectius & Chriſtianè magis, quàm ille nuper aſinus, qui Julio ſecundo pulchræ illius donationis privilegium, quod è Græco tranſtuliſſe dicit ſe cùm nos Græcè ſcriptũ eſſe ignoraremus, non eius doctiſſimi viri, & ſe per omnia melioris contumeliam dedicavit. Adſentabatur ille enim, ut uni placeret: hic verũ dixit, ut multis prodeſſet. Quid ad Chriſtiani hominis & boni viri perfectionem deeſt? Quàm igitur te non noverunt, qui metuunt ingratũ hunc fore tibi Vallæ laborem? Si enim noſſent, non ex prædonum pontificum morib. tuam æſtimarent vitam. A quibus ego multum diſſentio, & cùm tuam prædicari famã audio, & hanc optimæ opinionis plenã promiſſionem ubi conſidero: tu reſtauras enim pacem. At pax eſſe inter raptores, & eos à quibus rapitur, niſi ſuum reddatur, nulla poteſt: neq; tu, niſi rem ipſam præſtare velles, inania nobis proponeres verba. Itaq; ſic opinor, valde ſuccenſuiſſes tu mihi, ſi non tam contra animi ſententiam mei, quàm etiam contra

A communem omnium ſenſum (quis eſt enim qui ita ſentiat?) probaſſem apud te piaculare figmentū, quod de Conſtantini donatione mentiti ſunt illi pſeudopontifices, qui Occidentis imperium cum urbe Roma Gentiū domina conceſſum ab hoc ſibi contenderunt. Quorum in hoc potiſſimùm audaciam miror, quòd veriti non ſunt id affirmare, quod crediturum neminem ſcirent. Sed Germanis perſuaſuros ſe putabant, utpote quos cerebrum non habere fama eſt: atq; igitur ingenio uſi non ſunt. Quippe ſi fuiſſet cum aliis ſibi Gentib. negocium, utiq; nō ſic frigida eſſet efficſio: & cautius multi hoc commentum eſſent, niſi reperitur qui oſtendat, ex Imperatoribus illis, antequā ad Germanos perveniret imperii nomen, intentatam fuiſſe hanc fraudem. Nimiū me ergo, nimium (proh Chriſte) pœnitet ibi majorum noſtrorū, qui ſic obtuſi fuerunt, ut eos falleret captio pueritiā cognitu facilis. Sed eò majori fraus illorum odio digna eſt, quo deterius ſimplicitate abuſi ſunt noſtra. Tuam verò (beatiſſime Leo) quis ſatis admirari poteſt fœlicitatem, in quo iſtam verti contigit in melius pontificum mutationem? Habebit enim meliores ab hoc tempore pōtifices Eccleſia, niſi non ex animo fiat iſta promiſſio: ſed ex animo fit. Atq; igitur quædam ad hæc injuria tua ab iis, qui vel dubitant, contra impudentiſſimè efficta Conſtantini donationem ſcribentes an laturus ſis. In illos verò deteſtandi ſceleris commentores pontifices, omnia acerbiſſima dicta, omniaq; ferociſſima facta conveniunt. quid ai? In depeculatores, in fures, in tyrannos, in latrones. Quis violentior enim latro eſt, quàm qui ita rapit, ut rapiendi modū nullum ſtatuat? Hi fuerunt, qui in minimo arrepta occaſione, ad immenſum progreſſi ſunt diripiendi licentia: qui gratias venum expoſuerunt: qui condonationes, qui diſpenſationes, & infiniti generis bullas, qui vendiderunt tanto jam tempore: qui in peccatorum remiſſione precium ſtatuerunt, & in pœnis inferorum invenerunt ſibi lucrum: qui ſacerdotia hîc, eleemoſynā parentū noſtrorum paſſi ſunt ab ſe mercari: qui Germanis perſuaſerunt Epiſcopos non eſſe, qui ab ſe pallia non emerint multis aureorum millibus, qui contenti non ſunt exigere extra ordinem quotannis ſemel, ſed mittebant quoties in mentem veniſſet, qui colligerent aliis alii de cauſſis: nonnulli, quaſi bellum appararent contra Turcas: alii, ut templum, quod perfici non curant, Romæ divo Petro exstruant. Qui cùm hæc omnia facerent, tamen ſalutari ſe vulgo beatiſſimos & ſanctiſſimos volebant: nec aliquid in ſuos mores dici patiebantur, nedum fieri. Si quis verò libertatis meminiſſet, aut ſi quis rapientibus impedimentum, aut morā ſi quis omninò objeciſſet, in ejus ſæviebant animā, perdentes actutum. His talibus jam inſatiādis latronibus, iam immitibus tyrannis, nónne inimicū tibi valde putas ſi quis te inſerat Leo maxime? Aut nō optimè de ſtatu pontificio meritus videtur, qui te magna voce (quia nihil cum illis commune habeas) prædicet? illis contrà omnia quæ ad ſucceſſionem Petri attinent, detrahat? Vel non benedicis illi, pacis reſtaurator, qui his maledixerit, bellorum & ſeditionum auctoribus? Quinimò te novi, maledicis his ipſe, ut in quemlibet eorum conveniat Propheticum hoc: Dilexit maledictionem, & veniet ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Sic enim maledicendo perdebant illi animas hominū, quaſi non eſſet

B Deo chara hæc poſſeſſio: ergo non fuerunt paſtores, qui non cuſtodiebant animas, ſed perdebant, & circumeuntibus Dominicum gregem lupis objiciebant Chriſti oves. Non paſtores fuerunt illi (inquam) ſed lupi: non cuſtodes, ſed prædatores & fures. Quamobrem jure optimo maledicere illis licet: quia Deo curæ non ſunt, quibus pax Dei curæ non fuit. Tandem igitur pontifex in eccleſia non fuit, quamdiu pax non fuit. Quinetiam nec dicere benè, nec facere licebat, quamdiu quidem illi graſſabantur per ovile Dei, voraces lupi. Illa devaſtabant vineā Domini ſingulares feræ. Illi dominabantur orbi Chriſtiano incomparabiles tyranni, quibus de Hieremias dicit: Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcaverunt partem meam. Nam ſi tantò quiſq; pejor tyrannus eſt, quantò ex civium corporibus plura, ut tutius ipſe graſſetur, necaverit: quid de illis dicendum eſt, qui, ut opes haberent, animarum paſſim cædem inſtituebant? Qui ob adſertam veritatem non corpora hominum trucidare contenti erant: ſed illam perimebant etiam amicam Dei animam, ſponſum Dei, illud nobile inferorum ſpolium, illam tanti laboris mercedem, illud ſanguine Chriſti quæſitum præmium peſſundabant, occidebant, devorabant. Quibus nos uctiſſimo non invidebamus, quia potentes erant: ſed oderamus, quia nocentes. Tui verò amorem profundiſſimo inſitum jam Chriſtianorum animis, quæ ſatis erit alacritas, beatiſſime Leo, ut oſtendamus? Tu ille orbis amor, illud humani generis delicium, reſtaurator pacis, bellorum extinctor, auctor ſecuritatis, turbarum ſedator, pater ſtudiorum, fomes literarum, optimarum artium, felicis ingeniorum cultus reparator, de quo ſcriptū eſt per Prophetam: Orietur in diebus ejus juſticia, & abundantia pacis. Quanto ſolidiorem hæc laudem complectuntur, quàm illa nuper de ſuis bellis, ſuis triumphis decantato Julio? Sunt enim laudabilia pontificis opera: illa ferociſſima erant tyranni facta. Scilicet pontifex nemo fuit, qui ſecularia ad ſe regna quomodocunq; etiam pertraxit: nec vicarius Chriſti, aut Petri ſucceſſor fuit, quiſquis piacularem Conſtantini donationem, quæ nec facta unquam eſt, nec fieri potuit, adſeruit. Cujus ego improbationem tantum abeſt ut impiam putem, ut vehementer pontificiæ dignitati detrahere eos exiſtimem qui hanc probent: tibi verò gratiſſimū facere me confidam, qui rejectum nuper & damnatum hunc de ro Vallæ libellum, veluti ex tenebris in lucem ab interitu ad vitam revocem. Quinetiam ipſum tibi illum dedico, ut teſtatum ſit, quàm te pontifice renata libertate, verum dicere licuerit omnibus, verumq; ſcribere. Quod etſi non dubitem quin valde tibi placeat: tamen ubi hoc publico aliquo teſtimonio approbatum abs te intellexero, dabo operam ut ſæpè aliquid tale inveniam. Interea Chriſtus optimus maximus, ſic bonum te, ſic verum pontificem nobis diu incolumem ſervet. Ex arce Steckelberg, Calend. Decemb. Anno poſt milleſimum & quingenteſimum decimoſeptimo.

LAV-

A LAVRENTII VALLENSIS, PATRICII ROMANI, DE FALSO CREDITA ET EMENTITA Conſtantini donatione, Declamatio.

PLURES à me libri, compluresque emiſsi ſunt in omni ferè doctrinarũ genere. In quibus, quòd à nonnullis magniſque, & longo jam ævo probatis auctoribus diſſentio, cùm ſint qui indignè ferant, meque ut temerarium ſacrilegumq; criminentur: quid tandem nunc facturi quidam putandi ſunt? quantoperè in me debaccbaturi? & ſi facultas datur, quam avidè me ad ſupplicium, feſtinanterque rapturi? qui non tantum adverſus mortuos ſcribo, ſed adverſus etiam vivos: nec in unum alterúmve, ſed in plurimos: nec contra privatos modò, verùm etiam contra magiſtratus. At quos magiſtratus? Nempe ſummũ pôtificem, qui non temporali ſolùm armatus eſt gladio, regum ac principum more, ſed eccleſiaſtico quoque: ut ab eo neq; ſubter ipſum (ut ſic loquar) clypeum alicujus principum protegere te poſſis, quò minùs excommunicatione, anathemate, execratione feriare. Quòd ſi prudenter ut dixit, ſic feciſſe exiſtimatus eſt, qui inquit, Nolo ſcribere in eos qui poſſunt proſcribere: quantò mihi magis idem faciendum eſſe videtur in eum, qui ne proſcriptioni quidem reliquerit locum: quiq; invisibilibus me poteſtatis ſuæ jaculis perſequatur? ut jure poſſim dicere: Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à tua fu-
B giam facie? Niſi fortè putemus, patientiùs hæc eſſe laturum ſummum ſacerdotem, quàm cæteri facerent. Nihil minus: ſiquidem Paulo, quòd bona ſe conſcientia conſervatum eſſe diceret, Ananias princeps ſacerdotum corã tribuno, qui judex ſedebat, juſſit os verberari: & Phaſſur eâdem præditus dignitate, Hieremiam ob loquendi libertatem conjecit in carcerem. Sed illum tribunus ac præſes, hunc rex, adverſus injuriam pontificis tutari & potuit & voluit: me verò quis tribunus, quis præſes, quis rex è manibus ſummi ſacerdotis, ſi me rapuerit ille, etiam ut velit, eripere poterit? Verùm non eſt cauſſa, cur me duplex hic periculi terror conturbet, arceatq; à propoſito. nã neq; cõtra jus faſque ſummò pontifici licet aut ligare quippiã aut ſolvere: & in defendenda veritate atq; juſtitia profundere animã, ſummæ virtutis, ſummæ laudis, ſummi præmii eſt. An verò multi ob terreſtrem patriã defendendã mortis adiêre diſcrimen: ego ob cœleſtem patriam aſſequendam (aſſequuntur autem eam, qui Deo placent, non qui hominibus) mortis diſcrimine deterrebor? Faceſſat igitur trepidatio, procul abeant metus, timores excidant. Forti animo, magna fiducia, bona ſpe defendenda eſt cauſſa veritatis, cauſſa juſticiæ, cauſſa Dei. Neque enim is verus habendus eſt orator, qui bene ſcit dicere, niſi & dicere audeat. Audeamus igitur accuſare, quicunq; digna committit accuſatione. Et qui in omnes peccat, unius pro omnium voce carpatur. At non debeo palàm objurgare fratrem, ſed inter me & ipſum. Imò publicè peccans, & qui privatum conſilium non admitteret, publicè arguendus eſt, ut cæteri timorem habeant. An non Paulus (cujus verbis modò ſum uſus) in eos Petrum coram eccleſia reprehendit, quia reprehenſibilis erat? Et hoc ad noſtram doctrinam ſcriptum reliquit. At non ſum Paulus, qui Petrum poſſum reprehendere. Imò Paulus ſum, qui Paulum imitor. Quemadmodum quod multò plus eſt, unus cum Deo ſpiritus efficior, cùm ſtudioſè mandatis illius obtempero. Neque aliquem ſua dignitas ab increpationibus tutum reddidit; quæ Petrum non reddidit. multoſque alios eodem præditos gradu: ut Marcellũ, quòd diis libaſſet: ut Celeſtinum, quod cum Neſtorio hæretico ſentiret: ut quoſdam etiam noſtra memoria quos ab inferioribus (quis enim non eſt inferior papa?) reprehenſos ſcimus, ut taceam condemnatos. Neque verò id ago, ut quempiam inſectari cupiam, & in eum quaſi Philippicas ſcribere (hoc enim à me facinus procul abſit) ſed ut errorem à mentibus hominum convellam, ut eos à vitiis ſceleribuſque vel admonendo vel increpando ſummoveam. Non auſim dicere, ut alii per me edocti luxuriantem nimiis ſarmentis papalem ſedem, quæ Chriſti vinea eſt, ferro coërceant, & plenas uvas, non graciles labruſcas ferre compellant.
Quod cùm facio, num quis erit qui aut mihi B os, aut ſibi aures velit occludere, ne dicam ſupplicium mortemque proponere? Hunc ego, ſi hoc faciat, etiam ſi papa ſit, quid dicam eſſe? Bonúmne paſtorem? an aſpidem ſurdam quæ nolit exaudiri vocem incantantis, velit ejuſdem membra morſu præſtringere, veneno que? Scio jamdudum expectare aures hominum, quódnam pontificibus Romanis crimen impingam; profectò ingens, ſive ſupinæ ignorantiæ, ſive immanis avariciæ, quæ eſt idolorum ſervitus, ſive imperandi vanitatis, cui crudelitas ſemper eſt comes. Nam aliquot jam ſeculis aut nõ intellexerunt donationem Conſtantini commenticiam fictamque eſſe, aut ipſi finxerunt: ſive poſteriores in majorum ſuorum dolis veſtigia imprimentes pro vera, quam falſam cognoſcerent, defenderunt, dedecorantes pontificatus majeſtatem, dedecorantes veterũ pontificum memoriam, dedecorantes religionem Chriſtianam, & omnia cædibus, minis, flagitiiſque miſcentes Suam eſſe ajunt urbem Romam, ſuum regnum Siciliæ, Neapolitanumq;: ſuam univerſam Italiam, Gallias, Hiſpanias, Germanos, Britannos: ſuum denique Occidẽtem. hæc enim cuncta in ipſa donationis pagina contineri. Ergo hæc omnia tua ſunt, ſumme pontifex? omnia tibi in animo eſt recuperare? omnes reges ac principes Occidentis ſpoliare urbibus, aut cogere ut annua tibi tributa penſitent, ſententia eſt? At ego cõtrà exiſtimo, juſtius licere principibus ſpoliare te imperio omni, quod obtines. Nam, ut oſtendam, do-

A natio illa, unde natũ eſſe ſuum jus ſummi pontifices voluot, Sylveſtro pariter & Cõſtantino fuit incognita. Verùm antequam ad confutandam Donationis paginã venio quod unũ iſtorum patrocinium eſt, nõ modò falſom, verùm etiam ſtolidum, ordo poſtulat ut altiùs repetã. Et primùm dicam, non tales fuiſſe Conſtantinùm Sylveſtrumque: illum quidem qui donare vellet, qui jure donare poſſet: qui, ut in manum alteri ea tradetet, in ſua haberet poteſtate. hunc autem, qui vellet accipere, quique jure accepturus foret. Secundo loco, ſi bæc non eſſent, quæ veriſſima atque clariſſima ſunt, neq; hunc acceptaſſe, neq; illum tradidiſſe poſſeſſionem terum quæ dicuotur donatæ, ſed eas ſemper in arbitrio & imperio Cæſarum permanſiſſe. Tertio, nihil datum Sylveſtro à Conſtantino, ſed priori pontifici ante quem & baptiſmum acceperat. donaq; illa mediocria fuiſſe, quibus papa degere vitam poſſet. Quartò, falsò dici donationis exemplum aut apud decreta reperiri, aut ex hiſtoria Sylveſtri eſſe ſumptum: quod neq; in illa, neq; in ulla biſtoria invenitur, in eo quædam contraria, impoſſibilia, ſtulta, barbara, ridicula contineri. Præterea loquar de quorundam aliorum Cæſarum vel ſimulata, vel frivola donatione. Ubi ex abundãti adjiciam: ſi Sylveſter poſſediſſet tamen ſive illo, ſive quovis alio pontifice à poſſeſſione dejecto. poſt tantam temporis intercapedinem, nec divino nec humano jure poſſe repeti Poſtremò, ea quæ à ſummo pontifice tenentur,

B nullius temporis longitudine poſſe præſcribi. Atq; quod ad primam partem attinet (loquamur autem de Conſtantino priùs, deinde de Sylveſtro) non eſt committendum, ut publicã quaſi & Cęſaream cauſſam, non majore quàm privatæ ſoleot, ore agamus. Itaq; quaſi in concione regum ac principum orans, ut certè facio (nam mea bæc oratio in manus eorũ ventura eſt) libet tanquam præſentes, & in conſpectu poſitos alloqui. Vos appello reges ac principes (difficile enim eſt privatum hominẽ animi regii concipete imaginem) veſtrã mentem inquito, conſcientiam ſcrutor, teſtimonium poſtulo. Nunquid veſtrûm quiſpiam ſi fuiſſet Conſtantini loco, faciendum ſibi putaſſet, ut urbem Romam patriam ſuam, caput orbis terrarum teginam civitatum potentiſſimã, nobiliſſimam, ditiſſimam populorum, triumphatticem nationum, & ipſo aſpectu ſacram, liberalitatis gratia donaret alteri, & ſe ad humile oppidũ conferret, deinde Byzantiũ? Donaret præterea unà cum Roma Italiam nõ provinciam, ſed provinciarum victricem: donaret tres Gallias, donaret duas Hiſpanias, donaret Germanos, donaret Britannos: totum donaret Occidentem, & ſe altero ex imperii ocnlis orbaret? Hoc ego ut quis faciat compos mentis, adduci non poſſum ut credam Quid enim vobis expectatius, quid jucundius, quid gratius contingere ſolet, quàm imperiis acceſſionem veſtris vos regniſq; adjungere, & longè lateq; quàm maximè proferre ditionem? In hoc, ut videre videor, omnis veſtra cura, omnis cogitatio, omuis labor dieſq; uocteſq; cõſumitur. Ex A hoc pręcipua ſpes glorię: propter hoc voluptates relinquitis. propter hoc mille pericula aditis: propter hoc chariſſima pignora: propter hoc partẽ corporis ęquo animo amittitis. Siquidem neminem veſtrûm aut audivi aut legi à conatu ampliandi Imperii fuiſſe deterritum, quod aut luminis, aut manus, aut cruris, aut alterius membri jacturã feciſſet. Quin ipſe hic ardor atq; hęc latè dominandi cupiditas, ut quiſqne maximè potens eſt, ita eũ maximè angit atqne agitat. Alexander non contentus deſerta Lybiæ pedib. peragraſſe, Orientem ad extremũ uſq; Oceanũ viciſſe, domuiſſe Septentrionem: inter tot vulnera, tot caſus, recuſantib. jam deteſtantibuſq; tam longinqoas, tam aſperas expeditiones militibus, ipſe ſibi nihil effeciſſe videbatur, niſi & Occidentem, & omnes nationes aut vi, aut nominis ſui auctoritate ſibi tributarias reddidiſſet. Parum dico. Jam Oceanũ tranſire, & ſi quis alius orbis eſſet expoliare, ac ſuo ſubjicere arbitrio deſtinaverat. In cœlum tandẽ, ut opinor, tentaſſet aſcendere. Talis ferè eſt omniũ regũ voluntas, etſi non omniũ talis audacia. Taceo quanta ſcelera, quot abominãda propter imperium aſſequendum ampliandùmve admiſſa ſunt: ut nec fratres à fratrũ, nec filii à parentum, nec parentes à filiorum ſanguine nepharias abſtineant manus. Adeò nuſquam magis nuſquã atrocius graſſari ſolet humana temeritas: & quod mirari poſſis, non ſegniores ad hoc videas animos ſenũ quàm juvenum, orborum quàm parentũ, regũ quàm tyrannorum. B Quòd ſi tanto conatu dominatus peti ſolet, quãto majore neceſſe eſt conſervetur? Neque.n. tantoperè miſerum eſt non ampliari imperium, quàm imminuere. Neq; tam deforme tibi, alterius regnũ non accedere tuo, quàm tuum accedere alieno. Nam qood ab rege aliquo aut populo legimus nonnullos præpoſitos regno aut urbibus: id factum eſt non de prima, nec de maxima, ſed de poſtrema quodammodo ac minima imperii parte. atq; ea ratione, ut donantem, qui donatus eſt, quaſi dominum, & ſe miniſtrum illius ſemper agnoſceret. Nunc qoęſo, nónne abjecto animo, & minimè generoſo videutur eſſe, qui opinantur Conſtantinum meliorem à ſe imperii alienaſſe partem? Non dico Romã, Italiamque, &c. ſed Gallias: ubi ipſe prælia geſſerat, ubi ſolùm diu dominatus fuerat, ubi ſuę gloriæ ſuiq; imperii rudimenta poſuerat. Hominem, qui cupiditate dominandi, nationibus bella intuliſſet: ſocios, affineſque bello civili perſequutus, imperio privaſſet? Cui nondum perdomitæ ac profligatæ reliquiæ eſſent alterius factionis. Qui cum multis nationibus bella gerere non modò ſoleret, ſpe gloriæ, imperiique, ſed ee neceſſe haberet, utpote à Barbaris quotidie laceſſitus. Qui filiis, qui conjunctis ſanguine, qui amicis abuudaret: qui ſenatum, populumque Romanum huic facto repognaturum noſſet: qui expertus eſſet inſtabilitatem victarum nationum, & ad omnem ferè Romani principis mutationem rebellantium.

Qui

A Qui ſe meminiſſet more aliorum Cæſarum,
non electione patrum, conſenſuque plebis,
ſed exercitu, armis, bello, dominatum occu-
paſſe. Quæ tam vehemens cauſa & urgens
aderat, ut iſta negligere, & tanta liberalitate
uti vellet? Ajunt, quia effectus erat Chriſtia-
nus. Ergone imperium optima parte ſe ab-
dicaret? Credo, ſcelus erat, flagitium, nefas,
jam regnare, nec cum Chriſtiana religione
cōjungi poterat regnum. Qui in adulterio
ſunt, qui uſuris rem auxerunt, qui aliena poſ-
ſident: hi poſt baptiſmum alienam uxorem,
alienam pecuniam, aliena bona reddere ſo-
lent. Hanc cogitationem ſi habes Conſtan-
tine, reſtituere urbibus libertatem, non mu-
tare dominium debes. Sed non id in cauſa fuit:
tantum in honorem religionis ut faceres, ad-
ductus es. Quaſi religioſum ſit magis, re-
gnum deponere, quàm pro tutela religionis
illud adminiſtrare. Nam quod ad accipientes
attinet, neque honeſta erit illis, neque utilis
iſta donatio. Tu verò ſi Chriſtianum te oſten-
dere, ſi pietatem indicare tuam, ſi conſultum
non dico Romanæ eccleſiæ vis, ſed Eccleſiæ
Dei, nunc præcipuè nunc principem agas, ut
pugnes pro his qui pugnare non poſſunt, nec
debent: ut eos tua auctoritate tutos reddas,
qui inſidiis injuriiſque obnoxii ſunt. Nabu-
chodonoſor, Cyro, Aſſuero, multiſque aliis
principibus ſacramentum veritatis Deus a-
perire voluit: à nullo tamen eorum exegit ut
imperio cederet, ut partem regni donaret, ſed
B tantum libertatem Hebræis redderet, eoſque
ab infeſtantibus finitimis protegeret. Hoc ſa-
tis fuit Judæis, hoc ſat erit & Chriſtianis. Fa-
ctus es Conſtantine Chriſtianus. At indigniſ-
ſima res eſt, Chriſtianum te nunc Imperato-
rem minorem eſſe principatu, quàm fueras in-
fidelis. Eſt enim principatus præcipuum
quoddam Dei munus, ad quem gentiles etiam
Principes à Deo eligi exiſtimantur. At erat
lavatus à lepra, ideo vero ſimile eſt referre gra-
tiam voluiſſe, & majore menſura reddere
quod acceperat. Itane? Naaman ille Syrus
ab Heliſæo curatus, munera tantum offerre
voluit, non dimidium bonorum: Conſtanti-
nus dimidium imperium obtuliſſet? Piget me
impudenti fabellæ, tanquam indubitatæ hi-
ſtoriæ reſpondere. Sic enim hæc fabula, ex
hiſtoria Naaman & Heliſæi, ut altera draco-
nis, ex fabuloſo dracone Beli adūbrata eſt. Sed
ut iſta concedam, nunquid in hac hiſtoria de
donatione fit mentio? Minimè. Verùm de hoc
commodius poſtea. Lavatus eſt à lepra, cœ-
pit ob id mentem Chriſtianam. Dei timore,
Dei amore imbutus eſt, illi honorem habere
voluit. Non tamen perſuaderi poſſum, eum
tanta donare voluiſſe. Quippe cum videam
neminem, aut Gentilem in honorem deorum,
aut fidelem in honorem Dei viventis, imperi-
um depoſuiſſe ſacerdotibuſq; donaſſe. Siqui-
dem ex regibus Iſrael nemo adduci potuit, ut
priſtino more ad templum Hieruſalem popu-
los ſacrificaturos ire permitteret, eo videlicet
timore, ne fortè ad regē Judæ, à quo defecerāt,
redirent, ſacro illo cultu religionis admoniti, A
ac templi majeſtate. At quanto hoc magis eſt,
quod feciſſe dicitur Conſtantinus? Ac ne quid
tibi propter curationem lepræ blandiaris, Hi-
eroboam primus à Deo in regem Iſrael electus
eſt, & quidem ex infima conditione, quod mea
ſententia plus eſt quam eſſe lepra lavatum: &
tamen is non eſt auſus regnum ſuum Deo cre-
dere: & tu vis Conſtantinum regnum Deo do-
naſſe, quod ab illo non accepiſſet? Qui præ-
ſertim, id quod in Hieroboam non cadebat;
offenderet filios, deprimeret amicos, neglige-
ret ſuos, læderet patriam, mœrore omnes affi-
ceret, ſuiq; oblivi ſceretur. Qui ſi etiā talis fu-
iſſet, & quaſi in alium hominem verſus, certè
non defuiſſent qui eum admonerent, & in pri-
mis filii, propinqui, amici. Quos quis eſt qui
non putet protinus Imperatorem fuiſſe aditu-
ros? Ponite igitur illos ante oculos, mente Cō-
ſtantini audita, trepidos, feſtinantes, cum ge-
mitu lachrymiſq; ad genua principis procum-
bentes, & hac voce utentes.

Itane Pater antehac filiorum amantiſſime,
filios privas, exhæredas, abdicas? Nam quod
te optima maximaq; imperii parte exuere vis,
non tam querimur, quàm miramur. Queri-
mur autem, quod eas ad alios defers, cum no-
ſtra & jactura & turpitudine. Quid enim cau-
ſæ eſt, quod liberos tuos expectata ſucceſſione im-
perii fraudas, qui ipſe unà cum patre regnaſti?
Quid in te cōmiſimus? qua in te, qua in patriā,
quā in nomē Romanū, ac majeſtate imperii im-
pietate digni videmur? quos pcipua optimaq; B
prives principatus portione? qui à patriis lari-
bus, à conſpectu natalis ſoli, ab aſſueta aura, à
vetuſta cōſuetudine relegemur? Penates, pha-
na, ſepulchra exules relinquemus, neſcio ubi
aut qua terrarum regione victuri? Quid nos
propinqui, quid nos amici: qui tecum toties
in acie ſtetimus: qui fratres, parentes, filios ho-
ſtili mucrone confoſſos, palpitanteſq; conſpe-
ximus, nec aliena morte territi ſumus, & ipſi
parati pro te mortē oppetere, nunc abs te uni-
verſi deſtituimur? Qui Romæ gerimus magi-
ſtratus, qui urbibus Italiæ, qui Galliis, qui Hi-
ſpaniis, qui cæteris provinciis præſumus, aut
pfuturi ſumus: omneſne revocamur, omnes
privati jubemur eſſe? An jacturam hanc aliū-
de penſabis? Et quomodo pro merito ac pro
dignitate poteris, tanta orbis terrarum parte
alteri tradita? Num qui præerat centum popu-
lis, eum tu Cæſar uni præficies? Quomodo tibi
iſtud in mentē venire potuit? Quomodo ſubi-
tā tuorū te cœpit oblivio, ut nihil te miſereat
amicorum nihil proximorum, nihil filiorum?
Utinam nos Cæſar, ſalva tua dignitate atq; vi-
ctoria, in bello contigiſſet occumbere potius,
quàm ut iſta cernamus. Et tu quidem de im-
perio tuo ad tuum arbitratum agere potes,
atque etiam de nobis, uno duntaxat exce-
pto: in quo vel ad mortem uſque erimus
contumaces, ne à cultu Deorum immor-
talium deſiſtamus, magno etiam aliis exemplo,
ut ſcias, tua iſta largitas quid mereatur de
religione Chriſtiana. Nam ſi non largiris

A Sylveſtro imperium, tecũ Chriſtiani eſſe volumus, multis factum noſtrum imitaturis. Sin largiris, non modò Chriſtiani fieri non ſuſtinebimus: ſed inviſum, deteſtabile, exectandum nobis hoc nomen efficies: talesque reddes, ut tandem tu vitæ & mortis noſtræ miſerearis: nec nos, ſed teipſum duriciæ accuſes. Nonne hac oratione Conſtantinus, niſi extirpatam ab eo volumus humanitatẽ, ſi ſua ſpõte non movebatur, motus fuiſſet? Quid ſi hos audire noluiſſet? Nonne erant qui huic facto & oratione adverſarẽtur, & manu? An S.P.Q.R. ſibi tanta in re nihil agendum putaſſet? Nonne oratorem, ut ait Vergilius, gravem pietate & meritis advocaſſet, qui apud Conſtantinum hanc haberet orationem? Cæſar, ſi tu tuorũ immemor es, atque etiam tui, ut nec filiis hæreditatem, nec propinquis opes, nec amicis honores, nec tibi imperium eſſe integrum velis: non tamen S. P. Q. R. immemor poteſt eſſe ſui juris, ſuæque dignitatis. Etenim quomodo tibi tantum permittis de imperio Romanorum, quod non tuo, ſed noſtro ſanguine partum eſt? Tune unum corpus in duas ſecabis partes? & ex uno duo efficies regna, duo capita, duas voluntates? & quaſi duobus fratribus gladios, qui de hæreditate decernant, porriges? Nos civitatibus, quæ de hac urbe bene meritæ ſunt, jura civitatis damus, ut cives Romani ſint: tu à nobi dimidium imperii aufers, ne hanc urbem parentem ſuam agnoſcat? Et in alveis quidem apium ſi

B duo reges nati ſint, alterum qui deterior eſt, occidimus. Tu in alveo Imperii Rom. ubi unus & optimus princeps es, alterum, & hunc deterrimum, & non apem, ſed fucum, collocandum putas? Prudentiam tuam vehemẽter deſideramus Imperator. Nam quid futurum eſt, ſi vel te vivo, vel poſt tuam mortem, aut huic parti quam alienas, aut alteri quam tibi relinquis, bellum à barbaris nationibus inferatur? Quo robore militum, quibus copiis occurremus? Vix nunc totius imperii virib. poſſumus, tunc poterimus? An perpetuò membrum hoc cum illo in concordia erit? Ut reor, nec eſſe poterit, quum Roma dominari velit, nolit pars illa ſervire. Quin & te vivo, breve intra tempus, revocatis veteribus præſidiis, ſuffectis novis, te in tuum regnum profecto, & longè agente, hic altero dominante, nonne omnia nova, id eſt, diverſa atque adverſa erunt? Regno ferè inter duos fratres diviſo, protinus & populorum animi dividuntur: & prius à ſe ipſis, quàm ab externis hoſtibus bellum auſpicantur. Idem eventurum in hoc imperio quis nõ videt? An ignoras hanc olim in primis fuiſſe cauſam optimatibus, cur dicerent citius ſe in conſpectu Pop. Rom. eſſe morituros, quàm rogationem illam ferri ſinerent, ut pars ſenatus ac pars plebis ad incolendum Veios mitteretur, duasque urbes communes Pop. Rom. eſſe? Si enim in una urbe tãtum diſſenſionum eſſet, quid in duabus urbibus futurũ? Ita hoc tempore, ſi tantũ diſcordiarum uno imperio, teſtor conſcientiã tuam ac labores, quid in duobus imperiis fiet? A

Age verò, putasne hinc fore, qui tibi bellis occupato, eſſe auxilio aut velint, aut ſciant? Ita ab armis atque ab omni re bellica abhorrentes erunt, qui præficientur militibus atq; urbib', ut ille qui præficit. Quid? nonne hunc tam imperitum regnandi, & injuriæ facilem, aut Rom. legiones, aut ipſæ provinciæ ſpoliare tentabunt? ut quem ſperabunt vel non repugnaturum, vel pœnas nõ repetiturum. Credo mehercule, ne unum quidem menſem illos in officio manſuros, ſed ſtatim & ad primũ profectionis tuæ initium rebellaturos. Quid facies? Quid conſilii capies, quum duplici, atq; adeò multiplici bello urgebere? Nationes, quas ſubegimus continere vix poſſumus, quomodo illis accedente ex liberis gentibus bello reſiſtetur? Tu Cæſar quid ad te ſpectet, ipſe videris. Nobis autem hæc res non minus quàm tibi curę eſſe debet. Tu mortalis es: imperium populi Rom. decet eſſet immortale: & quantum in nobis eſt, erit, neq; imperiũ modo, verumetiã pudor. Scilicet, quorum religionem contemnimus, eorũ accipiem' imperiũ? & principes orbis terrarũ huic contẽptiſſimo homini ſerviem'? Urbe à Gallis capta, Romani ſenes demulceri ſibi barbã à victoribus paſſi non ſunt. Nũc ſibi tot ſenatorii ordinis, tot p̃torii, tot tribunitii, tot conſulares triũphalesq; viri, eos dominari patiantur, quos ipſi tanq̃ ſervos malos omni contumeliarũ genere, ſuppliciorũq; affecerũt? Iſtine homines magiſtrat' creabũt? p̃vincias regẽt? bella gerẽt? de nobis ſententias ca- B

pitis ferẽt? Sub his nobilitas Romana ſtipẽdia faciet? honores ſperabit? munera aſſequetur? Et ꝙ majus, quodq; altius penetret vulnus accipere poſſumus? Nõ ita putes, Cæſar Ro. degeneraſſe ſanguinẽ, ut iſtud paſſur' ſit ęquo animo, & nõ quavis ratione devitãdũ exiſtimet, ꝙ medius fidius neq; mulieres ſuſtinerent, ſed magis ſe unà cũ dulcib. liberis, ſacrisq; penatib. cõcremarent. Ut nõ Carthaginẽſes fœminę fortiores fuerint, q̃ Romanæ. Etenim Cęſar regem te delegiſſemus, haberes tu quidẽ magnũ de imperio Rom. agendi arbitrium: ſed nõ ita, ut vel minimum de ipſius imminueres majeſtate. Alioqui te feciſſemus regem, eadem facultate te regno abdicare juberemus, nedum poſſes regnum dividere, nedum tot provincias alienare, nedum ipſum regni caput peregrino atque humillimo homini addicere. Canem ovili præfecimus: quem, ſi lupi mavult officio fungi, aut ejicimus, aut occidimus. Nunc tu, cum diu canis officio in ovili Romano defendendo ſis functus, ad extremum in lupum nullo exemplo converteris? Atque ut intelligas; quandoquidem nos pro jure noſtro coges aſperius loqui, nullum tibi in populi Ro. imperio jus eſt. Cæſar vi dominatũ occupavit, occupavit Auguſtus, & in vitium ſucceſſit, & adverſariorum partium profligatione ſe dominum fecit. Tiberius, Cajus, Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Veſpaſianus, cæterique aut eadem aut ſimili via libertatem noſtram prædati ſunt:

Tu

A Tu quoq; aliis expulſis, aut interĕptis, dominus effectus es. Silen, ꝙ ex matrimonio natus non ſis. Quare ut ibi noſtram mentem teſtificemur Cæſar, ſi non libet tibi Romæ principatum tenere: habes filios quorum aliquem in locum tuum, nobis quoque permittentibus ac rogantibus naturæ lege ſubſtituas; ſin minus, nobis in animo eſt, publicam amplitudinem cum privata dignitate defendere. Neq; enim minor hæc injuria Quiritum, quàm olim fuit violata Lucretia: neque nobis deerit Brutus, qui contra Tarquinium ſe ad libertatem recuperandam huic populo præbeat ducem. Et in iſtos primum quos nobis præponis, deinde & in te ferrum ſtringemus. Quod in multos Imperatores, & quidem leviores ob cauſas, fecimus.

Hæc profectò Conſtantinum, niſi lapidem eum, aut trŭcum exiſtimamus, permoviſſent. Quæ ſi populus non dixiſſet, tamĕ dicere apud ſe, & his paſſim uerbis fremere, credibile erat: Eamus nunc, & dicamus Conſtantinum gratificari voluiſſe Sylveſtro, quem tot hominum odiis, tot gladiis ſubjiceret, ut vix, quantum ſentio, unum Sylveſter diem in vita facturus fuiſſet. Nam eo, paucisque aliis abſumptis, videtur omnis ſublatum iri de pectoribus Romanorum, tam diræ injuriæ contumeliæque ſuſpicio. Age porrò, ſi fieri poteſt, concedamus, neque preces, neque minas, neque ullam rationem aliquid profeciſſe, perſtareque adhuc Conſtantinum, nec velle à ſuſcepta ſe-
B mel perſuaſione diſcedere: quis non ad Sylveſtri orationem, ſi res vera fuiſſet, unquam commotum aſſentiatur? quæ talis haud dubiè fuiſſet.

Princeps optime, ac fili Cæſar, pietatem quidem tuam tam pronam, tamque effuſam, non poſſum non amare atque amplecti: verumtamen quod in offerendis Deo muneribus, immolandisque victimis nõnihil erres, minimè demiror, quippe qui adhuc es in Chriſtiana militia tyro. Ut non decebat olim à ſacerdote omnem pecudem, feramque & avem ſacrificari: ita non omne ab eodem accipiendum eſt munus. Ego ſacerdos ſum, ac pont. qui diſpicere debeo quid ad altare patiar offerri: ne fortè, non dico immŭdum animal offeratur, ſed vipera aut ſerpens. Itaq; ſic habeas. Si foret tui juris, partem imperii cum regina orbis Roma alteri tradere, quã filiis, quod minimè ſentio, ſi populus hic, ſi Italia, ſi cæteræ nationes ſuſtinerent, ut quos oderunt, & quorum religionem adhuc reſpuunt, capti illecebris ſeculi, eorum imperio obnoxii eſſe vellent, quod impoſſibile eſt: tamen ſi quid mihi credendŭ putas, fili amantiſſime, ut tibi aſſentiar, ulla adduci ratione non poſſum: niſi vellem mihi ipſi eſſe diſſimilis, & conditionem meam oblivìſci, ac propemodum dominum Jeſum abnegare. Tua enim munera, ſive (ut tu vis) tuæ remunerationes, & gloriam, & innocentiam, & ſanctimoniam meam, atq; omnium qui mihi ſucceſſuri ſunt, polluerent, ac prorſus everterent, viamq; iis qui ad cognitionĕ veritatis venturi

ſunt intercluderĕt. An verò Heliſeus à Naamã A Syro, à lepra curato, mercedĕ accipere noluit; ego te curato accipiã? Ille munera reſpuit, ego regna mihi dari ſinam? Ille perſonam prophetæ maculare noluit: ego perſonã Chriſti, quã in me gero, maculare potero? Cur autem ille accipiendis muneribus perſonam prophetæ maculari putavit? Nempe quòd videri poterat vendere ſacra, fœnerare donum Dei, indigere præſidiis hominum, elevare atque imminuere beneficii dignitatem. Maluit ego ſibi principes ac reges beneficiarios facere, quàm ipſe beneficiarius illorum eſſe: imò ne mutua quidem beneficentia uti. Beatius eſt enim multo, ut inquit Dominus, dare, quàm accipere. Eadem mihi, atque adeò major eſt cauſa, cui etiam à Domino præcipitur dicente: Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones ejicite: gratis accepiſtis, gratis date. Egone tantum flagitium admittam Cæſar, ut Dei præcepta non exequar? ut gloriam meam polluam? Melius eſt, ut inquit Paulus, mihi mori, quam ut gloriam meam quis evacuet: Gloria noſtra eſt, apud Deum honorificari miniſterium noſtrum, ut idem inquit: Vobis dico Gentibus, quamdiu ego quidem ſum Gentium apoſtolus, glorificabo miniſterium meum. Ego, Cæſar, aliis quoque ſim & exemplum & cauſa delinquendi, Chriſtianus homo, ſacerdos Dei, pontifex Romanus, vicarius Chriſti? Jam verò innocentia ſacerdotum quomodo incolumis erit inter opes, inter magiſtratus, inter adminiſtrationem ſecularium B negotiorum? Ideòne terrenis renunciamus, ut eadem uberiora aſſequamur? Et privata abjecimus, ut aliena poſſideamus, & publica? Noſtræ erunt urbes, noſtra tributa, noſtra vectigalia? Et cur clericus, ſi hæc fecerimus, nos vocari licebit? Pars noſtra ſive ſors, quæ Græcè dicitur κλῆρος, dominatus eſt, non terrenus, ſed cœleſtis. Levitæ, qui iidem clerici ſunt, partem cum fratribus non fuère ſortiti: & tu nos jubes etiam fratrum ſortiri portionem? Quo mihi divitias atque opes, qui domini voce jubeor nec de craſtino eſſe ſolicitus? & cui dictum eſt ab illo: Nolite theſaurizare ſuper terram, nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris? Et: Difficilius eſt divitem introire in regnum cœlorum, quàm camelum per foramen acus tranſire? Ideoque pauperes ſibi miniſtros elegit, & qui omnia reliquerunt, ut eum ſequerentur: & paupertatis ipſe fuit exemplum. Uſque adeò divitiarum pecuniæque tractatio innocentiæ inimica eſt, nõ modò poſſeſſio illarum atque dominatus. Unus Judas, qui loculos habebat, & portabat quæ mittebantur, prævaricatus eſt: & amore pecuniæ, cui aſſueverat, magiſtrum, Dominum Deum, & reprehendit, & prodidit. Itaq; vereor, Cæſar, ne me ex Petro facias Judam. Audi etiam quid Paulus dicat: Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium quòd nec auferre quid poſſimus: habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.

Nam

A Nam qui volunt divites fieri, incidunt in ten-
tationem, & in laqueum diaboli, & deſideria
multa, & inutilia, & nociva: quæ mergunt
homines in interitum & perditionem. Radix
enim omnium malorum eſt cupiditas: quam
quidam appetentes, erraverunt à fide, & in-
ſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem ho-
mo Dei hæc fuge. Et tu me accipere jubes,
Cæſar, quæ velut venenum effugere debeo?
& quis præterea (pro tua prudentia, Cæſar,
conſideres) quis inter hæc divinis rebus faci-
endis locus? Apoſtoli, quibuſdam indignan-
tibus quòd viduæ ipſorum in miniſterio quo-
tidiano deſpicerentur, reſpõderunt: non eſſe
æquum, relinquere ſe verbum Dei, & mini-
ſtrare menſis: & tamen viduis miniſtrare, quã-
to aliud eſt quàm exigere vectigalia? curare æ-
rarium? ſtipendium numerare militibus? &
mille aliis curis hujuſmodi implicari? Nemo
militans Deo, implicat ſe negotiis ſecolari-
bus, inquit Paulus. Numquid Aaron, cum
cæteris Levitici generis, aliud quàm Domini
tabernaculum procurabat? Ejus filii, quia i-
gnem alienum in thuribula ſumpſerant, igni
cœleſti conflagraverunt. Et tu jubes nos ignẽ
ſecularium divitiarum, vetitũ ac prophanũ, in
ſacrata thuribula, id eſt in ſacerdotalia opera
ſumere? Num Eleazar, num Phinees, num
cæteri pontifices, miniſtrique aut tabernaculi
aut templi, quicquam niſi quod ad rem divi-
nam pertineret, adminiſtrabant, dico: imò
adminiſtrare poterant, ſi officio ſuo ſatis face-
B re volebant? Quòd ſi nolint, audiant exe-
crationem Domini dicentis: Maledicti qui o-
pus Domini faciunt negligenter. Quæ ex-
ecratio quum in omnes, tum in põtifices ma-
ximè cadit. O quantum eſt pontificale munus?
Quantum eſt, caput eſſe Eccleſiæ? Quantum
eſt, præponi paſtorem tanto ovili: è cujus ma-
nu uniuſcujuſque agni, oviſque amiſſæ
ſanguis exigitur? Cui dictum eſt: Si amas
me plus quàm alii, ut fateris, paſce agnos me-
os. Iterum: Si amas me, ut fateris paſce oves
meas. Tertiò, Si amas me; paſce oves meas: Et
tu jubes Cæſar, capras etiam paſcere, & por-
cos, qui nequeũt ab eodem paſtore cuſtodiri?
Quid quòd me regẽ facere vis aut potius Cæ-
ſarem, id eſt, regum principem? Dominus Je-
ſus Chriſtus Deus & homo, rex & ſacerdos,
quum ſe regẽ affirmaret, audi de quo regno lo-
quutus eſt: Regnũ meum (inquit) non eſt de
hoc mundo: ſi enim de hoc mundo eſſet regnũ
meum, miniſtri mei utique decertarent. Et
quę fuit prima vox ac frequenter clamor prę-
dicationis ejus? nonne hæc: Pœnitentiam a-
gite, appropinquavit enim regnum cœlorum?
Appropinquavit regnum Dei, Cui compara-
bitur regnum cœlorum? nonne cum hæc di-
xit, regnum ſeculare nihil ad ſe pertinere de-
claravit? Eoque non modò regnum hujuſmo-
di non quæſivit, ſed oblatum quoque accipere
noluit. Nam cùm intelligeret aliquando po-
pulos deſtinaſſe, ut eum raperent, regemque
facerent, in montium ſolitudines fugit. Quod
nobis qui locum ipſius tenemus, non ſolum

exemplo dedit imitandum, ſed etiam præce- A
pto, inquiens: Principes Gentium dominan-
tur eorum, & qui majores ſunt poteſtatem ex-
ercent in eos. Non ita erit inter vos: ſed qui-
cunque voluerit inter vos major fieri, ſit ve-
ſter miniſter: & qui voluerit primus inter vos
eſſe, erit veſter ſervus. Sicut filius hominis
non venit ut miniſtretur ei, ſed ut miniſtret, &
det animam ſuam redemptionem pro multis.
Judices olim Deus, ut ſcias Cæſar, cõſtituit ſu-
per Iſrael, non reges, populumque ſibi nomen
regium poſtulantem deteſtatus eſt. Nec aliter
ob duritiam cordis illorum regẽ dedit, quàm
quòd repudium permiſerat, quod in nova le-
ge revocavit. Et ego regnum accipiam, qui
vix judex eſſe permittor? An neſcitis, inquit
Paulus, quòd ſancti de hoc mundo judica-
bunt? Et ſi in vobis judicabitur mundus, in-
digni eſtis qui de minimis judicetis? Neſci-
tis quòd angelos judicabimus? quanto ma-
gis ſecularia? Secularia igitur judicia ſi ha-
bueritis, contemptibiles qui ſunt in eccle-
ſia, eos conſtituite ad judicandum. At qui ju-
dices de rebus controverſis tantummodo ju-
dicabant, non etiam tributa exigebant. Ego
exigam, qui ſcio à Domino interrogatum Pe-
trum, à quibusnam reges terræ acciperent tri-
butum cenſumve, à filiis an ab alienis? Et
quom hic reſpondiſſet, ab alienis: ab eodẽ di-
ctum, ergo liberi ſunt filii. Quòd ſi omnes fi-
lii mei ſunt, Cæſar, ut certè ſunt omnes libe-
ri erunt, nihil quiſquam ſolvet. Igitur non eſt
opus mihi tua donatione, qua nihil aſſecutu- B
rus ſum præter laborem: quem ut minimè de-
beo, ita minimè poſſum ferre. Quid quòd ne-
ceſſe haberem, poteſtatem exercere ſanguinis,
punire ſontes, bella gerere, urbes diripere,
regiones ferro ignique vaſtare? Aliter non eſt
quòd ſperem, poſſe me tueri quæ tradidiſſes.
Et ſi hæc fecero, ſacerdos, pontifex, Chriſti
vicarius ſum? Ut illum in me tonantem au-
diam, atque dicentem: Domus mea domus o-
rationis vocabitur omnibus gentibus. & tu fe-
ciſti eam ſpeluncam latronum. Non veni in
mundum (inquit Dominus) ut judicem mun-
dum, ſed liberem eum: & ego qui illi ſucceſſi,
cauſa mortium ero? cui in perſona Petri dictũ
eſt: Converte gladium tuum in locum ſuum:
omnes enim qui acceperint gladium, gladio
peribunt. Ne defendere quidem ferro nos li-
cet. Siquidem defendere dominum Petrus vo-
lebat, cum auriculam abſcidit ſervo. Et tu di-
vitiarum aut comparandarum, aut tuendarum
cauſa, uti ferro nos jubes? Noſtra poteſtas,
eſt poteſtas clavium, dicente Domino: Tibi
dabo claves regni cœlorum. quodcunque li-
gaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis:
& quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſo-
lutum & in cœlis: & portæ inferi non præ-
valebunt adverſus eas. Nihil ad hanc pote-
ſtatem, nihil ad hanc dignationem, nihil ad
hoc regnum adjici poteſt. Quo qui contentus
non eſt, aliud ſibi quoddam à diabolo poſtu-
lat, qui etiam Domino dicere auſus eſt: Tibi
dabo omnia regna mundi, ſi cadens in terram
adora-

A adoraveris me Quare, Cęſar, cum pace tua dictum ſit, Noli mihi diabolus effici: qui Chriſtum, id eſt, me, regna mundi à te data accipere jubeas. Malo enim illa ſpernere, quàm poſſidere. Et ut aliquid de infidelibus, ſed ut ſpero, futuris fidelibus loquar, noli me de angelo lucis reddere illis angelum tenebrarum, quorũ corda ad pietatem inducere volo non ipſorum cervici jugum imponere: & gladio quod eſt verbum Dei, non gladio ferri mihi ſubjicere: ne deteriores efficiantur, ne recalcitrent, ne cornu me feriant, ne nomen Dei meo irritati errore blaſphement. Filios mihi cariſſimos volo reddere, non ſervos; adoptare non emere: generare, non manu capere: animas eorum offerre ſacrificium Deo, non diabolo corpora. Diſcite à me (inquit Dominus) quia mitis ſum, & humili corde. Capite jugum meum, & invenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum ſuave, & pondus meum leve. Cujus ad extremum, finem faciam. illam in hac re ſententiam accipe, quam quaſi inter me & te tulit: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Quo fit, ut nec tu Cæſar tua relinquere, neque ego quæ Cæſaris ſunt accipere debeam: quę vel ſi millies offeras, nunquam accipiam.

Ad hanc Sylveſtri orationem Apoſtolico viro dignam, quid eſſet quod amplius Conſtantinus poſſet opponere? Quod quum ita ſit, qui ajunt donationem factam eſſe, nonne injurioſi ſunt in Conſtantinum, quem ſuos privare, imperiumq́ue Rom. voluiſſe convellere: injurioſi in S. P. Q. R. Italiam, totumq́ue Occidentem, quem contra jus faſque imperium mutari permiſiſſe: injurioſi in Sylveſtrum, quem indignam ſancto viro donationem acceptam habuiſſe: injurioſi in ſummum Pont. cui licere terrenis potiri regnis, & Rom. moderari imperium arbitrantur? Hæc tamen omnia eò pertinent, ut appareat, Conſtantinum inter tot impedimenta nunquam fuiſſe facturum, ut rem Romanam Sylveſtro ex maxima parte donaret, quod iſti ajunt. Age porrò, ut credamus iſtam donationem, de qua facit pagina veſtra mentionem: debet conſtare etiam de acceptatione Sylveſtri. Nunc de illa non conſtat. At credibile eſt, dicitis, ratam hunc habuiſſe donationem. Ita credo: nec ratam habuiſſe modò, verumetiam petiſſe, rogaſſe, precibus extorſiſſe, credibile eſt. Quid vos credibile, quod præter opinionem eſt hominum, dicitis? Nec quia in pagina privilegii de donatione fit mentio, putandum eſt fuiſſe acceptatam. Sed e contrariò: quia non fit mentio de acceptatione, dicendum eſt non fuiſſe donatum. Ita plus contra vos facit, hunc donum reſpuiſſe, quàm illum dare voluiſſe: & beneficium in invitum non confertur. Neque verò tantum donata reſpuiſſe Sylveſtrum ſuſpicari debemus: ſed tacitè etiam indicaſſe, nec illum dare juſtè, nec ſe jure accipere poſſe. Sed ô cæcam ſemper, inconſultamque avariciam. Demus, ut tabulas quoque de aſſenſu Sylveſtri proferre poſſitis, veras, incorruptas, ſynceras: num protinus donata ſunt, quæ in tabulis continentur? Ubi poſſeſſio? ubi in manus traditio? Nam ſi chartam modò Conſtantinus dat, non gratificari Sylveſtro voluit, ſed illudere. Veriſimile eſt dicitis: qui donat quippiam, eum & poſſeſſionem tradere. Videte quid loquamini: quum poſſeſſionem non eſſe datam conſtet, & an datum ſit jus ambigitur: veriſimile eſt, qui poſſeſſionem non dedit, eum ne jus quidem dare voluiſſe. Annon conſtat, poſſeſſionem nunquam traditam fuiſſe? quod negare, impudentiſſimum eſt. Nunquid Sylveſtrum Conſtantinus in Capitolium, quaſi triumphantem, inter frequentium Quiritum, ſed infidelium, plauſum duxit? In ſella aurea, ſimul aſſiſtente univerſo ſenatu, collocavit? Magiſtratus pro ſua quemque dignitate regẽ ſalutare & adorare juſſit? Hæc erga novos principes fieri ſolent non tantum aliquod palatiũ, velut Lateranenſe, tradi. Num poſtea per univerſam Italiam circunduxit? Adiit cum illo Gallias? Adiit Hiſpanias? Adiit Germanos, cæterumq́ue Occidentem? Aut ſi gravabantur ambo tantum obire terrarũ, quibusnam tã ingens officium delegarunt, qui & Cæſaris vice traderent poſſeſſionem, & Sylveſtri acciperẽt? Magni hi viri, atq; eximiæ auctoritatis eſſe debuerunt: & tamẽ qui fuerint, ignoramus. Noſtra memoria, ut exempla vetuſta omittã, nunquam aliter factitatum vidimus. quũ quis aut urbis, aut regionis aut provinciæ dominus factus eſt, ita demum traditam exiſtimari poſſeſſionem, ſi magiſtratus priſtini ſummoveantur, noviq; ſubrogentur. Hic ſi tunc Sylveſter fieri non poſtulaſſet, tamen magnificentiæ Conſtantini intererat, ut declararet non verbo ſe, ſed re poſſeſſionem tradere, ſuos præſides amovere, aliosq́; ab illo ſubſtitui jubere. Non traditur poſſeſſio, quæ penes eoſdem remanet, q poſſidebant: & novus dominus illos ſummovere non audet. Sed fac iſtud quoq; non obſtare, & nihilominus putari Sylveſtrũ poſſediſſe: atq; omnia p̃ter morem, præterq́; naturã tunc eſſe dicam⁹ adminiſtrata. Poſtquam ille abiit, quos provinciis, urbibusq́; rectores Sylveſter præpoſuit? quæ bella geſſit? quas nationes ad arma ſpectantes oppreſſit? per quos hæc adminiſtravit? Nihil horũ ſcimus, reſpondetis: ita puto, nocturno tẽpore hæc omnia geſta ſunt, & ideo nemo vidit. Age, fuit in poſſeſſione Sylveſter? Quis eũ de poſſeſſione dejecit? Nã perpetuò in poſſeſſione non fuit, neq; ſucceſſorũ aliquis ſaltem, uſq; ad Gregoriũ Magnum, qui & ipſe caruit poſſeſſione. Qui extra poſſeſſionem eſt, nec ſe ab ea dejectum probare poteſt, is profectò nunquam poſſedit: & ſi ſe poſſediſſe dicat, inſanit. Vides ut te inſanum etiam probo? Alioquin dic quis papam dejecit? ipſene Conſtantinus, an ejus filii, an Julianus, an aliquis alius Cæſar? Profer nomen expulſoris, profer tempus: unde primùm, unde ſecundò, ac deinceps expulſus eſt. Nũ per ſeditionem, & cædes, an ſine his? conjurarunt in eum pariter nationes, an quæ prima? Quid? nemo omniũ auxilio fuit? Ne illorũ quidẽ q per

Syl-

Digitized by Google

A Sylveſtrum, aliumve papam præpoſiti urbib. ac provinciis erant? Uno die univerſa amiſit, an paulatim & per partes? Reſtitit ipſe ſuique magiſtratus, an ad primum tumultum ſe abdicarunt? Quid? ipſi victores non in eam fæcem hominum quam indignam imperio ducebãt, ferro graſſati ſunt? In ultionem contumeliæ, in tutelam occupatæ dominationis, in contẽptum religionis noſtræ, in ipſum etiam poſteritatis exemplum. Omnino eorum qui victi ſunt, nemo fugam cæpit? nemo latuit? nemo timuit? O admirabilem caſum. Imperium Romanum tantis laboribus, tanta cura partum, tam placidè, tam quietè à Chriſtianis ſacerdotibus vel partum eſt, vel amiſſum, ut nullus cruor nullum bellum, nulla querela interceſſerit. Et quod non minus admirari debeas, per quos hoc geſtum ſit quo tempore, quomodo, quandiu, prorſus ignotum. Putes in ſylvis inter arbores regnaſſe Sylveſtrum, non Romæ, & inter homines: & ab hybernis imbrib. frigoribuſque, non ab hominibus ejectum. Quis non habet cognitum, qui paulo plura lectitarit, quot reges Romæ, quot conſules, quot dictatores, quot tribuni plebis, quot cenſores, quot ædiles creati fuerint? nemoque ex tanta hominum copia, ex tanta vetuſtate nos fugit. Scimus item quot Athenienſium duces, quot Thebanorum, quot Lacedæmoniorum extiterint, pugnas eorum terreſtres, navaleſque univerſas tenemus. Non ignoramus qui reges Perſarum, Medorum, Chaldæorum, Hebræo-

B rum fuerint, aliorumque plurimorum: Et quomodo horum quiſque aut acceperit regnũ, aut perdiderit, aut recuperaverit. Romanum autem, ſive Sylveſtrianum imperium, qua ratione inceperit, aut qua deſierit, quando, per quos in ipſa quoque urbe neſcitur. Interrogo num quos harum rerum teſtes, auctoreſque proferre poſſitis? nullos reſponderis. Et non pudet vos non tam homines quàm pecudes dicere, veriſimile eſſe Sylveſtrum poſſediſſe? Quod quia vos non poteſtis, ego econtrariò docebo, ad ultimum uſque diem vitæ, Conſtantinum, & gradatim deinceps omnes Cæſares poſſediſſe, ut ne quid habeatis quod hiſcere poſſitis. At perdifficile eſt, & magni (ut opinior) operis hoc docere. Evoluãtur omnes Latinæ, Græcæque hiſtoriæ: citentur cæteri auctores, qui de illis meminere temporibus: at neminem reperies, in hac re ab alio diſcrepare. Unum ex mille teſtimoniis ſufficiat; Eutropius, qui Conſtantinum, qui tres Conſtantini filios à patre relictos, dominos orbis terrarum vidit, qui de Juliano filio fratris Conſtantini ita ſcribit: Hic Julianus, qui fuit diaconus in Romana eccleſia, Imperatorque effectus, apoſtatavit in idolorum cultu, rerum potitus eſt, ingentique apparatu Parthis intulit bellum: cui expeditioni ego quoque interfui. Nec de donatione Imperii occidentis tacuiſſet: nec paulo pòſt de Joviano, qui ſucceſſit Juliano, ita dixiſſet: Pacem cum Sapore neceſſariam quidem, ſed ignobilem fecit, mutatis finibus ac nonnulla imperii Romani parte tradita: quod ante, ex quo Rom. imperium conditum erat, A nunquam accidit. Quinetiam legiones noſtræ apud Claudium Propontum Teleſtinum, & in Hiſpania apud Numantiam, & in Numidia, ſub jugo miſſæ ſunt, ut nihil tamen finium traderetur. Hoc loco libet vos, qui nuperrimè defuncti eſtis, convenire Pont. Rom. & te Eugeni, qui vivis, cum Felicis tamẽ venia. Cur donationem Conſtantini magno ore jactitatis, frequenterque vos ultores erepti Imperii quibuſdam regibus principibuſque minamini: & confeſſionem quandam ſervitutis à Cæſare, dum coronandus eſt, & à nonnullis aliis principibus extorquetis? Veluti ab rege Neap. atque Siciliæ, id quod nunquam aliquis veterũ Roman. pontificum fecit: non Damaſus apud Theodoſium, non Syrinus apud Archadium, non Anaſtaſius apud Honorium, non Johannes apud Juſtinianum, non alii apud alios ſanctiſſimi papæ apud optimos Cæſares: ſed ſemper illorum Romam Italiamque cum provinciis quos nominavi, fuiſſe profeſſi ſunt. Eoque numiſmata aurea, ut de aliis monumentis ſileam, templiſq; urbis Romæ, circumferuntur, non Græcis, ſed Latinis literis inſcripta, Conſtantini jam Chriſtiani: & deinceps cunctorũ fermè Imperatorum, quorum multa penes me ſunt, cum hac plerunque ſubſcriptione, ſubter imaginem crucis, Concordia orbis: qualia infinita reperirentur ſummorum pontificum, ſi unquam Romæ imperaſſetis, quæ nulla reperiuntur, neque aurea, neque argentea, neq; ab aliquo viſa memorantur: & tamen neceſſe B erat illo tempore proprium habere numiſma, quiſque imperiũ Romæ teneret, ſaltẽ ſub imagine Salvatoris aut Petri. Proh imperitiam hominum: non cernitis, ſi donatio Conſtantini vera eſt, Cæſari, de Latino loquor, nihil relinqui? En qualis Imperator, qualis rex Romanorum erit, cujus regnum ſi quis habeat, nec aliud habeat omnino nihil habeat. Quòd ſi itaque palàm eſt Sylveſtrum non poſſediſſe, hoc eſt, Conſtantinum non tradidiſſe poſſeſſionem: haud dubium erit ne jus quidem, ut dixi, dediſſe poſſidendi: niſi dicitis, jus quidem datum, ſed aliqua cauſa poſſeſſionem non traditã. Ita planè dabat, quod minimè futurũ intelligebat? dabat quod tradere non poterat? dabat, quod non prius venire in manus ejus cui dabatur, poſſibile erat, quàm eſſet extinctum? dabat donum, quod ante 50. annos, aut nunquã, valiturum foret? Verùm hoc loqui aut ſentire, inſanum eſt. Sed jam tempus eſt, ne longior fiam, cauſæ adverſariorum jam conciſæ atque laceratæ lethale vulnus imprimere, & uno eam jugulare ictu. Omnis ferè hiſtoria, quæ nomen hiſtoriæ meretur, Conſtantinum à puero cum patre Conſtantio Chriſtianum refert, multo etiam ante pontificatum Sylveſtri: ut Euſebius eccleſiaſticæ ſcriptor hiſtoriæ quem Rufinus non in poſtremis doctus, in Latinum interpretatus duo volumina de Ævo adjecit: quorum uterque penè Conſtantini temporibus fuit. Adde huc etiam teſtimonium Romani pontificis, qui his rebus gerendis non

inter-

A interfuit, ſed præfuit: non teſtis, ſed auctor: non alieni negocii, ſed ſui narrator. Is eſt Melchiades papa, qui proximus fuit ante Sylveſtrum, qui ita ait: Eccleſia ad hoc uſque pervenit, ut non ſolum Gentes, ſed etiam Rom. principes, qui totius orbis monarchiam tenebant ad fidem Chriſti, & ad fidei ſacramenta concurrerent. E quibus vir religioſiſſimus Conſt. primus fidem veritatis patienter adeptus, licentiam dedit per univerſum orbem ſub ſuo degentibus imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricandi eccleſias, & prædia conſtituit tribuenda. Denique præfatus princeps dona immenſa contulit, & fabricam templi primæ ſedis beati Petri inſtituit: adeò ut ſedem imperialem relinqueret, & beato Petro ſuiſque ſucceſſoribus profuturam concederet. En nihil Melchiades à Conſtantino donatum ait, niſi palatium Lateranenſe, & prædia, de quibus Gregorius in Regiſtro facit ſæpiſſimè mentionem. Ubi ſunt qui in dubium vocari non ſinunt, donatio Conſtantini valeat, nec ne: cum illa donatio fuerit & ante Sylveſtrum, & rerum tantummodo privatarum? Quæ res quanquam plana & aperta ſit, tamen de ipſo quod iſti ſtolidi proferre ſolent, privilegio diſſerendum eſt. Et ante omnia non modò ille qui Gratianus videri voluit, qui nonnulla ad opus Gratiani adjecit, improbitatis arguendus eſt: verumetiam inſcitiæ, qui opinatur paginā privilegii apud Gratianum contineri, quod neque docti unquam

B putarunt, & in vetuſtiſſimis quibuſque codicibus Decretorum non invenitur. Et ſi quo in loco hujus rei Gratianus meminiſſet, non in hoc ubi iſti collocant ſeriem, ipſam orationem abrumpentes, ſed in eo ubi agit de Ludovici pactione, meminiſſet.

Præterea duo millia locorū in decretis ſunt, quæ ab hujus loci fide diſſentiant: quorum unus eſt ibi, ubi (quæ ſuperius retuli) Melchiadis verba ponuntur. Nonnulli eum qui hoc capitulum adjecit, ajunt vocatum Paleam, vel vero nomine: vel ideo, quòd quæ de ſuo adjunxit, ad Gratianum comparata, inſtar palearum juxta frumenta exiſtimentur. Utcunque ſit, indigniſſimum eſt credere, quæ ab hoc adjecta ſunt, ea Decretorum collectorem aut ignoraſſe, aut magnifeciſſe, habuiſſeque pro veris. Bene habet, ſufficit, vicimus. Primùm, quòd hoc Gratianus non ait, ut iſti mentiebantur: imò adeò (ut ex infinitis locis datur intelligi) negat atque confutat: deinde, quòd novum & ignotum, & nullius auctoritatis ac nauci hominem afferunt, ita etiam ſtolidum, ut ea Gratiano aſſinxerit, quæ cum cæteris illius dictis congruere non poſſent. Hunc ergo vos auctorem profertis? Hujus unius teſtimonio utimini? Hujus chartulam ad tantæ rei confirmationem, contra ſexcenta probationum genera recitatis? At ego expectaveram, ut aurea ſigilla, marmoratos titulos, mille auctores oſtenderetis. Sed ipſe, dicitis, Palea auctorem profert, fontem hiſtoriæ oſtendit, & Gelaſium papam cum multis epiſcopis in teſtimonium citat. Ex geſtis, inquit, Sylveſtri, quę A beatus Gelaſius in concilio 70. epiſcoporum, à catholicis legi commemorat, & pro antiquo uſu multas hoc dicit eccleſias imitari. In quibus legitur: Conſtantinus, &c. Multo ſuperius, ubi de libris legendis, & non legendis agitur, etiam dixerat: Actus beati Sylveſtri præſulis, licet ejus qui ſcripſit nomen ignoramus: à multis tamē in urbe Roma catholicis legi cognovimus & pro antiquo uſu imitantur eccleſiæ. Mira hæc auctoritas mirum teſtimonium, inexpugnabilis probatio.

Dono vobis hoc, Gelaſium, dum de Concilio 70. epiſcoporum loquitur, id dixiſſe. Num id dixit, paginam privilegii in beatiſſimi Sylveſtri geſtis legi? Is verò tantum agit geſta Sylveſtri legi, & hoc Romæ, cujus eccleſiæ auctoritatem multæ aliæ ſequuntur. Quod ego non nego, concedo, fateor: me quoque unà cum Gelaſio teſtem exhibeo. Verùm quid vobis iſta res prodeſt, niſi ut in adducendis teſtibus mentiri voluiſſe videamini? Ignoratur nomen ejus qui hoc decretis adſcripſit, & ſolus hoc dicit. Ignoratur nomen ejus qui ſcripſit hiſtoriam, & ſolus is falsò teſtis affertur. Et vos boni viri atque prudentes, hoc ſatis ſuperque eſſe ad tantæ rei teſtimonium exiſtimatis? At videte quantum inter meum interſit, veſtrumque judicium. Egone, ſi hoc quidem apud geſta Sylveſtri privilegium contineretur, pro vero habendum putarem? cum hiſtoria illa non hiſtoria ſit, ſed poetica & impudentiſſima fabula, ut poſterius oſtendam: B nec quiſquam alius, alicujus duntaxat auctoritatis, de hoc privilegio habeat mentionem. Et Jacobus Voraginenſis, propenſus in amorem clericorum, ut archiepiſcopus, tamen in geſtis ſanctorum, de donatione Conſtantini, ut fabuloſa, nec digna quæ inter geſta Sylveſtri poneretur, ſilentium egit: lata quodammodo ſententia contra eos, ſi qui hæc literis mandaviſſent. Sed ipſum falſarium, ac verè paleam, non triticum, obtorto collo in judicium trahere volo. Quid ais falſarie? Unde fit, quòd iſtud privilegium inter Sylveſtri geſta non legimus? Credo rarus hic liber eſt, difficiliſque inventu, nec vulgò habetur: ſed tanquam faſti olim à pontificibus, aut libri Sibyllini à decemviris cuſtoditur. Lingua Græca, aut Syriaca, aut Chaldaica ſcriptus eſt. Teſtatur Gelaſius, à multis catholicis legi. Voraginenſis de eo meminit. Nos quoque mille & antiquè ſcripta exēplaria vidimus: & in omni ferè cathedrali eccleſia, cum adeſt Sylveſtri natalis dies, lectitantur: & tamen nemo ſe illic legiſſe iſtud ait, quòd tu affingis, nemo audiſſe, nemo ſomniaſſe. An alia quædam fortaſſis hiſtoria eſt? Et quænam iſta erit? Ego aliam neſcio, nec abs te aliam dici interpretor. Quippe de ea tu loqueris, quam Gelaſius apud multas eccleſias lectitari refert. In hac autem tuum privilegium non invenimus. Quòd ſi iſtud in vita Sylveſtri non legitur, quid tu ita legi tradidiſti? Quid in tanta re jocari es auſus? & levium hominum cupiditatem eludere? Sed ſtultus

A ſum, qui illius potius inſector audaciam quàm ſtultorum dementiam, qui crediderunt. Si quis apud Græcos, apud Hebræos, apud Barbaros diceret, hoc eſſe memoriæ proditum, nonne juberetis nominare auctorem, proferri codicem, & locum ab interprete fideli exponi, antequam crederetis? Nunc de lingua veſtra, de notiſſimo codice fit mentio: & vos tam incredibile factum aut non inquiritum, aut cũ ſcriptum non reperiatis: tam prona eſtis credulitate, ut pro ſcripto habeatis, atque pro vero? Et hoc titulo contenti, terras miſcetis & maria: & quaſi nullum ſubſit dubium, eos qui vobis non credunt, terrore bellorum, iiſque minis proſequimini. Bone Jeſu, quanta vis, quanta divinitas eſt veritatis, quæ per ſeſe ſine magno conatu, ab omnib. dolis ac fallaciis ſe ipſam defendit: ut non immeritò, cum eſſet apud Darium regem exorta cõtentio, quid foret maximè validum, & alios aliud diceret, tributa ſit palma veritati. Quia cum ſacerdotibus non cum ſecularibus mihi res eſt, Eccleſiaſtica magis quàm ſecularia ſunt exempla repetenda. Judas Machabæus cum dimiſſis Romam legatis, fœdus, amicitiamq; à ſenatu impetraſſet, curâvit verba fœderis in æs incidenda, Hieroſolymamque portanda. Taceo de lapideis Decalogi tabulis, quas Deus Moyſi dedit. Iſta verò tam magnifica Conſtantini, & tam inaudita donatio, nullis neq; in auro, neque in argento, neque in ære, neque in marmore, neque poſtremò in libris, probari

B documentis poteſt ſed tantum (ſi iſti credimus) in charta, ſive membrana. Jobal primus Muſices auctor (ut eſt apud Joſephum) cum eſſet à majoribus tradita per manus opinio, res humanas ſemel aqua, iterum igni delendas: doctrinam ſuam duabus columnis inſcripſit, latericia cõtra ignem, lapidea contra aquas: quæ ad Joſeph ævum (ut idem ſcribit) permanſit, ut ſoli in omnes beneficium ſemper extaret. Et apud Romanos, ruſticanis adhuc, & agreſtes, cum parvæ & raræ literæ eſſent, tamen leges duodecim tabularum in æs fuerunt inciſæ, quæ in capta atque incenſa à Gallis urbe incolumes poſtea ſunt repertæ. Adeò duo maxima in rebus humanis, videlicet diuturnitatem temporis, & fortunæ violentiam, vincit circumſpecta providentia. Conſtantinus verò, orbis terrarum donationem, papyro tantum & atramento ſignavit: cum præſertim machinator fabulæ (quiſquis ille fuit) faciat Conſtantinum dicentem, ſe credere, non defore qui donationem hanc impia aviditate reſcinderent. Hoc times Conſtantine, & non caves, ne ii qui Romam Sylveſtro eriperent, chartulam quoque ſurriperent? Quid ipſe Sylveſter? Pro ſe nihil agit? ita omnia Conſtantino remittit? ita ſecurus ac ſegnis eſt? In tanto negocio nihil ſibi, nihil eccleſiæ ſuæ, nihil poſteritati proſpicit? En cui imperium Romanum adminiſtrandum committis, qui tam magnę rei tãtoque aut lucro aut periculo indormit: ſiquidem ſublata chartula, privilegii donatio, otique ætate procedente, probari non poterit.

A Paginam privilegii appellat homo veſanus: privilegiumne tu (libet velut præſentem inſectari) vocas donationem orbis terrarum, & hoc in pagina vis eſſe ſcriptum, & iſto genere orationis uſum eſſe Conſtantinum? Si titulus abſurdus eſt, qualia cætera exiſtimemus?

Conſtantinus Imperator, quarto die ſui baptiſmatis, privilegium Romanæ Eccleſiæ pontifici contulit: ut in urbe Roma ſacerdotes, ita hunc caput habeant, ſicut judices regem.

Hoc in ipſa Sylveſtri hiſtoria continetur.

Ex quo dubitari non poteſt ubinam ſcriptũ ſignificetur privilegium. Sed more eorum qui mendacia machinantur, à vero incepit, ut ſequentibus, quæ falſa ſunt, conciliet fidem. ut Sinon apud Vergilium:

> *Cuncta equidem, tibi rex, fuerint quæcunque, fatebor:*
> *Vera (inquit) nec me Argolica de gente negabo.*

Hoc primùm, deinde falſa ſubjecit. In & hoc loco noſter Sinon facit, qui quum à vero incœpiſſet, adjecit:

B *In eo privilegio ita inter cætera legitur: Utile judicavimus unà cum omnibus ſatrapis noſtris, & univerſo Senatu, optimatibus etiam, & cuncto populo, imperio Romanæ eccleſiæ ſubjacenti: ut ſicut beatus Petrus in terris vicarius Dei videtur eſſe cõſtitutus, ita & põtifices ipſius principis Apoſtolorũ vicẽ, principatus poteſtatẽ, amplius quàm terrena imperialis noſtra ſerenitatis manſuetudo habere videretur, conceſſam à nobis noſtróque Imperio obtineant.*

O ſcelerate atque malefice. eadem quæ affers in teſtimonium, refert hiſtoria: longo tẽpore neminem ſenatorii ordinis voluiſſe accipere religionem Chriſtianam, & Conſtantinum pauperes ſolicitaſſe precio ad baptiſmũ. Et tu ais, intra primos ſtatim dies, ſenatum, optimates, ſatrapas, quaſi jam Chriſtianos, de hone-

A honeſtanda eccleſia Romana cum Cæſare decreviſſe? Quid quod vis interfuiſſe ſatrapas? O cautes O ſtipes. Sic loquuntur Cæſares? Sic concipi ſolent decreta Romana? Quis inquã, ſatrapas in cõſiliis Romanorum nominari audivit? Non teneo memoria unquam legiſſe me ullum, non modo Romanum, ſed ne in Romanorum quidem provinciis ſatrapam nominatum. At hic Imperatoris ſatrapas vocat, eoſque Senatui præponit: quum omnes honores etiam qui principi deferuntur, tantum à ſenatu decernantur, adjuncto Populoque Romano. Hinc eſt quòd in lapidibus vetuſtis, aut tabulis æreis, aut numiſmatis duas literas videmus, S. C. id eſt, Senatus conſulto: vel quatuor, S. P. Q. R. hoc eſt, Senatus populuſque Romanus. Et ut Tertullianus meminit, quum Pontius Pilatus de admirandis Chriſti actionibus ad Tyberium Cæſarem, nõ ad Senatum ſcripſiſſet (ſiquidem magiſtratus ad ſenatũ de magnis rebus ſcribere conſueverant) Senatus hanc rem indignè tulit: Tiberioque prærogativam ferenti, ut Jeſus pro Deo coleretur, repugnavit, ob tacitam tantummodo indignationem offenſæ ſenatoriæ dignitatis. Et ut ſcias quantum Senatus valeat auctoritas, ne pro Deo coleretur, obtinuit. Quid quòd ais Optimates? quos aut primarios in Republica intelligimus viros, qui cur nominantur, quum de cæteris magiſtratibus ſilentiũ ſit? aut eos qui populares nõ ſunt, benevolentiam populi occupantes, ſed optimi cujuſ-
B que & bonarum partium ſtudioſi, ac defenſores, ut Cicero quadam oratione demonſtrat. Ideoque Cæſarem ante oppreſſam Rempublicam popularem fuiſſe dicimus: Catonem ex optimatibus, quorum differentiam Saluſtius explicavit. Neque hi optimates magis quàm populares, aut cæteri boni viri, dicuntur in cõſilio adhiberi. Sed quid mirum, ſi adhibentur optimates, ubi cunctus populus ſi homini credimus, cum ſenatu & Cæſare judicavit? Et is quidem Rom. eccleſiæ ſubjacens? & quis iſte eſt populus? Romanusne? Ac cur non dicitur populus Rom. potius quàm populus ſubjacens? Quæ nova iſta contumelia eſt in
C Quirites, de quibus optimi Poetæ elogium eſt: *Tu regere imperio populos Romane memento?* Qui regit alios populos, ipſe vocatur populus ſubjacens? quod inauditũ eſt. Nam in hoc, ut in multis epiſtolis Gregorius teſtatur, differt Romanus pontifex à cæteris, quòd ſolus eſt princeps liberi populi. Cæterùm ita ſit, ut vis. Nonne & alii populi ſubjacent? An alios quoque ſignificas? Quomodo fieri iſtud triduo poterat, ut omnes populi ſubjacentes Ro. eccleſiæ, illi decreto adeſſent? Tametſi non omnis fex populi judicabat. Quid, antequam ſubjeciſſet Romano pontifici populum Conſtantinus, ſubjectum vocaret? Quid, quòd hi qui ſubjacentes vocantur, faciendo dicuntur præfuiſſe decreto? Quid, quòd hoc ipſum dicuntur decreviſſe, ut ſint ſubjacentes, & ut ille cui ſubjacet, hos habeat ſubjacentes? Quid agis aliud, infelix, niſi ut judices te voluntatem fallendi habere, facultatem non habere? A

Eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum, vel ejus vicarios, firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtra eſt terrena imperialis potentia, ita ejus ſacroſanctam Romanæ eccleſiæ decrevimus veneranter honorare, & amplius quàm noſtrũ imperiũ, terrenumq; thronũ, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſè exaltare, tribuentes ei poteſtatem & gloriam & dignitatem, atque vigorem & honorificentiam imperialem.

Reviviſce pauliſper Firmiane Lactanti, reſiſteque huic aſino, tam vaſtè, immaniterque rudenti. Ita verborum turgentium ſtrepitu delectatur, ut eadem repetat & inculcet, quæ modò dixerat. Huncne in modum hoc ævo loquebantur Cæſarum ſcribæ, ne dicam agaſones? Elegit ſibi illos Conſtantinus non patronos, ſed (eſſe patronos) interpoſuit illud B (eſſe) ut numerum redderet conciuniorem. Honeſta ratio, barbarè loqui, ut venuſtius currat oratio: ſi modò quid in tanta ſcabricia venuſtum eſſe poteſt. (Eligens principem Apoſtolorum, vel ejus vicarios) Non eligis Petrum, & ejus deinceps vicarios: ſed aut hunc, excluſis illis: aut illos, hoc excluſo. Et pontifices Rom. appellat vicarios Petri: quaſi vel vivat Petrus, vel minori dignitate ſint cæteri quàm Petrus fuit. Nonne & illud barbarum eſt, A nobis, noſtroque imperio: quaſi imperium habeat animum concedendi, & poteſtatem? Nec fuit contentus dicere (obtineant) niſi etiam diceret (conceſſam) quum ſatis alterum eſſet. Et illud (firmos patronos) perquàm elegans eſt. Scilicet firmos vult, ne pecunia corrumpantur aut metu labantur. Et illud (terrena imperialis potentia) duo adjectiva ſine copula: & illud (veneranter honorare) & illud (noſtræ imperialis ſerenitatis manſuetudo) Lactantianam eloquentiam redolet, quum de potentia agatur imperii, ſerenitatem nominare, & manſuetudinem, non amplitudinem & majeſtatem. Quod etiam tumida ſuperbia inflatum eſt, ut in illo quoq; (glorioſè exaltare per gloriam & poteſtatem & dignitatem & vigorem & honorificentiam imperialem) quod ex Apoc. ſumptum videtur, ubi dicitur: Dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & dignitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & benedictionem. Frequenter, ut poſterius li-

A quebit, titulos Dei ſibi arrogare fingitur Cõ-
ſtantinus, & imitari velle ſermonem ſacræ
Scripturæ, quem nunquam legerat.

Atque decernentes ſancimus, ut principatum teneat tam ſuper quatuor ſedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes in univerſo orbe terrarum Dei eccleſias. Etiam pontifex, qui per tempora ipſius ſacroſancta Romanæ eccleſiæ extiterit, celſior & princeps cunctis ſacerdotibus & totius mundi exiſtat: & ejus judicio, quæ ad cultum Dei, & fidem Chriſtianorum, vel ſtabilitatem procurandam fuerint, diſponantur.

Omitto hic barbariem orationis, quòd
(princeps ſacerdotibus) pro ſacerdotum di-
B xit: & quod in eodem loco poſuit (extiterit &
exiſtat) & quum dixerit (in univerſo orbe
terrarum) iterum addit (totius mundi) quaſi
quiddam diverſum, aut cœlum, quæ mundi
pars eſt, complecti velit: quum bona pars or-
bis terrarum ſub Roma non eſſet: & quòd fi-
dem Chriſtianorum, vel ſtabilitatem procu-
randam, tanquam non poſſint ſimul eſſe, di-
ſtinxerit: & quòd decernere & ſancire miſcuit, &
veluti prius cum cæteris Conſtantinus non
judicaſſet, decernere eum, & tanquam pœ-
nam proponat ſancire, & quidem unà cum
populo ſancire facit. Quis hoc Chriſtianus pati
queat: & non papam, qui hoc patitur, ac libẽs
audit & recitat, cenſoriè ſevereque caſtiget,
quòd quum à Chriſtiano primatum acceperit
Romana ſedes, & id Gratiano teſtante, multiſ-
que Græcorum octava ſynodus declararit, ac-
cepiſſe dicatur à Conſtantino, vixdum Chri-
ſtiano, tanquam à Chriſto? Hoc ille modeſtiſ-
ſimus princeps, hoc piiſſimus pontifex audire
voluiſſet? Abſit tam grave ab utroque eorum
nefas. Quid, quod multo eſt abſurdius: ca-
pitne rerum natura, ut quis de Conſtantino-
poli loqueretur, tanquam una patriarchalium
ſedium, quæ nondum eſſet, nec patriarchalis,
nec ſedes, nec urbs Chriſtiana, nec ſic nomi-
nata, nec condita, nec ad condendum deſti-
nata? Quippe privilegium conceſſum eſt tri-
duo quàm Conſtantinus eſſet effectus Chri-
ſtianus, quũ Byzantiũ adhuc erat, non Conſtã-
tinopolis. Mentiar, niſi hoc quoq; cõfiteatur
hic ſtolidus. Scribit enim propè calcẽ privilegii:

Unde congruum proſpeximus, noſtrum imperium, & regiam poteſtatem, Orientalibus transferri regionibus, & in Byzantiæ provinciæ optimo loco, nomini noſtro civitatem ædificari, & illic noſtrum conſtitui imperium.

Si ille aliò transferre volebat imperium,
nondum tranſtulerat. Si ille volebat conſtitu-
ere imperium, nondum conſtituerat: ſic ſi vo-
lebat ædificare urbem, nondum ædificarat.
Non ergo feciſſet mentionem de patriarchali,
de una quatuor ſedium, de Chriſtiana, de ſic
nominata, de condita: de qua condenda (ut hi-
ſtoriæ placet, quam Palea in teſtimonium af-
fert) ne quidem cogitarat. A qua non videt
hæc belua, ſive is Palea ſit, ſive alius quem Pa-
lea ſequitur, ſe diſſentire. Ubi Conſt. non ſua
ſponte, ſed inter quietem, admonitu Dei, non
Romæ, ſed Byzantii: non intra paucos dies,
ſed poſt aliquot annos, dicitur decreviſſe de
urbe condenda nomenque quod in ſomnis e-
doctus fuerat, indidiſſe. Quis ergo non videt,
qui privilegium compoſuit, eum diu poſt tem-
pora Conſtantini fuiſſe? & quum vellet ad-
ornare mendacium, excidiſſe ſibi quod antè B
dixiſſet, hæc geſta eſſe Romæ tertio die, quàm
ille fuiſſet baptiſatus: ut in eum decentiſſimè
cadat tritum vetuſtate proverbium, Mendã-
ces memores eſſe oportere? Quid quòd Byzantiæ
provinciam vocat, quod erat oppidum nomi-
ne Byzantium, haudquaquam capax tantæ
urbis condendæ? Nanque muris complexa eſt
Conſtantinopolis, vetus Byzantium. & hic in
ejus optimo loco ait urbem eſſe condendam.
Quid quòd Thraciam, ubi poſitum erat By-
zantium, vult eſſe in Oriente, quæ vergit ad
Aquilonem? Opinor ignorabat Conſtantinus
locum, quem condendæ urbi delegerat, ſub
quo cœlo eſſet: urbsq;, an provincia, quanta
ejus menſura foret.

Eccleſiis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, pro continuatione luminariorum, poſſeſſionum prædia contulimus, & rebus diverſis eas ditavimus, & per noſtram Imperialem juſſionem ſacram, tam in Oriente, quàm in Occidente, quàm etiam à ſeptentrione & meridionali plaga, videlicet & in Judæa,

Græ-

A *Græcia, Aſia, Thracia, Aphrica & Italia, vel diverſis inſulis, noſtra largitate. Et conceßimus, ea prorſus ratione, ut per manus beatißimi patris noſtri Sylveſtri, ſummi pontificis, ſucceſſorumq; ejus omnia diſponantur.*

O furcifer, Eccleſiæne, id eſt, templa Romæ, erant Petro & Paulo dicatę? Quis eas extruxerat? quis ædificare auſus fuiſſet, quum nuſquam foret, ut hiſtoria ait, Chriſtianis locus, niſi ſecreta & latebræ? aut ſi qua templa Romæ fuiſſent, illis dicata Apoſtolis, non erant digna in quibus tanta luminaria accēderentur: ædiculæ ſacræ, non ædes: ſacella, non templa: oratoria inter privatos parietes, non publica delubra? Non ergo antè cura gerenda erat de luminaribus templorum, quàm de ipſis templis. Quid ais tu, qui facis Conſtantinum dicentem Petrum & Paulum beatos: Sylveſtrum verò, cum adhuc vivit, beatiſſimū. & ſuam, qui paulò antè fuiſſet ethnicus, juſſionem ſacram? Tantane conferendà ſunt pro continuandis luminaribus, ut totus orbis terrarum fatigetur? At quæ iſta prædia ſunt, præſertim poſſeſſionum? Prædiorum poſſeſſiones dicere ſolemus, non poſſeſſionum prædia. B Das prædia: nec, quæ prædia, explicas. Ditaſti diverſis rebus, nec quando, nec quibus rebus oſtendis. Vis plagas orbis à Sylveſtro diſponi, nec pandis quo genere diſponendi. Conceſſiſti hæc antea: cur te hodie incepiſſe ſignificas honorare eccleſiam Romanam, & ei privilegium concedere? Hodie cōcedis? Hodie ditas? Cur dicis, Conceſſimus & ditavimus? Quid loqueris, aut quid ſentis beſtia? Cum fabulæ machinatore mihi ſermo eſt, non cum optimo principe Conſtantino. Sed quid in te ullam prudentiam, ullam doctrinam requiro, qui nullo ingenio, nulla literatura es præditus? Qui ais luminatiorum, pro luminarium: & Orientalib. transferri regionibus, pro eo quod eſt, ad orientales transferri regiones. Quid porrò? Iſtæne ſunt quatuor plagæ? quam orientalem numeras? Thraciamne? An (ut dixi) vergit ad Septentrionem? an Judæam? At magis ad Meridiem ſpectat, utpote vicina Ægypto. Quam item Occidentalem? Italiamne? At hæc in Italia gerebantur, quam nemo illic agens Occidentalem vocat: quum Hiſpanias dicamus eſſe in Occidente: & Italia hinc ad Meridiem, illinc ad Arcton magis quàm ad Occidentem vergit. Quam Septentrionalem? An Thraciam? At ipſe ad Orientem eſſe vis. An Aſiam? At hæc ſola totum poſſidet Orientem: Septentrionem verò communem cum Europa. Quam Meridionalem? Certè Aphricam. At cur non aliquam nominatim provinciam proferebas? Niſi fortè Æthiopes Romano imperio ſuberant. Et nihilominus non habent locum A Aſia & Aphrica: quum orbem terrarum in quatuor dividim⁹ partes, & nominatim regiones ſingularum referimus. Sed cur in tres, Aſiam, Aphricam, Europam: niſi Aſiam pro Aſiatica provincia, Aphricam pro ea provincia quæ prope Getulos eſt, appellas? Quæ non video cur præcipuè nominentur. Siccine locutus eſſet Conſtantinus; quum quatuor orbis plagas exequitur, ut has regiones nominaret, cæteras non nominaret; & à Judæa inciperet, quæ pars Syriæ numeratur, & quæ amplius Judæa non erat, everſa Hieroſolyma, fugatis ac propè extinctis Judæis? ita ut credam vix aliquem in ſua patria tunc permanſiſſe, ſed alias habitaſſe nationes. Ubi tandem erat Judæa, quæ nec Judæa amplius vocabatur, ut hodie videmus illud terræ nomen extinctum; Et ſicut exterminatis Cananæis, Cananæa regio deſiit appellari, commutato nomine in Judæam, à novis incolis: ita exterminatis Judæis, & convenis Gentibus eam incolentibus deſierat Judæa nominari. Nuncupas Judæam, Thraciam, inſulas: Hiſpanias verò, Gallias, Germanos non putas nuncupandos: & cum de aliis linguis loquaris; Hebræa, Græca, Barbara, de ulla provinciarum Latino ſermone utentium non loqueris. Video: has igitur omiſiſti, ut poſtea in donatione complectereris. Et quid? non tanti erant tot provinciæ Occidentis, ut continuandis luminaribus ſuppeditarent ſumptus, niſi reliquus orbis adjuvaret? Tranſ- B eo, quòd hæc concedi ais per largitatem: nō ergo (ut iſti ajunt) ob lepræ curationem. Alioquin inſolens ſit, quiſquis remunerationem loco munerum ponit.

Beato Sylveſtro, ejusq; vicario, de præſenti tradimus palatium imperii noſtri Lateranenſe: deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulque phrygium, necnon ſuperhumerale, videlicet lorum quod imperiale circundare ſolet collum: verumetiam chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta, ſeu etiam dignitatem imperialium præſidentium equitum: conferentes ei etiam Imperialia ſceptra, ſimulque cuncta ſigna atque banna & diverſa ornamenta imperialia, &

A *omnem proceſsionem Imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris etiam diverſi ordinis reverendiſsimis clericis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſervientibus, illud culmen ſingularis potentiæ & præcellentiæ habere ſancimus: cujus ampliſsimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, id eſt patricios, conſules effici: necnon in cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgavimus decorari. Et ſicut Imperialis extat decorata militia: ita clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ adornari decrevimus. Et quemadmodum Imperialis potentia diverſis officiis, cubiculariorum nempe, & oſtiariorum, atque omnium concubitorum adornatur: ita & ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus.* B *Et ut ampliſsimè pontificale decus præfulgeat, decernimus: & ut clerici ſancti ejuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ mappulis & linteaminibus, id eſt, candidiſsimo colore decoratos equos equitent: & ſicut noſter ſenatus calciamentis utitur cum udonibus, id eſt, candido linteamine illuſtrentur: & ſicut cœleſtia, ita terreſtria ad laudem Dei decorentur.*

O ſancte Jeſu, ad hunc ſententias volventem ſermonibus imperitis, non reſpondebis de turbine? non tonabis? non in tantam blaſphemiam ultricia fulmina jaculabere? tantumne probrum in tua familia ſuſtines? Hoc audire, hoc videre, hoc tandiu conniventibus oculis præterire potes? Sed patiens es, & multæ miſericordiæ. Vereor tamen, ne patientia hæc tua ſit potius ira & condemnatio, qualis in illos fuit, de quibus dixiſti: Et dimiſi eos ſecundum deſiderium cordis eorum; ibunt in adinventionibus ſuis. Et alibi: Tradidi eos in reprobum ſenſum; ut faciant quæ non conveniunt: quia non probaverunt ſe habere notitiam mei. Jube me, quæſo Domine, ut exclamem adverſus eos, & fortè convertentur. O Romani pont. exemplum facinorum omnium cæteris pontificibus, ô improbiſſimi ſcribæ & phariſæi, qui ſedetis ſuper cathedram Moyſi, & opera Dathan & Abyron facitis. Itane veſtimenta apparatus, pompa equitatus, omnis denique vita Cæſaris vicarium Chriſti decebit? Quæ communicatio ſacerdotis ad Cæſarem? Iſtane Sylveſter veſtimenta ſibi induit? Eo apparatu inceſſit? Ea celebritate miniſtrantium domi vixit atque regnavit? Sceleratiſſimi homines. non intelligunt Sylveſtro, magis veſtes Aaron, qui ſummus Dei ſacerdos fuerat, quàm gentilis principis fuiſſe ſumendas. Sed hæc aliàs erunt exagitanda vehementius. In præſentiarum autem de barbariſmo cum hoc ſycophanta loquamur: cujus ex ſtultiloquio impudentiſſimum ejus pateſcit ſua ſponte mendacium. *(Tradimus, inquit, palatium Imperii noſtri Lateranenſe)* quaſi malè hoc loco inter ornamenta donũ palatii poſuiſſet: iterũ poſtea ubi de donis agitur, replicavit. *(Deinde diadema)* & quaſi illi non videant, qui adſunt, interpretatur (videlicet coronam.) Verùm hic non addidit, Ex auro: ſed poſterius eadem inculcãs inquit *(Ex auro puriſsimo, & gemmis pretioſis.)* Ignoravit homo imperitus diadema è panno eſſe, aut fortè è ſerico. Unde ſapiens illud regis dictum celebrari ſolet: quem ferunt traditum ſibi diadema, priuſquam capiti imponeret retentum, diu conſideraſſe ac dixiſſe: O nobilem magis quàm felicem pannum: quem ſi quis penitus agnoſceret, quàm multis ſolicitudinibus periculiſque & miſeriis ſis refertus, ne humi quidem jacentem vellet tollere. Iſte non putat illud niſi ex auro eſſe, cui circulus aureus nunc cum gemmis apponi à regibus ſolet. Verùm non erat rex Conſtantinus, nec regem appellare, nec regio ſe ritu ornare fuiſſet auſus. Imperator Roman. erat, non rex. Ubi rex eſt, ibi reſpubl. non eſt. At in Repu. multi fuerunt etiam uno tempore Imperatores. Nam Cicero frequenter ita ſcribit: M. Cicero Imperator, illi vel illi Imperatori ſalutem. Licèt poſtea peculiari nomine Romanus princeps, ut ſummum omnium, Imperator appellaretur. *(ſimulq; phrygium, nec non ſuperhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circumdare ſolet collũ)*

Quis

A Quis unquam Phrygium Latinè dici audivit? Tu mihi, dum barbarè loqueris, videri vis Cõſtantini aut Lactantii eſſe ſermonem? Plautus in Menæchmis, phrygionem pro concinnatore veſtium poſuit. Plinius phrygiones appellat veſtes acu pictas, quòd earum Phryges fuerunt inventores. Phrygium verò quid ſignificet, hoc nõ exponis, quod obſcurum: exponis, quod eſt clarius. Superhumerale ais eſſe lorũ: nec quid ſit lorum, tenes. Non enim cingulum ex corio factum, quod dicitur lorum, ſentis circumdari pro ornamẽto Cæſaris collo. Hinc eſt, quòd habenas & verbera vocamus lora. Quòd ſi quando dicantur lora aurea, non niſi de habenis, quæ auratæ collo equi aut alterius pecudis circumdari aſſolent, intelligi poteſt: quæ te res, ut mea fert opinio, fefellit: & quum lorum circumdare collo Cæſaris atque Sylveſtri vis, de homine, de Imperatore, de ſummo pontif. equum aut aſinum, aut canem facis. *(Verùm & chlamydem purpuream, atq; tunicam coccineam.)* Quia Matthæus ait chlamydem coccineam, & Johannes veſtem purpuream, utrunq; voluit hic eodem loco conjungere. Quòd ſi idem color eſt (ut Evangeliſtæ ſignificant) quid tu non fuiſti contentus alterum nominaſſe, ut illi cõtenti fuerunt? Niſi accipis purpuram, ut nunc imperiti loquuntur, genus panni ſerici colore albo. Eſt autem purpura piſcis, cujus ſanguine lana tingitur. Ideoque à tinctura datum eſt no-
B men panno: cujus color pro rubro accipi poteſt, licèt ſit magis nigricans, & proximus colori ſanguinis concreti, & quaſi violaceus. Inde ab Homero atque Virgilio purpureus dicitur ſanguis, & marmor porphyricũ, cujus color eſt ſimilimus amethyſto. Græci enim purpuram, porphyram vocant. Coccinũ pro rubro accipi fortè non ignoras: ſed cur faciat coccineum, quum nos dicamus coccum? & chlamys, quod genus ſit veſtimenti, jurarem te planè neſcire. Atq; ut ne ſe longiùs perſequendo ſingulas veſtes, mendacem proderet, uno ſemel verbo complexus eſt, dicens *(Omnia imperialia indumenta)* Quid? Etiamne illa, quibus in bello, quibus in venatione, quibus in ludis, quibus in conviviis amiciri ſolet? Quid ſtultius quàm dicere, Omnia Cæſaris indumenta convenire pontifici? Sed quàm lepidè addit *(Seu etiã dignitatẽ imperialium præſidentiũ equitũ)* Seu, inquit: diſtinguere duo hæc invicem voluit, quaſi multum inter ſe habeant ſimilitudinis & de imperatorio habitu ad equeſtrem dignitatem dilabitur, neſcio quid loquens. Mira quædam effari vult, ſed deprehendi in mendacio timet: eoque inflatis buccis & turgido gutture, dat ſine mente ſonum. *(Cõferentes ei etiam Imperialia ſceptra.)* Quæ ſtructura orationis? qui nitor? qui ordo? Quænam ſunt ſceptra iſta Imperia- A lia? unum eſt ſceptrum, non plura, ſi modò ſceptrum gerebat Imperator. Num & pontifex ſceptrum geſtabit? Cur non ei dabimus & enſem, & galeam, & jaculum? *(Simulque cuncta ſigna atque banna.)* Quid tu ſigna accipis? Signa ſunt, aut ſtatuæ, (unde frequenter legimus, ſigna ac tabulas pro ſculpturis & picturis. Priſci enim non in parietibus pingebant, ſed in tabulis) aut vexilla. unde illud: Signa pares aquilas. A priore ſignificato, ſigilla dicuntur parvæ ſtatuæ atque ſculpturæ. Num ergo ſtatuas, aut aquilas ſuas Sylveſtro dabat Conſtantinus? Quid hoc abſurdius? At banna quid ſibi velit, non invenio. Deus te perdat, improbiſſime mortalium; qui ſermonem barbarum attribuis ſeculo erudito. *(Et diverſa ornamenta Imperialia.)* Quia dixit banna, ſatis putavit ſignificatum eſſe: & ideo cætera ſub verbum univerſale concluſit. Et quàm frequenter inculcat Imperialia, quaſi propria quædam ſint ornamenta Imperatoris magis quàm cõnſulis, quàm dictatoris, quàm Cæſaris. *(Et omnẽ proceſſionẽ Imperialis culminis, & gloriam pöteſtatis noſtra.)* Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba. Rex regum Darius, conſanguineuſq; ne B deorum, nunquam niſi plurali numero loqueris. Quæ eſt iſta proceſſio, Imperialis cucumeris, per herbam torti, & creſcentis in ventrem? Triumphaſſe exiſtimas Cæſarem quoties domo prodibat, ut nunc ſolet papa, præcedentibus albis equis, quos ſtratos ornatosque famuli dextrant? quo (ut taceam alias ineptias) nihil eſt vanius, nihilque à pontifice Romano alienius. Quæ etiam iſta gloria eſt? Gloriámne (ut Hebrææ linguæ mos eſt) pompã & apparatus illum ſplendorem homo Latinus appellaſſet? Ut illud quoque, militiam pro milites. quòd ab Hebræis ſumus mutuati: quorum libros Conſtantinus, aut ipſius ſcribæ nunquam aſpexerant. Verùm quanta eſt munificentia tua, Imperator, qui non ſatis habes ornaſſe ſummum pontificem, niſi ornes & omnem clerum? Culmen ſingularis potentiæ & præcellentiæ aïs effici patricios, conſules. Quis audivit ſenatores, alióſve homines effici patricios? Conſoles efficiuntur, non patricii: ex domo vel patricia, quæ eadem ſenatoria dicitur, ſiquidem ſenatores patres conſcripti ſunt: vel ex equeſtri, vel ex plebeja: pluſquè eſt ſenatorem quàm patricium eſſe. Nam ſenator eſt, unus è delectis conſiliariis Reipublicæ: patricius verò, qui è domo ſenatoria originem ducit. Ita qui ſenator, aut ex patribus cõſcriptis, nõ protinus & patricius eſt. Ridiculeq; Romani mei hoc tempore faciunt, qui prætorẽ ſuũ ſenatorem vocant: quũ neq; ſenatus ex uno homine cõſtare poſſit, neceſſeq; ſit ſenatorẽ ha-

A bere collegas: & is qui ſenator nunc dicitur, fungatur officio prætoris. Et dignitas patriciatus in multis libris invenitur, inquies: Audio: ſed in his, qui de temporibus poſt Conſtantinū loquuntur: ergo poſt Conſtantinum privilegium confectum eſt. Sed nunquid clerici fieri conſules poſſunt? Conjugio ſibi interdixère Latini clerici, & conſules fient? Habitoq; delectu militum, cum legionibus & auxiliis in provincias quas fuerint ſortiti, ſe conferent? Miniſtrine & ſervi conſules fient, aut militaria ornamenta geſtabunt: nec bini (ut ſolebant) ſed centeni & milleni miniſtri, qui Rom. eccleſiæ ſervient, dignitate afficientur imperatoria? Et ego ſtolidus mirabar, quòd papa effici diceretur: Miniſtri Imperatores erunt, clerici verò milites. Militéſne clerici fient, aut militaria ornamenta geſtabunt? niſi Imperialia ornamēta univerſis clericis impertis. nam neſcio quid dicas. Et quis non videt hanc fabulam ab his excogitatam eſſe, qui ſibi omnem veſtiendi licentiā eſſe voluerunt? Ut exiſtimem ſi qua inter dæmones qui aërem incolunt, ludorum genera exercentur, eos exprimendo clericorum cultu, faſtu, luxu exerceri & hoc ſcenici luſus genere maximè delectari. Utrum magis inſequar? ſententiarum an verborum ſtoliditatē? Sententiarū audiſtis. Verborum hæc eſt, ut dicat Senatū videri adornari, quaſi non utiq; adornetur: & quidem adornari gloria: & quod fit, factū eſſe velit: ut promulgavimus, pro ꝓmulgamus. Illo enim modo ſonat jucūdius oratio,

B ut eandem rem per præſens, & per præteritum enunciet: Velut decernimus, & decrevimus. Et omnia ſint referta his vocibus Decernimus, decoramus, imperialis, imperatoria, potentia, gloria. Et extat pro eſt, poſuerit, quum extare ſit ſupereminere, vel ſupereſſe: & nempe pro ſcilicet, & concubitores pro contubernales. Cōcubitores ſunt qui concumbunt. & coeūt: nimirum ſcorta intelligenda ſunt. Addit cum quibus dormiat, ne timeat, opinor, nocturna phantaſmata: addit cubicularios, addit oſtiarios. Non ocioſum eſt, quare hæc ab eo minuta referuntur: pupillum inſtituit, aut adoleſcentem filium, non ſenem: cui omnia quibus neceſſe habet tenera ætas ipſe velut amātiſſimus pater præparat, ut David Salomoni fecit. Atque, ut per omnes numeros fabula impleatur, dantur clericis equi, ne aſinario illo Chriſti more ſuper aſellos ſedeant: & dantur nō operti ſive inſtrati operimentis coloris albi, ſed decorati colore albo. At quibus operimentis? nō ſtragulis, non Babylonicis, aut quo alio genere, ſed mappulis & linteaminibus. Mappæ ad menſam pertinent, linteamina ad lectulos. Et quaſi dubium ſit, cujus ſint hæc coloris, interpretantur, id eſt candidiſſimo colore. Dignus Conſtantino ſermo, digna Lactantio facundia: cùm in cæteris, tum verò in illo (*Equos equitent.*) Et quum de veſtitu Senatorum nihil dixerit non de laticlavo, non de purpura, non de cæteris: de calciamentis ſibi loquendum putavit. Nec lunulas appellavit, ſed udones, ſive cum udonibus: quos (ut ſolet homo ineptus) exponit, id eſt candido linteamine, quaſi udones linteamen ſint. Non occurrit in præſentiarū ubi repererim udones, niſi apud Martialem Valerium: cujus diſtichon, quod inſcribitur Udones cilicini, hoc eſt:

Non hos lana dedit: ſed olentis barba mariti,
Cynyphio poterit planta latère ſinu.

Ergo non linei utique, nec candidi ſunt udones, quibus hic bipes aſellus nō calceari pedes ſenatorum ait, ſed ſenatores illuſtrari. Atq; per hoc (*Sicut cœleſtia, ita terreſtria ad laudem Dei decorentur*) Quæ tu cœleſtia vocas? Quæ terrena? Quomodo cœleſtia decorantur? Quæ autem Deo laus iſta ſit, tu videris. Ego, ſi qua fides mihi eſt, nihil puto nec Deo nec cæteris hominibus magis eſſe inviſum, quàm tantam clericorum in rebus ſecularibus licentiam. Verùm quid ego in ſingula impetum facio? Dies me deficiet, ſi univerſa non dico amplificare, ſed attingere velim.

Præ omnibus autem licentiā tribuimus beato Sylveſtro & ſucceſſoribus ejus, ex noſtro indictu, ut quem placatus proprio conſilio clericare voluerit, & in religioſo numero religioſorū clericorum connumerare, nullus ex omnib. præſumat ſuperbè agere.

Quis eſt hic Melchiſedech, qui patriarchā Abraham benedicit? Conſtantinuſne, vix Chriſtianus, facultatem ei, à quo baptiſatus eſt, & quem beatum appellat, tribuit clericandi? Quaſi priùs nec feciſſet hoc Sylveſter, nec facere potuiſſet. Et qua comminatione vetuit, ne quis impedimento eſſet? (*Nullus ex omnibus præſumat ſuperbè agere*) Qua etiam elegantia (*Connumerare in numero religioſorum, clericare clericorum, & indictu, & placatus.*) Atque iterum ad diadema revertitur.

Decrevimus itaque & hoc, ut ipſe, & ſucceſſores ejus, diademate, videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſerimus, ex auro puriſſimo, & gemmis precioſis, uti debeat, pro honore beati Petri.

Iterum interpretatur diadema. Cum barba-

ris ea-

A ris enim, & obliviosis loquebatur: & adjicit, *De auro puriſſimo*, ne fortè aliquid æris, aut ſcoriæ crederes admiſtum. Et gemmas cùm dixit, addit Precioſas: eodem timore, ne viles forſan ſuſpicareris. Cur tamen non precioſiſſimas, quemadmodum aurum puriſſimū? Plus namque intereſt inter gemmam & gemmam, quam inter aurum & aurum. Et cùm dicere debuiſſet, Diſtinctum gemmis, dixit, Ex gemmis. Quis non videt ex eo loco ſumptum, quem princeps gentilis non legerat: Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide precioſo? Sic locutus eſt Cæſar vanitate quadā coronæ ſuæ jactandæ, ſi modò Cæſares coronabantur, in ſeipſum contumelioſus: qui vereretur, ne opinarentur homines, eum non geſtare coronam ex auro puriſſimo cum gemmis precioſis, niſi indicaſſet? Accipe cauſam, cur ſic loquatur, (*Pro honore beati Petri*) quaſi Chriſtus non ſit ſummus angularis lapis, in quo templum Eccleſiæ conſtructum eſt, ſed Petrus: quod iterum poſtea facit. Quem ſi tantoperè venerari volebat, cur non templum Epiſcopale illi potiùs, quàm Johānni Bapt. Romæ dicavit? Quid illa loquendi barbaries? nónne teſtatur, non ſeculo Conſtantini, ſed poſteriori, cantilenam hanc eſſe cōfictam? (*Decrevimus quòd uti debeant*) pro eo quod eſt, decrevimus ut utantur. Sic nunc barbari
B homines vulgò loquuntur, & ſcribunt, Juſſi quòd deberes venire: pro eo quod eſt, Juſſi ut venires. Et decrevimus, & conceſſimus: quaſi non tunc fiant illa, ſed alio quodam tempore facta ſint.

Ipſe verò beatus papa ſuper coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beatiſſimi Petri, ipſa ex auro non eſt paſſus uti corona.

O tuam ſingularem ſtulticiam Conſtantine. modò dicebas coronam ſuper caput papæ ad honorem facere beati Petri: nunc ais non facere, quia Sylveſter illam recuſat. & quum factum recuſantis probes, tamen jubes eum aurea uti corona. Et quòd hic non debere ſe agere exiſtimat, id tu ipſius ſucceſſores dicis agere debere. Tranſeo, quòd raſuram coronam vocas, & papam pontificem Romanum, qui nondum peculiariter ſic appellari erat cœptus.

Phrygium verò, candidiſſimo nitore ſplendidum, Domini reſurrectionem deſignantes, ejus ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frenum equi, pro reverentia beati Petri Apoſtoli, dextratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem phrygio omnes ejus ſucceſſores ſingulariter uti in proceſſionibus, ad imperii noſtri imitationem. A

Nónne videtur hic auctor fabulæ, non per imprudentiam, ſed conſultò & dedita opera prævaricari, & undique anſas ad ſe reprehendendum præbere? In eodem loco ait, phrygio & dominicam reſurrectionem repræſentari, & imperii Cæſarei eſſe imitationem: quæ duo inter ſe maximè diſcrepant. Deum teſtor, non invenio quibus verbis, qua verborum atrocitate confodiam hunc perditiſſimum nebulonem. Ita omnia verba plena inſaniæ evomit. Conſtantinū nō tantùm officio ſimilem Moyſi, qui ſummum ſacerdotem juſſu Dei ornavit: ſed ſecreta myſteria facit exponentem. quod difficillimū eſt his qui diu in ſacris literis ſunt verſati. Cur non feciſti etiam Conſtantinum pontificem maximum, ut multi Imperatores fuerunt, ut commodiùs ipſius ornamenta in alterum ſummum pontificem transferrentur? Sed neſciſti hiſtorias. Ago itaque Deo etiam hoc nomine gratias, quòd iſtam nephandiſſimam mentem non niſi in ſtultiſſimum hominem cadere permiſit. Quod etiam poſteriora declarant. Namque Aaron ſedenti in equo, Moyſen inducit dextratoris exhibuiſſe officium, & non hoc per medium Iſraël, ſed per B Cananæos atque Ægyptios: id eſt, per infidelem civitatem, ubi non tam imperium erat orbis terrarum quàm dęmonum, & dæmones colentium populorum.

Unde ut pontificalis apex non vileſcat, ſed magis quàm imperii terreni dignitas, gloria & potentia decoretur, ecce tam palatium noſtrum, quamq; Romanam urbem, & omnes Italiæ ſive occidentaliū regionum provincias, loca, civitates, beatiſſimo pontifici & univerſali papæ Sylveſtro tradimus atque relinquimus: & ab eo, & ſucceſſoribus ejus per pragmaticum conſtitutum decrevimus diſponendas, atque juri ſanctæ Romanæ eccleſiæ permanendas.

De hac in oratione Rom. & Sylveſtri multa diſſeruimus. Hujus loci eſt, ut dicamus nemi-

nem

A nem fuiſſe facturum, ut nationes uno cunctas verbo donationis involveret: & qui minutiſſima quæque ſuperiùs eſt executus, lorum, calceos, linteamina, equorum ornamenta, non referret nominatim provincias, quarum ſingulæ non ſingulos reges nunc; aut principes regibus pares habent. Sed ignoravit, videlicet hic falſator, quæ provinciæ ſub Conſtant erant, quæ non erant. Nam certè cunctæ ſub eo non erant. Alexandro extincto videmus ſingulas regiones in ducum partitione numeratas. A Xenophonte terras, principesq; nominatos, qui vel ultrò, vel armis ſub imperio Cyri fuerunt. Ab Homero Græcorum Barbarorumq; regum nomen, genus, patriam, mores, vires, pulchritudinem, numerum navium, & prope numerum militum, catalogo comprehenſum. Cujus exemplum quum multi Græci, tum verò noſtri Latini, Ennius, Virgilius, Lucanus, Statius, aliique nonnulli imitati ſunt. A Joſue & Moyſe in diviſione terræ promiſſionis, viculos quoque univerſos fuiſſe deſcriptos. Et tu gravaris etiam provincias recenſere? Occidentales tantùm provincias nominas. Qui ſunt fines Occidentis? ubi incipiunt? ubi deſinunt? Num ita certi conſtitutique ſunt termini Occidentis & Orientis, Meridieique & Septentrionis ut ſunt Aſiæ, Aphricæ, Europæ? Neceſſaria verba ſubtrahis, ingeris ſupervacua. Dicis provincias, loca, civitates. Nónne & provinciæ & urbes loca ſunt? & quum dixeris provincias, ſubjungis civitates, quaſi hæ
B ſub illis non intelligantur. Sed non eſt mirum, qui tantam orbis terrarum partem à ſe alienat, eundem urbium, provinciarumque nomina præterire, & quaſi lethargo oppreſſum, quid loquatur ignorare. *(Italiæ ſive occidentalium regionum.)* Tanquam aut hoc aut illud, quum tamen utrunque intelligat, appellans *(provincias regionũ)* quum ſint potius regiones provinciarum, & *(permanendas)* dicens, pro permanſuras.

Unde congruum proſpeximus, noſtrum Imperium & regiã poteſtatem orientalibus transferri regionibus, & in Byzantiæ provinciæ optimo loco, nomini noſtro civitatem ædificari, & illic noſtrum conſtitui Imperium.

Taceo quòd dixit civitates ædificari: cùm urbes ædificentur, non civitates. & Byzantiam provinciam Si tu es Conſtantinus, redde cauſſam, cur illum potiſſimum locum condendæ urbis delegeris? Quòd enim te aliò transferas poſt Romam traditam. non tàm congruũ quàm neceſſarium eſt. Nec te appelles Imperatorem, qui Romam amiſiſti: & de nomine Romano, quod diſcerpis, peſſimè meritus es. Nec regem, A quod nemo ante te fecit: niſi ideo te regem appelles, quia Romanus eſſe deſiiſti. Sed affers cauſſam ſanè honeſtam.

Quoniam ubi princeps ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput conſtitutũ eſt ab Imperatore cœleſti, juſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem.

O ſtultum David, ſtultum Salomonem, ſtultum Ezechiam, Joſiamq; & ceteros reges ſtultos ac parùm religioſos. qui in urbe Hieruſalem cum ſummis ſacerdotibus habitare ſuſtinuerunt, nec tota illis urbe ceſſerunt. Plus ſapit Conſtantinus triduo, quàm illi tota vita ſapere potuerunt. Et Imperatorem cœleſtem appellas, quia terrenum accepit imperium: niſi Deum intelligis. nam ambiguè loqueris: à quo terrenum principatum ſacerdotum, ſuper urbe Romana, cæterisq; locis, conſtitutum eſſe mentiris.

Hæc verò omnia, quæ per hanc imperialem ſacram ſcripturã, & per alia divalia decreta ſtatuimus & firmavimus, uſq; in finẽ mundi illibata & incõcuſſa permanere decrevimus. B

Modò terrenum te vocaveras Conſtantine, nunc divum ſacrumq; vocas: ad gentilitatem recidis, & plus quàm gentilitatem. Deum te facis, & verba tua ſacra, & decreta immortalia. nam mundo imperas, ut tua juſſa conſervet illibata & inconcuſſa. Non cogitas quis tu es: modò è ſordidiſſimo impietatis cœno lotus, & vix perlotus. Cur non addebas· Jota unum aut apex unus de privilegio hoc non peribit, ut non magis pereat cœlum & terra? Regnum Saul à Deo electi, ad filios non pervenit: regnum David in nepote diſcerptum eſt & poſtea extinctum. Et tu ad finem uſque mundi regnum, quod tu ſummo Deo tradis, permanſurum tua auctoritate decernis? Quis etiam tam citò docuit mundum eſſe periturum? Nam poetis, qui hoc etiam teſtantur, non puto te hoc tempore fidem habere. Ergo hoc tu non dixiſſes, ſed alius tibi affinxit. Cæterùm qui tam magnificè, ſuperbeque loquutus eſt, timere incipit, ſibique diffidere: eoque obteſtationibus agit.

Unde coram Deo vivo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili ejus judicio obteſtamur, omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, & cunctos optimates,

A *tes, ſatrapas etiam, ampliſſimumq́; ſenatum, & univerſum populum in univerſo orbe terrarum, nec nõ & in poſterum, nulli eorum quoquo modo licere, hoc aut confringere, vel in quoquam convelli.*

Quàm æqua, quàm religioſa adjuratio? Non ſecus ac ſi lupus per innocentiam & fidem obteſtatur, cæteros lupos atque paſtores: ne oves quas ſuſtulit, interque filios & amicos partitus eſt, aut illi adimere, aut hi repetere tentent. Quid tantoperè extimeſcis Conſtantine? Si npus tuum ex Deo non eſt, diſſolvetur: ſin ex Deo, diſſolvi non poterit. Sed video, voluiſti imitari Apocalypſim, ubi dicitur: Conteſtor autem audienti omnia verba prophetiæ libri hujus, ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Et, Si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ, & de civitate ſancta. At tu nunquam legeras Apocalypſim, ergo non ſunt hæc verba tua.

Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator extite-
B *rit, æternis condemnationibus ſubjaceat condemnatus: & ſanctos Dei Apoſtolos Petrum & Paulum ſibi in præſenti & in futura vita ſentiat contrarios. Atque in inferno, inferiori ſcilicet, concremandus, cum diabolo & omnibus deficiat impiis.*

Hic terror, atq; hæc comminatio non Cęſaris aut ſecularis principis ſolet eſſe: ſed priſcorum ſacerdotum ac flaminum, & nunc eccleſiaſticorum. Itaque non eſt Conſtantini oratio hæc, ſed alicujus clericuli ſtolidi nec quid dicat aut quomodo dicat ſcientis, ſaginati & craſsi, ac inter crapulam, interq́; fervorem vini, has ſententias, & hæc verba ructantis. Quæ non in alium tranſeunt, ſed in ipſum convertuntur auctorem. Primùm ait (æternis condemnationibus ſubjaceat.) Deinde, quaſi plus addi queat, alia addere vult: & poſt æternitatem pœnarum adjungit pœnas vitæ præſentis: & cùm Dei condemnatione nos terreat, adhuc quaſi majus quiddam ſit, terret nos odio Petri: cui Paulum cur adjungat, aut cur ſolum, neſcio. Iterum ſolito lethargo ad pœnas æternas redit, veluti non hoc antè dixiſſet. Quòd ſi minæ hæ execrationesq́; Conſtantini forent, invicem execrarer, ut tyrannũ & profligatorẽ reipub meæ, & illi me Romano ingenio minarer ultorem. Nunc quis exiſtimet execrationẽ avariſſimi hominis, & ritu hiſtrionum verba ſimulantis, ac ſub perſona Conſtantini alios deterrentis? hoc eſt propriè hypocritam eſſe, ſi Græcam vocem exquirimus, ſub aliena perſonã abſcondere tuam. A

Huius verò imperialis decreti paginam propriis manibus roborantes, ſuper venerandum corpus beati Petri poſuimus.

Chartáne, an membrana fuit pagina, in qua ſcripta ſunt hæc? Tametſi paginam vocamus alteram faciem (ut dicunt) folii. veluti quinternio habet folia dena, paginas vicenas. O rem inauditam & incredibilem. Cùm eſſem adoleſcentulus, interrogaſſe me quendam memini, quis librum Job ſcripſiſſet: cumq́; ille reſpondiſſet: Ipſe Job: tunc me ſubjunxiſſe, quo pacto igitur de ſua ipſius morte faceret mentionem? Quod de multis aliis libris dici poteſt: quorũ ratio huic loco non convenit. Nã quomodo verè narrare potes, id quod nondũ eſſet adminiſtratum: & in tabulis contineri id quod poſt tabularum (ut ſic dicam) ſepulturam factũ eſſe ipſe fateatur? Hoc nihil aliud eſt, quàm paginam privilegii antè fuiſſe mortuã & ſepultam, quàm natam: nec tamen unquam à morte B atq; ſepultura reverſam, præſertim antequam conſcripta eſſet, roboratã: nec id unà tantùm, ſed utraq; Cæſaris manu. Et quid iſtud eſt, roborare illam? chirographóne Cæſaris, an annulo ſignatorio? Magnum nimirũ robur majusq́; multò, quàm ſi tabulis æreis mandaviſſet. Sed non eſt opus ſcriptura ærea, cùm ſupra corpus beati Petri charta reponatur. Cur hic Paulum retices, qui ſimul jacet cum Petro, & magis cuſtodire poſſent ambo, quàm aſſoter tãtummodò corpus unius? Videtis artes malitiamq́; nequiſſimi Simonis: quia donatio Conſtantini doceri nõ poteſt ideo non in tabulis æreis, ſed charteis privilegiũ eſſe: ideo latêre illud cum corpore ſanctiſſimi Apoſtoli dixit, ne aut auderemus è venerabili ſepulchro inquirere: aut ſi inquireremus, carie abſumptũ putaremus. Sed ubi tunc erat corpus beati Petri? certè nondum in templo, ubi nunc eſt: non in loco ſanè munito ac tuto. Ergo non illic Cęſar paginam collocaſſet. An beatiſſimo Sylveſtro paginam nõ credebat, ut parùm ſancto, parùm cauto, parùm diligenti? O Petre, ô Sylveſter ô ſanctæ Romanæ Eccleſiæ pontifices, quibus oves Domini commiſſæ ſunt. cur vobis commiſſam paginam non cuſtodiſtis? Cur à tineis illã rodi, aut cur ſitu tabeſcere paſsi eſtis? Opinor, quia corpora quoque veſtra contabuerunt. Stultè igitur fecit Cõſtantinus. En redacta in pulverem pagina, jus ſimul privilegii in pulverem abiit. Atqui (ut videmus) paginæ exemplar oſtenditur. Quis ergo illam de ſinu ſanctiſſimi

A ctiſſimi Apoſtoli temerarius accepit? Nimirum aliquis antiquorum ſcriptorum debet afferri, nec poſterior Conſtantini temporibus. At is nullus affertur, ſed fortè aliquis recẽs. Unde hic habuit? Quiſquis enim de ſuperiori ætate historiam texit, aut Spiritu ſancto dictante loquitur, aut veterum ſcriptorum, & eorũ quidem, qui de ſua ætate ſcripſerunt, ſequitur auctoritatem. Quare quicunque veteres nõ ſequitur, is de illorum numero erit quibus ipſa vetuſtas præbet audaciam mentiendi. Quòd ſi quo in loco iſta res legitur, non aliter cum antiquitate conſentit, quàm illa gloſſatoris Accurſii, de legatis Rom. ad leges accipiendas dimiſſis in Græciam, pluſquam ſtulta narratio, cum Tito Livio, aliiſque præſtantiſſimis ſcriptoribus convenit.

Datum Romæ tertio Calend. Aprilis, Conſtantino Auguſto quartò conſule, & Gallicano quartò conſule.

Diem poſuit penultima Martii: ut ſentiremus hoc factum eſſe, ſub tempus ſanctorum dierum, qui illo plerunque tempore ſolent eſſe. Et Conſtantino quartùm conſule, & Gallicano quartùm conſule. Mirum ſi uterque ter fuerat conſul, & in quarto conſulatu forent collegæ. Sed mirandum magis, Auguſtum le-
B proſum elephantia (qui morbus inter cæteros, ut elephas inter beluas, eminet) velle etiam accipere conſulatum: cùm rex Azarias, ſimul ac lepra tactus eſt, in privato ſe continuerit, procuratione regni ad Jonatham filium relegata, ut ferè omnes leproſi fecerunt. Quo uno argumento totum prorſus privilegium confutatur, profligatur, evertitur. Ac ne quis ambigat, antè leproſum eſſe debuiſſe, quàm conſulem: ſciat & ex medicina, paulatim hunc morbum ſuccreſcere: & ex notitia antiquitatis, & conſulatum iniri Januario menſe, magiſtratumque eſſe annuum: & hæc Martio proximo geſta referuntur. Ubi neque ſilebo, in epiſtolis ſcribi ſolere, Datum: non autem in cæteris, niſi apud indoctos. Dicuntur enim epiſtolæ dari, vel illi, vel ad illum. Illi quidem qui perfert, utputa tabellario, ut reddat, & in manum porrigat homini cui mittuntur. Privilegium autem, ut ajunt, Conſtantini, quod reddi alicui non debebat, nec dari debuit dici: ut appareat, eum qui ſic loquutus eſt, mentitum eſſe, nec ſciſſe fingere, quod Conſtantinum dixiſſe ac feciſſe veriſimile eſſet. Cujus ſtultitiæ atq; veſaniæ affines ſe ac ſocios faciunt, quicunque hunc vera dixiſſe exiſtimant atque defendunt. Licèt nihil jam habeant quo opinionem ſuam, non dico defendere, ſed honeſtè excuſare poſſint. An honeſta erroris excuſatio eſt, cùm patefactam videas veritatem, nolle illi acquieſcere, quia nonnulli magni homines aliter ſenſerunt? Magni, inquam, dignitate, non ſapientia, nec virtute. Unde tamen ſcis, an illi, quos tu ſequeris, ſi eadem audiſſent quæ tu, manſuri in ſententia fuerint? an à ſententia receſſuri? A
& nihilominùs indigniſſimum eſt, plus homini velle tribuere quàm veritati, id eſt Deo. Ita enim quidam, omnibus defecti rationibus, ſolent reſpondere: Cur tot ſummi pontifices donationem hanc veram eſſe crediderunt? Teſtificor vos, me vocatis quò nolo, & invitum me maledicere ſummis pontificibus cogitis: quos magis in delictis ſuis operire vellem.

Sed pergamus ingenuè loqui, quandoquidem aliter agi nequit hæc cauſſa. Ut fatear eis, ita credidiſſe, & non malicia feciſſe: quid mirum ſi iſta crediderunt, ubi tantum lucri blanditur: cum plurima ubi nullum lucrum oſtenditur, per inſignem imperitiam credant? Nónne apud Aram cœli, in tam eximio templo, & in loco maximè auguſto, cernimus pictam fabulam Sibyllæ & Octaviani, ut ferunt, ex auctoritate Innocentii tertii, hæc ſcribentis? Qui etiam de ruina templi Pacis, ſub natale Salvatoris, hoc eſt in partu virginis, ſcriptam reliquit. Quæ ad evertendam magis fidem, quia falſa, quàm ad ſtabiliendã, quia miranda ſunt, pertinent. Mentiri ne ob ſpeciem veritatis, pietatis, audet vicarius veritatis: & ſe ſcientem hoc piaculo obſtringere? An non mentitur? Imò verò à ſanctiſſimis viris ſe, cùm hoc facit, diſſentire non videt? Tacebo alios. Hieron. Varronis teſtimonio utitur, decem Sibyllas fuiſſe; quod opus Varro ante Auguſtum condidit. Idem de templo Pacis ita ſcribit: Veſpa-
ſianus & Titus, Romæ templo Pacis ædificato, vaſa templi, & univerſa donaria, in delubro illius conſecrârunt: quæ Græca & Romana narrat hiſtoria. Et hic unus indoctus plus vult libello ſuo, etiam barbarè ſcripto, credi, quàm fideliſſimis veterum prudentiſſimorum hominum hiſtoriis. Quia Hieronymum attigi, non patiar hanc contumeliam ipſius tacitè præteriri. Romæ ex auctoritate papæ oſtenditur codex Bibliæ, tanquam reliquiæ ſanctorum, luminaribus ſemper accenſis: quod dicunt ſcriptum chirographo Hieronymi. Quæ res argumentum? Quia multum (ut inquit Virgilius) eſt pictai veſtis & auri. Res quæ magis Hieronymi manu indicat ſcriptum non eſſe. Illum ego diligentiùs inſpectum, comperi ſcriptum eſſe juſſu regis, ut opinor, Roberti, chirographo hominis imperiti. Huic ſimile eſt, quanquam decem millia hujuſmodi Romæ ſunt, quòd inter religioſa demonſtrantur in tabella effigies Petri & Pauli: quam Sylveſter Conſtantino, ab eiſdem Apoſtolis in ſomnis admonito, in confirmationem viſionis exhibuit. Non hoc dico, quia negem effigies illas eſſe Apoſtolorum: utinamque tam vera eſſet epiſtola, nomine Lentuli miſſa de effigie Chriſti, quæ non minùs improbè ementita eſt quàm privilegium, quod confutavimus: ſed quia tabella illa à Sylveſtro non fuerit exhibita Conſtantino. In quo non ſuſtineo admirationem animi mei continere: Diſputabo enim aliquid de fabula Sylveſtri: quia & omnis in hoc quæſtio verſatur: & mihi

cùm

A cum ſermo ſit cum pontificibus Rom. de pontifice Romano potiſſimum loqui decebit, ut ex uno exemplo facilè aliorum conjectura capiatur. Et ex multis ineptiis quæ ibi narrantur, unam tantum de dracone attingam, ut doceam Conſtantinum non fuiſſe leproſum. Etenim geſta Sylveſtri ab Euſebio quodam Græco homine, ut interpres teſtatur, compoſita ſunt, quæ natio ad mẽdacia ſemper promptiſſima eſt, ut Juvenalis Satyrica cẽſura ait: Quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria. Unde draco ille venerat? Romæ dracones non gignuntur. Unde etiam illi venenum? In Aphrica tantum peſtiferi dracones, ob ardorem regionis, eſſe dicuntur. Unde præterea tantum veneni, ut tam ſpacioſam civitatem peſte corrumperet: præſertim cũ in tam alto ſpecu demerſus eſſet, ad quem centum quinquaginta gradibus deſcenderetur? Serpentes, excepto forſan baſiliſco, non afflatu, ſed morſu virus inſpirant, atque interimunt. Nec Cato Cæſarem fugiens, cum tanta hominum manu, per medias Aphricæ arenas dũ iter faceret, ac dormiret, ullum ſociorum ac comitum ſuorum ſerpentis afflatu vidit extinctum. Neque illi populi ob id aërem ſentiunt peſtilentem. Et ſi quid fabulis credimus & Chimæra, & Hydra, & Cerberus, ſine noxa vulgo conſpecti ſunt, ac tacti. Adhuc, quin eum Romani potius occidiſſent? Nõ poterãt inquis. At multo grãdiorem ſerpentem in Aphrica, ad ripam Bragadæ, Regulus occidit. B Hunc verò vel obſtructo ore ſpecus facile erat interimere. An nolebant? ita opinor pro Deo colebant, ut Babylonii fecerunt. Cur ergo, ut olim Daniel dicitur occidiſſe, non & Sylveſter hunc potius occidiſſet? Quin canabaceo filo alligaſſet, & domum illam in æternum perdidiſſet? Ideo cõmentator fabulæ, noluit draconem interimi, ne planè Danielis narratio referri videretur. Quod ſi Hieronymus, vir doctiſſimus ac fideliſſimus interpres, Apollinariſq; & Origenes, atq; Euſebius, & nonnulli alii narrationẽ Beli fictam eſſe affirmant, ſi eam Judæi in veteris inſtrumenti archetypo nõ agnoſcũt id eſt, ſi doctiſſimi quiq; Latinorum, pleriq; Græcorum ſinguli Hebræorum, illam ut fabulã damnant: ego non hanc, adumbratam ex illa, damnabo, quæ nullius ſcriptoris auctoritate fulcitur. & quæ magiſtram multo ſuperat ſtulticia? Nam quis beluæ domum ſubterraneam ędificaverat? Quis illic eam collocaverat, & ne prodiret atq; avolaret (volant enim dracones, ut quidam ajunt, etſi alii negant) imperaverat? Quis genus illud cibi excogitaverat? Quis fœminas, easque virgines, ac ſanctimoniales deſcendere præciperet, nec niſi calendis? an tenebat draco, quis eſſet dies calendarum? & tã parco raroq; erat cibo contentus? Nec virgines tam altum ſpecum, tam immanem & eſurientem beluam exhorrebant? Credo blandiebatur eis draco, ut fœminis, ut virginibus, ut cibaria afferentibus. Credo etiam cum illis fabulabatur. Quid ni, honor dicto, etiã coibat? nam & Alexander & Scipio ex draconis, ſerpentisúe cum matre concubitu geniti dicuntur. A Quid de negato poſtea victu? Non potius aut prodiiſſet, aut fuiſſet extinctus? O miram hominum dementiam, qui his anilibus deliramentis fidem habent. Jã verò, quandiu hoc factitatum eſt? Quando fuit cœptũ? Ante adventum Salvatoris? an poſtea? nihil horum ſcitur. Pudeat nos, pudeat harum næniarum, & levitatis pluſquàm mimicæ. Erubeſcat Chriſtianus homo, qui veritatis ſe ac lucis filiũ nominat, proloqui, quæ nõ modò vera nõ ſunt, ſed nec veriſimilia. At enim, inquiunt, hanc dæmones poteſtatem in Gentibus obtinebãt, ut eas diis ſervientes illuderent. Silete impudentiſſimi homines ne dicam ſceleratiſſimos, qui fabulis veſtris tale ſemper velamẽtum obtenditis. Non deſiderat ſinceritas Chriſtiana patrocinium falſitatis. Satis per ſe ſuperq; ſua ipſius luce ac veritate defenditur, ſine iſtis cõmenticiis ac præſtigioſis fabellis, in Deum, in Chriſtum, in Spiritum ſanctum contumelioſiſſimis. Siccine Deus arbitrio dæmonum tradiderat genus humanum, ut tam manifeſtis, tam imperioſis miraculis ſeduceretur? ut propemodum poſſet injuſticiæ accuſari, qui oves lupis commiſiſſet: & homines magnam errorum ſuorum haberent excuſationem. Quòd ſi tantum olim licebat dæmonibus, & nunc apud infideles vel magis liceret. quod minimè videmus. Nec ullæ ab eis hujuſmodi fabulæ proferuntur. Tacebo de aliis populis, dicam de Romanis: apud quos pauciſſima miracula feruntur, eaq; vetuſta atque incerta. B Valerius Maximus ait: Hiatum illum terræ in medio foro, cùm ſe in eum Curtius armatum adacto equo immiſiſſet iterum coiiſſe, inq; priſtinã formam continuò revertiſſe. Item Junonem monetam cum à quodam milite Rom. captis Veiis per jocum interrogata eſſet, an Romam migrare vellet? reſpondiſſe, velle. Quorũ neutrũ Titus Livius ſentit & prior auctor & gravior. Nam & hiatum permanſiſſe vult, nec tã fuiſſe ſubitum quàm vetuſtum & ante conditam Urbem, appellatumque Curtium lacum, quòd in eo delituiſſet Curtius Metius Sabin[9], Romanorum fugiens impreſſionẽ: & Junonẽ annuiſſe, non reſpondiſſe: adjectũ fabulæ poſtea, vocem reddidiſſe. Atq; de nutu quoq; palàm eſt, illos eſſe mentitos, vel quòd motum ſimulachri: avellebant autem illud, interpretati ſunt, ſua ſponte eſſe factũ, vel qua laſcivia hoſtilem, & victam, & lapideam deam interrogabant eadem laſcivia annuiſſe finxerunt: tametſi Livius inquit non annuiſſe, ſed milites quod annuiſſet exclamaſſe. Quæ tamen boni ſcriptores non defendunt facta, ſed dicta excuſãt. Nam prout idem Livius ait, datur venia antiquitati, ut miſcendo humana divinis, primordia urbiũ auguſtiora faciat. Et alibi: Sed in rebus tam antiquis, ſi qua ſimilia veritati ſunt, pro veris accipiantur. Satis habeam hæc ad oſtentationem ſcenę gaudentis miraculis aptiora, quàm ad fidem neq; affirmare, neq; refellere eſt operæ precium. Terentius Varro, his duob[9] & prior & doctior, & ut ſentio, gravior

Digitized by Google

A auctor, ait triplicem hiſtoriam de lacu Curtio à totidem auctorib. proditam. Unam à Proculo, quòd is lacus ita ſit appellatus à Curtio, qui ſe in eum dejecit: alteram à Piſone, quòd à Metio Sabino: tertiam à Cornelio, cujus rei ſocium addit Luctatium, quòd à Curtio conſule, cui collega fuit M. Genutius. Neque verò diſſimnlaverim Valerium non planè poſſe reprehendi, quòd ita loquatur, cum paulò poſt graviter & ſeverè ſubjiciat: Nec me præterit, de motu & voce deorum immortalium, humanis oculis auribusq; percepto, quàm in ancipiti opinione æſtimatio verſetur. Sed quia nō nova dicuntur, ſed tradita repetuntur, fidem auctores vendicent. De voce deorum dixit, propter Junonem monetam, & prupter ſimulachrum Fortunæ, quod bis locutum fingitur his verbis: Ritè me matronæ vidiſtis, ritè dedicaſtis. At verò noſtri fabulatores paſſim inducunt idola loquentia, quod ipſi Gentiles & idolorum cultores non dicūt: & ſincerius negant, quàm Chriſtiani affirmant. Apud iſtos pauciſſima miracula, non fide auctorum, ſed veluti ſacra quadā ac religioſa vetuſtatis commendatione nituntur. Apud iſtos recentiora quædam narrantur, quæ illorum homines tēporum neſcierunt. Neq; ego admiratione ſanctorum derogo, nec ipſorum divina opera abnuo, quum ſciam tantum fidei, quantum eſt granum ſinapis, montes etiam poſſe transferre. Imò defendo illa, & tueor: ſed miſceri cum fabulis non ſino. Nec perſuaderi poſſum, hos B ſcriptores alios fuiſſe quàm aut infideles, qui hoc agerent in deriſum Chriſtianorum, ſi hæc figmenta per doloſos homines in manus imperitorum delata acciperentur pro veris: aut fideles, habentes æmulationem Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, qui non modo de geſtis ſanctorū. verum etiam Dei genitricis. atq; adeò Chriſti improba quædam & pſeudevangelia ſcribere non reformidarūt. Et ſummus pōtifex hos libros appellat apocryphos: quaſi nihil vitii ſit, quòd eorū ignoratur auctor, quaſi credibilia ſint quæ narrantur, quaſi ſancta, & ad confirmationem religionis pertinentia: ut jam non minus culpæ ſit penes hunc qui mala probat. quàm penes illum qui mala excogitavit. Numos reprobos diſcernimus. ſeparamus, abjicimus: doctrinam reprobam non diſcernemus, ſed retinebimus? ſed cum bona miſcebimus? ſed pro bona defendemus? Ego verò ingenuam feram ſententiam: Geſta Sylveſtri nego eſſe apocrypha: quia ut dixi, Euſebius quidem fertur auctor: ſed falſa, atq; indigna quæ legantur exiſtimo, cùm in aliis, tum verò in illo, quod narratur de dracone, de tauro, de lepra. propter quæ refutanda tanta repetii. Neque enim ſi Naaman leproſus fuit, continuò & Cōſt. leproſum fuiſſe dicemus. De illo multi auctores meminerunt: de hoc principe orbis terrarum nemo, ne ſuorum quidē civium ſcripſit, niſi neſcio quis alienigena, cui nō eſt aliter habenda fides, quàm alteri cuidam de veſpis intra nares Veſpaſiani nidificantibus. & de rana partu à Nerone emiſſa, unde Lateranū vocitatum locum dicunt, quòd ibi rana lateat A in ſepulchro. Quod nec veſpæ ipſæ, nec ranæ, ſi loqui poſſent, dixiſſent: niſi ad deos capitolinos hoc referunt, quaſi illi loqui conſueſſēt, & hoc fieri juſſiſſent. Sed quid mirer hæc non intelligere pontifices. cū nomen ignorent ſuum? Cephas enim dicunt vocari Petrum, quia caput Apoſtolorum eſſet, tanquam hoc vocabulum ſit Græcum ἀπὸ τῆς κεφαλῆς & non Hebraicum, ſed potius Syriacum, quod Græci κηφᾶς ſcribunt, quod apud eos interpretatur Petrus, non caput. Eſt enim Petrus & petra Græcum vocabulum: ſtulteq; per etymologiam Latinam exponitur petra, quaſi pede trita. Et metropolitanum ab archiepiſcopo diſtinguunt, vuluntq; illum à menſura civitatis dictum, cum Græcè dicatur non metropolis, ſed μητρόπολις id eſt, mater civitatis ſive urbis: & patriarcham quaſi patrem patrum. & papam ab interjectione papè dictum, & fidem orthodoxam quaſi recta gloria: & Simonem media correpta cum legēdum ſit media lōga, ut Platonem & Catonem, ita legendum Simonem: & multa ſimilia, quæ tranſeo ne culpa aliquorum, omnes ſummos pōtifices videar inſectari. Hæc dicta ſint, ut nemo miretur, ſi donationem Conſtantini commenticiam fuiſſe papæ multi non potuerunt deprehendere, tametſi ab aliquo eorum ortam eſſe hanc fallaciam reor. At dicitis: cur Imperatores, quorum detrimento res iſta cedebat, donationem Conſtantini non negant, ſed fatentur, affirmant, conſervant? Ingens argumentum, mirifica de- B fenſio. Nam de quo tu loqueris Imperatore? ſi de Græco, qui verus fuit Imperator, negabo confeſſionem: ſin de Latino, libenter etiā confitebor. Etenim quis neſcit Imperatorem Latinum gratis factum eſſe à ſummo pont. ut opinor, Stephano qui Græcum Imperatorem, quòd auxilium non ferret Italiæ, privavit. Latinumque fecit, ita ut plura Imperator à papa, quàm papa ab Imperatore acciperet. Sanè Trojanas opes quibuſdā pactionibus ſoli Achilles & Patroclus inter ſe partiti ſunt. Quod etiam mihi videtur indicare Ludovici verba, cū ait: Ego Ludovicus Imp. Rom Auguſtus, ſtatuo & concedo, per hoc pactū cōfirmationis noſtræ, tibi beato Petro principi Apoſtolorum, & per te vicario tuo domino Paſchali ſummo pont. & ſucceſſoribus ejus in perpetuū, ſicut à prædeceſſoribus noſtris, uſq; nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis, Romanā civitatem, cū ducatu ſuo, & ſuburbanis atq; viculis omnibus, & territoriis ejus, montanis atq; maritimis littoribus, & portub. ſeu cunctis civitatib. caſtellis, oppidis ac villis. in Tuſciæ partibus, &c. Tu ne Ludovice cum Paſchale paciſceris? Si tua, id eſt, imperii Rom. ſunt iſta, cur alteri concedis? Si ipſius & ab ipſo poſſidentur, quid attinet re illa confirmare? Quantulū etiam ea imperio Rō. tuum erit, ſi caput ipſum imperii amiſiſti? A Roma dicitur Romanus Imperator. Quid cætera quæ poſſides, tua ne an Paſchalis ſunt? Credo, tua dices. Nihil ergo valet donatio Conſtantini, ſi ab eo pōtifici donata

Digitized by Google

A nata tu poſſides. Si ſ valet, quo jure tibi Paſchalis cætera remittit, retentis tantū ſibi quæ poſſidet? Id ſibi vult tanta, aut tua in illum, aut illius in te de imperio Rom. largitio? Meritò igitur pactum appellas, quaſi quandam colluſionem. Sed quid faciam, inquies? Repetā armis quæ papa occupat? At ipſe jā factus eſt me potentior. Repetam jure? At jus meum tantū eſt, quantum ille eſſe voluerit. Non enim hæreditario nomine ad imperium veni, ſed pacto, ut ſi Imperator eſſe volo, hæc & hæc invicem papæ promittam. Dicam nihil donaſſe ex imperio Conſtantinum? At iſto modo cauſam agerem Græci Imperatoris & me omni fraudarem imperii dignitate. Hac enim ratione papa ſe dicit facere Imperatorem me, quaſi quēdam vicarium, & niſi promittam, non facturum: & niſi paream me abdicaturum. Dummodo mihi det omnia fatebor omnia paciſcar. Mihi tamē crede, ſi Romam ego aut Tuſciam poſſiderem, tantum abeſt ut facerē, quæ facio, ut etiā fruſtra mihi Paſchalis donationis ſicut reor falſę, caneret cantilenam. Nunc concedo, quæ nec teneo, nec habiturū me eſſe ſpero. De jure papæ inquirere non ad me pertinet ſed ad Conſtantinopolitanum Auguſtum. Jā apud me excuſatus es Ludovice, & quiſquis alius Ludovici ſimilis. Quid de aliorum Imperatorum cū ſummis pontificibus pactione ſuſpicandū eſt, cum ſciamus quid Sigiſmundus fecerit princeps alioqui optimus & fortiſſimus, ſed jā affectā ætate minus fortis. Quem per Italiam pau-
B cis ſtipatorib. ſeptum, in diem vivere vidimus, Romæ etiam fame periturum niſi eum, ſed nō gratis (extorſit enim donationem) Eugenius paviſſet. Is cum Romam veniſſet, ut pro Imperatore Romanorū coronaretur, non aliter à papa coronari potuit, quàm ut Conſtātini donationem ratam haberet, eademque omnia de integro donaret. Quid magis contrariū, quàm pro Imperatore coronari, qui Romæ ipſi renunciaſſet? & coronari ab illo, quem & confiteatur, & quantum in ſe eſt, dominum Rō imperii faciat? ac ratam habere donationem, quæ vera ſi ſit, nihil Imperatori de imperio reliqui fiat? Quod ut arbitror, nec pueri feciſſēt. Quo minus mirum ſi papa ſibi arrogat Cæſaris coronationem quæ populi Rom. eſſe deberet. Si tu papa & potes Græcum Imperatorem privare Italia, provinciiſque Occidentis Latinum Imp. facis, cur pactionib. uteris? Cur bona Cęſaris partiris? Cur in te imperiū trāsfers? Quare ſciat, quiſquis eſt Imperator Rom. me judice, ſe non eſſe nec Auguſtum, nec Cæſarē, nec Imperatorem, niſi Romæ imperium teneat: & niſi operam det, ut urbem Romam recuperet, planè eſſe perjurum. Nā Cæſares illi priores, quorum fuit primus Conſtantinus, non adigebantur juſiurandum interponere, quo nunc Cęſares obſtringuntur: ſed quantum humana ope præſtari poteſt nihil imminuturos eſſe de amplitudine imperii Rom. eamque ſedulò adaucturos. Non ea re tamen vocati Auguſti, quod imperium augere deberēt, ut aliqui ſentiunt, Latinæ linguæ imperiti. Eſt enim Auguſtus quaſi ſacer, ab avium guſtu dictus, quæ A in auſpiciis adhiberi ſolebant: Græcorumque teſtante lingua, apud quos Auguſtus σεβαστὸς dicitur: unde Sebaſtia vocata. Melius ſummus pontifex ab augēdo Auguſtus diceretur, niſi quòd, dum tēporalia auget, ſpiritualia minuit. Itaq; videas, ut quiſq; peſſimus eſt ſummorum pontificum, ita maximè defendendæ huic donationi incumbere. Qualis Bonifacius octavus, qui Celeſtinū tubis parieti inſertis decepit. Hic & de donatione Conſtantini ſcribit, & regem Franciæ privavit, regnumq; ipſum, quaſi donationem Conſtantini exequi vellet, eccleſiæ Romanæ fuiſſe & eſſe ſubjectū judicavit. Quod ſtatim ſucceſſores ejus Benedictus & Clemens, ut improbum injuſtumq; revocarunt. Verùm quid ſibi vult iſta veſtra, pōtifices Romani, ſolicitudo, quòd à ſingulis Imperatoribus donationē Conſtantini exigitis confirmari, niſi quòd juri diffiditis veſtro? Sed laterem lavatis, ut dicitur. Nā neq; illa unquam fuit: & quod non eſt, confirmari nō poteſt: & quicquid donant Cæſares, decepti exēplo Conſtantini faciunt, & donare imperium nequeunt. Age verò, demus Conſtātinum donaſſe, Sylveſtrumq; aliquando poſſediſſe: ſed poſtea vel ipſum, vel aliquē ipſorum à poſſeſſione dejectum (loquor nunc de his quæ papa nō poſſidet, poſtea loquar de his quæ poſſidet) quid poſſum vobis magis dare, quàm ut ea quę nec fuerunt, nec eſſe potuerunt, fuiſſe concedam? Tamen dico, vos nec jure divino, nec jure humano, ad recuperationem agere poſſe. In B lege veteri Hebræ⁹ ſupra ſextum annum Hebræo ſervire vetabatur, & quinquageſimo quoq; anno omnia redibant ad priſtinum dominum. Tēpore gratiæ. Chriſtianus à vicario Chriſti, Redemptoris noſtrę ſervitutis, premetur ſervitio æterno? Quid dicam? revocabitur ad ſervitutem, poſtquam liber factus eſt, diuq; potitus libertate? Sileo, quàm ſævus, q̄ vehemens, q̄ barbar⁹ dominatus frequenter eſt ſacerdotū. Quod ſi antè ignorabatur, nup eſt cognitū, ex monſtro illo, atq; portento, Johanne Viteleſco Card. & patriarcha, qui gladium Petri quo auriculā Malcho abſcidit, in Chriſtianorū ſanguine laſſavit, quo gladio & ipſe periit. An verò populus Iſrael à domo David & Salomonis, quos Prophetæ à Deo miſſi unxerant, tamen propter graviora onera deſciſcere licuit, factumq; eorum probavit Deus, nobis ob tantā tyrannidem deſciſcere non licebit? ab his præſertim qui nec ſunt reges, nec eſſe poſſunt: & qui de paſtoribus ovium, id eſt animarū, facti ſunt fures ac latrones? Et ut ad jus humanum veniam, quis ignorat nullum jus eſſe bellorum? aut ſi quod eſt, tamdiu valere, quandiu poſſideas quę bello paraſti? Nā quum poſſeſſionem perdis, & jus perdidiſti. Ideoque captivos, ſi fugerint, nemo ad judicem repetere ſolet: etiam nec prædas, ſi eas priores domini receperint. Apes & quædam alia volucrum genera, ſi è privato meo longius evolaverint, & in alieno deſederint, repeti non queunt. Tu ne homines, non modò liberum

A animal, ſed dominum cæterorum, ſi ſe in libertatem manu & armis aſſerant, non manu & armis repetes, ſed jure? quaſi tu homo ſis, illi pecudes? Neque eſt quòd dicas: Romani juſtè bella nationibus intulerunt, juſtéque libertate illas exuerunt. Noli me ad iſtam vocare quæſtionem, ne quid in Romanos meos cogar dicere. Quanquam nullum crimen tam grave eſſe potuit, ut æternam mererentur populi ſervitutẽ, cum eo, quod ſæpe culpa principis, magnive alicujus in Republica civis, bella geſſerũt & victi immerita ſervitutis pœna affecti ſunt. Quorum exemplis plena ſunt omnia. Neque verò lege naturæ comparatum eſt ut populus ſibi populum ſubigat. Præcipere aliis, eoſque exhortari poſſumus: imperare illis ac vim afferre non poſſumus, niſi relicta humanitate velimus ferociores beluas imitari, quę ſanguinarium in infirmiores impetium exercent, ut leo in quadrupedes, aquila in volucres, delphinus in piſces. Veruntamen hæ beluæ non in ſuum genus ſibi jus vendicant, ſed in inferius. Quod quanto magis faciendũ nobis eſt, & homo homini religioni habendus? quum, ut M. Fabius inquit, nulla ſupra terras adeò rabioſa belua, cui non imago ſua ſancta ſit. Itaque quatuor ferè cauſæ ſunt, ob quas bella inferuntur. Aut ob ulciſcẽdam injuriam, defendendoſque amicos: aut timore accipiendæ poſtea calamitatis, ſi vires aliorum augeri ſinantur: aut ſpe prædæ: aut gloriæ cu-B piditate. Quarum prima nonnihil honeſta, ſecunda parum, duæ poſteriores nequaquam honeſtæ ſunt. Et Romanis quidem illata fuêre frequenter bella: ſed poſtquam ſe defenderant, & illis & aliis ipſi intulerunt, nec ulla gẽs eſt, quæ ditioni eorum ceſſerit, niſi bello victa & domita: quàm rectè, aut qua cauſa ipſi viderint. Eos ego nolim nec damnare, tanquam injuſtè pugnaverint: nec abſolvere tanquam juſtè. Tantum dicam, eadem ratione, Romanos cæteris bella intuliſſe, qua reliqui populi regeſque: atq; ipſis qui bello laceſſiti victiq; ſunt, licuiſſe deficere à Romanis, ut ab aliis dominis defecerunt: ne fortè, quod nemo diceret, imperia omnia ad vetuſtiſſimos illos, qui primi domini fuêre, id eſt qui primi præripuêre aliena referantur: & tamen melius in victis bello nationibus populo Rom quàm Cæſaribus Rempub. opprimentib. jus eſt. Quocirca ſi fas erat Gentib. à Conſtantino, & quod plus eſt à populo Romano deſciſcere, profectò & ab eo jus erit, cuicunque ceſſerit ille jus ſuum. Atq; ut audacius agam ſi Romanis licebat, Conſtantinum aut exigere ut Tarquinium, aut occidere, ut Julium Cæſarem: multo magis eum, vel Romanis vel provinciis licebit occidere, qui in locum Conſtantini utcunque ſucceſſit. Hoc etſi verum, tamen ultra cauſam meam eſt & idcirco me reprimere volo, nec aliud ex his colligere quæ dixi, niſi ineptum eſſe, ubi armorum vis eſt, ibi jus quẽquam afferre verborum. Quia quod armis acquiritur, idem rurſus armis amittitur. Eo quidem magis, quod aliæ novæ gentes, ut de Gothis accepimus, quæ nunquam ſub imperio Romanorum fuerunt, fugatis veteribus incolis, Italiam & multas provincias occuparunt, quas in ſervitutem revocari, in qua nunquam fuerunt, quæ tandem æquitas eſt? prę ſertim victrices, & fortè à victis. Quo tempore, ſi quæ urbes ac nationes, ut factum fuiſſe ſcimus, ab Imperatore deſertæ, ad Barbarorum adventum, neceſſe habuerunt deligere ſibi regem, ſub cujus auſpiciis victoriam reportarunt, nunquid hunc poſtea à principatu deponerent? Aut ejus filios tum commendatione patris, tum propria virtute favorabiles juberent eſſe privatos, ut iterum ſub Romano principe eſſent: maximè cum eorum opera aſſiduè indigerent, & nullum aliunde auxilium ſperarent? Hoc ſi Cæſar ipſe, aut Conſtantinus, ad vitam reverſus, aut etiam S. P. Q R ad commune judicium, quale in Græcia Amphictyonum fuit, vocaret: prima ſtatim actione repelleretur quòd à ſe olim cuſtode deſertos, quòd tam diu ſub alio principe degentes, quòd nunquam alienigenę regi ſubditos, quòd denique homines libertati natos, & in libertatem robore animi corporiſque aſſertos, ad famulatum, ſervitiumque repoſceret. Ut appareat, ſi Cæſar, ſi pont. Rom. à repetendo excluſus eſt, multo vehementius papam eſſe excluſum. Et ſi licet aliis nationibus, quæ ſub Roma fuerunt aut regem ſibi creare, aut rempublicam tenere: multo magis id licere populo Rom. præcipuè adverſus novam papæ tyrannidem. Excluſi à defen-B dẽda donatione adverſarii, quod nec unquam fuit: & ſi quà fuiſſet, jam temporum conditione intercidiſſet: confugiunt ad alterum genus defenſionis, & velut relicta urbe, in arcẽ ſe recipiunt, quam ſtatim deficientibus cibariis dedere coguntur. Præſcripſit, inquiunt, Romana eccleſia in his quæ poſſidet: Cur ergo, quæ major pars eſt ea repoſcit, in quibus non præſcripſit, & in quibus alii præſcripſerunt? Niſi id non licet aliis in hunc, quod huic licet in alios. Præſcripſit Romana eccleſia: cur ergo ab Imperatoribus toties curat ſibi jus confirmandum? Cur donationem, confirmationemq; Cæſarum jactat, ſi hoc unum ſatis eſt? Injuriam ei facis, ſi de altero quoque jure non ſileas. Cur igitur de altero non ſiles? Nempe, quia hoc ſibi non ſufficit. Præſcripſit Romana eccl. Et quomodo poteſt præſcripſiſſe, ubi de nullo titulo, ſed de malæ fidei poſſeſſione conſtat? Aut ſi malæ fidei poſſeſſione neges, profectò ſtultæ fidei negare non poſſes. An in tanta re, tamque aperta, excuſata debet eſſe & facti & juris ignorantia? Facti quidem, quod Romam, provinciaſq; non dedit Conſtantinus: quod ignorare idiotæ hominis eſt, non ſummi pontificis. Juris autem, quòd illa nec donari potuêre, nec accipi, quòd neſcire vix Chriſtiani eſt. Ita ne ſtulta credulitas dabit tibi jus in his, quæ ſi prudentior fores, tua nunquam fuiſſent? Quid? Nõnne nunc ſaltem poſtquam te per ignorantiam atque ſtultitiam poſſediſſe docui, jus iſtud, ſi

quod

A quod erat, amittes? & quod inſcitia malè contulerat tibi, non ne id rursū cognitio bene adimet? Mancipiumque ab injuſto ad juſtum dominum revertetur: fortaſſis etiam cum uſufructu? quòd ſi adhuc poſſidere pergis, jam inſcitia in malitiam fraudemque converſa eſt, planeq́; effectus es malæ fidei poſſeſſor. Præſcripſit Romana eccleſia: O imperiti, ô divini juris ignari. Nullus quātumvis annorum numerus verum abolere titulum poteſt. An verò captus ego à Barbaris, creditusq́ue periiſſe, poſt centum annos, quibus captivus fui, poſtliminiò reverſus paternæ hæreditatis repetitor excludar? Quid hac re inhumanius? Atq; ut aliquod afferam exemplum, num Jephthe dux Iſrael repoſcentibus filiis Ammon terram à finibus Arnon uſq; in Iabue, atque in Jordanem, reſpondit: Præſcribit Iſrael jam per trecentos annos? An quòd nunquam illorum, ſed Amorrhæorum fuiſſet terra, quā repoſcerent oſtendit? & hoc argumentum eſſe, ad Ammonitas illam non pertinere, quod nunquam intra tot annorum circulum repopoſciſſent? Præſcripſit Romana eccleſia. Tace nepharia lingua. Præſcriptionem, quę fit de rebus multis atque irrationabilibus, ad hominem transfers: cujus quo diuturnior in ſervitute poſſeſſio, eo eſt deteſtabilior. Aves ac feræ in ſe præſcribi nolunt: ſed quantolibet tempore poſſeſſæ, cum libuerit & oblata fuerit occaſio, abeunt: homini ab homine poſſeſſo non licet abire? B Accipe, unde magis fraus dolusq́; quàm ignorantia Rom. pontificum appareat, utentium judice bello, non jure. Cui ſimile quiddam primos pontifices, in occupādā Urbe, cæterisque oppidis, credo feciſſe. Parum ante me natum (*teſtor eorum memoriam, qui interfuerunt*) per inauditum genus fraudis Roma papale accepit imperium, ſeu tyrannidem potius, cū diu libera fuiſſet. Is fuit Bonifacius nonus, octava in fraude & nomine par: ſi modò Bonifacii dicendi ſunt, qui peſſimè faciunt. Et cum Romani deprehenſo dolo apud ſe indignarentur, Bonifacius papa, in morē Tarquinii, ſumma quæque papavera virga decuſſit. Quod cum poſtea, qui ei ſucceſſit Innocē. imitari vellet, Urbe fugatus eſt. De aliis pontificibus nolo dicere, qui Romam vi ſemper oppreſſam armisq́; tenuerunt, licet quoties potuit rebellavit: ut ſexto abhinc anno, cum pacem ab Eugenio obtinere non poſſet, nec par eſſet hoſtibus, qui eam obſidebant: & ipſa papam intra ædes obſedit, non permiſſura illum abire, priuſquam aut pacem cum hoſtibus faceret, aut adminiſtrationem civitatis relegaret ad cives. At ille maluit Urbē deſerere, diſſimulato habitu, uno fugæ comite, quàm civibus gratificari, juſta & æqua petentibus. Quibus ſi des electionem, quis ignorat libertatem magis quàm ſervitium electuros? Idem ſuſpicari libet de cæteris urbibus, quę à ſummo pōtifice in ſervitute retinentur, per quem à ſervitute liberari debuiſſent. Longū eſſet recenſere, quot urbes ex hoſtib. captas populus Romanus liberas fecit: adeò ut T. Flāminius omnē Græciam, quę ſub Antiocho fuiſſet, liberā eſſe, & ſuis uti legib. juberet. A At papa, ut videre licet, inſidiatur ſedulò libertati populorum: ideoq́; viciſſim illi quoq; oblata facultate (*ad Bononiam modò reſpice*) rebellant. Qui ſi quando ſponte, quod evenire poteſt, aliquo aliunde periculo urgente, in papale imperium conſenſerunt: non ita accipiendum eſt, conſenſiſſe, ut ſervos ſe facerent: ut nūquam ſubtrahere à jugo colla poſſent, ut póſtea nati non & ipſi arbitrium ſui habeant. nam hoc iniquiſſimum foret. Sponte ad te ſumme pont. ut nos gubernes venimus, ſponte nūc rurſus abs te, ne gubernes diutius, recedimus: ſi qua tibi à nobis debentur, ponatur calculus datorum & acceptorū. At ut gubernare invitos vis, quaſi pupilli ſimus, qui teipſum forſitan ſapientius gubernare poſſemus. Adde huc injurias, quæ aut abs te, aut à tuis magiſtratib. huic civitati frequentiſſime inferuntur. Deum teſtamur, injuria cogit nos rebellare, ut olim Iſrael à Roboam fecit. Et quæ tanta fuit illa injuria, quāta portio noſtræ calamitatis, graviora ſolvere tributa? Quid enim ſi Rempublicam noſtram exhaurias? Exhauſiſti. Si templa ſpolies? Spoliaſti. Si virginibus matribusq́; familiæ ſtuprū inferas? Intuliſti. Si urbē ſanguine civili perfundas? Perfudiſti. Hęc nobis ſuſtinenda ſunt? An potius, cū tu pater nobis eſſe deſieris, nos quoq; filios eſſe obliviſcemur? Pro patre, ſumme pontifex, aut ſi hoc te magis juvat, pro domino hic te populus advocavit, non pro hoſte atq; carnifice. Patrem agere aut dominum nō B vis, ſed hoſtem & carnificem. Nos ſævitiē tuam, impietatéq; & ſi jure offenſæ poteramus: tamen quia Chriſtiani ſumus, nō imitabimur. Nec in tuum caput ultorem ſtringimus gladium: ſed te abdicato atq; ſummoto, alterum patrem dominumve adoptabimus. Filiis à malis parentibus, à quibus geniti ſunt, fugere licet: nobis à te; nō vero patre, ſed adoptivo, & peſſimè nos tractante, non licebit? Tu verò, quæ ſacerdotii operis ſunt cura: & noli tibi ponere ſedem ad Aquilonem, & illic tonando fulgurantia fulmina in hunc populum, cæterosque vibrare. Sed quid plura opus eſt in re apertiſſima dicere? Ego non modò Conſtantinum non donaſſe tanta, non modò non potuiſſe Romanum pontificē in eiſdem præſcribere, ſed etiā ſi utrunque eſſet, tamen utrunq; jus ſcelerib. poſſeſſorum extinctum eſſe contendo: cum videamus totius Italiæ, multarumq́; provinciarum cladem ac vaſtitatē ex hoc uno fonte fluxiſſe. Si fons amarus eſt, & rivus. Si radix immunda, & rami. Si delibatio ſancta non eſt, nec maſſa. Ita è diverſo, ſi rivus amarus, fons obſtruendus eſt: ſi rami immundi, è radice vitium venit: ſi maſſa ſancta non eſt, delibatio quoque abominanda eſt. An poſſumus principatum potentiæ papalis pro jure proferre, quem tantorum ſcelerum, tantorūq; omnis generis malorū cernimus eſſe cauſam? Quamobrē dico, & exclamo (neq; enim timebo homines Deo fretus) neminem mea ætate in ſummo pontificatu fuiſſe aut fidelem diſpenſatorem, aut

A Prudentem: qui tantum abeſt ut dederit familiæ Dei cibum & eſcã panis. papa & ipſe bella pacatis populis infert, & inter civitates principesq; diſcordias ſerit. papa & alienas ſitit opes, & ſuas exorbet, ut Achilles in Agamemnonem, ἀν μεθέρος βασιλεύς. papa non modò Rempublicam, quod nnn Verres, non Catilina, non quiſpiam peculator auderet: ſed etiam rem Eccleſiaſticam, & Spiritum ſanctũ quæſtui habet, quod Simon ille magus deteſtatur. Et cum horum admonetur, & à quibuſdã honis viris reprehenditur, non negat: ſed palàm fatetur, atque gloriatur, licere ei quavis ratione patrimonium eccleſiæ, à Conſtantino donatum, ab occupantibus extorquere. Quaſi eo recuperato, religio Chriſtiana futura ſit beata, & non magis omnibus flagitiis, luxuriis, libidinibusq; oppreſſa, ſi modò opprimi magis poteſt, & ullus eſt ſceleri ulterior locus. Ut igitur recuperet cætera membra donationis, male ereptas à honis viris pecunias prius effundit, militumq́ue equeſtres pedeſtresq́ue copias, quib omnia infeſtantur, alit: cũ Chriſtus in tot millibus pauperum, fame ac nuditate moriatur. Nec intelligit, ô indignum facinus, cum ipſe ſecularibus auferre quæ ipſorum ſunt laborat, illos viciſſim ſive peſſimo exemplo induci, ſive neceſſitate cogi: licet nou eſt vera neceſſitas, ad auferenda quæ ſunt Eccleſiaſticorum. Nulla itaq; unquam religio, nulla ſanctitas, nullus Dei timor, &, quod referens quoq; horreſco, omnium ſcelerum impii homines à papa ſumunt excuſationem. In

B illo enim comitibusq; ejus eſt omnis facinoris exemplum: ut cum Eſaia & Paulo, in papam & papæ proximos dicere poſſimus, Nomen Dei per vos blaſphematur inter Gentes. Qui alios docetis vosipſos non docetis. Qui prædicatis non furandum latrocinamini. Qui abominamini idola, ſacrilegium facitis. Qui in lege & in pontificatu gloriamini, per prævaricationem legis Deum verum pontificem inhonoratis. Quòd ſi populus Romanus obnimias opes, veram illam Romanitatem perdidit: ſi Salomon ob eandẽ cauſam in idololatriam, amore fœminarum lapſus eſt: nonne idẽ putamus fieri in ſummo pont. ac reliquis clericis? Et poſtea putamus Deum fuiſſe permiſſurum, ut materiam peccandi Sylveſter acciperet. Non patiar hanc injuriam fieri ſanctiſſimo viro, non feram hanc contumeliam fieri pontifici optimo: ut dicatur imperia, regna, provincias accepiſſe: quibus renũciare etiam ſolent qui clerici fieri volunt. Pauca poſſedit Sylveſter, pauca cæterique ſummi pontifices, quorũ aſpectus apud hoſtes quoq; erat ſacroſanctus: veluti illius Leonis, qui trucem Barbari regis animum terruit ac fregit, quem Romanæ vires nec frangere nec terrere potuerãt. Recentes verò ſummi pont. id eſt, divitiis ac delitiis affluentes, id videtur laborare: ut quãtum priſci fuêre ſapientes & ſancti, tantum ipſi & impii ſint & ſtulti, & illorũ egregias laudes omnibus probris vincant. Hęc quis Chriſtiani nominis queat æquo animo ferre? Verùm ego in hac prima noſtra oratione nolo exhortari principes ac populos, ut papam effrenato curſu volitantem inhibeant, eumq́; intra ſuos fines conſiſtere compellant: ſed tantum admoneant: qui forſitan jam edoctus veritatẽ, ſua ſponte, ab aliena domo in ſuam, & ab inſanis fluctibus ſævisq́; tempeſtatibus in portum ſe recipiat. Sin recuſet, tunc ad alteram orationem multo truculentiorem accingemur. Utinam utinam aliquando videam (nec enim mihi quicquam eſt longius, quàm hoc videre, & B præſertim meo conſilio effectum) ut papa tantum vicarius Chriſti ſit & non etiam Cæſaris: nec amplius horrenda vox audiatur, Partes cõtra eccleſiã, Eccleſia contra Peruſinos pugnat, contra Bononienſes. Non contra Chriſtianos pugnat Eccleſia, ſed papa. Illa pugnat contra ſpiritualia nequitię in cœleſtibus. Tũc papa & dicetur & erit Pater ſanctus, pater omniũ, pater Eccleſię: nec bella inter Chriſtianos excitabit: ſed ab aliis excitata, cenſura apoſtolica & papali majeſtate ſedabit.

DIXI.

DE IMPERII A GRÆCIS AD GERMANOS TRANSLATIONE, OPVSCVLVM MICHAELIS COCCINII TVBINgenſis: in quo etiam diſſeritur, qui Galliæ populi ſpectent ad jus & ditionem Imperii.

DISERTISSIMIS JVRIVMQVE CONSVLTISſimis viris Ioanni Reuchlin Phorcenſi, & Joanni Streler Ulmenſi, & Henrico Vuinckelhofſer Ehingenſi, confœderatorum Suevorum judicibus Conſiſtorialibus, & triumviris, Michael Coccinius Tubingenſis S. optat P.

CUM æqualis amicitia, æqualeq́ue officium conjunctos vos teneat, viri optimi; ac undecunq; doctiſſimi: nõ ab re Bebelius & ego (pro ea familiaritate quæ non modico tempore, pari amicitiæ vinculo inter nos interceſſit) æquum eſſe putavimus, vos quoque noſtris inſcriptionibus pariter conjunctos copulatosq́, facere. Præſertim cum utrunq; noſtrùm æquali humanitate, æquali penè benevolentia proſequi videamini. Quippe cum ab eo uſque tempore, quo locus conſiſtorii Suevitici fœderis, in Tubinga deſtinatus fuit, quotieſcunque illuc pro judicialibus Suevo-

rum

A rum controverſiis audiendis dirimendisq; cõvenire conſueveritis, nos ſemper pariter convictu converſationeq; veſtra frui volueritis. Id quod nobis apprimè jucundum fuit, nedum honorificum. Accedit ad id non mediocris utilitas. quam ex tali conſuetudine veſtra cõparavimus. ac indies comparamus. Quod exinde & locupletiores, id eſt doctiores domum redimus, & ſcribendi nobis materia abundè ſubminiſtratur. Nam cum viri ſitis doctiſſimi, ac humanitatis pleniſſimi, in convictu inter epulas & pocula: tales itidem quæſtiones nobis proponere ſoletis. Quocirca ut iſtiuſmodi conſuetudinis fructum aliquando videatis, decrevimus eas quæſtiones, quas noviſſimè in convictu ſimpoſioque philoſophico propoſuiſtis, diligentius pertractare, ac quid de ipſis ſentiamus, ſcriptis noſtris id vobis explicare. Fuêre autem quæſtiones à vobis propoſitæ hæ. Prima, an Argentina ſit urbs Helveticorum? & quos Alſaticos appellamus, ſint Helvetii? ſicut quidam arbitrantur. Secunda, an Argentinenſes ſint, & ſemper fuerint Germani, in Gallia tamen ſiti? Tertia, an Argentina & tota Alſatia, ad jus & ditionem pertineant Francorum? Quarta. an imperii translatio de Græcis ſit facta ad Francos, & nun Germanos? Quinta, qui Galliæ populi ad jus & ditionem pertineant imperii, tanquam feudatarii? Primas duas in præſentiarũ Bebelius diſcutiendas aſſumpſit, cujus ſententiam (& meo quidem judicio) approbatã,

B cum ipſemet per idoneos ſcriptores ſatis ſuperque muniverit: nihil amplius mihi addendum reliquum fuit. Ideo ad reliquarum quęſtionum diſcuſſionem accedam, quarum explicatio, cum mihi propter ingenii & eruditionis meæ exilitatem ſit admodum difficilis: tamen ad vobis complacendum ac moremgerendum, quicquid hoc tempore tenuis ac exigua (ut ita dixerim) ſupellex mea adminiſtrare poterit, pro viribus proferre conabor, alio forſitan tempore, dum opportunitas oblata fuerit amplior, meliora additurus. Scribam autem ad præfatas quæſtiones, non prorſus ordine obſervato, ſed uti res mihi ad manum occurrerit. Et primùm cum in quæſtionibus ipſis de Francis fiet mentio: operæ precium duxi, de Francorum ex Germania in Galliam irruptione commemorare. Franci Germaniæ indigenæ, olim tempore Valentiniani imperatoris patriis ſedibus (quas intra Germaniæ limites tenebant) relictis Clodoveo & Meroveo filio ducibus Galliam irruperunt, & in Parrhiſiorum territorio conſederunt. Nam cum ipſi antea Archadii & Honorii imperatorum temporibus in Galliam Belgicam irrupiſſent, & apud Treviros, Metenſes ac Tulenſes conſediſſent: per Suevos & Burgundiones, qui & ipſi irruptionem meditabantur, in propria redire compulſi fuêre. Poſteaquam igitur Suevi & Burgundiones irruptione facta ſedes locaſſent, iique in Gallia Belgica, illi verò in Hiſpania conſediſſent, Franci, nullo penè repugnante Galliam ſunt ingreſſi

& in Senonum provinciam, ubi Aurelienſium & Parhiſiorum eſt territorum, ſedes locarunt. Qui virtute deinde & rei militaris ſcientia & exercitatione uſi, Aquitanos univerſos ac Lugdunenſes ditioni ſuæ ſubegere. Poſtea verò Galliam Belgicam aggreſſi, eam ſuo Imperio adjecere. Francorum itaque imperio ſic amplificato atque aucto, diviſio in ipſo facta eſt, ut Francia altera diceretur orientalis, altera òccidentalis, veluti Lupoldus Babenburgenſis refert. Francia orientalis ea dicebatur, quæ eſt cis citraque Rhenum, ubi primum Franci fuerunt. & hæc uſque ad Bavariæ terminos protendebatur. Occidentalis verò illa, quæ eſt cis citraque Ligerim ac Sequanam fluvios. Non autem ignoro, alia etiam reperiri nomina apud hiſtoricos hujus diviſionis partibus attributa, ut Neuſtriam & Auſtraſiam: ſed notiora & magis vulgata ſecutus nomina, ipſa in præſentiarum omitto. Accidit autem deinde temporis ſucceſſu, ut Franci occidentales à majorum virtute deſciſcerent, ac Gallorum mores induerent, & Franci orientales meliores regni Franciæ fierent, uſque adeò, ut tota ferè regni adminiſtratio ad eas devolveretur: majoresque domus Franciæ nominarentur, ac reges ipſi, titulo ac diademate regio contenti, luxui ſeſe atq; deſidiæ dederent. Quã obrem Childericus, ultimus de Merovei ſtirpe, tanquam regno inutilis, fuit depoſitus: & Pipinus ex Gallia Belgica oriundus, in regem à populo fuit aſſumptus. quam quidem B Childerici depoſitionem, & Pipini in regni ſublimationem, màximè conſenſu & auctoritate populi Franciæ, vim & efficaciam ſuam habuiſſe credendum eſt. Sed quod in pontificum decretis legitur, Zachariam papam depoſuiſſe Childericum, & Pipinum ſubſtituiſſe, ſubditosque à fidelitatis juramento abſolviſſe: quæ dicta ſecundum mentem Joannis Theutonici inibi expreſſam intelligenda ſunt, Quòd Zacharias dicatur Childericum depoſuiſſe, & Pipinum ſubſtituiſſe: id eſt, deponentibus ac ſubſtituentibus conſenſiſſe, & ſubditos à juramento fidelitatis abſolviſſe, id eſt, abſolutos oſtendiſſe. Nam quum Franciæ populi dubitarent, an ne regẽ Childericum regno inutilem poſſent deponere & Pipinum regno aptum ſubſtituere, non obſtante fidelitatis juramento Childerico præſtito, cum in eo dubio verſarentur ipſi Franci, ipſam dubitationem decidendam, ad Romanum pontificem retulerunt: ad cujus declarationem ipſi Childericum depoſuerunt, & Pipinum ſubſtituerunt. Sic ergo Zacharias Childericum depoſuit, & Pipinum ſubſtituit: id eſt, deponendum ac ſubſtituendum declaravit, aut. ut ex Joannis mente attuli, id eſt deponentibus ac ſubſtituentibus conſenſit. Poſt hunc Pipinum, ejus filius, Carolus ille Magnus, ingens ac ſingulare Germanorum decus & gloria, in Francorum regno ſucceſſit. Quem ex Eburonibus oriundum, in villa quadam non longè à Leo-

A dienſi urbe diſtante, idonei ſcriptores ortum aſſerunt. Eodem ergo Carolo apud Germanos imperãte, Germani ſuis virtutihus Imperium de Gręcis ad ſe trãsferri promeruerũt, & potiſſimum ea ratione. nam cũ populus Romanus & univerſi penè Italiæ populi, parvo temporis ſucceſſu, multarum gentium incurſionibus ac direptionibus expoſiti eſſent: ut Gothorum, Viſigothorum, Vandalorum, Hunorum. ac Longohardorum, nec ipſi propriis ſeſe viribus defenſare poſſent, neq; Græci eos defendere curarent: quin potius mala malis accumulantes, ipſimet Italos opprimere ac ſpoliare nitehantur, nimiam avariciam & dominandi libidinem in eos exercentes: Romani itaq; & reliqui Italiæ populi Græcorũ perſpicientes avariciam ſimul & ignaviam, ac è regione Germanorum fortitudinẽ, induſtriam & juſticiam, imperium de Gręcis tranſtulerũt ad Germanos in Caroli Magni perſonam. Et talem imperii trãslationem Romanorum cęterorũq; Italiæ populorum, conſenſu & auctoritate factitatam: ſuamq; vim & efficaciam habuiſſe, haud dubitandum eſt. nec obſtat, quod ſcribit Innocentius tertius, ad Berchtoldum Zaringiæ ducem. ſedem Apoſtolicam Romanum imperiũ in perſonam magnifici Caroli de Gręcis tranſtuliſſe in Germanos. Nam ſedem Apoſtolicam non in alio ſenſu Imperium trãſtuliſſe concedimus. quàm imperium transferentibus conſenſiſſe, aut transferendum declaraſſe: ſed talis translatio vim & efficaciam ſuam habuit à

B conſenſu populi. Hoc autem in loco narrare nolui, quemadmodum Pipinus rex à Romanis pontificibus, Romanorum conſenſu bis in Italiam ſit vocatus, contra Aiſtulphum Longobardorum regẽ, ipſos Romanos inſeſtantem. Et ſubſequenter Carolus contra Deſiderium, & quomodo Carolus à Leone tertio pontifice è Germania nato, in Imperatorem ſit coronatus, univerſo populo acclamante, Carolus rex juſtus & fortis Romanorum Imperator ſemper Auguſtus à Deo coronatus. Hæc igitur relinquendo, propiusq; ad propoſitã materiam accedendo, dico, imperiũ de Græcis eſſe tranſlatum ad Germanos. nec obſtare videtur dictũ Joannis Theutonici, qui in pontificũ Decretis in hæc ſcribit verba: Nota, Imperium prius Francorum fuit, & poſtea Theutonici ſuis virtutibus promoverunt. in quos hodie eſt tranſlatum. Nam ſi ſentẽtia Joannis hæc eſſet quod imperium non immediata (ut ita dicam) tranſlatione, de Græcis eſſet translatum ad Germanos, eum in hac parte haudquaquam ſectaremur. Sed ſuſtineri poteſt ipſius dictum. Quòd voluerit inter populos Germanicæ nationis Francos primos extitiſſe, penes quos imperiũ fuerit, ita quod inter Germanos Franci, nõ dico occidentales Franci, ſed Franci orientales, primum Imperium obtinuerint. At tales Francos orientales. qui tum maxima ex parte in Gallia Belgica habitaverant, natura, ſanguine & lingua fuiſſe Germanos: apud hiſtoricos exploratiſſimum eſt: nec ſolum Pipini & Caroli Magni

A temporibus, quamplurimi Belgicæ & Lugdunenſis Galliæ populi inter Germanos ſunt connumerati: ſed etiam antiquiſſimis temporibus, ut ſupra tempora Julii Cæſaris. teſtis Cæſar in commentariis. qui Tribocos, id eſt Argentinenſes: Nemetes, id eſt Spirẽſes: Vangiones, id eſt Vuormacienſes, & complures alios Galliæ populos. inter Germanos commemorat: adeò ut de Treveris Cornelius memoriæ reliquerit, ipſos de nominis Germanici gloria ultro fuiſſe ambitioſos & jactabundos. Adde quòd & Paulus Juriſconſultus ff. de cẽſibus, Agrippinenſes. qui Vbi antiquitus dicti ſunt. in inferiore Germania collocaverit. Et quid in re manifeſtaria opus eſt teſtes citare? Nam quum Germani à Gallis maximè natura, moribus & lingua differant, non præciſè Rhenus Gallos à Germanis diſterminat. Hinc ſecundum quendam ex una parte Vogeſus mons Gallos à Germanis diſtinguit: ſecundũ Blondum verò in hiſtoria de Federico primo, ex alia parte Saius fluvius apud Divionem Germanos à Gallis diſterminat. Ideóque ſi ſequi voluerimus Geographorum deſcriptionẽ, ut Strabonis. Ptolomęi Plinii, hæc conſequentia (ut dicitur) minimè bona apparebit: populus ille Galliam habitat, igitur eſt Gallus. Ex quibus itaq; nõ obſcure cõſtare poteſt à Gręcis ad Germanos Imperiũ eſſe translatum. & non ad Gallos. ita ſenſit Innocentius tertius, ut ſuprà memoravi: ita Clemens quintus in Clementinis c. Romani. de jurejur. & Panormitanus in De-

B cretalibus ſentit, Imperium ad Germanos eſſe translatum & activè & paſſivè; id eſt. quòd Germani Imperatorẽ eligere habeant, & quòd ſolum Germanus eligi debeat Imperator. Sed videamus nunc conſequenter, qui Galliæ populi pertineant ad ius & ditionem Imperii, tãquam feudatarii. Pro cuius rei declaratione animadvertendum eſt id quod apud hiſtoricos ferè omnes narratur: Carolum Magnum præter cæteras provincias Galliam Italiam, & univerſam Germaniam ſub ditione ac poteſtate ſua habuiſſe, ac eaſdem deinde provincias ſub Ludouici Pii, ejuſdem Caroli filii poteſtatem conceſſiſſe. Atq; Ludouico Pio vita functo, magnam inter Lotharium Ludouicum & Carolũ Calvum, ejuſdem Ludovici Pii filios, cõtentionem ſuper Imperii partitione exortam. Quam ita tandem compoſitam Blondus libro duodecimo ex Vincentio narrat, ut Lothario, cum Imperii titulo cederet Italia, & Galliarũ provincia Romana, cum ea item Galliarum particula quæ hodie Lotharingia appellatur: Ludovico autem univerſa cederet Germania uſque ad Rheni fluenta, & trãs Rhenum quæcunq; genitor poſſederat: Carolo verò Calvo reliquum quod eſſet à mari Britannico, uſque ad Moſam fluvium, in qua parte hodie Francorum relictum eſt nomen: ita quòd ſoli Franci occidentales. qui proprius Francigenæ dicerentur, hodierno tempore Franci appellentur: & Franci orientales maximè ultra Rhenum alia ſibi nomina vendicent. Et ea

præter-

A præterea Germaniæ pars, unde Franci primum in Galliam irruperunt, hodie Franconia, & populi eam inhabitantes Francones dicuntur, cũ tamen propriè ac verè ipſi Franci appellari mereantur. Hac autem diviſione Imperii inter fratres celebrata, annis quibuſdã exactis Lotharius Imperator habitu monaſtico indutus, Imperii faſces depoſuit. Quam ob cauſam Carolus Calvus in Italiam eſt ingreſſus, ut Imperium ſibi uſurparet, maximè ad id favore Joannis papæ octavi adjutus. Contra quem Carolus cognomento Groſſus, ex fratre Ludovico nepos, magnis Germanorum copiis inſtructus, in Italiam deſcendit, & Italiam pro Germanis obtinuit: ad quos item, & non ad Francos occidentales, jus Imperii ſpectare haud obſcurè cognovit. Idem etiam Lotharingiã & Galliarum provinciam Romanam, à Lothario patruo ſuo poſſeſſam, pro Germanis iterũ recuperavit. Galliarum verò provinciam Romana, apud hiſtoricos regnum Arlatenſe dici exiſtimo, ab urbe Arleto, ꝙ totius regni regia ſeu archiſolium fuit. Cujus regni ſeptem fuiſſe provincias legitur: una fuit comitatus Sabaudia antiquiſſimis temporibus Allobroges dicti, qui comitatus per Sigiſmundum Imperatorem ducatus eſt factus: alia fuit provincia Delphinatus. ſed quæ alia hujus regni provinciis nomina fuerint, nõ memini me legiſſe. Ve-
B rùm quantum nunc ſine diligenti perveſtigatione conjectura conſequi poſſum, regnum illud Arelatenſe continuit Delphinatum, Sabaudiam, tractum Sequanorum, id eſt comitatum Burgundiæ, item tractum Helvetiorum. Conſtat enim, quòd duces de Zaringen regnũ illud Arelatenſe in feudum ab Imperio recognoverint. Et conſtat etiam, quòd ipſi tractum Bernenſium, & Lucernenſium tenuerint, cum & Friburgum in Nichtlandia ipſi conſtruxerint. Ab illius itaque Caroli Groſſi tempore uſque in hodiernum diem obtentum eſt atque obſervatum, ut non ſolum illius regni Arelatenſis populi, ſed etiam Lotharingi, ac univerſi penè Galliæ Belgicæ populi, ad jus & ditionem pertineant Imperii. Tametſi Galli, oblata nonnunquam opportunitate, Imperatores in tali ipſorum juriſdictione impedire conati fuerint. Ideo Ottho magnus Boſonem quendam (cujus majores & ipſe regnum illud Arelatenſe propter Hunnorum in Germaniam incurſionem uſurpaverant) regno illo Arelatenſi privaverat, quem & tonſuratum effecit monachum, ut refert Johannes Nauclerus in hiſtoria. generatione 46. Item tempore Othonis ſecundi, quum Imperator Otho bello eſſet implicitus Bavarico, contra Henricum ſibi rebellem, Lotharius Franciæ rex Lothoringiam ſibi ſubjugare nitebatur. quamobrem Otho ex Bavaria exercitum movens, Lotharium ultra Pariſios eſt proſecutus, uti in Blondi habetur hiſtoria de Othone ſecundo. At quæ aliæ ſubinde mutationes in regno Arelatenſi ſecutæ fuerint, ad unguem inquirere non potui: niſi quod in Joannis Naucleri hiſtoria de Federico primo, ita ſcriptum legi: Federicus deinde Burgundiam ingreſſus, terram ſoceri ſui Reinaldi comitis (qui jam obierat) in ditionem ſuam redegit, ac regnum Burgundiæ cum archiſolio Arelatenſi: ꝙ duces de Zaringen, licet ſine fructu, tantum honoris cauſa in beneficiũ ab imperio jamdiu tenuerãt, à Bertoldo aliàs Berchtoldo duce extorſit, præſtitis ſibi triũ epiſcopatuũ advocatiis cum inveſtitura regalium, ſcilicet Lauſannenſi, Gebennenſi, & Sedonenſi. Et ſequitur paulo poſt: Et Othonem filium, archiſolio A- A
relatenſi, cum Burgundia ſublimavit. Idem Naucler⁹ in hiſtoria de Carolo quarto ita ſcribit: Anno M. CCCLIX. Imbertus Delphinus de Vienna induit habitũ ſancti Dominici, & vẽdidit Delphinatum regi Franciæ, qui juris fuit Imperii Una de ſeptem provinciis regni Arelatenſis conſenſit, poſtea Carolus quartus: ita tamen, quòd primogenitus regis, tanquam vaſallus, teneret ab imperio. Alibi idem Nauclerus de Carolo quarto ita memoriæ reliquit: Carolus quoq; regnum Arelatenſe tranſtulit in Ludovicum ducem Andegavenſem. Et ſequitur paulo pòſt: Sed & nobilem principatum Delphinatum (qui eſt una de ſeptem provinciis regni Arelatenſis quod etiã Burgundiæ dicitur) in regem Franciæ tranſtulit ſub colore, quòd primogenitus regis, tanquam vaſallus, id ab imperio recognoſceret. hæc Nauclerus generatione 46. Sed libet paululum à materia propoſita digredi, & iniquãm Germanorum conditionem deplorare. Nam cum olim majores noſtri fortitudine prudentia, juſticia & cõ- B
cordia ampliſſimum nobis Imperium peperiſſent (omitto nunc ejus recenſere amplitudinem quæ ſub Carolo extitit, & ejus filio Ludovico Pio: ſed ſolum memorabo de noſtri Imperii amplitudine, quæ ſub Othonibus, Conradis, & quibuſdam Henricis extitit) Ecce præfati principes Romam poſſidebãt, & quicquid terrarum eſt in Italia verſus Germaniam. Item magnam Galliæ partem: item Vindelicam, Noricum, Hiſtriam, Illyriam, Pannoniam ſuperiorem, & Bohemiam. Item Poloni erant tributarii, & Ungarorum reges ex nutu & arbitrio Imperatorum vivebant, & præterea pontificis Romani & reliquorum Eccleſiaſticorum inveſtituram tenebant. Taceo nunc de vectigalibus & teloniis & aliis imperii reditibus, unde Imperatores copioſiſſimum potuerant alere exercitum. Ecce quid hodie de tanto Imperio Imperatoribus ſupereſt. Roma enim (unde Germani principes Romanorum Imperatores appellantur) ab Imperii ſubjectione, per Romanos pontifices opera & auxilio Normannorum eſt abducta. Populi Italiæ ac Galliæ Bohemi item ac Poloni, Imperatorem ut ſuperiorem non recognoſcũt: aut ſi aliqui ex ipſis Imperatorem ut dominum recognoſcant, id verbo tantum fit, cum nulla pro hujuſmodi ſubjectione ſervitia Imperatori impendãt. Quòd ſi principes Germani, uti majores, animi fortitudini & prudentiam & juſticiam conjunxiſſent, & Imperatori ipſorũ concorditer adhæſiſſent, obtemperantesq; fuiſſent, nunquam Impe-

A Imperatores Romam & Eccleſiaſticorũ inve-
ſtituram perdidiſſent: nec tot Imperatorũ ex-
communicatiões, depoſitiões & Imperii ſub-
ditorum à fidelitatis juramento relaxationes,
in totius Imperii excidium, & damnum irre-
parabile paſſi fuiſſent. Item nec paſſi fuiſſent,
Germaniã ita paſſim pecuniis (quæ belli nervi
dicuntur) nomine annatarum, indulgẽtiarum
ac diſpenſationum exhauriri. Itẽ nec tot Gal-
lorum injurias, perfidiasq; multas reliquiſſẽt.
Atq; ut præſentia omittam quæ Gallis in Ger-
manorum regũ opprobria facere licuit: Quid
enim Germani egerunt unquam. in ultionem
& vindictam ſummæ iſtius perfidiæ, quã quõ-
dam Carolus Andegavenſis commiſerat in
nece nobiliſſimi Conradini Suevorum ultimi
ducis, & Imperatoris Federici ſecundi Suevi
nepotis? Carolus enim (immemor juramenti
Federico Imperatori præſtiti, dum in comita-
tu Andagavenſi ab eodem Imperatore inveſti-
retur) non ſolum regnum Apuliæ & Siciliæ
Conradino debitum, ipſi Conradino abſtulit:
ſed etiam ei vitã ademit propriam, ipſum Nea-
poli publicè per ſummam injuriam obtruncã-
do. Has & ſimiles injurias, & tot ab Imperio
alienationes Germani principes æquo animo
tolerant, ac diſſimulant: ſat fortè ipſorũ Impe-
ratori eſſe putantes, ſi Imperator titulũ ac dia-
dema Cæſareum teneat. Sed me plura ſcribere
cupientem, animi conſilium reprimit, ac co-
hibet. Unum tamen reſtat, quod ſilentio præ-
terire minimè poſſim, & illud obiter digredi-
endo tangam. Fama nunc fertur, regem Maxi-
B milianum Romã profecturum ad Imperii co-
ronam conſequendam: ad quam quidem pro-
fectionem, ipſum à Romano pontifice invita-
riajunt. Multorum ſanè opinio eſt, etiam Ger-
manorum, quòd huiuſmodi coronæ à papa im
poſitio, novũ quoddam jus regi tribuat: quod
per Electorum Imperii electionem, antea rex
minimè ſit aſſecutus. Contra quam opinionẽ
tres ponam propoſitiones. Prima eſt. electus in
Regem ſeu Imperatorem Romanorum in con-
cordia vel à majori parte, ſtatim ex ipſa electi-
one poteſt jura Imperii adminiſtrare, & eandẽ
poteſtatem exercere ante papæ coronationem,
quam poſt: nec tenetur à papa nominationem
regiam, vel perſonæ approbationem petere.
Huius propoſitionis veritatem longè lateque
proſequitur per multa ca Lupoldus Baben-
burgenſis, in tractatu ſuo de juribus Imperii,
& maximè in octavo cap. Pro hac propoſitio-
ne conſentanea eſt ipſa ratio. Quia illud quod
ſurrogatur & ſuccedit in locum alterius, de-
bet retinere jus et naturam illius in cujus locũ
ſuccedit. Sed electio Regis vel Imperatoris
quæ fit p principes electores. ſucceſſit in locũ
populi Romani, ut inquit Panormitanus in c.
venerabilem. de electione. Sed dum Impera-
toris electio eſſet penes populũ Romanũ. Impe
rator electus ex hujuſmodi electione ſtatim
adminiſtrandorũ jurium Imperii poteſtatẽ cõ-
ſequebatur, nullius alterius ut ſuperioris exa-
minatione aut approbatione expectata. Ita
Conſtantinum, Theodoſios, Juſtinianũ, nul-
lam unquam à Romano pontifice regiam no- A
minationem aut perſonæ approbationem pe-
tiiſſe, exploratiſſimum eſt. Neq; etiam Caro-
lum Magnum, Ludovicum Pium: neq; Otho-
nes, Fridericos, & ante Federicorum tempora
ipſos Henricos. Nec prædictis obſtat, quod
Romanorum rex unctionem ac coronationem
ſuã recipere dicatur à papa. nam unctionem ac
coronationẽ hujuſmodi à papa rex recipit (ut
præfat⁹ Lupoldus ſcribit) ex ſola cõſuetudine,
& nõ ꝑpter poteſtatem aliquam Imperialem,
ſed propter nomen Imperiale, & declarationẽ
quorundam ornamentorum Imperialium cõ-
ſequendam. Neque putandum eſt coronan-
di uſum noviter ab ipſis Germanis eſſe intro-
ductum, qui non ſolum apud Gentiles fuit, ſed
etiam apud Græcos Imperatores extitit. uti ex
Codice Juſtiniani luculenter colligitur. Se-
cunda propoſitio: Pontifex Romanus regula-
tim Imperii coronam Romanorum regi dene-
gare non poteſt. Nam reges Romanorum ſunt
in quaſi poſſeſſione juris coronandi à papa,
quod quidem jus papa regi tollere non debet.
Tertia propoſitio: Papa debet regi Romanorũ
liberam impendere coronationem, ſine aliquo
Imperatorum præjudicio. Patet concluſio. nã
papa poteſtate ſibi à Chriſto tradita non poteſt
regulatim cuiquam res, jura, & libertates ſuas
auferre: ut hæc in ſecundo libro Dialogi mei
latius probantur. Ex iis itaq; propoſitionibus
certa ſubinſerri poſſunt oborta, id eſt (ut dici-
tur) correlaria Primum: Non poteſt papa regi
Imperii coronam denegare, etiamſi rex homa- B
gii ſeu fidelitatis juramentum præſtare nolue-
rit. Patet id ex ſuperiore quodam fundamen-
to. Nam nihil poteſt papa facere in præjudici-
um rerum & jurium alterius. Ex tali enim
ſubmiſſione Rex ſe vaſallum faceret papæ. Sed
Imperator imperium tenet à Deo, miniſterio
electionis Imperii electorum, quod jus eligen-
di ad certos Germaniæ principes pervenit ab
Othone tertio, de conſenſu principum & po-
puli Imperio ſubjectorum. Nec obſtat, ut Lu-
poldus inquit, ſi aliqui reges Imperium rece-
perint in feudum, vel ſuis ſueris in feudum re-
cognoverint à papa. Hujuſmodi namq; ſub-
miſſiones & recognitiones, ſi per aliquos ex
regibus ſunt factæ, nec Imperio nec principi-
bus & Imperio ſubditis, aliquod debent gene-
rare præjudicium: cum in hujuſmodi ſubmiſ-
ſionibus. conſenſus principum electorum, &
aliorum principum & populi Imperio ſubdi-
torum, ſit requirendus: & ex conſequenti,
in his erit contradictio admittenda. Nam
quando per aliquod factum præjudicatur plu-
ribus, id per omnes illos comprobari debet:
& id quidem videtur eſſe de jure gentium.
ff. de juſticia & jure. l. omnes populi. Se-
cundum correlarium: Non poteſt papa re-
gi denegare coronam Imperii, etiamſi rex
non juret ſe ad papæ mandatum expeditio-
nem contra infideles parare. Patet. nam
conſilium & auctoritas pacis & belli de-
cernendi etiam contra infideles, eſt penes
Imperatorem, & non papam, uti in Dia-
logo

A logo meo de imperii juribus latius diſcutitur. Tertium: Non poteſt papa regi coronam Imperii denegare, etiamſi rex non juret Conſtantioi donationem, quam vocant, ratam ſe babitorum, aut quòd neq; Rnmę neq; in Italia diu velit morari. Patet id correlarium, nam Imperii corona debet regi impendi liberè &c. Ideo injuriam conſtat eſſe factam Carolo quarto, dum ad coronationem non admitteretur, niſi juramento promitteret, quòd neque Romæ, neque in Italia morari vellet: veluti Bloudus refert. Similem propè injuriam Sigiſmūdo factam eſſe conſtat, qui ab Eugenio quarto (ut Valla refert in libello de Conſtantini donatione) coronatus non extitit, niſi Conſtantini donationem ipſe ratam habere promitteret. Et licet regulatim (ut dictum eſt) papa regi Imperii coronam denegare non poſſit, tamen caſualiter (ut dicitur) eandem regi denegare poteſt, ut dum regis crimina eſſent nororia, & ipſe ſe rex ad papæ correctionē emendare nollet Poteſt enim papa Imperatorem æquè ſicut quemlibet Chriſtianum de peccato corrigere, poteſtate ſibi à Deo tradita, cum Chriſtus Petro dixerit: Quodcunq; ligaveris ſuper terram, & cætera. Sed illa coronæ denegatio ſolum in eū ſine in fieri debet, ut Imperatorē corrigat, &c. Præterea ſi in diſcordia principum duo eſſent electi in Imperatorem, & uterque contenderet ſe à majori parte electum: poſſet papa hoc dnbium cognitione præhabita, per diffinitivā ſententiā declarare, quis eorū jus in Imperio
B haberet. Ad hoc facit qood notatur per Innocentium & Hoſtien. in decretalibus, c licet de foro comp. ubi dicūt quod licet in multis ſint officia & regimina mūdi diſtincta: tameo quādoque neceſſe eſt ut recurratur ad papam: ſive ſit neceſſitas juris, quia judex dubius eſt quam ſentētiam proferre debeat: vel neceſſitas facti, quia alius non eſt judex ſuperior. & hoc poteſt papa auctoritate juris divioi. Sed tali caſu occurrente, inquit Baldus in libro de pace Conſtantiæ, quòd papa procedere debeat tanquam Deus, qui eſt veritas, omni affectione vacuus. Et quemadmodum talis juriſdictio caſualiter papæ competere poteſt, ita e diverſo & Imperatori conſimilis juriſdictio caſualiter competere poſſet. Poſito etiam, quod pontifex Romanus ab Imperatoris juriſdictione ſit exemptus, ut dum duo eligerentur in papam, & uterque ſe cootenderet à majore parte electum. Hoc caſu poteſt Imperator hoc dubium cognoſcere, & per ſeutentiam diffinitivam declarare, cui jus in papatu competat. Cum regulare Imperaroris officium ſit, ſchiſmata tollere, ſediriones & diſcordias ſedare, pacem & concordiam civilem procurare. Veluti regulare papæ officium eſt ſpiritualem pacem id eſt animarum cum Deo concordiam procurare. Ita feciſſe legimus Othonem primum Saxonem, dum ſchiſma eſſet inter Leonem octavum & Ioannem duodecimū. Ita etiam fecit Henricus ſecundus Imperator Suevus, dum ſchiſma eſſet inter Benedictum nonum, Sylveſtrum tertium, & Gregorium ſextum. Hæc, viri humaniſſimi, obiter digredieodo tangere volui, more & ſtilo ſcholaſtico. In quibus me veſtræ & quorumcunq; aliorum correctioni ac determinationi ſubijcio, nedum Eccleſiæ catholicæ. Non enim propoſiti mei uoquam eſt, fuie aut erit, quicquam pertinaciter aſſerere, ac propriæ prudentiæ inniti: ſed me in meis ſcriptis, non ſolom vobis, verùm etiam quibuſcunque corrigendum atque emendandum expooo. Illis igitur obiter ita diſcuſſis, ad eam redeo quæſtionem, quam ex propoſitis quæſtionibus adhuc explicare habeo: Num Argentina ad jus & ditionem pertineat Francorum? Cujus determinatio ex ſuperioribus facilè colligi poteſt. Nam dum Imperium inter filios Ludouici Pii eſſet diviſum, in ea diviſione Argentinam Ludovico fuiſſe decretam non obſcurè conjectari poteſt. Quòd ſi Lothario in diviſiooe ceſſiſſet, tamen clarum hoc eſt quicquid Lotharius in Italia ac Gallia tenuit, id ad jus & ditionem poſtea perveniſſe Germanorum. Ideo non ſine Germanorum injuria Ludovicus Delphinus tempore concilii Baſilienſis, Alſatiam & Argentinā ſubjugare fuit conatus, ſed Germanorum virtute in propriis ſeſe finibus continere fuit edoctus. An autem ante Pipini Carolique tempora Argentina ſub Francorū extiterit poteſtate, ad id certum quid reſpondere oon poſſum: tamen quantum conjectura cooſequi poſſum, ipſa ſub Francorum videtur fuiſſe poteſtate, cum Dagobertus (qui looge ante Pipinum Francorum rex ex- B
titit) Auſtraſiam, quæ Francia orientalis dicta eſt, tenuerit, & monaſterium in Vuiſſenburg fundaverit ac dotaverit. De Francorum verò origine & ſucceſſu, ac de Imperii translatione ad Germanos, multa locupletiſſimè in Joannis Naucleri cancellarii Tubingenſis hiſtoriis narrantur. A quo viro, me in hiſtoriarum cognitione non nihil didiciſſe, ingenuè profiteor. Ita & doctor Matthæus Marſchalcus, canonicus eccleſiæ cathedralis Auguſtenſis, hiſtoriarum etiā ſcriptor Germanicus ea quę auctore & doctore Nauclero didicit & accepit, in hiſtoriis ſuis ingenuè (ut ſpero) profeſſurus eſt juxta Plinii verbum. in prologo Naturalis hiſtoriæ: Ingenui (inquit) pudoris eſt, fateri eos, per quos profeceris. Valete viri humaniſſimi. Ex Tubinga. quinto nonas Martii, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto.

DE

DE PRINCIPUM, QUIBUS ELECTIO IMPERATORIS IN GERMANIA COMMENDATA EST, ORIGINE, SEU inſtitutione,

LIBER UNUS

SIMONIS SCHARDII LEGUM DOCTORIS:

In quo recentiorum quorundam ſententia refutata, communis opinionis Veritas defenditur.

REVERENDISSIMIS AC ILLUSTRISSIMIS

PRINCIPIBUS, AC DOMINIS: D. DANIELI MOGUNTINO, FRIDERICO Colonienſi, JOHANNI Trevirenſi, Archiepiſcopis, &c. FRIDERICO Comiti Palatino Rheni, &c. AUGUSTO Duci Saxoniæ, &c. JOACHIMO Marchioni Brandenburgenſi, &c. Sacri Romani Imperii Electoribus, &c. Dominis ſuis clementiſſimis, S. P. D.

MIRUM QUIBUSDAM HAUD DUBIE VIDEBItur, Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Principes, Domini clementiſſimi, quæ me confidentia invaſerit, quòd Celſitudines veſtras in maximis ac graviſſimis Reipub. curis hac mea quaſi allocutione interpellare non erubeſcam: nec cogitem, in neminem perinde atq; in me dici poſſe, nihil referre, ſit ne plane inimicus, an importunè benevolus. Sed ſi cui juſta cauſa unquam fuerunt, veſtras reverendiſſimas ac illuſtriſſ. Celſitudines compellandi, eisq; ſuas lucubratiunculas offerendi, eas mihi hoc tempore præ cæteris eſſe cenſeo. Nam ne commemorem, quantopere vel publicè interſit, ut cum alia ſcripta, tum verò Rempub. concernentia, ab his qui ad gubernacula ſedẽt, cognoſcantur: vel etiam privatim expediat, monumenta ingeniorum, autoritate ac patrocinio Principum muniri: ſanè quantulacunq; ſit hæc lucubratiuncula, quæ à me in lucem profertur, ob id præcipuè illuſtriſſimis nominibus veſtris inſcribenda eſt viſa, quòd pro aſſertione antiquæ originis, ac inſtitutionis dignitatis veſtræ ampliſſimæ, ſingulari quadam ejus obſervantia ſuſcepta fuerit. Facilè verò video dũ hæc dico, reverendiſſimis ac illuſtriſſimis Celſitudinibus veſtris occaſionem ejus ſcriptionis novam ac ſingularem videri poſſe. quare humillimè ſubjectiſſimeq; oro, ut Celſitudines veſtræ, ex me, eam expoſituro, benignè atq; clemẽter cognoſcere dignentur. De ampliſſimi collegii veſtri Electoralis origine, jam multis ſeculis, communẽ authorum præſertim Hiſtoricorũ ac Chronographorũ ſententiã, reverendiſſimæ ac illuſtriſſimæ Celſitudines veſtræ obtinuiſſe, benignè noverũt, eam authore Othone tertio Saxone Imperatore laudatiſſimo, annis abhinc quingẽtis ſexaginta quinq; cœpiſſe, ita ut omnis Imperatoris creandi poteſtas penes ipſas, earumq; anteceſſores fœliciſſimæ memoriæ fuerit. Quæ quidẽ ſententia, reverendiſſimi ac illuſtriſſimi Principes, nõ ſolũ collegii veſtri ampliſſimi dignitas, ex antiquitate ejus augetur, & cõfirmatur: ſed & divinæ volũtatis clementia erga id oſtenditur. Quis etenim aliis Imperiorũ ac Rerumpub. fatalib. periodis cõſideratis, divinitùs Ariſtocratici collegii veſtri formã conſervatam eſſe nõ videt? Ampla Perſarũ monarchia fuit: at ea ducẽtos annos vix attigit. Macedonũ imperium magnis viribus Alexandri incipiens, poſt ejus mortem intra trecentos annos penitus concidit. Et Romanorum longè potentiſſima monarchia, poſt quadringenteſimumquartũ annũ à Gothis miſerrimè devaſtata eſt. alia quoq; quamplurima regna florentiſſima, cum vix trecenteſimum annum conſcendiſſent, penitus collapſa fuere. Tanto itaq; divinæ Maieſtatis clementia erga Imperii Germanici formam major conſpicitur, quanto ea cæteris Imperiis diuturnior ſtabiliorq; fuit.

At quidem omnes patriæ amantes, ut par eſt, hanc Dei miſericordiam piis ac gratis animis agnoſcunt, & antiquitatem ampliſſimi collegii Celſitudinum veſtrarum, debito honore proſequuntur. At ut nulla ferè res tam certa ac indubitata eſt, quæ huius ſeculi ingeniorum vel ſubtilitate, vel petulantia in dubium non ſit revocata: ſic & collegii veſtri ampliſſimi antiqua inſtitutio, paucis abhinc annis à quibuſdam noſtræ gentis hominibus in dubium trahi: deinde vero ab Onuphrio Panuinio fratre Auguſtiniano Italo, cognitione antiquitatis præ cæteris celebri, ita impeti & oppugnari cœpit, ut is non tantum ejus inſtitutionem ad tempora Rodulphi Habſpurgici redactam, ducentis ſeptuaginta annis recẽtiorem efficere conatus ſit: ſed & eos qui tantam dignitatem Imperatoris eligendi in manibus reverẽdiſſimarũ ac illuſtriſſimarũ Celſitudinũ veſtrarũ collocatam permittãt, neſcio cujus inſimularit. qui hominis conatus quò ſpectarit, non meũ eſt judicare. Sed cũ multis, ſpe optima jamdiu fui, fore, ut nonnulli gentis noſtræ, qui hiſtoriæ ſtudium profitentur, rerum patriarum amore ac ſtudio inducti, nova huic opinioni,

Digitized by Google

A *nioni, ſub qua plura ſententia plerorumq́ laſère videntur, ſeſe opponerent, nec eam ulteriùs graſſari vel invaleſcere paterentur. Nam, ſi Plato in ſuo de Repub. Dialogo octavo ſanxit, tutores civitatis diligenter curare debere, ne quid prater ordinem à ſe datum, circa modos canendi à Muſicis ſtudio novitatis immutetur: quòd ex ſententia Damonis exiſtimârit, nuſquam Muſica modos immutari abſq́ maxima legum civilium mutatione: quantò magis reſiſti oporteret opinionibus, quibus non ſaltem novitatis ſtudium, ſed & labefactatio dignitatis Magiſtratus ampliſſimi, ac diſſipatio ordinis in Republica quari videtur?* A

Caterùm dum hi, qui id pra ceteris poſſent, aliis occupantur, ac opinio Panuiniana, non citra Germanorum reprehenſionem hinc inde ſerpens diffunditur, vireſq́ eundo acquirit: fuère qui magis amore quàm judicio inducti, me hortarentur, ad redarguendam Onuphrianam ſententiam. Etſi verò tantam hiſtoriarum ac antiquitatis cognitionem mihi minimè arrogarem, ut quidexim ii in ea re me poſſe praſtare confiderem: & neutiquam ignorarem, quàm gravem plerorumque cenſuram ſubiturus eſſem, ſuſcipiendo defenſionem cauſſa qua ipſis deplorata videtur: tamen cùm hiſtoriarum patriarum ſtudium, ſcientia Juris ſemper jungendum eſſe duxerim, id & memoria praſtantiſſimi Imperatoris Otthonis tertii, & obſervantia erga ampliſſimum collegium Celſitudinum veſtrarum, & amori patria, à me deberi putavi, ne laborem refellenda nova ſententia Panuiniana, veteres patria conſtitutiones labefactantis, veteri Athenienſium exemplo vel ſolus ſuſcipere horreſcerem: quod non minus unumquemq́ noſtrûm natura, qua ſanctum patria amorem omnibus indidit, ad defenſionem legum ejus obliget, quam ipſos jusjurandum quo adoleſcentiam egreſſi aſtringebantur, ſe non minùs ſolos quàm cum plurimis pro legibus patria dimicaturos, nec permiſſuros ut à quoquam reſcinderentur.

Perſpicere jam reverendiſſimas ac illuſtriſſimas Celſitudines veſtras ex hac qualicunque narratiuncula credo, me nō velocii abundantia, vel ſtudio res cujuſpiam nova adinveniendæ, ſed amore patria, ac obſervantia dignitatis Celſitudinum veſtrarum, ad hanc lucubratiunculam adornandam inductum. Ac licèt in ſpem optimam veniam, hanc ſubmiſſa obſervantia meá qualemcunque ſignificationem reverendiſſimis ac illuſtriſſimis Celſitudinibus veſtris minimè diſpliciturum eſſe: tamen etiam atq́ etiā oro, ut munuſculum oblatum non tam tenuitate, quàm animo offerentis æſtiment, cum recordatione dicti veteris, Mola ſalſa litari ab his qui thura non habent: tum exempli regis Perſarum Artaxerxis, qui à ruſtico pomum oblatum his verbis accepiſſe dicitur, Videri enim talem eſſe, qui ex parva etiam urbe magnam poſſet efficere: animum videlicet, à quo dabatur, magis ſpectandum ratus, quàm quod offerebatur munus. Id quod ſi mihi in reverendiſſimis ac illuſtriſſimis Celſitudinibus veſtris acciderit, tantò ſum gratius habiturus, quantò magis hanc meam opellam veſtrarum Celſitudinum favore ac patrocinio indigere video: quas ut Deus aternus pater liberatoris noſtri Jeſu Chriſti ita regat, ut ipſarum gubernatio, pia, fauſta ac fœlix ſit cùm patria, tùm Eccleſia Chriſti, ex animo ardentibus votis precor & opto. Data Kal. Martii, anno 1566. B

Reverendiſſimarum ac illuſtriſſimarum
Celſitudinum veſtrarum

obſervantiſs.

Simon Schardius D.

A

PROOEMIVM.

A

IN rebus ad decus Imperii Germanici pertinentibus, cùm aliæ compiures ſunt dignæ liberaliũ ingeniorum cognitione: tùm verò meo judicio digniſſima eſt inveſtigatio hiſtoriæ, de origine & inſtitutione Principum, quib. electio Imperatoris in Germania eſt commendata. Si enim vel genealogiæ illuſtris alicujus familiæ, vel originis præclaræ civitatis cognitio, homini in rerum liberalium ſtudiis verſanti convenire putatur. quantò cognitio ordinationis Principũ, quos dixi, rerum patriarum ſtudioſo cnovenientior, honeſtiorque erit? Ea ſiquidem inveſtigatio pręterquã quòd pars eſt liberalis erudirionis, & amorem erga patriam cum aliqua virtutis laude conjunctum arguit, & debitam reverentiam erga principes ipſos alit, fovet & auget. Quis enim non omni reverentiæ cultu eos honoret, quos multis jam ſeculis amplitudine dignitatis & meritorum in rempub. cæteris pręcelluiſſe cognoſcit? Nam etſi nec aliorũ Principum autoritas, atque in Rempub. ſtudia cõtemnenda vel elevanda putentur: hi tamen & dignitate & meritis, multis partibus alios ſuperant. Nam quæ major vel ſublimior dignitatis amplitudo, hiſce principibus deferri vel tribui potuiſſet, quàm quòd præ cæteris digni ſunt habiti, quorum humeris, tanquam firmiſſimis columnis (ut verbis legis Carolinæ utar)

B Germanici, imò Occidentalis Imperii celſitudo committeretur? & ut ex ipſis tanquam ex generoſiſsimo germine, Imperatore decedente, Aquila, quæ umbra alarum ſuarum Occidentem tegeret, produceretur? Sit ſanè aliorũ principum ac regum dignitas magna: hæc verò eo tantò major auguſtiorq; eſt, quantò Imperiali faſtigio propior, ejuſque quaſi legitimá & ordinata creatrix eſſe videtur. Ut verò hic Principum ordo dignitate, ſic quoque meritis in patriam cæteros antecellit. Nam poſtquam hi principes inſtituti fuẽre, eorum prudentia atque conſilio factum eſt, ut & graviſſimis diſſenſionibus, quæ antè de electione Imperatoris ſæpiùs inter potentiores nobilioresq; gentes æmulatione Imperii exarſerant, conquieſcentibus atque ſopitis, pax & tranquillitas qualiſcunque in Germania ſit conſervata: & inſidioſis atque clandeſtinis conſpiratiooibus exterorum, Imperii majeſtati inhiantium, repreſsis, Germani in poſſeſsione majeſtatis Imperii jam multis ſæculis permanſerint, & in poſterum quoque permanſuros ſperandũ ſit, ſi ut hactenus fecêre, vera ſeſe benevolentia complexi conſentient: ac quem Imperii faſtigio dignum duxerint, ut par eſt, pro virili juverint. Quid quod cùm apud alias quamplurimas gentes, monarchia faciliùs in tyrannidem tranſiiſſe, imperiaque evertiſſe legatur, quòd, ut Hippodamus Pythagoræus inquit, Stobæo referente, ταχίως ἀπὸ τρυφᾶς ϗ ὕβριος ἀλλ᾽ ἀσ-εσταμ, hi reipublicæ Germanicæ forma, ita contemperata, ut & regium & principatum, & optimatium gnbernationem contineat, eò cõſilia ſua plerunque direxerint, ut boni, honeſti, ſapientes, juſti, patriæ ac religionis amantes imperio præficerentur. Quæ quanta bona ſint. quilibet ſanæ mentis ita perſpicit, ut id copioſiore oratione explicari, magis oſtentationis quàm neceſſitatis eſſe videatur.

Ac etſi pontifices pro ſua tyrannide ac ambitione nihil non juris ac authoritatis in Imperium ſibi vendicantes, diſſenſionibus in hoc ordine ſparſis id effecerint, ut interdum vel de electione vel remotione Imperatorum bella civilia nata ſint, quemadmodum hiſtoriæ Henrici V. Friderici utriuſque, Philippi Suevi, & Ludovici Bavari teſtantur: tamen tam accuratam circumſpectionem & conſiderationẽ rebus adbibuêre, ut bellorum ac diſſenſionum incendiis extinctis, Imperii majeſtas ſartatectaque maneret, nec qua vel fraude, vel conſpiratione, vel rabie pontificum Romanorum, ad aliàm gentem transferretur.

Cùm ergo principum horum qui Electores dicuntur, dignitatem merita in Rempub. æquent, digna eſt liberalibus ingeniis inveſtigatio ordinationis eorum. Nam etſi communis opinio atque ſententia ſcriptorum huc uſque fuerit, eam ab Otthone tertio Saxonico Imperatore factam fuiſſe: extitêre tamen hoc tempore viri cum aliarum artium multifaria cognitione, tum vetuſtatis ac hiſtoriarum indagatione celebratiſſimi, qui quaſi cornicum B oculis confixis, communem hiſtoricorũ opiniooem nõ tantùm in dubium revocavêre, ſed & tam ſpecioſis ac eruditis argumentis & rationibus impugnavêre, ut ordinatio hæc, quæ vetuſtiſſima hábita fuit, recentior opinionè multorum pleriſque eſſe videatur: non obſcuro ſermone interdum agitantibus ea, quibus ordinis ampliſſimi autoritas elevetur, qui cum ſe vetuſtare venditet. ignorantiam originis vel inſtitutionis ſuæ prodat.

Cæterùm cùm (quod pace tantorum virorum dictum eſſe volo) hæc nova opinio, quãtumvis argutis argumentis colorata, à veritate aliena, ejuſque authores, quod ſæpè aliàs etiam doctiſſimis accidere conſuevit, humani quid paſsi eſſe deprehendantur, operæprecium facturũ eum exiſtimo, qui commonem hiſtoricorum ſentenriam, ab impugnationibus doctiſſimorum virorum vindicatam, priſtinæ authoritati reſtitoat. Et ſi verò dum vires ingenii mei pondero, non tantùm eas perquàm debiles & exiguas eſſe agnoſco: ſed & ego jam diu horum amœniſſimorum ſtudiorum cultu intermiſſo, aliis multò ſeverioribus, negociiſq; à literis remotiſſimis vacarim, ut verè de me dicere poſſim quod alicubi de ſe poëta,

Scilicet ingenium longa rubigine læſum
Torpet, & eſt multo quàm fuit ante minus:

Tamen cùm prędicta opioio doctiſſimorum virorum, à veritate rei diſſona, & cum imminutione aliqua non tantùm dignitatis Principum, ſed & laudis præſtantiſſimi Imperatoris Ottho-

A Otthonis conjuncta ſit, amore veritatis & reverentia erga ampliſſimum ordinem Electorũ, denique propenſione erga præſtantiſſimum Imperatorem Otthonem adductus, communis ſententiæ patrocinium ſuſcipere, ac in arenam cum viris eruditiſſimis & omnis antiquitatis indagatoribus ſagaciſſimis, de diſceptatione hujus rei deſcendere non ſum veritus. Non quidem, ut quenquam gladiatorio animo impetam, ſeu cum ipſo pugnaciter cõtendam, vel ejus ſtudia elevem atque inſecter: ſed ut placidè, tranquillè ac moderatè ſententiis collatis, veritas rei eruta in lucem proferatur. Nihil etenim veritatis inveſtigationi magis contrarium duco, quàm ad eam odium, iram, ęmulationem, vel alias vitioſas cupiditates afferre, quæ menti lucem eripiunt, quaſique nebulas offundunt. ut veriſſimè ille dixit, *καθάπερ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς οὐκ ἔστι θεάσασθαι ἀσθενεῖ καὶ ἀδυνάτῳ τῇ ὄψει, οὕτω καὶ ἔτι μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἀσθενεῖ ἀδυνάτῳ τῇ διανοίᾳ*. Id, ut contrariæ ſententiæ defenſores perpenſuros ſpero: ſic & me facturum polliceor. Ut verò rei hujus veritas tantò faciliùs patefiat, initiò quæ de electione principum Electorum ſententia hactenus fuerit, obiter explicabo: deinceps aliorum opiniones contrarias recenſebo: ac in quibus ea ceſpitent ac hallucinentur, oſtendam. Poſtremò, ex fide dignis monumentis rei veritatem ſubjungam.

CAP. I.

B *DE ORIGINE ET INSTITUTIONE Principum Electorum in Germania.*

Otthone ſecundo Imperatore Romæ defuncto, variæ acmultiplices de electione Imperatoris diſceptationes exortæ fuêre. Nam Itali æſtuantes cupiditate Imperialis dignitatis à Germanis ad ſe transferendæ, Creſcentium Nomentanum, conſulem Romanum, perquàm potentem ac factioſum, Imperatorem declarari volebant. Quidam verò odio Imperatricis Theophaniæ, matris Otthonis III, mulieris callidæ, & populis Occidentalibus parum propenſæ, Henricum Bavariæ ducem, Henrici fratris Otthonis primi filium, Cæſarem proclamavêre: qui etiam Otthone III. puero factioſè rapto, atque firmiſſimæ cuſtodiæ tradito, Imperii poſſeſſionem uſurpavit. At principes Germaniæ, fidem Germanis dignam domino ſuo præſtantes, puerum Otthonem ex manibus Henrici ducis extortum, tanquam legitimum patris ſui & regnorum ſuorum hæredem, in ſolio regio collocârunt. Id quod Benedictus VII. pontifex Romanus, qui ſummoperè inſtiterat, ut in creando Imperatore, Reipublicæ ſolerti atque perito gubernatore admodum indigenti conſuleretur, ſuo conſenſu ratum firmumq; habuit.

Cùm autem poſtea Ottho adoleſcentiæ annis completis, in Germaniam cõceſſiſſet, resq; ejus undecim ferè annis compoſuiſſet, in Italiã tandẽ pro recipienda imperiali coronaredit: & mortuo Johanne XVII, vigore privilegii avo ſuo Otthoni Magno de inveſtituris epiſcoporum conceſſi, Brunonem Saxonem, cognatum ſuum, pontificem creavit, qui Gregorius V. poſt adeptum pontificatum dictus, Otthoni benedictionẽ imperialem contulit, qua ille accepta in Germaniam reverſus eſt Romani verò indignè ferentes ſibi pontificem Saxonem, & Imperatori cognatum, datũ fuiſſe: vix Imperatore Italiam egreſſo, Gregorium urbe ejiciunt. qui cùm aliquandiu in Hetruria ſubſtitiſſet, nec illum populus revocaret, Otthonem in Germaniam adiit. Interea Creſcentius denuò conſul cõfirmatus, rempub. arripit, muros urbis inſtaurat, molem Hadriani munit: ac Johannem quendam natione Grecum, epiſcopũ Placentinũ, non minùs pecunioſum quàm doctum, pontificem creat. Ottho biſce cognitis, ira concitus, copiis coactis urbem petit eamque obſidione cinctam ad tantam neceſſitatem redigit, ut populus Romanus fame compulſus, patentibus portis Imperatorem acciperet. Intromiſſus in urbem Imperator, pontificem atq; Creſcentiũ ignominioſiſsima morte afficit, atq; Gregorium in ſedem Barioneam reſtituit. Cùm verò Ottho pro ingenii ſui perſpicacia atq; prudentia, quæ tanta fuiſſe ſcribitur ut Mirabilia mundi diceretur, animadverteret, non tantùm Italos æſtuare cupiditate Imperialis dignitatis, à Germanis ad ſe transferẽdæ: ſed & inter ipſos Germanos cùm aliàs, tum verò patre defuncto, inter Henricum Bavarum aliosque principes diſſenſiones exortas fuiſſe recordaretur: ipſe, qui prole maſcula careret, atq; Imperii majeſtatem apud Germanos perpetuò durare cuperet, ſuffragante ſummo B pontifice Gregorio. utpote principe Saxonici ſanguinis; ex conſilio principum Germaniæ ſanctionẽ tulit de Imperatore à Germanis proceribus deligendo: videlicet, ut in futurum nõ per ſanguinis ſucceſſionem Imperii dignitas duceretur, ſed per Imperii officiales, ut vocant, Imperator deligeretur. Quo verò concordia in electione ſervaretur, nominati ſunt tres Germaniæ antiſtites, Eccleſiaſtici principes Imperii archicancellarii, Moguntinus ut reb. Germaniæ, Colonienſis ut Italiæ, Treverenſis ut Galliæ præeſſent, inq; iis officia ſua exercerent. His additi ſunt quatuor ſeculares, qui & ipſi munia ſua Cæſari exhibent: Saxonum Dux, ut archimarſchallus: Marchio Brandenburgenſis, ut camerarius: Palatinus Rheni, ut dapifer: Dux Bohemiæ, ut pincerna Imperii eſſent. Penes hos jus & arbitrium eligendi Regem eſſe voluit, ne quis (ut dixi) Imperatoriam majeſtatem ſibi veluti hęreditariã vendicaret. Et tempore Otthonis hac ratione inſtitutionem electorum factam, autores tradidêre plerique: ut Martinus Polonus archiepiſcopus Conſentinus in ſuis Chronicis, Leopoldus de Babenberg de juribus regni & imperii, cap. 2. ſup. fol. 339. Rodolphus de Columna, cap. penult. ſup. fol. 296. Albericus de Roſate in ſuo lexico, in verbo, Electores. Marſilius Patavinus de translatione imperii, cap. 11. ſup. fol. 236. Cuſanus de Concordantia Catholica, lib. 3. cap. 4.

A ſup. fol. 615. Antoninus hiſtoriæ ſuæ parte 2. tit. 16 cap. 4. Blondus Decad. 2. lib. 3. Platina in vita Gregorii V. Jacobus Bergomas in ſupplemento Chron. lib. 12 Albertus Crantz in metropoli. Nauclerus generat. 34. Abbas Tritemius in Chronico Hirſaugienſi de Cunrado X. abbate. Cuſpinianus in vita Otthonis III. H. Mutius de Germanorum prima origine lib. 13. cum aliis recentioribus compluribus. Nec quenquam, qui ante tempora noſtra de Electorum inſtitutione quicquã ſcripſerit, legere me memini, qui aliud prodiderit, quàm temporibus Otthonis inſtitutos fuiſſe, præter M. Jordanem, & Theodoricum Nyemum: quorũ ille inſtitutionem eorum ad tempora Caroli Magni refert, ut videre eſt ſup. fol. 300. & rurſus fol. 306 hic verò in Nemoris ſui antehac non editi, ſed nunc per me publicati, cap 31. ad tempora Cunradi Salici dicens quòd poſt obitum Henrici ſancti, principes Germaniæ ordinàrint, ut in poſterum Romanus princeps eligeretur per tres Eccleſiaſticos & tres laicos nationis Germanicæ: & iis diſcordantibus, per adjunctum ducem Bohemiæ.

Verùm ut Jordanis ſententia, tanquam falſiſsima, refutatiune minimè eget, quòd conſtet tempore Caroli Imperium per ſucceſſionem, non electionem delatum fuiſſe: ſic Theodorici ſententia, cum cæteris (meo judicio) facilè ad concordiam reducitur.

Nam cùm Henricus ſanctus deceſſurus, principibus atque proceribus Imperii conſulentibus, quémnam ſucceſſorum dignum B imperio judicaret: Cunradum Salicum cæteris prætuliſſet, & Cuno dux Francorum vehemẽtiſſimè Imperium ambiret, ita ut inter ſe electores diſſiderent: haud dubiè quibuſdam viſum eſt, ſi Cunradus eligeretur, eam electionem magis ex voluntate & diſpoſitione Henrici, quàm liberis principum ſuffragiis fieri: ne itaque contrario actu recens lata Otthonis cõſtitutio aboleretur, & principibus præjudiciũ crearetur, decrevère Imperatorem non aliter niſi per imperii officiales eligendum: nõ quòd novi quid ſtatuerent, ſed authoritatẽ ſanctionis ſub Otthone latæ confirmarent, & ſic verè prima electio Imperatoris per proceres Imperii poſt diſceſſum Henrici ſecundi accidit tempore Cunradi Salici.

Nam etſi Henricus ſanctus ab aliis antè citatis autoribus primus fuiſſe ſcribatur, qui per principes vigore ſanctionis ſub Otthone factæ Imperator delectus fuerit: ejus tamen electio non uſquequaque ſecundùm conſtitutionem Otthonianã, Nyemo facta fuiſſe viſa eſt, quòd (ut ipſe ait) collateralis Otthonis III fuerit, & ſic magis ex ſucceſſione quàm electione rexiſſe videatur. Id quod inde etiã apparet: quod Heriberto Colnnienſi archiepiſcopo, inſignia regni tenente, Henricus cætororum votis in ſe inclinantibus, ea violenter ab ipſo extorſerit, quaſi ad ſe jure hæreditario pertinerent. His itaque conſideratis, non uſquequaque Nyemus à cæteris diſſentire videtur: imò in eadem ſententia cum aliis eſſe. Sed de his ſatis. Unicum ſaltem adjicio, annum quo hoc decretum A ab Otthone factum ſit, ab autoribus certò non tradi. Blondus loco prææallegato, factũ eſſe ſcribit biennio ante mortem Otthonis. Obiit autem, ſecundùm Urſpergenſis ſupputationem, anno milleſimo primo, quinto Cal. Februarii: qua ratione incideret hæc conſtitutio in annũ 999. At Jacobus Bergomas, eam factam ſcribit anno 994. Platina verò in vita Gregorii V, anno Chriſti M, ac ſecundo, promulgatam refert.

Cap. II.

De errore eorum, qui inſtitutionem Electorum ſoli Gregorio V. tribuunt.

Communis ſcriptorum ſententia de inſtitutione Electorum, ut præcedenti Capitulo oſtenſum eſt, in hoc reſidet: eam ſub Otthone factam. Hæc verò accuratiùs perpenſa, in duas contrarias dividi videtur. Alii ſiquidẽ autores, eam ab ipſo Otthone Imperatore, põtifice ſuffragante: alii autem à Gregorio pontifice (nulla Imperatoris vel procerũ Germaniæ mentione facta) factam ſcribunt. Etſi verò hæ ſententiæ diviſæ, authoritate & numero ſcriptorum ferè pares videri poſſint, ſeparatim tamen iis diligenter perpenſis, prior poſteriori veritate ac rationum firmitudine prævalebit. Nam ne attingam ea quæ Nicolaus Cuſanus lib. 3. cap. 4. de Concordantia Catholica ſup. fol. 616. contra ſententiam exiſtimantiũ hanc inſtitutionem põtifice autore inſtitutam, eruditè & verè diſputat: oſtendens eam communi B conſenſu Alemannorum & aliorum qui Imperio ſubjecti erant, non ſolius pontificis authoritate factam, licèt ea acceſſerit: quomodo ea quæ Blondus lib. 3. Decade ſecunda ſcribit, cum aliorum ſcriptis conſentiunt? Ille namq; Gregorium quintum reſtitutum, acerrimam de accepta à Romanis injuria ultionem ſumpſiſſe refert, facta de electione Imperatoris ſanctione: Solis Germanis, qui inde Electores dicantur, licere Imperatorem deligere. At alii, qui eandem ſanctionem ſoli Gregorio tribuũt, eam conſentientibus Romanis ac univerſo clero factam tradunt: Jacobus Bergomas, & Abbas Tritemius. Sanè ſi vindictæ animo ſanctio eſt lata, perexiguus Romanorum conſenſus fuit.

Deinde quà ratione Blondus ſcribere potuit, hac ſanctione Gregorii quid juris Romanis fuiſſe ademptum: cùm jam inde à temporibus Caroli Magni nihil juris in Imperium habuiſſent, eo in Carolum ejuſque ſucceſſores pleno jure tranſlato? Idq; ita fuiſſe, nõ opus eſt longiore probatione. Refert ipſe Blondus paulò ante hiſtoriam inſtitutionis Electorum, Otthone ſecundo defuncto, atque puero Otthone tertio relicto, non defuiſſe Romanos, atque inter hos maximè Creſcentium Nomentanũ, qui contenderint, à Romanis Italiſve reſumẽdum Imperium: ſed Germanos, qui ſententiis aliquantulum variabant, hac re cognita, Otthoni tertio Imperium detuliſſe. Quòd ſi hæc diligen-

A diligentiùs ponderaſſet, vana iſta ſomnia de vindicta Gregorii, hiſtoriæ ſuæ non attexuiſſet. Nam dum Romanos imperium reſumere voluiſſe, idque à Germanis Otthoni delatum fuiſſe fatetur, nihil juris penes Romanos fuiſſe oſtendit. Minimè itaque veriſimilia à Blondo, ejuſque ſequacibus, de autore inſtitutionis Electorum ſcribi apparet.

Adhæc, ejus opinionis autores pleriq; tradidêre: ſanctionem iſtam à Gregorio, ſynodo congregata factam. quod itaque decretum de hac re nobis profertur? De aliis rebus minimis, nullaque memoria dignis, decreta pontificum ſuo Decreto infarſiit Gratianus: cur hoc ſuppreſſiſſet? Aut itaque nulla de re tanta à Gregorio ſanctio eſt facta, aut ſceleratè eam Gratianus prætermiſit. Verùm prius altero veriſimilius videtur, cùm, qui in minimis uſq; adeò diligens eſt, nec majora neglecturũ fuiſſe, meritò præſumi debeat.

Sed quid hiſce levioribus immoror? Refellitur ſententia hęc, clara & irrefutabili authoritate Innocentii III. c. venerabilem. extr. de elect. & electi poteſt. ubi ſcribens ad Bertholdum Zaringiæ ducem. de poteſtate electoribus conceſſa, ſic inter cætera ait: VERUM illis principibus jus & poteſtatem eligendi regem in Imperatorem poſtmodum promovendum, recognoſcimus (ut debemus) ad quos de jure & antiqua conſuetudine noſcitur pertinere, præſertim cùm ad eos & poteſtas hujuſmodi ab Apoſtolica ſede pervenerit, quæ Ro- B manum Imperium in perſonam magnifici Caroli, à Græcis tranſtulit in Germanos. Hic pôtifex autoritatem eligendi Imperatoris in Electores, non vi vel autoritate ſanctionis Gregorianæ tranſlatam, ſed vigore tranſlationis Imperii in Carolum factæ, ſcribit. Quòd ſi Gregorius hujus inſtitutionis autor fuiſſet, haud dubiè tantam rem pontifex qui alioqui ex muſca elephantem gignere cõſuevit, minimè diſſimulaturus fuiſſet.

Vera itaque ac firma eſt ſententia, volentiũ hanc inſtitutionem conſilio principum Germaniæ ab Otthone factam, ſuffragante pontifice. quod & ipſe Tritemius in ſuo Hirſaugieñ chronico aliqua ex parte velle videtur, dum inquit: Gregorium ſanxiſſe ſynodo congregata, Romanis conſentientibus, & clero, Romanum Imperium debere permanere apud Germanos, perpetuis futuris temporibus: ita ut principes per Otthonem deputati, habeant jus & poteſtatem eligendi Imperatorem. Vides itaque & Tritemium, quantumvis hanc ſanctionem pontifici tribuat, fateri tamen, principes ad tantam dignitatem ab Otthone, non à pontifice deputatos.

Nec Platinam, quantumvis inſtitutionem ſeu ſanctionem hanc Gregorio pontifici tribuat, admodum à noſtra ſententia abeſſe videtur, dum de Gregorio ſcribit: Is (inquiens) cognita Imperii imbecillitate, varietateque fortunæ, quò diutiùs apud Germanos ſumma poteſtas remaneret, illeque cæteris præeſſet qui virtute & dignitate cæteris præſtaret, ſanctionem retulit, haud abnuente Otthone de Imperatore deligendo, &c. A

Cap. III.

DE AUTHORIBUS QUIBUSdam recentioribus, qui inſtitutionem Electorum minimè temporibus Otthonis, ſed longè poſt inductam eſſe arbitrantur.

QUæ præcedentibus Capitulis de ordinatione Electorum dicta ſunt, ea ad ſummam propoſiti noſtri parum facere videntur. Sive etenim à Gregorio, ſive ab Otthone ordinatio ea inducta fuerit, Electoribus in utramque partem originis ſuæ antiquitas conſtabit. Nos tamen cùm alteram ſententiam alia veriorem judicaremus, brevibus, quàm eam probaremus, indicandum duximus. Nunc verò propiùs ad rem ipſam, ob quam hic labor ſuſceptus eſt, accedemus: ac recenſebimus eos authores, qui communi ſententia tanquã falſa relicta, electorum dignitatem longo tempore poſt Otthonem cœpiſſe arbitrantur. Inter eos, primos fuiſſe invenio: Johannem Stabium, D. Maximiliani Cæſaris mathematicum & hiſtoricum, virum longè eruditiſſimum, & Comitem Nuenarium, unà cum Jacobo Speigelio Seleſtadienſi: quorum hic in Annotationibus ſuis ad Guntheri Ligurinum lib. primo, enarrans locum. ubi deſcribitur conventus principum, ad eligendum novum regem defuncto Cunrado, ad verſiculos hoſce:

——orbaq; regni B
Teutonici ſedes, Cunradi morte vacabat:
Acturi ſacra de ſucceſſore corona,
Conveniunt proceres, totius viſcera regni, &c.

Vides, inquit, neque hîc obſervatam ſanctionis Gregorianæ formulam, de eligendo Imperatore latam, à paucis principibus, cujus Itali & plerique alii exteri ſcriptores meminêre, mirè interim noſtrorum annalibus ſilentibus. proinde vel commentum fuit Italorum, ut pleraque alia: Joannes Stabius animadvertit, Nuenaris comes recipit. vel, ut ego puto, non probata tunc à cæteris principibus Germaniæ, aut ſaltem non perpetua. Sed & Sabellicus, prudens & diligens ſcriptor, fatetur ſe parum compertũ habere, fuerint ne tunc primùm creati, qui Imperatorem eligerent: an poſtea res inducta ſit. diſſentit à nobis Munſterus. Ex quibus verbis Spiegelii liquidò apparet, cùm alios citatos, tum verò ipſum. ideò à communi opinione receſſiſſe, quòd nõ ſeptem Electores ad deligendum novum Imperatorem, ſed plures conveniſſe, apud authores invenerint.

Horum ſententiæ proximè acceſſit Johannes Aventinus. vir ſolidæ eruditionis, & rerũ antiquarum indagator ſagaciſſimus: qui libro quinto Annalium Bojorum, fol. 505. morte Otthonis tertii commemorata, de ſeptem virorum inſtitutione ſcribit in hæc verba: De ſeptemviris & primariis Heptarchiis, qui ſibi deligendi Imperatoris Romani, Germanicique, partea nunc ſumunt, nihil penitùs, ne

Digitized by Google

A verbulo quidem ono, neque Hermannus, neque Romerius. neque Sigebertus, neque Otho noſter, Guntherúsve poëta & cæteri quique proximi horum temporum graviſſimi diligentiſſimique ſcriptores ullam mentionem faciunt: profectò non omiſſuri tantam rem, ſi, uti noſtro ſeculó ſunt, illa tempeſtate principes illi, conſtituendi Cæſaris legem ac prærogativam accepiſſent. Res aliter eſt, nempe longò pòſt tempore inſtituta, filios ſemper parentibus, proximos ſanguine & affinitate in demortuorum locum ſucceſſiſſe, ab omnibus cõmuniter ducibus, dynaſtis, ſatrapis, epiſcopis, præſulibus, civibus, populo Italiæ, Galliæ, Germaniæ, deſignatum eſſe rectorem: uſus enim rerum magiſter indicat. Ego iſtos demum poſt fata Friderici ſecundi inſtitutos, & à Gregorio X. pontifice max. confirmatos eſſe, compertum habeo.

Poſt Aventini annales editos, Onuphrius Panuinius, Auguſtinianæ ſectæ frater, citra controverſiam monachorum qui longo tempore vixêre, antiquitatis peritiſſimus, ut hujus rei veritatem erueret, proprium librum de Comitiis Imperatoriis ſcribendum ſuſcepit. In quo primùm, rationibus in medium adductis, receptam de inſtitutione Electorum ſententiam convellere: deinde veterum graviſſimorum authorum teſtimoniis hincinde accumulatis, oſtendere nititur, eandem à temporibus Otthonis III, uſque ad tempora Friderici II. fuiſſe creandi Cæſaris formam, quæ ante i-
B pſum ab obitu uſque Ludovici IIII, filii Imperatoris Arnulphi. ſervata fuiſſet: nimirum, ut rex Germaniæ, vel Imperator ab omnibus ſaltem regni Germanici principibus, tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, qui ideo Imperii Principes appellabantur, eligeretur: in eam tandem concedens ſententiam ut cum Aventino ſtatuat, hanc inſtitutionem exortam fuiſſe ſub Gregorio X. Placentino, circa tempora comitiorum, quibus poſt longum Imperii interregnum Rodolphus Habſpurgicus rex appellatus fuit, à cujus rationibus & argumentis recenſendis ideo abſtineo, quòd ſingula ſeparatim excutere, & ad ea ſimili ratione reſpondere conſtituerim. Nec plures ejus ſententiæ ſectatores nomino, quòd nullius ſcripta, præterquã unius viri doctrina & antiquitatis cognitione ſuſpiciendi, me legere contigerit, qui novam hanc ſententiam amplexus fuerit, eiq; quid, non viſum vel cogitatum à Panuinio, addiderit. Tantò hic in hujus rei inveſtigatione ſtudio atque labore verſatus eſt. Quare ejus rationibus refutatis, aliis quoq; ſatisfactum fore ſpero.

CAP. IIII. A

RATIONES ET ARGUMENTA, quibus contra autorum qui præcedenti Capite memorati fuêre, ſententiam oſtenditur, certos Electores non tantùm ante tempora Rodulphi, ſed & ante tempora Friderici fuiſſe.

CUm ergo communis authorum ſententia de inſtitutione Electorum non tantùm in dubium revocetur, ſed & argumentis & rationibus undique conquiſitis & coacervatis impugnetur, ordo ac rei neceſſitas exigere videtur, ut antequam ad contrarias ſententias & rationes deſcendamus, ſententiam noſtram certis quibuſdam rationibus ac argumentis muniamus, deinceps ad adverſariorum ſententiam impugnandam refutandamque procedamus. Id itaque facturi, adverſariorũ ſententiam, exiſtimantium uſque poſt tempora Friderici reges vel Imperatores ab univerſis Germaniæ proceribus eligi ſolitos, & Electores principibus poſt tempora Friderici ſecundi, idq; quidem tempore Rudolphi Habſpurgici inſtitutos. falſam, ac à veritate hiſtorica penitùs alienam eſſe cenſemus: quinimò multò ante tempora Friderici (Deo dante) fuiſſe Electores, oſtendemus.

Quia verò præcipuas atque graviſſimas ſententiæ noſtræ rationes, ex memorabili atque decantata illa epiſtola decretali Innocentii tertii, incipiente, Venerabilem, extr. de Elect. & electi poteſt. deſumemus, quæ à Canoniſtis (ut vocantur) materiæ Electorum tanquam propria ſedes eſt deſtinata, ut aliis materiis aliæ ſedes. Ideo operæprecium cenſemus illam de- B
cretalem hic præmittere, ut quilibet lector ea ob oculos poſita, videat quàm verbis ipſius atque ſententiæ conſona ſint ea. quæ inde tanquam ex pharetra quadam munimina ſententiæ noſtræ, depromemus. Cùm autem Magiſter Petrus Beneventanus, ſubdiaconus Innocentii, decretalem iſtam famoſiſsimam (ut Canoniſtæ loquuntur) in compilatione Decretaliũ, ut & alias pleraſq; mutilarit, & eam nobis vir eruditione, virtute ac pietate clariſſimus Amandus Potgieſſerus J. U. Doctor, olim in Italia ſtudiorum noſtrorum conſors ſuaviſſimus, nunc celebratiſſimi judicii Cameræ Imperialis aſſeſſor, ante triennium integram communicârit, eam ita hîc ſubjungemus, non tantùm hac de cauſſa quam diximus, ſed & quò cùm inter illas decretales referatur (teſte Alberico de Roſate in ſuo Dictionario, in verbis Electio Imperatoris) in quibus pontifices falcem in alienam meſſem miſerunt, hi qui eam ſua explicatione aliquando pro Imperii majeſtate ornandam duxerint, ea integra in ſuis meditationibus juvari queant, verba ejus hæc ſunt.

INNO-

A

INNOCENTIUS III. PONTIFEX,

Bertholdo Zaringiæ duci.

A

VENERABILEM fratrem noſtrum Saltzburgenſem archiepiſcopum, & dilectum fratrem abbatem de Salamona, & notabilem virum marchionem Orientalem, quorundam principum nuncios ad ſedem Apoſtolicam deſtinatos benignè recepimus, & eis benevolam duximus audientiam indulgendam: literas quoque quas per eos quidam nobis principes deſtinarunt, diligenter perlegi fecimus, & quæ continebantur in eis notavimus univerſa. Inter cætera verò quæ dicti principes per eaſdem nobis literas intimarunt, hac

B *præcipuè objectione uſi ſunt; dicentes: quòd venerabilis frater noſter Præneſtinus epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis legatus; aut Electoris geſſit, aut cognitoris perſonam. Si electoris, in meſſem alienam miſerit falcem ſuam: & electioni ſe ingerens, principum derogaverit dignitati. Si cognitoris, abſente altera partium videtur ꝑperã ꝓceſſiſſe, cũ ea citata non fuerit, & ideo nõ debuit cõtumax judicari.*

Verùm nos, qui ſecundum Apoſtolicum ſollicitudinis officium ſumus ſingulis in juſticia debitores: ſicut juſticiam noſtram nolumus ab aliis uſurpari, ſic jus principum nobis nolumus vendicare. VERUM illis principibus jus & poteſtatem eligendi Regem & Imperatorem poſtmodum promovendum recognoſcimus (ut debemus) AD quos de jure & antiqua conſuetudine noſcitur pertinere. præſertim cũ ad eos & poteſtas hujuſmodi ab Apoſtolica ſede pervenerit, quæ Romanum Imperium in perſonam magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos. Sed & principes recognoſcere debent, & utique recognoſcunt, ſicut iidem in noſtra recognoverè præſentia, quòd jus & authoritas examinandi perſonam electam in regem, & promovẽdã ad Imperiũ, ad nos ſpectat, qui eã inungimus, conſecramus & coronamus. Eſt. n. regulariter & generaliter obſervatũ, ut ad eũ examinatio perſonæ ꝑtineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Nunqd. n. ſi principes non ſolum in diſcordia, ſed etiã in cõcordia, ſacrilegum quẽcunq;, vel excõmunicatum, tyrãnum vel fatuum, hæreticumve in regem eligerẽt, aut paganum, nos inungere, cõſecrare, ac coronare hominẽ hujꝰmodi deberemus? Abſit omnino. B

Objectioni ergo principum reſpondentes; aſſerimus: ꝙ legatus noſter epiſcopus Præneſtinus, approbando in Chriſto filium noſtrum regem Othonem, & reprobando Philippum ducẽ Sueviæ, nec Electoris geſſit ꝑſonam, juxta ꝙ nobis ꝑ literas ſuas qdam

A principũ exponebant: utpote qui
nec fecit aliquem eligi, nec eligit:.
& ſic electiō i ſe nunq̃ ingeſſit, nec
cognitoris perſonã exhibuit, cum
neutri᷑ electionẽ (quo ad factũ eli
gẽtiũ) confirmandã duxerit, aut
infirmandam: & ſic jus principũ
nullatenus uſurpavit, aut venit
contra illud. exercuit autem de-
nunciatoris officium, quia perſo-
nam ducis ejusdẽ denũciavit in-
dignam, & perſonam ipſius regis
denũciavit idoneam, quo ad im-
perium obtinendum, non tam ꝓ-
pter ſtudia eligentium, quàm pro
pter merita Electorũ: quãvis plu
res ex illis qui eligendi regẽ in Im-
peratorem promovẽdum, de ju-
re ac conſuetudine obtinent pote-
ſtatẽ, cõſenſiſſe perhibeantur in
B ipsũ regẽ Othonem: & ex eo quòd
fautores Philippi, abſentib. aliis
& contẽptis, ipſum eligere p̃ſum-
pſerũt, pateat eos perperã proceſ-
ſiſſe: cum explorati ſit juris, quòd
electioni pl᷑ contẽptus uni᷑, quàm
contradictio multorum obſiſtat.
Unde privilegium meruerunt a-
mittere, q permiſſa ſibi abuſi ſunt
poteſtate: qa hujuſmodi injuria
non obſtante, cæteri uti poterant
jure ſuo. Et quoniã dux p̃dictus,
nec ubi debuit, nec à quo debuit
coronatus unctionẽ accepit: me-
morat᷑ verò rex & ubi debuit, vi
delicet Aquiſgrani: & à quo de-
buit, ſcilicet à venerabili fratre
noſtro Coloniẽſi epiſcopo, recepit
utrumq;. Nos ergo nõ Philippũ;
ſed Othonem, reputamus & no-
minamus regem, juſticia exigen-
te. In reꝓbatione privata, Phi- A
lippi ducis Suevia propter mani-
ſta impedimenta perſonæ, non ac
cuſatione, ſed cõdemnatione po-
tius fuit opus: quia non accuſati-
one, ſed condemnatione indigent
manifeſta. Quando autem vota
principũ in electione dividuntur
poſt admonitionẽ & expectatio-
nem, alteri partium favere poſſu
m᷑, & maximè poſtq̃ à nobis un-
ctio & conſecratio & coronatio
poſtulantur, ſicut utraq; pars à
nobis multoties poſtulavit, ex iu-
re patet pariter & exẽplo. Nun-
qd .n. cum principes admoniti &
expectati, vel non potuerunt, vel
noluerunt in unum propoſitum
cõſentire: ſedes Apoſtolica advo-
cato & defenſore carebit? eorũq; B
culpa ipſi redundabit in pœnam?
Sciunt autem principes, & tua
nobilitas non ignorat, q cum Lo-
tharius & Conradus in diſcordia
fuiſſent electi, Romanus põtifex
Lotharium coronavit, & imperi
um obtinuit coronat᷑, eodem Cun
rado tum demum ad eius gratiã
redeunte. Nos ergo per nuncios
principum memoratos, eos duxi-
m᷑ cõmonendos: ut quemadmo-
dum nos à iurib. ipſorum ceſſam᷑,
ſic ipſi contra ius noſtrum ſe ne-
quaq̃ iniurioſos oſtendant: ſed à
præfato duce, iuſto quidem iudi-
cio reprobato, recedant, & præ-
fato regi Othoni non abnuant ad
hærere: niſi tum demum, cum
cõtra perſonam eius, vel factum,
legitimum aliquid obiectum fue-
rit & oſtenſum. Sunt enim noto-
ria

A ria impedimenta ducis Sueviæ, ſcilicet excõmunicatio publica, ꝑjurium manifeſtum, & ꝑſecutio divulgata, quã progenitores ejus & ipſe ꝑ̃ſumpſerunt in Apoſt. ſedem & alias Eccleſias exercere. fuit. n. à bonæ memoriæ Celeſtino papa ꝑ̃deceſſore noſtro, propter invaſionẽ & devaſtationẽ patrimonii beati Petri, cõmonitiõe ſæpius ꝑ̃miſſa, publicè & ſolẽniter vinculo excõmunicationis innodatus, cũ in Tuſcia moraretur, quo dipſe poſtmodũ recognovit, dũ per nunciũ ſuum ab ipſo prædeceſſore noſtro abſolutionis beneficium poſtulavit: & poſtquam à Sutrino epiſcopo, quẽ cum abbate ſancti Anaſtaſii pro liberatione venerabilis fratris noſtri, Salernitani B archiepiſcopi nos in Teutoniã miſeramus, cõtra formã mandati noſtri, de facto ſolũmodo, q̃a de jure nõ potuit, poſt ſuam electionem apud Vuormaciã occultè ſe fecit abſolvi. Unde patet, quòd excõmunicatus fuit electus: & videtur non immeritò, quòd adhuc excommunicationis ſententiæ ſit innodatus, cũ prædict. epiſcopus eũ authoritate ſua non poſſet abſolvere, authoritate verò noſtræ legationis nec plus nec aliter hoc licuit ipſi, quã quando ei fuerat ab Apoſtolica ſede conceſſum. Ex eo. n. excõmunicationis ſententiæ ſubjacere creditur mãifeſtè, quod cum perfidus Marquardus Dei & Eccleſiæ inimicus, cum univerſis fautorib. tam de Teutonicis, quàm de Latinis excõmunicationis vulgatæ vinculis, ſuæ iniquitatis meritis aſtrictus (ſicut etiam vobis ꝑ literas noſtras directas ꝑ Petrum judicem Placentinum, ipſius Philippi nuncium, intimaſſe meminimus, quas ad ipſius Philippi audientiam credimus ꝑveniſſe) ipſe nihilominus, quamvis id nõ tantum ex relatione ipſi. judicis, ſed & per publicam famam ad noticiam ejus devenerit, eidem excõmunicato nõ ſolum cõmunicat, ſed eum in malitia ſua fovet, & per nuncios & literas ſuas exacuit furorem ipſius, ut chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fridericum regem Siciliæ, illuſtrem nepotem ejus, quem jam hæreditate paterna privavit, adhuc privet poſſeſſione materna. Idem etiam cõtra proprium juramentum, ſuper quo nec conſilium à ſede Apoſtolica requiſivit, ambitionis vitio, regnum ſibi uſurpare præſumpſit, non alium cauſa neceſſitatis in regem eligere, quod utrumq; tolerabilius videtur, cum ſuper illo juramẽto ſedes Apoſtolica prius conſuli debuiſſet, ſicut & eam quidam conſuluère prudenter, apud quam ex inſtitutione divina plenitudo reſidet poteſtatis.

Nec valet ad plenam excuſationem ipſius, ſi juramẽtum illud dicatur illicitum: cum nihilominus ſuper eo nos conſulere debuiſſet, quam contra ipſum propria temeritate venire, illo præſertim exẽplo: quod cũ Gaboãitæ à filiis Iſrael per fraudem ſurripuerunt jura-

A juramentum, cognita fraude, noluerunt contra illud ſua temeritate venire. Utrum verò dictũ juramentum licitum ſit, an illicitum, & ideo ſervandum annõ ſervandum extiterit, nemo ſanæ mentis ignorat, ad noſtrum judicium pertinere. Quod autẽ Philippus de genere perſecutorũ extitit, principes non credimus dubitare: cum Heinricus, qui primò de genere hoc Imperiũ accepit, bonæ memoriæ Paſchalem papam prædeceſſorẽ noſtrum, cum epiſcopis & cardinalib. multis Romanorũ præſumpſit captivare. Fridericus verò pater ipſi' Philippi, cõtra felicis recordatiõis Alexãdrum papam, prædeceſſorem noſtrum, longo tempore ſchiſma fovit: Heinricus frater ipſius Philippi, qualiter ſe habuerit circa interfectores ſanctæ memoriæ Leodiẽſis epiſcopi, quem ipſe prius coegerat exulare, Cunradũ, qui Hoſtienſem epiſcopum ceperat, ſatis noſtis. qui & qualiter venerabilem fratrem noſtrum Auximonenſem alapis cædi fecerit, & pilos de barba ejus avelli, & tractari eum in pluribus inhoneſtè, qualiter quoq; quoſdam Romanæ eccleſiæ familiares naſo fecerit mutilari, qualiter prædictum Salernitanum archiepiſcopum captivavit, & quoſdam viros Eccleſiaſticos flammis torreri fecit, quoſdam verò in mari ſubmergi, ad tuam & aliorum Principum audientiã credimus perveniſſe. Inſuper ſi prædictus Dux (quod abſit) Imperiũ obtineret, libertas in electione periret, & Imperii obtinẽdi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nãſi, prout olim Fridericus Cunradò, vel Heinricus poſtmodũ Friderico, ſic nunc Fridericus Philippo, vel Philippus Heinrico ſuccederet: videretur imperiũ nõ electiõe, ſed ſucceſſione deberi, præſertim cum multi principũ ex imperio æquè ſint nobiles & potẽtes, in eorũ præjudicium redundaret, et ſi nõ niſi de domo ducũ Sueviæ videretur aliquis ad Imperium aſſumẽdus. Cum ergo nos flecti à noſtro propoſito nulla penitus occaſione poſſimus, ſed in eo potius firmiſſimè perſiſtamus, & tu nobis ſæpe per literas tuas duxeris ſuggerẽdum, ut eidẽ duci nullatenus faveremus: nos te monemus & exhortamur in Domino, & per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſicut de gratia noſtra confidis, & nos de tua devotione ſperamus, de cætero à præfato duce recedas: omnino nõ obſtãte juramento, ſi quod ei ratione regni feciſti, cum (eo quantum ad obtinẽdum Imperium reprobato) juramentum hujuſmodi non debeat obſervari. Prædicto verò regi Othoni, quẽ nos (diſponente Domino) ad coronã Imperii diſponimus evocare, patenter adhæreas, & potẽter, ut cum ei ad monitionem noſtrã adhæſeris, inter primos gratiã & benevolentiã ejus obtinere p̃cipuè merearis, ad quod ꝑ tua nobilitatis amore operã dabimus efficacẽ. B

Sic

A Sic itaque hac Decretali præmiſſa, nihil vel de occaſione vel authore ejus, vel principe ad quem ſcripta eſt, dicendum nobis arbitramur: qood qui hæc ſcire velit, ea ab biſtoricis maximè verò Urſpergenſe petere poſſit, hoc ſaltem monemus, eam ſcriptam eſſe circiter annum Domini milleſimum ducenteſimũ, decem annis antè quàm Fridericus jonior ad Imperium pervenit. ſecundum ſupputationẽ Urſpergenſis: quo rectè ootato, quilibet facilimè perſpiciet, ante tempora Friderici jus eligendi non penes univerſos, ſed certos quoſdam principes Germaniæ fuiſſe. Ita ſiquidem pontifex dicit: VERUM illis principibus jus & poteſtatem eligendi regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, recognoſcimus, ut debemus, ad quos de jure & antiqua conſuetudioe noſcitur pertinere.

Rectè ſingula hæc verba ponderentur, & ea firmamenta immobilia noſtræ ſententiæ eſſe perſpicientor. Ioirio ſiquidem, dum dicit, ILLIS principibus: non vult omnes vel univerſos intelligi. & dum adjicit, AD quos: orationem ad certos quoſdam. & ſpeciales reſtringit. Id quod communis dicendi conſuetudo docet, & Jureconſulti de relativi natura reſtrictiva tradidère, in l. ea tamen adjectio de legat 3. l à filio §. teſtator. §. ſeq. de adim. leg. l. nam quod liquidù. §. fin de penu leg c. fin de cler. non reſid. Bart. & Dd. in l. omnes populi. de juſticia & jure. Bald. in l. præcipimus. in prin. C. de appellat. Aretinus in §. jus au- B tem civile. Inſtit. de jur. nat. gen. Jaſon §. omnium. nu. 24. Inſtit. de act. cardin. Clem. 2. in prin. de ſtatu monachorum. & Clem. 1. quæſt. 9. col. 4. de foro compet. Abbas c. ego. de jurejur. Alexan. conſil. 46. col. 2. vol. 1. & conſil. 207. col. 2. vol. 3. Socinus conſil. 188. viſa bulla Pauli, col. 3. verſic. ex quibus videtur inferri. Aretinus l. ſi quis duobus. C. de impub. ſubſtit. Dd. & Jaſon in l cunctos populos. C. de ſumma trinit. Ac ut in hoc §. numerum Electorum ad certos coarctat, ſic quoque paulo pòſt in §. objectioni. verſic. eaet. cuit. ubi dicit, Quamvis plures ea illis qui eligendi regem, in Imperatorem promovendum, de jure ac conſuetudine obtinent poteſtatem.

Nec exiſtimandum, quòd ſine cauſa Innocentius hanc reſtrictionem geminarit: ſed ſingulari emphaſi bis eam inſeruit, ut oſtenderet non univerſis, ſed certis eligeodi jus competere. Verba ſiquidem geminata ſemper quid energiæ majoris, quàm ſimpliciter & ſemel prolata. habent, & augmentum operari conſuevêre. Jureconſulti dixerunt in l. baliſta. ff. ad Trebel. l. ſi mulier. C. ad Velleian. l. generali. §. non ſolum ff. de uſufruct. leg. notatur per Gloſſ. magnam ad fin. in l. 4. §. quæſitum. ff. ſi q s cautionibus. De quo latius per Romanum in l. ſi verò. §. de viro. in 12. charta. ff. ſolut. mat. Similibus quoque reſtrictius ac penè iiſdem Innocentius quartus, in ſua decretali, qua Fridericum ſecundum, anno poſt decretalem Innocentii tertii editam, plus quã quadrageſimo, anathemate notat, circa finem otitur dicens: ILLI autem, ad quos in eodẽ im- A perio, Imperatoris ſpectat electio, eligant libere ſucceſſorem.

Ex quibus denuò quilibet conjicere poteſt, pontifices tam ſollicitè verbis limitarivis vel reſtrictivis (ut vocant) uſuros minimè fuiſſe, ſi (quod Onuphrius exiſtimat) jus eligendi Imperatorem ęquè ad omnes ſpectaſſet: nec certi quidam fuiſſent qoi præ cæteris hãc præeminentiam habuiſſent. Quare etiam gloſſa ibidem rectè hos priocipes qui nunc Electores ſunt, eorum nominibus expreſſis ibi intelligi tradit. Quinetiam ad confirmationẽ præcedentium, videlicet quòd hæc verba (AD quos de jure & antiqua conſuetudine) ſint reſtrictiva, ac intelligenda de ſeptem Electoribus, facit conſtitutio celebratiſſimi acerrimique jurium Imperii propugnatoris Ludovici Bavari, relata, & de verbo ad verbum poſita apud Albericum de Roſate l. bene à Zenone. C. de quadrienni præſcript. ubi iiſdem verbis utitur. cum tamen certo certius ſit, eo tempore Electores fuiſſe. Verba conſtitutionis antea cum ἀναμνήσει mea impreſſæ ſic habent:

Licet jura utriuſqoe Teſtamenti manifeſtè declarent, Imperialem dignitatem & poteſtatẽ immediatè in filio Dei ab antiquò proceſſiſſe, & Deum per Imperatorẽ & reges mundi jura humano generi apertè tribuiſſe, & quòd Imperator ea ſola electione eorum AD quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatiòne. & in decreto edi- B to adverſus papæ Johannis 22. bullam: quod extat apud Nauclerum generatione 45. in ſecũda objectione, ſimiliter inquit: PER ſuos proceſſus caſſavit ac annullavit electiooem de nobis factam, & nos poſtea non potuiſſe adminiſtrare jura Imperii; ſed quod adminiſtratio p-tinebat ad ipſum, quia omnia ſunt contra jura Imperii, & contra jura ac libertates eorum, ad qoos vacante Imperio pertinet electio, & cõtra jura & libertates principum Alemanoiæ, & ſubditorum Imperii, &c. An non iiſdem verbis, quibus Innocentius III & IIII uſi fuêre, & Imperator Ludovicus IIII eo tempore utitur, cum jam certom fuit Electores eſſe: Cũ ergo hæc verba in Conſtitutione Ludovici ad certos referantur, quare & in Decretalibus põtificum referri non debebunt? Non eſt ſiquidem oovũ. ut priores leges ad poſteriores trahautor. & econtra. l. non eſt novum. cum legibus ſequentibus. ff legib. & Senatuſcon.

Secuodò & hoc notetur, quòd pontifex ad Bertholdum Zaringiæ ſcribat, qui & ipſe princeps Imperii fuit, iſque non minimus: ſed tantæ authoritatis atque potentiæ: ut rex Romanorum electus fuerit, licet poſtea Philippo ceſſerit. Si itaq; penes oẽs ac univerſos jus eligẽdi fuiſſet, ratio loquẽdi ac ꝓprietas ſermõis poſtulaſſet, eũ æquè numero eorũ includi, ac alios, per hæc vel ſimilia verba: VERUM vobis principib. &c. recognoſcim⁹. nũc autẽ per hęc verba, ILLIS principib: ad quos: magis excludi quã includi videtur. Nec ſolũ id ex iſtis verbis

quæ

A quæ allegavimus, ſed & aliis omnibus quæ agunt de Principibus jure eligendi inſignitis apparet. ita namque concepta ſunt, ut neutiquam Bertholdum ducem comprehendant. Vulgaris verò Jureconſultorum regula eſt: unius incluſionem eſſe alterius excluſionem, & econtrà l. cum prætor. ff. de judiciis l. cum ita ff. de condit. & dem. l. Pomponius §. ſed etſi is ff. de procurat. l. maritus. C. de procur. l. quod Labeo ff. de compenſ. l. cum de lanionis §. cui fundum ff. de fundo inſtruct. & c. qualis 25. diſt.

Tertiò, hiſce accedit authoritas Friderici Aenobarbi, qui apud Radevicum lib. 3. cap. 16. Germaniæ epiſcopis eum commonentibus; ut debitam reverentiam pontifici exhiberet, ita reſpondit: Debitam patri noſtro reverentiam libenter exhibemus, liberam Imperii noſtri coronam divino tantum beneficio aſcribimus: Elsctionis primam vocem Moguntino archiepiſcopo, deinde quod ſupereſt cæteris ſecundum ordinem principibus recognoſcimus: regalem unctionem Colonienſi: ſupremam verò, quæ Imperialis eſt, ſummo pontifici. quid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, à malo eſt. Hìc expreſsè etiam apparet, jus eligendi non univerſis, ſed certis quibuſdam deferri: Moguntino ſcilicet, & cæteris ſecundum ordinem. Quæ verò vis particulæ Cæteri, ſit, non eſt obſcurum. nam Grammatici quidem, teſte Linacro lib. 1. de ſtructura Latini ſermonis, tradidêre, eam; B ut & vocem Alter, Alius & Reliquus, eſſe è numero dictionum partitivarum, quo aliquos ex multis ſignificet. Juris verò interpretes tradidêre, eam eſſe repetitivam ſimilium: id eſt, appellatione Cæterorum venire eà quæ ſunt ſimilia expreſſis. Gloſſa in l. non ſolum §. cæterum in verbo Cæteros. & ibi Bart. ff. de procurat. Gloſſ. in l. ſi fugitivi. C. de ſervis fugitivis. & in c. deinde 26. diſtinction. Bartholomæus Socinus in l. i. ff. quis & à quo appelletur. Jaſon in l. quæcunq; nu. 27. de officio ejus cui mandata eſt juriſdictio.

Quartò adjungo præcedentibus. teſtimonium Jacobi de Ardizone, vetuſtiſſimi feudiſtæ, ac Jureconſulti clariſſimi, qui ſe Azonis diſcipulum fuiſſe ipſemet fatetur: & ut ex ipſius ſcriptis apparet, Friderici ſecundi tempora attigit. Hic in ſua Summa feudali, ſub finem tituli de Succeſſione feudi, quæſt. 30. An Imperator poſſit tranſmittere Imperium ad hæredes, etiam expreſsè ac clarè dicit: quòd quidam principes (non univerſi, vel omnes) Imperatorem eligant. Quia autem tota quæſtio iſta à noſtro propoſito non eſt uſque adeò aliena, totum locum aſcribere libet.

Item Imperator non tranſmittit Imperium ad hæredes per ſucceſſionem: quia defertur electione, & non ſucceſſione. ut in tit. ext. de electione & elect poteſt. c. venerabilem §. inſuper ſi prædictus. & in tit. ext. de pact. c. accepimus. Et à Deo hominibus mittitur, ut C. de veteri jur. enucle. l. 2. §. quia verò imperialem. & in l. 1. in prin. in auth. de fide inſtr. § 2. in authen. conſtit. quæ de digni §. penult. in fin. in authen. In medio litis non fieri ſac. jul. §. 1 in authen de conſulibus in fin. Et ab ipſo imperialis corona imponitur. Ut in authe. de moderatione Helleſponti. §. hanc. Et dicitur Imperialis fortuna, in auth de conſulibus. in fin. C. de jur. veter. enu. l. 2. §. quia verò imperialē. A Imperiū tamen ſemper dicitur eſſe: ut in auth. quomodo opor epiſcopos. § quæ igitur. Et in numero ſenatorum connumeratur, ut C. de digni. l. jus ſenatorū: quia ſenatores ſunt pars corporis principis, ut C. ad l Jul majeſt. l. quiſquis. in prin. Et jure Imperatoris non utitur, niſi ſuſceperit inſulam Imperialem. C. de quadrien. præſ. l. ult. in fin. in authen. de conſulibus in fin. quæ à Deo imponitur, ut in authen. de moderatione Helleſponti §. hanc. Unde videtur, quòd ad poſteros hæredes non trāſmittat. argumē. C. de advo. diver. jud. l. petitionē. Nam & epiſcopus eligitur: in authen. de ſanctis epiſcopis §. 1. 2. & 3. & omnis dignitas & officium, ut ff. de decre. ab ordi. fac. l. 1. & ut notavi in ſumma, C. de decurio. §. ſexto. Nam & præſes creatur ab ordine, & in ordine eorum remanet, ut ff. quando ap. ſit l. 1. §. ſolent. in fin. Et ita poteſt dici de principe, ut eligatur à ſenatu. & arg. C. de offi. præfec l. 2. ut hodie à principibus eliguntur vel ſuffragio populi, ut in Inſtitu. de jur. nat. §. ſed quod principi. argumen. ff. de offi. quæſto. l. 1. Sed videtur quòd ipſe princeps potuerit olim ſibi eligere ſucceſſorem, ut in Decretis diſtin. 63. c. in ſynodo cōgregata. & in decret. 23. diſtin. in nomine Domini, in medio. B Sed hodie quidem principes eligunt Imperatorem, qui poteſtatem eligendi ab Apoſtolica ſede acceperunt: ſed examinatio, promotio. unctio, conſecratio, coronatio, & manus impoſitio, ad dominum Papam ſpectant: ut in tit ext. de elect. & elect. poteſt. c. venerabilem §. 1. & 2. Unde & dominus papa ex cauſa poterit ipſum deponere: ut in authen. de defen. civi. §. non habente. ut in tit. de ſac. & for. fide. c fidelitatis. & c. alius item Romanus. & argu. ff. de reg. jur. l. ejus eſt nolle. argum. C. de off. pfect. præt. l. ſi quos. in authen. de mand. prin §. feſtinabis, in Lombard. de off. jud. l. fin. Quòd ſucceſſione deferatur, eſt argu. C. defun. patri. l. hi quibus. in Inſtitu. de dona. §. ſed primus quidem in auth. ut defunc. ſeu fune. §. ſi. verò etiam quodam. Nam & Imperator Carolus fuit pater Pipini Imperatoris: Pipinus Imperator fuit pater alterius Caroli Imperatoris, & iſte Carol⁹ fuit pater Ludovici Imperatoris, & Ludovicus fuit pater Lotharii Imperatoris, ut in Lombar. de fur. l. ſi cujuslibet. & tit. de epiſcopis & cler. l. & hoc. & l. ut ibi tempore. & de capitulis pro lege tenendis, l. prima. Nam & Imperator Fridericus videtur innuere in titulo, de pace Conſtantiæ. in §. in civitate illa, in fin. §. quod poteſt concedere regnum ejus filio Heinrico. & quod ejus filia in regno eidem ſuccedat, ſicut & de facto: & iſte nunc Fridericus Rogerius Imperator, fuit filius Heinrici. Sed tu dicas, quod hoc contingit potius electione principū, quàm ſucceſſione:

Quid

A Quid clarius dici potuiſſet pro ſententia noſtra, quàm certis principibus, non univerſis, jus eligendi etiam ante tempora Friderici ſecundi competiiſſe, quàm hìc ab Ardizonio dictum eſt? Ne verò quis hunc locum corruptum à quoquam putet, hic idem, iiſdem verbis relatus extat apud Baldum de Ubaldis, de pace Conſtantiæ, in verbis, Quis autem eliget. nu. 46. quem, qui volet, cum hoc Jacobi de Ardizone conferre poterit. & rurſus apud eundem in commentario de pace Conſtantiæ, in §. civitate. in verbo, concellerimus: per tot.

Quintò. quod jus eligendi Imperatoris non ſaltem penes certos ac peculiares principes, ſed & hoſce qui hodierno dieco utuntur, ante tempora Friderici II fuerit: autor eſt omni exceptione major Hoſtienſis cardinalis, qui tempore Innocentii IIII pontificis (à quò Fridericus ſecundus excommunicatus & Imperio privatus eſt) non tantum vixit: ſed & ei; ut & Alexandro IIII, ejus ſucceſſori, ob eximiam eruditionem perquam gratus & familiaris fuit. Hic namque in commentariis ſuis, quæ, teſte Matheſilano, in tracta. de ſucceſſion. ab inteſtato, permagnæ ſunt authoritatis inter Jureconſultos, expoſiturus præallegatæ decretalis Venerabiles. §. qui incipit, Verùm, in verbo Illis: ſeptem Electores enumerat his verbis: ILLIS (inquiens) ſcilicet Moguntino, Colonienſi, Treverenſi archiepiſcopis, Comiti Rheni, duci Saxoniæ, Marchioni Braudenburgenſi, & ſeptimus eſt dux Bohe-
B miæ, qui modo eſt rex: Sed iſte ſecundum quoſdam non eſt neceſſarius, niſi quando alii diſcordant: nec iſtud jus habuit ab antiquo, ſed de facto hodie tenet. Quid his verbis clarius dici poſſet? quæ ſola oſtendunt Onuphrii ſententiam falſam eſſe. An verò Hoſtienſis qui ſub Friderico II vixit, divinare potuit futura ſub Rodulpho? Minimè gentium. neque etenim quiſquam futura divinare poteſt, ut noſtri loquuntur. l. ſi fidejuſſ. §. ſi cum debitor l. ſi putator. in fine. ff ad l. Aquil. c. 1. ut eccleſ. beneſ. ubi textus, & Gloſſa ibidem inquit: quòd Paulus, licet eſſet ſpiritu Dei plenus, nõ tamen potuit ſecreta divini concilii cognoſcere. 22. q. 2. c. beatus. & notatur per Johannem Andreæ ext. de reſcript. c. gratia. Ac philoſophus præclarè dixit, quòd de futuris contingentibus non ſit determinata veritas. ut & poeta:

——Præſentia ſcire Fas homini; ſoliq́, Deo præſcire futura.

Ac ne quis exiſtimet hoc gloſſema recentioribus temporibus, à quodam alio, textui Hoſtienſis adjectum: hæc eadem ab Alberico de Roſate in ſuo dictionario, in verbo Electores imperii, de verbo ad verbum ex authoritate Hoſtienſis referri ſciat. Qui quidem Albericus, æqualis Bartoli fuit, & temporibus Ludovici Bavari & Caroli IIII vixit. Ex quibus authoribus ac teſtimoniis virorum qui tempore ipſius Friderici II vixère, & ea quodam modo anteceſſere, luce meridiana clarius apparet, ſeptem Electores non tantum ipſius temporibus, ſed & ante ea fuiſſe. Id quod etiam ex ipſa Innocentii decretali liquidò probari poteſt. Sic namque inquit: Se illis principibus jus & poteſtatem eligendi regem in Imperatorem poſtmodum promovendum recognoſcere, A n quos de jure & antiqua conſuetudine noſcatur pertinere. Non itaq; primùm temporibus Innocentii tertii, vel Philippi Suevi, *ἀξίωμα* Electoratus principes conſecuti fuère, ſed & ante ea id habuère. Nec ignotum eſt his qui in jure mediocriter verſati ſunt, quæ antiqua conſuetudo vel quod antiquũ tempus dicatur. Nam etſi ſint q tempori antiquo ſolum ſpacium quadraginta annorum tribuant, ut Antoninus c. veniens inf. de teſtibus & in c. quod per novale. de verbor. ſignif. Geminianus in c. 1. de reſcriptis in 6. Alexander conſil. 4. in 2. vol. Tamen alii centum annorum ſpacium ad hoc requiri ſentiunt, ut res dicatur de antiquis. Ita Panormitanus & Innocentius in d. c. veniens. Imola in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aq. plu. arc. Archidiaconus 16. q. 7. c. ſi plures. & c. 1. & ibi Johannes Andreæ & Doctores, de jure patronatus. Et hanc communem eſſe ſententiam, cui etiam aſſentiatur Innocentius, ſcribit Jaſon in l. cum aliquis. nu. 7. C. de jure delib &c.

Video equidem quibuſdam mirum videri poſſe, quamobrem in ſententia communi firmanda, rationibus ac teſtimoniis potius à Juriſperitis quàm hiſtoricis ſumptis, uti ma- B
luerim. Sed nulla alia hujus rei cauſa eſt, quã quòd exiſtimẽ juris noſtri interpretes, & maximè hoſce quos in hoc Capite allegavi, cum nõ ſaltem vixerint temporibus Friderici. ſed & in republica verſati fuerint, majorem harum rerum noticiam habuiſſe: quàm Chronographos ejus temporis, qui in monaſteriorum latibulis reconditi, *ἀπαλίπευτοι* plerunq; fuiſſe & minus conſona ſcripſiſſe deprehẽduntur. ſed me hic reprimo.

Sexto: Electores jam temporibus Friderici Ænobarbi fuiſſe, indicio eſt id quod traditur, Heinricum Superbum cognomento Leonem, ducem Saxoniæ. in gratiam pontificis Alexandri à Friderico in obſeſſione Mediolani deſciſcentem, Electoratu Saxoniæ privatum, eumq́ue Bernhardo Anhaldino collatum fuiſſe. Si itaq; Heinricus Electoratu privatus fuit: id quod & duorum gladiorum à familia Heinrici Superbi ad Anhaldinos translatio, & hiſtoriæ veteres tam manuſcriptæ quàm editæ teſtantur: Electoratum jam tum temporis fuiſſe neceſſe eſt Ubi ſiquidem non eſt, vel eſſe non poteſt habitus. ibi non cadit privatio. l. decem. & ibi Bartolus ff. de verbor. obligat. l. manumiſſiones ff. de juſt & jur. & Inſtitut. de libertinis, in prin. & in §. ſervus. & ibi not. Angel. Inſtit. de capit. diminut. cum multis aliis ſimilibus. Et ſi quis rectè conſideret mutationem, quæ in Electoratu Saxonico ſub Sigiſmundo Imperatore accidit, Anhaldinos magis dignitatem Electoralem, quàm totum

A Saxoniæ ducatum à Friderico Ænobarbo ac-
cepiſſe videbit. Sed de hoc (Deo volente)ali-
bi copioſior dicendi occaſio erit.

Septimò ad confirmationem ſententiæ no-
ſtræ . nimirum quòd Electores temporibus
Rodolphi Habſpurgici minimè inſtituti ſint,
ſed ante ea fuerint: facit non parum , quòd cũ
à Johanne Tritemio in ſuo chronico, corona-
tio Guilhelmi comitis Hollandiæ in regem
Romanorum deſcribitur, ita expreſsè Electo-
rum munia & nomina commemorantur, ut id
clarius vel melius fieri non potuerit : cum ta-
men electio Guilhelmi Hollandi Aquiſgrani
facta, electione Rodolphi Habſpurgici ad mi-
nus omniũ ſupputatione octodecim annis an-
tiquior fuerit. Locum verò Tritemii , qui ex-
tat ſub abbate Volpoldo, folio 244. quia val-
de illuſtris eſt, integrum adſcribere libet. Cũ
eligeretur (inquit de Vilhelmo) adhuc juve-
nis erat annorum viginti, & fermè ſeptem an-
nis regnavit : qui etſi coronam Imperii non
obtinuit, tamen ſatis magnam obedientiã ha-
buit. Ultima verò die menſis Octobris, regiam
civitatem Aquiſgranum cum magna procerũ
multitudine intravit: & ſequenti die, hoc eſt,
in feſto omnium ſanctorum, per duos epiſco-
pos Mindenſem & Monaſterienſem, benedi-
cendum archiepiſcopo Colonienſi, in templo
p̃ſentatũ, duo alii epiſcopi Trajectenſis & Leo-
diẽſis in modum diaconi Dalmatica induerũt:
quẽ p̃fatus archiepiſcopus Cunradus, cũ ma-
gna ſolennitate in regem Romanorum unxit,
B & coronavit. Conſecratione autem peracta,
idem archiepiſcopus locavit eum in ſedem re-
gni, dicens: Super thronum ſedis glorioſæ ſe-
deas, & judicium & juſticiam in terra facias.
Chriſtianus archiepiſcopus Moguntinus, cũ
oleo ſanctificato dexteram ejus foris inunxit,
dicens: Conſecrare te dignetur omnipotens
Deus in regem Romanorum, qui David per
manum Samuelis prophetæ inungi juſſit ſu-
per populum Hebræorum. Arnoldus archie-
piſcopus Treverorum, manus ſuper ejus im-
poſuit dicens: Deſcendat ſuper te ſpiritus ſa-
pientię, intelligentiæ, ſcientiæ, pietatis, forti-
tudinis & conſilii, repliearis ſpiritu timoris
Domini. Ludovicus cumes Palatinus Rheni,
archidapifer regni, globum aureum in manus
ejus poſuit, dicens : Accipe globum ſphæri-
cum, ut omnes terræ nationes Romano impe-
rio ſubjicias, & Auguſtus glorioſus appellari
valeas. Marchio Brandenburgenſis Camera-
rius, regis annulum in manum tradidit , di-
cens: Accipe ſignaculum monarchiæ, ut Ro-
manum imperium in ſuo vigore conſerves, &
invicta virtute ab omni barbarorum incurſu
defendas. Dux Saxoniæ regis enſifer gladi-
um ei dedit dicens: Accipe ſceptrum regium
ut rebelles ſevera correptione potenter affli-
gas, omnesque benevolos in tranquilla pace
gubernes. Rex autem Bohemiæ, pincerna im-
perii, de conſenſu archiepiſcopi Colonienſis,
coronam argenteam capiti regis impoſuit, di-
cens: Accipe diadema ſplẽdidum, ut ſis virtu-
oſis actionibus adeò coruſcus in terris , qua-
tenus merearis coronam æternæ fœlicitatis A
habere in cœlis: Amen.

Octavò omnes ferè Hiſtorici ſcribunt, va-
cante imperio poſt interfectum Guilhelmum,
à Friſiis , pontificem Gregorium monuiſſe
Electores, ut infra certum tempus juxta facul-
tatem ſibi traditam, regem Imperio idoneum
eligerent, alioquin ſe Imperio de rege idoneo
proviſurum ab Electoribus: itaque Rodolphũ
Habſpurgicum, hac conditione creatum , ut
ſequenti anno Romam peteret coronæ acci-
piendæ cauſa: eaq; conditione imperium à Ro-
dolpho ſuſceptum, licet poſtea quantumvis
crebrò admoneretur, Romam ire noluerit: te-
ſtes ſunt Platina in vita Gregorii decimi: Tri-
temius ſub vita Johannis abbatis Hirſaugien-
ſis XXVII. M. Albertus in ſuo chronico : Parali-
pomena Urſpergenſis : Cuſpinianus in vita
Rodolphi: Nauclerus generatione 43. & alii
plures. Si itaque pontifex Electoribus man-
davit, ut Imperatorem eligerent, & hi Rodol-
phum creaverunt: quomodo ſub ipſo potue-
runt inſtitui qui antea fuêre?

Hic ergo rationibus ac teſtimoniis aliisque
compluribus quibus recenſendis in præſentia
ſuperſedeo , adductus principes Electores,
non tantùm non Rodulphi Habſpurgici tem-
poribus inſtitutos, ſed & eos tam diu ante ea
fuiſſe cenſeo, ut verè eorum inſtitutio Otho-
ni III. tribuatur. Nitantur contrariæ opinio-
nis autores ſuis argumentis, vel potius conje-
cturis veriſimiliter excogitatis: me ſolius In-
nocentii ac Hoſtienſis autoritati ſtare, minimè B
pœnitet. Non quidem, quòd more canoniſta-
rum exiſtimem, papam omniſcium ac plenum
ſapientiæ in tantum, ut omnia humana nego-
cia & jura non ſecus ac Deus in ſcrinio pecto-
ris ſui habeat, & quod quicquid ille vel approbat
vel reprobat, id omnes approbare vel re-
probare debeat, ut multis autoritatibus docet
Quintilianus Mendoſius in regulis cancella-
riæ, eiq; abſolutè credendum ſit , ne iſtud os
mentiri aſſeramus , unde veritas oriri debet.
Ut Bonifacius in Clement. Si Romani 22. de
præbendis conſtituit. Sed quod ejus ſententiã
cum hiſtoriis ac aliorum præſtantium auto-
rum teſtimoniis congruere videam, & eo tem-
pore vixerit, quo ipſe Reipub. præſidens, non
potuit formæ ejus in Germania ignarus eſſe.
Videant igitur qui contrarium ſentiunt, ne os
in cœlum ponere putentur: & dum cedere no-
lunt, in pulverem ſuſſlent, inque oculos ſuos
terram excitent.

Cap. V.

AVENTINUM SENTIENTEM, usque ad Fridericum II. in Imperio magis ſucceſſionem quàm electionem obſervatam, lapſum fuiſſe, ac contrarium verum eſſe, teſtimoniis autorum probatur.

COmmuni ſententia de inſtitutione Ele-
ctorum rationibus & argumentis firma-
ta, reſtat, ut contrarias ſententias ven-
tilemus,

A lemus, earumque infirmitatem oſtendamos. Inter quas prima fuit Stabii, ac Comitis Novenarii. Earum verò diſcuſſionem ſuſcipi minimè neceſſe duco: quòd, quibus rationibus moti communem ſententiam de Electorum ordinatiooe improbarint, à Spiegelio non referator. Nec de ratione, qua hic impulſos fuit, ut falſa ea putaret, quæ communiter de ordinatione iſta referuntur, prolixius diſputo, quòd de ea copioſè Capite VI. dicturus ſim. Ad Aventinū autem quod attinet, etſi ejus autoritas cum ob ſingularem eruditionem, & amorem veræ religionis, tom antiquitatis cognitionem eximiam tanta apud me ſit, quanta pauciſſimorum, ejuſque nomini ut quivis alius impeosè faveam, quemadmodum (Deo volente) id re ipſa brevi comprobabo: tamen in hac re rationes ipſius ooo tanti momenti apud me ſunt, ut diverſum ab ipſis ſentire piaculum exiſtimem, vel ſtudio oomiois ipſius veriorem ſenteotiam projicieodam cenſeam. Veritatem ſiquidem, quæ cœli civis eſt, bujus terræ civibus præferri conveoit: & quantumvis vel amicorum vel præceptorum autoritas nobis grata ſit, tamen ὅσιον μᾶλλον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν, ſecundum Ariſtotelem. Ac in bujus rei conſideratiooe veriſſimum eſſe conſpicio, quod Horatius in Arte poetica dixit:

Quandoq; bonus dormitat Homerus,
Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

B Id quod oon tam erroris in Aventino, ac lapſus exagitandi animo dictum volo, quam ut fatear tanto viro ignoſcendum: qui Herculeo labore ferè exantlato, longitudine itineris taudem defeſſus ceſpitet: ut recte veteres Græci dixerint, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐστὶν ἀπαντασοφός. Porrò verò, ut hoc Aventino largiendum fateor, ne verbo quidem uno ab illis autoribus, quos nominat, ſanctiouis Gregorianæ mentiooem factam: ſic oon ſtatim iode inferri poſſe, ex dialecticorum præceptis judico, hoc quod ab illis ſcriptum ooo fuit: minimè factum eſſe, ac ob trium vel quatuor autoritatem reliquis omnibos fidem derogandam. Cumque opinionem multorum hiſtoricorum autoritate ac teſtimoniis ſuffultam, rejiciendam cenſuerit: quis ita facilè in ejus concedet, qui omoium ſcriptorom autoritate caret? Nam quod compertum habere ſe ſcribit, Imperium uſque ad tempora Friderici II ſucceſſione, non electione delatum fuiſſe: id verò ſatis mirari non poſſum. Initio ſiquidem aotoritas Innocentii III, in c. veoerabilem, huic ſententiæ expreſſè adverſatur, cujus verba ita habent:

Insuper ſi prædictus dux Imperium obtineret, libertas principum in electione periret, & Imperium obtinendi decætero cæteris fiducia tolleretur. Nam ſi, prout olim frater dicti ducis primi eorum, ſic dux ipſe fratri ſuo ſuccederet: videtur Imperium oon ex electione, ſed ex ſucceſſione deberi: & in præjudiciom principum redundaret, ſi non niſi de domo docis prædicti videretur aliquis ad Imperium aſſumendus. A

Ac etſi hæc ſola autoritas ad lapſum doctiſſimi viri demonſtrandum ſufficere poſſet, adjungam tameo & teſtimoniom Othoois Friſingēſis ex lib. 2. cap. 1. quod omnino cum autoritate Innocentii III convenit.

Anno (inquit) ab urbe condita M. DCCC. ab incarnatione verò Domini M. C. LII. decedente ab hac luce vernali tempore, id eſt, ſexta feria proxima, ut dictum eſt, poſt caput jejunii, in civitate Babenbergenſi, piiſſimo rege Conrado III, nonas Martii, id eſt, tertia feria poſt Oculi mei, in oppido Franconefurt, de tam immenſa tranſalpini regni latitudine, univerſum (mirum dictu) principum robur, non ſine quibuſdam ex Italia Baronibus, tanquam in unum corpus coadunari potuit. Ubi cum de eligendo principe primates conſultarent (nam id juris Romani Imperii apex, videlicet non per ſanguinis propaginem deſcendere, ſed per priocipum electionem reges creare, ſibi tanquam ex ſingulari vendicat prærogativa) tandem ab omnibus Fridericus Suevorum dux, Friderici ducis filius, petitur, cuoctorumque favore io regem ſublimatur. Sic & Fridericos II, in epiſtola ſecunda, jam cura noſtra, ſub titulo Epiſtolarom Petri de Vineis edita, Imperium ſe non ex ſucceſſiooe, ſed Electione Principum ad univerſos reges & principes mundi ſcribit, his verbis:

Quid etenim vobis & ſingulis regibus ſingularum regionum à facie tanti principis ſacerdotum timendum? Non ſupereſt, ſi oos Ex Principum Electione Solenni, Et Aoprobatione Totius Ecclesiæ, ac io Chriſtianæ fidei religione viventium, Imperiali diademate divinitùs inſignitos, & alia regna nobilia magnificè gubernantes, deponendos aggreditur: & cujus quo ad Imperiale diadema, oon intereſt, aliquid in nos exercere rigoris, etiamſi cauſæ legitimæ probarentur: verùm qood ſacerdotalis ſic infeſtat abuſio poteſtatis, à ſummo nos conatur præcipitare deorſum, oec primi ſumus, nec oltimi. hæc Fridericus II. Quid? quod & exempla Rodolphi ducis Sueviæ, Lotharii Saxonis, & Otthonis IIII, contrarium oſtendunt? Lapſum itaque doctiſſimum virum in hac re eſſe, fateri neceſſe eſt, nec quenquam fore credo, qui non malit aotoritati Innoceotii & teſtimooio Friſingenſis, quàm conjecturis Aventini, licet alias doctiſſimi viri, ſtare & acquieſcere. Et tantum de ratione Aveotini. B

Cap. VI.

PRINCIPES ELECTORES, etſi generali principum nomine ab authoribus plerunque vocentur, æquè tamen fuiſſe, quàm cum nomen Electorum uſurpare cœperint.

NUnc verò ad Onuphrii Panvinii rationes deſcendemus, quibus in libro ſuo de co-

A mitiis Imperatoriis evincere atque aſtruere nititur. Electores ante tempora Friderici II, minimè fuiſſe: ſed temporibus Rodolphi Habſpurgici primùm cœpiſſe. Neque etenim alia, quæ in iſto libro tractat, de varia creandi Imperatores ratione, à temporibus Auguſti uſq; ad veteris Romani imperii declinationem obſervata, ac orientalis Imperii origine, & Occidentalis excidio, vel ratione qua Imperatores Franci Occidentales creari conſueverint, hic latius diſcutere conſtitui. quòd in iſtis omnibus mihi cum illo conveniat, ut & in hoc à temporibus Ludovici IIII, filii Arnolphi, uſque ad Othonem III. regem Germaniæ, vel Imperatorem, ab omnibus regni Germanici principibus tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus eligi conſueviſſe. Quòd verò huic annectit, Romani pontificis cardinales, comitem Taurini, Marchionem Muntisferrati, & alios quoſdam, electioni Imperatoris, quæ per univerſos principes Germaniæ facta fuerit, intereſſe conſueviſſe: id ni clariora hiſtoricorum teſtimonia adduxerit, non facilè ei conceſſerim. Neque etenim autorum eorum quos ipſe citat quiſquam vel verbulo ejus mentionem facit. Ut autem Imperator præclarè dicit, ſe erubeſcere loqui ſine lege. in Authen. de triente & ſemiſſ. §. conſideramus. Et Æſchines ſentit. δεῖν ταὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον. Sic quoque exiſtimo hiſtorici ſcripta, cum aliorum teſtimoniis ac rei veritate conſentire oportere. Hoc quidem ei facilè con-

B cedi poterit, veniſſe ipſos ad comitia, in quibus de Imperatoribus eligendis actum fuit: quòd verò habuerint vocem vel ſuffragia, non item. Quemadmodum & in proximis comitiis, quibus optimus & glorioſiſſimus princeps ac D. D. MAXIMILIANUS rex Romanorũ, &c. declarabatur, multos Italorum principum legatos Francofurti fuiſſe cõſtat, qui tamen nullo in Imperio ſuffragii jure utuntur. Quòd autem communi ſententia de ordinatione ſeu origine Electorum rejecta, eandem eligendi Imperatoris ſeu regis formam à temporibus Othonis III, uſque ad tempora Friderici II, ſervatam contendit, quæ à temporibus Ludovici IIII, uſq; ad Othonem III, in uſu fuerit, de eo controverſia exiſtit.

Etſi verò antequam ad diſcutiendas rationes ipſius accederem, mihi nonnulla meritò pro Germanis dicenda eſſent, in quibus ſuggillandis in ingreſſu tractationis hujus præter cauſam prolixior eſſe videtur: ne tamen in quo ipſum accuſandum puto, ipſemet peccem: & ante victoriam, quod ajunt, mihi encomium ceciniſſe videar, ab eo mihi temperabo: & rationes quibus ſententiam ſuam confirmat, breviter atque ſimpliciter, Deo volente, ita infringere atque convellere conabor, ut Germanis injuriam factam eſſe quilibet ſit conſpecturus. Quod itaque ad rationes ejus attinet. Prima earum eſt. Ideo Electores non fuiſſe tempore Othonis III inſtitutos, quòd autorum nullus de electionis vel Electoris voce ſive officio ante Friderici tempora mentionem faciat: ſi verò hoc munus vel etiam vocabulum fuiſſet, veteres ſcriptores. ut putat, id non reticuiſſent, ſaltem ubi occaſio ſeſe offert loquendi de ſeptem principibus. qui poſtea his titulis ſunt inſigniti Quæ ratio ad tantam rem evincendam mihi perquam debilis atque infirma, quanta hæc eſt, eſſe videtur. A

Nam etſi conſtet imò ipſe quoq; concedat, temporibus Rodolphi, item Caroli IIII. Electores fuiſſe: tamen principes tantum. Electorum voce non expreſſa, nominari liquet. Videatur enim appendix ad Chronica Martini Poloni, in vita Rudolphi. Adolphi, Alberti, Heinrici VI. poſt eos Albertus Argentinenſis, in ſuis Chronicis, de electione Adolphi Naſſavienſis, Alberti Auſtriaci, Heinrici Lucelburgenſis, Ludovici Bavari, itidem Nauclerus generat. 44. de electione & depoſitione Adolphi Naſſavienſis: & rurſus in eadem generatione, de electione Alberti Auſtriaci: item generatione 45. de electione Caroli IIII: noviſſimè generat. 49. de electione Friderici III Auſtriaci: & ita ſe rem, ut dixi, habere perſpicietur.

Nec hiſtorici tantum eos Principes nominant, ſed & Juris interpretes: qui tamen, utpote in republica verſantes, majorem hujus conſtitutionis noticiam, quam monachi hiſtorici in latibulis monaſteriorum plerunque ſecluſi, habuère. Nam initio Gloſſa in c. ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re jud. in 6. quamvis ſeptem Electores nominarit, tamen poſtea eos B ſimpliciter Principes vocat. Bartolus quoque, quem Carolo IIII, ob excellentem doctrinam, vitæque ac judicii integritatem pergratum fuiſſe conſtat, ubi in l. fin. C. de legibus, Electorum meminit, eos ſimpliciter Principes Germaniæ nominat. Sic & Baldus, qui Bartoli contemporaneus fuit, in c. venerabilem. extrà de electione &c. eos Principes vocat. licet interdum voce Electionariorum utatur, ut in l bene à Zenone. C. de quad. præſc. Itidem Principum vocabulo tantum eos nominat Franciſc⁹ Zabarella in c. 1. in fine principii, de jurejur in Clem. ibi Quæro, ſi principes ad quos ſpectat eligere Imperatorem, ſint negligentes, an ad papam poteſtas eligendi devolvatur? Et Bartolomæus Salicetus in l. bene à Zenone. C. de quad. præſc. nu. 8. ubi inquit: Ejuſdem virtutis atque poteſtatis eſſe debere electionem factam à principibus Germaniæ, cujus virtutis fuerit electio facta à populo Romano, &c. Vixit verò uterque horum temporibus Sigiſmundi Imperatoris, & ſimilia teſtimonia quam plurima quis inveniet, ſi iis opus erit.

Quinetiam ſi quis ipſorum principum literas atque diplomata ab anno Chriſti 1274, quo tempore Rudolphus jam electus erat, uſque ad annum Domini 1410, quo rexit Sigiſmundus, inſpiciet (id quod me diligenter feciſſe, dicere poſſum) rarò inveniet, quòd ipſi Electores titulum Electorum uſurpent, contenti officio cui dignitas Electoratus cohæret

atq;

A atqne annexa eſt: utpote Moguntinus titulo archicancellarii Imperii, Saxo titulo archimarſchalli, & ſic de reliquis. Quodſi itaque ratio Panvinii ſubſiſtere atque valere deberet, æquè inde cōſequeretur, à temporibus Friderici II, Electores non fuiſſe atque ante tempora ejus. Ipſe eos fuiſſe negat, cum nomen id non uſque adeò frequenter apud authores qui intra Rodolphi & Sigiſmundi Cæſarum tempora ſcripſerunt, inveniatur. Et quidem, qui aliquas ſaltem principum, qui ante Caroli IIII tempora vixerunt, literas vel diplomata viderit, rem ita ſe habere, ut dixi, fatebitur. neque enim olim veteres Germaniæ principes, de prolixis titulis, ut nunc fit, ſolliciti fuêre: contenti nominum ſuorum expreſſione, ut Imperatorum vetuſtæ literæ teſtantur, in quibus terræ hæreditariæ, vel ditiones quibus imperarunt, plerunqne omiſſæ inveniuntur. Ita ut laudatiſſimæ ac fœliciſſimæ memoriæ Imperator Maximilianus, eo aliquando, in diplomate antiquo, quod præſente Friderico Electore Saxoniæ, principe nunquam ſatis laudato, legeret, animadverſo, cum admiratione dixiſſe feratur: Haha, præſtantes illos Heroes de titulis minimè laboraſſe apparet, Friderice. perpetuò etenim ſeſe victuros exiſtimarunt. Quod itaque principes rarò Electorum titulo ante tempora Sigiſmundi imperatoris uſi legantur, nemini mirum videatur.

Porrò quoque conſtat, Papæ vocabulum à B nullo epiſcoporum Romanorum uſurpatum fuiſſe uſque ad annum Chriſti ſextenteſimum. A tempore ſiquidem Petri uſqne ad Sylveſtrum, epiſcopi. Inde, ſcilicet ab anno Domini 320. uſque ad annum 520. archiepiſcopi: poſtea verò ſub Juſtino Cæſare, & Hormiſda pontifice, patriarchæ dicti fuerunt, donec qnod nomen Papale aſſumpſere. Neque tamen ob id. ut exiſtimo, quod nomen Papæ non fuerit, dignitatem fuiſſe negabit: inq; eo cum ipſo ſentio. ſive etenim Papa à nomine pappos, quod avum ſignificat: ſive à pappo, carduorum flore: ſive à Scytico Jove Pappæo derivetur, ratio etymologiæ dignitati pontificali quadrat. Si verò Papa à papillis, nobiliſſima & delicatiſſima corporis parte dicatur, ut Gomeſius in regulis cancellariæ ſentit & loquitur: dubitarem quodammodo, an papalis dignitas ante Johannem octavum fuiſſet, utpote qni ſolns officio papa, ſed ſextu fœmina, papillas delicatiſſimas habuit. Quod ergo pōtificię dignitati nihil adimit: nec (ut ſpero) Electorum antiquitati obſtabit.

Licet verò hæc, ut commemoravi, ſe ita habeant, ac ad redarguendam Panvinii rationem ſint ſufficientia, hoc tamen colophonis vice adjungam: quòd quantumvis principes Electores à pleriſque ad tempora uſque Sigiſmundi, communi principum nomine vocentur, nec ipſi titulo Electorū niſi rariſſimè ſint uſi, inveniri tamen eos ab hiſce qui Imperii Germanici rationis peritiores fuêre, & ipſis temporibus Friderici II vixerunt, etiam Electores dici. Magnum verbum hoc eſſe quibuſdam videbitur. Sed verum eſſe, duobus locis ſeu teſtimoniis Hoſtienſis, in ſæpius allegato c. venerabilem. §. objectioni. probo, ubi primo inquit: A

Hoc ipſo quòd Electores ducis, elegerunt notoriè excommunicatum, ideo ad Electores regis (ſcilicet Othonis) fuit ad eos devoluta eligendi poteſtas.

Et rurſus circa finem ejus §. Electorib. igitur negligentib. Imperatorem eligere, Papa eliget: & ſi plures electi ſunt, de utriuſque jure cognoſcet & definiet.

Adde his, quòd ipſe Innocentius III nomine Electoris utatur. Sic etenim inquit: Inter cætera verò quidam Principes hac præcipuè objectione ſunt uſi, dicentes quòd Apoſtolicæ ſedis legatus aut Electoris geſſit, aut cognitoris perſonam: ſi Electoris, in meſſem alienam miſerat falcem ſuam, & electioni ſe ingerens, Principum derogaverat dignitati &c. Ex quibus verbis (ut hoc obiter admoneam) non ſaltem hoc notandum eſt, Electoris nomen tempore Innocentii tertii & Philippi Suevi fuiſſe, licet non uſque adeò uſitatum: ſed & legatum pontificium Electionibus Imperatoriis minimè ſolitum fuiſſe adhiberi: id quod toties Onuphrius inculcat. ſi etenim id moris fuiſſet. quare Principes hac objectione uſi fuiſſent? & cur pontifex ſcribendo ad Bertholdum Zaringiæ ducem, de jure ſuo ceſſiſſet, ut hęc verba jam allegata clarè teſtantur? Quare ſi legati pōtificii interdum E- B lectionibus Imperatoriis interfuiſſe ab hiſtoricis referuntur, id non lege, jure vel conſuetudine eſt factum: ſed quòd faces iſtæ diſſenſionum tyrannide pontificia armatæ. ſeſe ingererent, quo contentionum. certaminum, ac bellorū civilium ſemina inter Principes ſpargerent. idq; ita eſſe, diligentius hiſtorias intuenti apparet.

Cap. VII.

PRINCIPUM QUORUNDAM, qui jam Electores dicuntur, cur nulla mentio expreſſa in Comitiis Imperatorum fiat, cum cæteri Principes nominentur.

SEcunda ratio, quâ Onuphrius Panvinius oſtendere nititur, hos qui jam Electores dicuntur, minimè in ea dignitate ante tempora Friderici II fuiſſe conſtitutos: quòd cum in Imperatorum comitiis multorum Principum mentio fit, nunquam tamen Marchionis Brandenburgenſis vel Comitis palatini Rheni mentio facta inveniatur, quum tamen cæteri Epiſcopi & Principes nominentur. Si verò hi duo ex præcipuis fuiſſent, negligentes fuiſſe hiſtoricos, qui eos ita ſilentio præterierint. Hæc ratio minus quàm prior eſt contemnenda, ac meo judicio ad id quod Panvinius intendit, probandum multo, accommodatior priore: ſed apud me tamen non tanti momenti eſt, ut patrocinium communia

A ſententiæ propterea deſerere vellim. Nam ea ipſa ratio nonunico modo refelli poterit. Initiò ſiquidem loca hiſtoricorum inſpecta oſtendunt, eos tam generalibus verbis uti, ut ſpeciatim ſingulos Principes qui electioni interfuêre, exprimi neceſſe non fuerit: ſed ipſi hos ſubjecerint, qui ipſis præ cæteris placuêre. Jam etenim vel regni primates, vel regni vel aulæ palatinæ proceres nominantur: quibus nominibus hi æquè includebantur ac aliis. interdum verò Officiales, quòd nemini niſi ipſis ſolis competebat: ut apud Urſpergenſem, ubi deſcribit comitia Philippi Suevi.

Mortuo Heinrico VI Imperatore, Friderici primi filio, Philippus Suevorum dux, frater ejus, eo tempore exierat de Alemannia, ut veniret ad ipſum in Siciliam, proceſſeratque uſque ad montem Flaſconem prope Viterbium, ubi de morte Imperatoris nunciatum eſt ei. Quare ipſe ſtatim ab Italia receſſit, & laborioſè pervenit in Alemanniam, ubi jam Principes juramenta ſua poſtponentes (nam procurante Heinrico Imperatore, principes Alemanniæ ferè omnes, filium parvulum ipſius Fridericum, adhuc in cunis vagientem, ſibi aſſumpſerant in regem, fidelitatemque ei juraverant, & literas de hoc facto cum ſigillis ſuis tranſmiſerant Imperatori) de electione novi Imperatoris tractare cœperūt, cupientes diripere hæreditates, quæ ad præfatam Imperatoris generationem pertinebāt. Sed Deus conterens omnem impietatem & perfidiam ipſorum, hoc fieri non permiſit, inſpi- B rans cordibus hominum ut ſuos nativos dominos non derelinquant, & alienis adhæreāt. Ideoque præfatus Philippus ad partes Rheni ſe contulit in continenti, & natalem Domini in caſtro Hagenou celebravit. UBI venerunt ad eum & officiales & miniſteriales, & quidam de Principibus & Baronibus terræ, cum quibus habuit myſterium conſilii ſui. Ubi etiam aderat Chunradus Argentinenſis epiſcopus, qui etiam promiſit favorem & auxilium ſuum duci, de obtinendo Imperio. Volebat enim tenere Imperium, cum in poteſtate ſua haberet inſignia imperialia, utpote coronam & crucem, & alia quæ attinebant. non enim cautum eſſet ſibi, ut ad alium tranſiret Imperium: & ſic tam ipſe quàm fratruelis ſuus, licet tunc parvulus, omni hæreditate ſua privarentur, quod etiam non placuit altiſſimo, quamvis multa cœperint intervenire impedimenta, &c. Innocentius ſiquidem papa III, tunc de novo in ſede Apoſtolica ſublimatus, omni ſtudio cœpit adverſari eidem, hoc agens ut ipſum impediret, ne ad ſublimitatem culminis imperialis poſſet aſcendere improperans ei quæ frater ſuus & pater crudeliter peregerant contra Eccleſiam, &c. His interpoſitis, de oppoſitione ſedis Apoſtolicæ, ut regium genus deperiret: redeamus ad deſcribendum labores, quos iniquiſſimorum Principū machinatione ſuſtinuit in Alemannia. Primùm equidem de prudenti conſilio, quum videret ſibi imminere adverſitates & bella, acquiſivit ſibi favorem Principum & magnatum. A De Saxonia quidem habuit ducem Bernhardum marchionem Miſniæ, & alios Principes ſeculares potentiſſimos, inſuper archiepiſcopos Magdenburgenſem & Bremenſem, & ſuffraganeos eorundem. Viden hic Officiales Imperii nominari, eoſque electioni Philippi interfuiſſe? Porrò quòd palatinus Rheni rarius hiſtoricis ſeu chronographis vetuſtioribus nominetur, ratione non caret. Siquidem olim Palatinorum nomen, non familiæ, ut nunc, ſed officii fuit: Saxonia, Franconia, Bavaria, & Suevia ſuos palatinos habēre, eoſque non perpetuos ſeu hæreditarios, ſed ſaltem ad tempus vitæ, ut & alios Ducatus & Comitatus fuiſſe conſtat, donec quòd temporibus Lotharii & Cunradi ad nepotes tranſire cœperunt. Cum ergo Palatinatus tunc non conſtiterit in certa familia, ſed nunc in hanc, nunc in aliam familiam pro voluntate Imperatorum transferretur: fit ut qui ante Friderici Aenobarbi tempora palatini fuêre, magis ex nomine familiæ ſuæ appellentur, quàm palatinorum: id quod obſervatum, ad plurimarum mutationum, quæ tam in aliis ducatibus quàm palatinatu acciderunt, explicationem proderit. Hujuſmodi verò Ducatus, Marchionatus, aliaque ejus generis minimè ad hæredes tranſiiſſe, ſed poſſeſſoribus eorum defunctis revocari conſueviſſe, non tantum hiſtoriæ, ſed & jura feudalia teſtantur. c. 1. de his qui feud. dare poſſunt in uſib. feud.

Ad Brandenburgenſem marchionem quod B attinet, & alia peculiaris ratio videtur, quo minus ſpecificè nomen ejus etiam poſt tempora Lotharii, quo Ducatus & Marchionatus hæreditarii eſſe cœpêre, exprimatur. Nam cum autores nomine Saxonum in genere plerumque urantur, nulla certa gente expreſſa: & Brandenburgenſes, tanquam Saxonicæ gentis pars, haud dubiè appellatione Saxonum olim, ut nunc vulgò, comprehēſi fuêre, maximè cum antequam Electoratus Brandenburgicus ad inclytos Burggravios Norinbergenſes, & Saxonicus ad marchiones Miſnenſes pervenit: nobiliſſima familia Anhaldina Saxonica Electoratum utrumque & Saxonicum & Brandenburgicum, illum quidem à Friderici Ænobarbi, hunc verò à Lotharii Saxonis tempore obtinuerit.

Autores autem in deſcriptione harū rerum, uti generali Saxonum nomine, varia loca teſtantur. Sed uno atque altero contenti erimus. Primus ergo extat in hiſtoria Lamberti Schafnaburgenſis, ubi deſcribit electionem Rudolphi ducis Suevorum, tempore Heinrici IIII & ita inquit: INTEREA Moguntinus, Vuirtzburgenſis & Metenſis epiſcopi, Rodolphus Vuelff, Berdolphus, duces, & alii plerique ex principibus Teutonicis convenientes tractare de utilitatibus Reipublicæ ſtatuerunt: ut principes Saxoniæ & quibuſcunque reſpu. curæ foret, III idus Martii, in Forcheim occurrerent: & communi conſilio quid facto opus eſſet, decernerent. præ-

ſertim

A ſertim cùm per abſentiam regis tranqoillis rebus tempus opportnnum deliberationibus & conſultationibus nacti fuiſſent.

Alter locus apud Friſingenſem lib. 7. hiſtoriatum cap. 22. extat, ubi Cunradi comitia deſcribit his verbis: Anno Domini M. C. XXVIII. defuncto io aotumno, ſine filiis Imp. Lothario, conventus generalis Principum Moguntiæ in proximo Pentecoſte indicitur. Qoidam autem ex Principibus timentes oe fortè ex generali curia Henricus Dux, qui tunc præcipui nomiois, & dignitatis in regno fuit, per potentiam prævaleret, circa mediam Quadrageſimã, conſilio habito in oppido Galliæ Confluentia conventum celebrant. ibique Cuoradum Imperatorem Henrici ſororium, præſente Theodevvino epiſcopo Cardinali ac S. R. E. legato ſummi pontificis ac totius Rom. pop. orbiumque Italiæ aſſenſum, promittente XXCIIII, ab Auguſto regem creaot qoi mox ad palatium Aqois veniens à prędicto Cardinale (nam Colonienſis qoi id facere jure debuerat, noviter introoixatus pallio carebat) cooperantib. Colonienſi & Treverenſi archiepiſcopis, in regẽ inungitur. Proximum dehinc Paſcha Coloniæ celebrans, Moguntiam poſtea venit. At Saxones & dox Henricos aliique qui electioni non interfuerant, regem noo legitimè, ſed per ſubreptionem electum calumniabaotur: quibus omnibus in proximo Pentecoſte, generalis curia Bamberg indicitur. Itaq; Cunradus R. Pentecoſtem & curiam in præfata civitate, oec on-
B dictum erat, cum maximo regni faſtigio, & maximo conventu principum habuit: ubi omnes Saxones ſimul cum vidua Imperatrice Richinza venientes, ultrò ſe ſuæ ditioni ſubdidêre: ſolus ex Principibus, dux Henricus regalia ſervans aberat, ad qoæ reddenda in feſtivitate Apoſtoli Petri & Pauli dies ei præfigitur Ratiſponæ.

Præter hos, locus Urſpergenſis in deſcriptióne comitiorũ Philippi Suevi com primis illuſtris eſt. Oſtendit namque tum temporis, cùm Miſniæ marchionatus, Electoratui Saxonico oondum adjunctus eſſet, Saxonum tamen nomine comprehenſos. quem locum videre eſt ſup. poſt principiũ hujus Capitis. Sed quid multis teſtimoniis opus eſt in re clara? cùm pręter Albertum Crantzium rerum Saxonicarum diligentiſſimum ſcriptorem, & Franciſcus Irenicus Germaniæ præco, omni laude dignus, Saxonicum nomen multos populos claudere, & oſque ad Oceanum & utrumque mare extendi obſervârit.

Tertiò, etſi labores defunctorum, quos in rebus patriæ ab oblivionis injuria vindicandis ſoſtinuêre, laudare quàm reprehendere malim: tamen veriſſimum eſt, à noſtræ gentis hominibos, ut & aliis, pleraque ita coonſcripta fuiſſe, nt melius judicium, majorque reipub. ſcieotia in ipſis deſideretur. Neq; verò tantum mihi de ipſorum laborib. judicii ſumerem, niſi ex doctiſſimi Melanchthonis, unicią; Germaniæ ornamenti ſcriptis, prudentiſſimum Imperatorem Maximilianum de eo conqueri ſolitum fuiſſe conſtaret, ita ut conſtituerit certis A hominibus doctis mandata dare, ut collectis undique Germanicis chronicis, quia alius alia aonotaſſet, ex fragmentis illis Germanica hiſtoria integra, qoantum fieri poſſet componeretur. Ac utinam, oe aliis occupationibus impeditus, rem tantam abſolviſſet: non inter minima laodum ſuarum decora hoc referendum fuiſſet. Quare cùm certum ſit pleraque non ea vel diligentia vel ratione ab ipſis ſcripta fuiſſe, qua optaodum eſſet: non ita Panuinius ipſorũ diligentiam hoc io loco prędicabit, ut rem quã vel igoorantia. vel negligentia, vel alia de cauſa prætermiſêre, minimè in rerum oatura fuiſſe conceſſuri ſimus. Quid enim? ſi onius atque alterius hiſtorici ſcriptis acqoieſcere vellemus, non conſultis aliis, vel locis autorum inter ſe collatis, mira diſcrepantia atq; contrarietas in hiſtoriis futura eſſet. Nõ id aliis, quàm exemplis ad materiam propoſiti noſtri ſpectantibus demonſtro. Abbas Urſpergenſis, præclarus hiſtoricus, electionem Friderici Ænobarbi referens: Anno (inquit) Domini M. C. LII ab Urbe coodita M. D C C C C. V. Fridericus hujus nominis primus, XCI. ab Auguſto, regnũ accepit magis ex delegatione patrui ſui, quàm ex electiooe principum. Hæc quidem ille. At illũ magis Imperium ex electione, quàm delegatione obtiouiſſe, non tantùm memorabilis decretalis venerabilem. ſuprà Capite quarto allegata, demonſtrat: ſed & Otthonis Friſingenſis locus. ſuprà Ca. 5. citatus, oſtendit. Quio & B ipſe Fridericus, apud Radevicum lib. 3 cap. 16. inquit: Debitam patri noſtro reverentiam exhibemus, liberam Imperii noſtri coronam divino tantùm adſcribimus beoeficio: ELECTIONIS primam vocem archiepiſcopo Moguntino, deinde quod ſupereſt cæteris ſecuodum ordinem principibus. Convenieotia his, ut & aliàs, Guotherus in Ligurino lib. VI. ſcribit his verbis:

Deb ta Pontifici faveat reverentia: regnum
Legibus antiquis & priſco more regatur.
Cujus ab æterno tantum collatio rege
Provenit, ad proceres electio pertinet: in qua
Præcipuam vocem præſul de jure vetuſto
Moguntinus habet, paſtor prima recentis
Agr. pp na tuo conceditur unctio regis.

An non hi loci rectè conſiderati, Fridericum electione, non delegatione patroi ad Imperiũ perveniſſe, & Urſpergenſem lapſum fuiſſe demonſtrant? Exiguus error nonnullis videri poterit, ſed is oon contemnendam inſcitiam reipublicæ tunç temporis in optimo autore demõſtrat. Nec verò ſolummodò apud authores vetuſtiores, qui ante Rodolphi tẽpora vixêre, tales lapſos inveniũtor: ſed & (ut intra materiã propoſiti noſtri nos cõtioeamus) ſi temporib. Rodulphi ioſtitutio Electorum, ut Panuinius exiſtimat, introducta fuiſſet, incuria plerorũque autorũ æquè incerta & dobia foret, quàm ſi temporibus Otthonis factam dixerimus. Id quòd ſi in hanc oratiooem delatus, locis ex hi-

A ſtoriis productis comprobem, quis mihi vitio verret?

Extat chronicon ſatis magnum Jacobi Philippi Bergomatis, fratris heremitæ, in quo multa utilia continentur; deductum ab exordio mundi uſq; ad annũ 1510. Si verò quis minùs inſtitutionis Electorum ex aliorum lectione gnarus eſſet. næ ipſe legendo chronica iſta, nullos Electores à temporibus Rodolphi uſq; ad tempora Maximiliani fuiſſe diceret, quantumvis Electores à Gregorio V. inſtitutos ſcripſerit. Nam ita de electione Imperatorũ ſcribit, ut aut à ſummo pontifice, aut ab univerſis Germanis eos creatos fuiſſe videri poſſit. Percurramus enim breviter quæ de ſingulorũ Imperatorum electione à Rodolpho uſq; ad Maximilianum ſcribit:

I. Rodolphus Cornubiæ comes, 17. Germanorum Imperator, hoc anno omnium conſenſu in Lugdunenſi ſynodo Cæſar creatus, imperavit annis 19.

II. Adolphus Anaxone Comarchus, 18. Germanorũ Imperator, hoc anno omnium ſuffragiis Rex & Cæſar creatus & factus.

III. Albertus ejus nominis primus, Rodolphi olim Imperatoris filius, Auſtriæ dux, Adolpho Imperatore oppreſſo & interfecto, decimusnonus Germanorũ Imperator declaratus, imperavit annis 10.

IIII. Hanricus ejus nominis ſeptimus Lotzelburgenſis Comarchus, vigeſimus Germanorum Imperator, hoc anno à ſuis Germanis electus, imperavit annis 5 & menſibus 8.

B V. Ludovicus cognomento Bavarus; 21. Germanorum Imperator, hoc anno à quibuſdam per contentionem electus, imperavit annis 32.

VI. Carolus ejus nominis quartus; Johannis regis Bohemiæ filius, 22 Germanorũ Imperator, hoc anno, jubente Clemente pontifice, ab Electoribus Imperator creatus.

VII. Wencaslaus Caroli Imperatoris prædicti filius, 23. Germanorum Imperator, hoc anno patre defuncto, cùm jam unà cum patre annis octo imperaſſet, poſt patrem confirmatus, imperavit annis 22.

VIII. Rupertus Bavariæ dux, Rhenique comes palatinus, hoc anno Wenceslao prędicto Imperatore (propter ejus ignaviam & ſocordiam) Imperii dignitate privato, 24 Germanorum Auguſtus delectus, imperavit annis novem: homo ſanè Chriſtianus, juſticiæq; cultor. quas ob res & à Bonifacio pontifice quàm libentiſſimè Imperii corona donatus.

IX. Sigismundus Lucelburgenſis; Caroli Bohemorumq; regis olim filius, Hungariæ & Bohemiæ rex, hoc anno Johanne pontifice prędicto, nuper creato papa procurante, 25. Germanorum Imperator creatus, imperavit annis 27.

X. Albertus Auſtriæ dux, & Sigiſmũdi Cæſaris gener, hoc anno ſocero Sigiſmundo in Snoyoia Moraviæ oppido, vita functo: cùm mox in regna Hungariæ & Bohemiæ ſucceſſiſſet, & apud Albã regalem urbem primum cum Heliſabeth dilectiſſima conjuge eorũ regnorum diademata maximo cũ triumpho ſucceſſiſſet, etiam à Teutonicis ſuis Romanũ Imperium ſuſcepit. A

XI. Fredericus ejus nominis tertius, Auſtriæ dux, hoc anno Alberto defuncto, 27. Germanorum Imperator creatus; imperavit annis 55.

Annon hîc apparet, etiam eo tempore, quò lippis atq; tonſoribus notũ erat, Imperatores à Septemviris eligi: tamen eorum electionem ab hoc hiſtorico vel incuria vel alia de cauſſa, ita obnubilari, quaſi nulli fuiſſent? Nam ne de hoc dicam, quòd Rodulphũ Cornubiæ comitem appellat, eumque in concilio Lugdunenſi electum ſcribit: item quòd Rupertum à Bonifacio Imperii corona donatum commemorat: quæ omnia falſiſſima eſſe, ex aliis hiſtoricis cõſtat. Quis ullum ferè Imperatorum ab Electoribus, teſtimonio ejus hiſtorici. electum fuiſſe credet, à temporibus Rodolphi uſq; ad Maximilianum, niſi id aliunde didicerit? Quinetiam hic idem, poſt Matthæum Palmeriũ qui tempore Concilii Baſilienſis vixit, ſcriptum reliquit, temporibus Otthonis conſtitutum, ut Imperator per ſolos Germanos proceres, unà cum quibuſdam Pannoniæ & Ungariæ principibus eligeretur: quis verò id unquã ſcripſit, Hungaros electioni Imperatoris Germanici adhibitos? Id quod non tam obtrectandi bonis viris animo dictum volo; quàm ut oſtendam, non mirum videri debere, ſi vetuſtiores hiſtorici paulò negligentiores, in rebus compluribus narrandis fuerint: cùm id vitii cum multò recentioribus commune habeant. quibus tamen multis de cauſſis ratio ac forma reipublicæ notior eſſe debuiſſet. quàm antiquioribus: qui ſeculo tali vixêre, quo res tales vel non curabantur, vel minùs rectè intelligebantur. B

Cap. VIII.

NON REGEM (VT ONVphrius ſcribit) ſed ducem Bohemiæ fuiſſe tradi, qui primus elector factus ſit temporibus Otthonis III.

TErtiam Onuphrii rationem, quòd nullus autorum qui ante tempora Friderici ſecundi, vitam Otthonis aut Gregorii V. ſcripſerit, hujus inſtitutionis mentionem faciat, ſilentio prætterire conſtitueram, quod non tanti momenti videatur, ut accuratiore reſponſione opus habeat: hoc tamen quin ſciſciter, prætermittere non poſſum, quomodo Romaniſtę ratione argumentandi ab authoritate negativè procedente, donationem Conſtantini, cui omnis ipſorum potentia, tanquam fundamento innititur probare velint? Minùs etenim de ea in antiquis hiſtoriis aut chronicis invenitur, quam de inſtitutione Electorũ ab Otthone facta, in tantum ut Antoninus archiepiſcopus Florentinus, autor gravis, & inter ſanctos relatus in ſuis chronicis parte prima ante finẽ tradat: nihil olim de ea in antiquis decretis habitum fuiſſe, ut & Johannes de Imolà in rubrica, ff. de verb. oblig. col. 2. Quinimò, quomo-

A quomodo papa ſe Petri ſucceſſorem probabit, cùm nec Paulus nec Lucas, nec alii qui tunc temporis vixêre, eum Romæ præſediſſe, vel paſſum fuiſſe vel verbulo ſcribant? Sed quia argumentum ab authoritate etiam Præpoſitus in c. Conſtantinus, 96. diſtinct. affirmativè tantùm tenere docet.

Hęc ulteriùs non proſequor, & ad rationem quartam accedo, quæ in hoc ſubſiſtit. Regem Bohemiæ, qui propter regiam dignitatem Elector factus ſcribitur temporibus Otthonis, minimè regem fuiſſe, ſed ducem. Falſum itaque eſſe, quod de jure Electionis, ei ratione regiæ dignitatis collato ſcribatur. Hæc illatio non mala eſſet, ſi qui authores hæc ſcripſerint, allegarentur. Sanè qui inter communis ſententiæ autores præcipuos eſt Martinus Conſentious non ratione regiæ dignitatis, ſed quia officialis Imperii fuerit, Bohemum Electorem factum refert: licèt eum regem nominet, quòd tunc temporis eſſet. Cui etiam conſentit Marſilius Patavinus de Translatione Imperii, cap. undecimo. Leopoldus de Babenberg de juribus regni & imperii lib. 2. Et Cardinalis Hoſtienſis in c. venerabilem. extra de electione & electi poteſt. expreſsè ait: quòd tunc temporis cùm Bohemus Elector factus ſit dux, non rex fuerit: eumque ſequitur Albericus de Roſate in ſuo Dictionario, in verbo, Electio Imperatoris. Et Cardinalis Zabarella in c. 1. in prin. extr. de jurejur. unà cum aliis Canoniſtis in d. c. venerabilem. Ac meo judicio, ſi

B qui ſuot autbores qui inſtitutionis Electorū, mentiooem facientes, Bohemum regem appellant, ut Naucletus generat. 34. Cuſpinianus in vita Otthonis tertii, aliique nonnulli, hi non id ſentiunt, quòd Otthonis tempore rex fuerit: ſed quòd tunc cùm ſcripſerint, rex eſſet: utpote, qui ipſi tradiderint ducem Bohemiæ Vladislaum, anno Salutis 1158. à Friderico primo regio diademate inſignitū. Cuſpinianus quidem in vita Friderici Barbaroſſæ, Nauclerus verò generat. 39. duobus in locis. Cùm itaque præcipui autores ſententiæ communis de inſtitutione Electorum, quantum ad Bohemum ſpectat, non reſpiciant regiam dignitatem, ſed officium pincernæ: videt Onuphrius ſe ex hac ratione nihil, vel parū admodum extrnere poſſe.

Ejuſdem quoque momenti eſt ratio, quam huic accumulat, nimirum quòd cùm in ſchiſmate Imperii, quod inter Philippum Suevū & Otthonem quartum fuit, ab Urſpergenſe referantur principes, qui utrunque elegerint: nullus tamen eorum principum ſecularium recenſeatur, qui nunc Electores dicuntur: ſed utrorumque comitia ab iis potiſſimum Germaniæ principibus habita fuiſſe narrentur, quorum nullus noſtra ætate electionis, jus vel Electoris titulum habeat. Hic verò non incommodè vel intempeſtivè, malorum quæ fraudibus, ſcelere & tyrannide pontificum Romanorum in Germania excitata fuêre, meminiſſe, ac iis deploratis, reſpondere poſſem: id quod Græco proverbio fertur, τὸ πάλαιον ἀπαίτων εἶναι πονηρά: ac veritatem veteris verſiculi, experientia tunc temporis comprobatam, quo fertur: A

Ἐν δ' ἐδιχοστασίῃ καὶ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς.

id eſt: Peſſimus ut quiſque eſt, ſic creſcere honoribus, orta

Sedit. one ſolet, premitur contrà optimus omnis.

Sèd oė eā refricem, quorum recordatio nemini bono grata eſſe poteſt: hanc rationem ex ipſo Urſpergenſe, unde Onuphrius eam ſumpſit, rectiſſimè quoque ſolvi poſſe exiſtimo. Nec enim quod Onuphrius vult, Urſpergenſis quenquam iſtorum qui nunc Electores dicuntur, interfuiſſe comitiis iſtis ſchiſmaticis; negat: quinimò eos adfuiſſe oſtendit. ſic etenim ſcribit: NATALEM Domini in caſtro Hagenau celebravit. ubi venerunt ad eum officiales & miniſteriales, & quidam de principibus & Baronibus terræ, cum quibus habuit myſterium conſilii ſui. Quid enim ſibi volunt verba: Venerunt ad eum Officiales? An alii officialium appellatione, quàm Electores intelliguntur? Sanè Martinus Leopoldus, Marſilius Patavinus, Albericus & alii officialium nomine Electores comprehendi, jamdiu tradiderunt: & eorùm interpretationem veram eſſe, ipſe Imperator Carolus IIII. in aurea ſua Bulla ſub titulo, De Juribus officialium, dum principes feuda ab Imperatore vel rege Romanorum recipiunt, dum inquit:

Decernimus hoc Imperiali edicto, ut principes Electores, Eccleſiaſtici, vel etiam ſeculares, dum feuda ſeu regalia ab Imperatore vel B rege recipiunt, ad dandum vel ſolvendum aliquid, nulli penitùs ſint adſtricti: nam pecunia quæ tali prætextu perſolvitur, OFFICIATIS DEBETUR. CUM ERGO IPSI PRINCIPES ELECTORES CUNCTIS IMPERIALIS CURIÆ PRÆSINT OFFICIIS, SUOS ETIAM HABENTES IN OFFICIIS HUIUSMODI SUBSTITUTOS, datos ad hoc à Romanorum principibus, & dotatos: videtur abſurdum, quòd ſubſtituri officiales à ſuis ſuperioribus quocunque quæſito colore, encænia poſtularent niſi fortè ipſi principes Electores ſponte & liberaliter his aliquid largirentur. Quis hîc non videt, ipſum Imperatorem officialium nomine ipſos Electores intelligere? Teſtimonio itaque tantorum autorum ſtamus, donec meliora allata fuerint.

Poſtremò, ad præcedentes rationes quod attinet, etſi probabilibus conjecturis nitantur, & ab hiſtoriarum perito ingenioſè ſint excogitatæ: non tamen uſque adeò firmæ ac validæ ſunt, ut id quod ſibi pollicetur Panuinius, evincere queant: quinimò rectè rem totam ac diligentiùs conſideranti, communem ſententiam ſcriptorum contra ipſas immotam ſubſiſtere apparet. Sed de rationibus Onuphrii ſatis.

CAP.

A

Cap. IX.

QVA RATIONE COMITIIS imperatoriis alii quoque principes, quàm Electores, apud Chronographos interveniſſe legantur.

JAm excuſſis Onuphrii rationibus, earumq́ue infirmitate demonſtrata, ordo exigit, ut ad teſtimonia ex variis authoribus hinc inde pro confirmatione ſententiæ ſuæ agglomerata reſpondeam. Ac cùm ſtatuã ex communi authorum ſententiã, Septemviros aote tempora Friderici II. fuiſſe inſtitutos: exponam, qua ratione præter ſeptem principes Electores, alii quoque complures Electoria dignitate minimè inſigniti, comitiis Imperatoriis interfuiſſe, & crebrò ſuis ſuffragiis Imperatores elegiſſe, apud hiſtoricos in variis locis memorentur. Id etenim ni factum fuerit, fruſtrà omnis labor in prçcedentibus explicandis exhauſtus erit. Major ſiquidem in vera locorum accumularorum conciliatione, quàm præcedentium ratiunum refutarione victoriæ ſpes ſita eſſe videtur. Idq́; cùm animadverterem, diligenter accurateque mihi cogitandum duxi, quomodo tot autorum teſtimonia inſtar aciei haſtarorum condenſata, uoo impetu perrumpi poſſent. At quò magis magisq́; de ea re cogitavi, tantò inextricabilior difficiliorq́; eſt facta, ita ut ſçpiùs in Panuinii ſententiam concedendum, & haſta abjecta ex arena ſecedendum arbitrarer. Verùm dum pertinacius inſto, ac nihil quod ad tam difficilis

B

nodi diſſolutionem pertinere poſſet, inquirere atque rimari deſiſto, fit ut mihi forrè fortuna quaſi Deus ex improviſo apparens, liber pervetuſtus de jure Cæſareo, regio, feudali ac nationali inſcriptus ad manus veniat: quem cùm avidè percurro, invenio in eo cùm alia multa utilia circa feudal. ſucceſſiones, tũ verò ritus ac jura olim in Imperio obſervari ſolita. Inter quæ & locum ad expediendum nodũ ex variis autorum reſtimoniis, ab Onuphrio contra Septemvirorum veterem in eligendo Imperatore prærogativã convolutum, perquàm appoſitum. Eo ergo lectu, quin gaudio exultarem, continere me non potui. Etſi enim libri paucis hucuſque cogniti, non eam fidem fore cernerem, ut ejus autoritate contra quoslibet irrefragabiliter niti poſſem: tamen cùm in eo alia quamplurima tradantur quæ hodie abrogata, olim autem in uſu fuiſſe, ex hiſtoriis conſtat: nec ad horum locorum diſſolutionem, ejus autoritatem ſequi atq; amplecti dubitavi. Ut etenim aliis omnibus Juribus antiquis, tam publicis quàm privatis, quæ in eo commemorantur omiſſis, eorum ſaltem unum atq; alterum exemplum proferam, quæ autor libri iſtius circa jura Electorum in uſu fuiſſe tradit, jam autẽ abrogata vel immutata eſſe cernuntur. Inter alia tradit, Moguntinum primam vocem in electione habere: & Palatino Rheni, Imperatore defuncto, jus convocandi Electores cum archiepiſcopo Moguntino commune eſſe. Illi quidem ſub pœna proſcriptionis, huic verò ſub pœna cenſuræ Eccleſiaſticæ. Deinde Bohemum, quantumvis inter Electores numeretur, jus eligendi non habere. Quis hæc immutata non novit? Hodie ſiquidem ex conſtitutione Carolina, Moguntinus coelectorum ſuorum ſuffragia perquirit: quo facto, ipſi vice verſa ejus inrentionem requir unt itidem ſolus Moguorinus, cçteris Electorib. patentibus literis, diem, locum & tempus electionis indicat: & Bohemus tanquã primatum inter laicos Electores obtinens, tertium ſuffragium habet. At olim ſecus fuiſſe, ut autor libri refert, hiſtorici literis proditum reliquêre. Nam Moguotinum olim primã vocem habuiſſe, teſtatur Radevicus lib. 3. cap. 16. & Palatino jus convocandi Electores fuiſſe, Cuſpinianus in vita Caroli IIII, nõ longè à principio, & rurſus in vita Regis Ruperti tradit. Bohemũ verò in electione minimè neceſſariũ fuiſſe, autor gravis eſt Cardinalis Hoſtienſis in ſçpiùs allegato c. venerabilem §. verò. cum aliis quamplurimis autoribus. Cùm ergo nõ tantùm in his, ſed & in aliis, tradita ab autore libri memorati cum hiſtoriis conſentiãt, quis ejus autoritatẽ in hac re quoque non diſcrepantem ab hiſtoriis, aſpernandã arbitrabitur? Acceſſit poſtea ad confirmandam apud me aotoritatem libri ejus, quòd doctiſſimum virum ac rerum Germaoicarũ illoſtratorem eximium, Sebaſtianũ Munſterũ ex eo Coſmographiæ ſuæ Germanicæ lib. 3. oon tantùm peculiare caput (neſcio qua de cauſſa in Latino exemplari omiſſum) de Juribus nationalibus conditis poſt translationẽ Imperii ad Ger- B manos, inſeruiſſe: ſed & eundem, tanquam vetera Germaniæ jura continentem laudaſſe cõpererim, ea cõmemoratione adjuncta ſibi primùm anno Domini 1543. à conſule Baſilienſi Adelbergo Mejero, omnis antiquitatis ſtudioſo communicatum fuiſſe. His ergo rationibus perſuaſus autoritatẽ memorati libri, ad nodũ ab Onuphrio variorũ teſtimoniorum coacervatione connexi, diſſolutionem allegare atqne proferre nõ vereor, omni dubitatione ſepoſita, viros candidos atq; ſinceros, reipſa perpenſa, conceſſuros hujus loci ſubſidio, nodum inexplicabilem aliàs, aptiſſimè atq; facillimè tanquam Tenedia bipenni incidi poſſe. His itaq; præmiſſis integrum caput, in quo de Electoribus agitur, numero triceſimum, de verbo ad verbum fideliter redditum ſubjiciam, cujus titulus hic eſt:

QVI REGEM ROMANVM eligere debeant.

REgem Romanum tres principes ſeculares, & quatuor laici, creanto: epiſcopus Moguntinus cancellarius per Germaniam, primã vocem in Electione habeto: epiſcopus Treverenſis ſecundam. Colonienſis tertiam. Laicorum principum duo eligunro: duo ſuffragantor. Primus in electione comes Palatinus Rheni, Imperii dapifer, primã ſcutellam poniro in menſa ante regẽ: Secuodus in electione dux Saxoniç, Imperii marſchallus, regi enſem prçferto. Tre-

A to: Trevirenſis cancellarius regni Arelatenſis eſto: & hæc tria officia Electorum connexa ſunto. Tertius, marchio Brandenburgenſis, camerarius Imperii, regi aquam abluendis manibus præbeto. Quartus, rex Bohemiæ, Imperii pincerna, regi Romanorum primum ſcyphum ad bibendum porrigito. Veruntamen ſciatur, regi Bohemiæ nullum jus electionis eſſe. nam Germanus non eſt, reliqui autē quatuor & à patre & à matre: vel ab altero tantùm Germani ſunto, ET cùm Electionem facere volent, conventum Francofurtum indicunto: Moguntinus, ſub pœna cenſuræ Eccleſiaſticæ: Palatinus, ſub pœna proſcriptionis. Conſortes electionis, qui cum ipſis eligent, deinde alios principes, quotquot eorum habere poterunt, convocanto. Numerus principum ideo inæqualis eſt conſtitutus, ut tribus unum eligentibus, & quatuor alium, tres tanquam pauciores, ſequantur quatuor: idque ita in omni electione ſervatur.

Ex hoc ergo Capite quilibet mediocriter prudens, etiam me tacente, præter alia & hoc facilè videre poteſt, olim aliam in eligendo Imperatore vel rege, formam ac rationem per Electores ſervatā, quàm quæ hodie recepta eſt. Nam etſi tunc Electores æquè ac nunc eſſent, & in eligendo Romanorū rege vel Imperatore prerogativam haberent: tamen reliqui principes non penitùs ab electione excludebantur: ſed ab Electorib. tanquam Imperii primoribus vocati, regis futuri electioni adhibebantur.
B Hodie verò, ut notum eſt, aliis principibus remotis, omnis eligēdi poteſtas ad ſolos Septemviros tranſlata eſt. Hujus rationis cùm hiſtorici non meminerint, vel quòd uſque adeò tunc temporis nota fuerit, ut eam literis tradi minimè opus fuerit, vel quòd ipſos ea latuerit, nec Onuphrius (etſi aliàs in hiſtoriis exercitatiſſimus) ejus probabiliter gnarus eſſe potuerit: factum eſt, ut dum tot autorū loca à ſe ſummo ſtudio obſervata cū ratione eligendi regis jam longiſſimo tempore obſervata, cōciliare ac cōformare nequiverit: Electores tum temporis fuiſſe neget, ac communi authorum opinione de Electorum inſtitutione rejecta, regem Romanorum, vel Imperatorem ab omnibus regni Germanici principib. tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus poſt tempora Otthonis III. æquè atq; ante ea creatum fuiſſe ſtatuat.

Verùm conſiderato eo quod jam diximus, nimirum vetuſtis temporibus Principes non penitùs à cōventibus vel deliberationibus, in quibus de electione Imperatoris vel regis tractaretur, excluſos: imò ad eos per principes Electores vocatos fuiſſe, loca ab Onuphrio collecta neutiquā opinioni communi de Electorum inſtitutione adverſantur: ſed omni difficultate ſublata, cum ea ad optimam facillimamque concordiam reducuntur. Nam tam Eccleſiaſtici quàm ſeculares à Moguntino ac Palatino vocati, Electionib intereſſe ſunt ſoliti: ita tamen, ut Electores tanquam præcipui voce ac electione cæteris anteirent. ac quæ ex commodo & uſu reipub. eſſe arbitrarentur, proponerent, reliquis ea approbantibus: vel ſalute publica ac neceſſitate exigente, ea emendantibus. A Atque hinc eſt, quòd aliquoties apud chronographos legitur, Imperatorem ab univerſis Germaniæ principibus electum: nō quòd poteſtas eligendi æquè apud omnes fuerit, ſed quòd Electorum votis atq; ſuffragiis aliorum Principum approbatio acceſſerit.

Etſi autem hi qui prærogativa eligendi caruēre, Electorum autoritate ſuppreſſa, Imperatores interdum conſtituiſſe legantur, ut à Vuirtzaburgenſi & Metenſi epiſcopis, Bavariæ & Carinthiæ ducibus Rodolphum Sueviæ ducem tempore Henrici IIII. regem Forchemii electū eſſe, Urſpergenſis & Lambertus Schafnaburgenſis referunt, tamen id noſtræ ſententiæ parum obſtat. Nam etſi tales numero interdum ſuperiores fuerint: ſemper tamen in eorū factione fuerunt, quibus jus eligendi competiit, ut non tam ipſorum authoritate quàm horum res geſta videatur. Sic namque in electione Rodulphi, prædicti epiſcopi & duces, Sigefridū Moguntinū, fautores Otthonis IIII. contra Philippum Suevum Colonienſem & Trevirenſem, capita factionis ſuæ habuerunt.

Et ſi quis juſto dolore excandeſcens talia nō tam jure & conſuetudine, quàm ſcelere pontificum Romanorum facta eſſe dicat, næ ille veritatis ſcopum attigerit. Quoties etenim pontifices Romani vel odio noſtrorum Imperatorum, vel veſana dominandi cupiditate incenſi, plus quàm civilia bella diabolico furore in Germania excitàrunt, ut Imperii majeſtate eversa, ac Electorum ſuffragiis ſublatis, ipſi ſoli tyrannidem ſuam liberè exercerent? Non tota Ilias harum rerum hiſtoriā caperet. B Et quàm horribiliter adhuc, vix centum abhinc annis, peſſimus Germaniæ deprædator & expilator inſignis Aeneas Sylvius, Dietherum Iſenburgicum archiepiſcopum Moguntinum, nō tantùm fulmine pontificio, ſed & armis eſt proſecutus, quòd ad pontificis placitum ſe annatas ſoluturum & Electores convocaturum renuiſſet? Verùm quia querelæ, ne tunc quidem gratæ futuræ, quum neceſſariæ eſſent, hujus propoſiti nō ſunt: ideo me hic reprimo, & hęc molli tenuiq; brachio attigiſſe ſatis eſſe exiſtimo.

Porrò verò, quia ex hac Principum convocatione & uſurpatione autoritatis, quam ſibi elatiores ac potentiores maximè Guelphi, aliquoties in electione præter jus arrogabant, & factionibus vel eorum ambitione, vel pontificis Romani inſtinctu excitatis magna ſępiùs incommoda (quorum Polyarchia nunquam expers fuit, nec erit) exorta fuēre, ut cùm alia, tum verò horribilium bellorum civilium incendia contra Henricum quartum, & Suevos Imperatores commota, luculenter oſtendunt. Ideo ſubſequentibus temporibus ratio eſt inita, ut penes ſolos Imperii officiales, jure ac privilegio eligendi Imperatoris, tempore Otthonis III. donatos, electio Imperatoris vel regis Romanorum eſſet. Etſi autem quo tempore id fieri cœperit nihil certi affirmare auſim: tamē Electores poſt tempora Rodolphi

A dolphi Habſpurgici non penitùs à convocatione aliorum Principum abſtinuiſſe, ſed hos adhibuiſſe interdum, donec quod temporibus Caroli IIII. penitùs excluſi fuerint, hiſtoriæ innuunt. Siquidem electioni Rodolphi, cùm alios Principes Francofurti congregatos, tum Borggravium Norinbergenſem interfuiſſe, M. Albertus Argentinenſis in ſuo chronico refert. Et ad Comitia celebrata poſt obitum Henrici VII, tres Auſtriæ duces ac fratres, Fridericus, Lupoldus & Albertus, cum Ludovico Bavaro, poſtea rege electo, venêre: Nauclero teſte, generat. 44. Adhæc Guntheri Schuuartzburgici, contra Carolum quartum deſignati, electioni, non tantùm Electores, ſed & alios proceres Francofurti interfuiſſe, ita tamen ut prærogativa eligendi Electoribus concederetur, idē Naucler⁹ generat 46. his verbis autor eſt:

Eodem anno Guntherus comes de Schuuartzenburg ex Thuringia, vir ſtrenuus & bellicoſus, qui plures conflictus proſperè abſolvit, à Principibus Carolo contrariis, ut ſe intromittat de regno, rogatus, renuit: tandem eo pacto annuit, ſi in Francofordia daretur ſententia à Principibus, regnum vacare. Convenientibos igitur Francofordiæ quatuor ex Electoribus & multis proceribus: datur ſententia ab his, regnum vacare, & eiſdem quatuor jus eligendi competere. unde in die purificationis Mariæ, eodem anno, per Henricum archiepiſcopum Moguntinenſem, Ludovicum marchionem in Brandenburg, Rudolphū comitem Palatinum Rheni, & Henticum juniorem ducem Saxoniæ electus eſt prædictus Gūtherus in regem Germanorum:
B

Cui etam aſtipulatur M. Albertus Argentinenſis in ſuis chronicis, de Electione ejuſdem Guntheri Schuuartzenburgici, ſtrenuiſſimi ac animoſiſsimi comitis ſic ſcribens: Guntherus comes de Schuuartzenburg Turingen, circa quadraginta quinque annos, vir robuſtus & ſtrenuus & prodens in bellis, quaſi ſolito Henrici Moguntini, & quondam Ludovici Principis plurimùm laboravit: quique in pluribus conflictibus feliciter prævalens propriis, capiendo & vaſtādo plurimùm eſt ditatus à Principibus Carolo contra ſe intromiſit, de regno rogatut: qui primò & renuens, tandem Principes ex pacto ajunt: Si in Franckfurt per principes & nobiles ſententiatom fuerit, vacare regnum & Imperium: majorque pars principum qui ſimiliter per ſententiā declarati fuerint, jus habere ipſum; abſque omni Simonia elegerint, propter Deum dicens, ſe expoſiturum periculis pro Deo & Imperio corpus ſuū. Hoc facto, cum exercitu ſuo in campo ſe poſuit juxta Fraockfurt, feria ſexta pòſt Hilarii, anno M. CCC. XLIX, convenientibusq; inibi principibus 4. & multis aliis baronibus, & per ſeutentiam detectam Imperium vacare, & eiſdem quatuor competere jos el gendi, electus eſt in Purificatione per Henricum archiepiſcopum Moguntinum, Ludovicū marchionem de Brandenburg Rudolphum de Bavaria, Palatinum Rheni, annuente Ruperto ſuo fratre, capto com Ruperto fratrueli eorum, & Ericum ducem Saxoniæ, &c. A

Quæ quidem teſtimonia Chronographorū, (meo judicio) ſatis clarè oſtendunt, uſque ad tempora Caroli IIII, alios principes ad comitia Imperatoria, in quibus de Electione Imperatoris vel Regis tractaretur, aſſumptos:

Verùm conſtitutione Carolina poſtea eſt introductum, ne cives Francofordenſes defuncto Imperatore per omne tempus illod, quo ſuper electione Imperatoris tractari & agi cōtigerit, neminem, civitatem Francofordenſem, cujuſcunque dignitatis, conditionis vel ſtatus extiterit, intromittant, vel intrare quovis modo permittant, principibus electoribus, eorumque nunciis & procuratoribus dontaxat exceptis, prout id in ea continetur ſub titulo, Qualis debeat eſſe conductus Electorū, & à quibus, circa finem. Et ex eo tempore Electores in ſuis ſuffragiis aliorum principum præſentia ac adverſatione oneroſa liberati, privilegiisque Cæſareæ amplitudini paribus donati, titulum Electoratus, antea non uſque adeò frequentem, officiis quæ gerunt addere, authoritate creſcere, & bonis ſibi per Imperatores collatis ditari, cœperunt. Ita ut nec luminibus ipſorum, quibus antea multitudo aliorum principum offecerat, quicquam hodie illuſtrius, nec autoritate amplius ſit.

Cap. X.

ARGUMENTA ONUPHRII conjicientis, Electorum inſtitutionem ſub Gregorio X, ac temporibus Rodolphi exortam, infirma eſſe: aliis contrariis conjecturis probatur. B

EXplicata ratione quæ olim in comitiis Imperatoriis obſervata fuit, ita ut loca ab Onuphrio congeſta minimè cum opinione communi de inſtitutione Electorum pugoare poſſint: minimè neceſſarium eſſet, ejus conjecturas de inſtitutione Electorum à communi opinione alienas ulteriùs refellere: quòd eæ ſuperiùs Cap. 4. per rationes adductas à me pro cōmunis ſententiæ confirmatione abundè & verè ſint refutatæ: juxta id Euripideum, *ἀλλ᾽ οἱ λόγοι καταπαλαίουσι λόγους*, Ratio rationem evertit. Veruntamen non tam neceſſitatis, quàm ſuperfluitatis gratia, quaſdam his priorib. addere, & ejus conjecturis opponere adhuc libet. quarū prima eſt, ꝙ authores graviſſimi, qui vel ipſis temporib. Rodolphi, vel paulò poſtea vixêre, hanc inſtitutionē Electorum Otthoni tribuant: minimè id facturi, ſi tale quid ſub temporibus Rodolphi accidiſſet. Nam ut taceam, toties jam memoratos authores Leopoldum de Babenberg, Marſilium Patavinum, aliosq; qui nondum quadraginta annis exactis à tempore Rudolphi, maximis graviſſimisq; reipub. negociis, ſub Ludouico Bavaro adhibiti fuêre & Othoni hanc inſtitutionem tribuere, non autem Rudolpho: quin & Ptolemæus Lucenſis, hiſtoricus celebris, qui (ut Blondus lib. 8. Decade ſecunda teſtatur, temporibus Rudolphi & Adol-

A & Adolphi Naſ. vixit, & hiſtoriã pontificũ Romanorũ, uſq; ad Celeſtinum V. deduxit, referére Volaterraoo: oon Rudolpho, ſed Orhoni III. hanc inſtitutioné tribuit. Etſi .n. ejus hiſtoria hacten⁹ nondũ edita, ſed (Deo volente) brevi in lucé proditura ſit, tamé quid de Electorum inſtitutione ſcripſerit, ex Platina cognoſci poteſt, qui eũ in vita Gregorii V. de inſtitutione Electorũ citãs, in hæc verba ſcribit.

Hos autem Imperatoris eligendi autoritatem primo habuiſſe Ptolemæus refert: archiepiſcopum Moguntinum, Germaniæ: archiepiſcopum Trevirenſem, Galliæ: archiepiſcopũ Colon. éſem. Italiæ nomine. His additi ſunt quatuor priucipes, Marchio Brandenburgenſis Imperatoris poſt electiouem camerarius 1 Comes Palatinus, qui dapes: Dux Saxoniæ, quienſem fert. Sunt qui ſcribant Bohemiæ regem, ſeptimum Electoré, Imperatoris pincernam eſſe: hisq; in eligendo additum eſſe, ad tollendam diſcordiam partium, ad utr os enim iocliuaſſet, ea pars certè potior habebatur. Tuliſſe hoc iniquo animo Francos ajunt

Quis ex hoc loco noo videt Ptolemæum, qui rempore Rudolphi vixit. non huic, ſed Othoni III inſtitutionem Electorum tribueret & quantũvis Onuphrius vir doctus ſit, quis authoritatem Ptolemæi, quàm ejus conjecturas, ſequi noo mallet? Antiquior ſiquidem, maximè in talib. rebus, melios præſumitur ſcire veritatem 20. diſtinct. c. de quib. facit 16. q. 1. c. ſic vive. & ibi notatur, & in c. jejunium.

B 66. diſt. cum aliis multis ſimilibus.

Secundò, cum Onuphrius hanc inſtitutionem Electorum, in magno concilio Lugdunéſi receptam & confirmatam arbitretur, certè valde ineptos ac negligétes ſcriptores ejus ſeculi fuiſſe neceſſe eſſet, qui cum res minimas ac futiliſſimas in eo concilio decretas deſcripſerint, & ad poſteritatem tranſmiſerint, (ut, in templis eſſe abſtinendum à confabulationibus: genua in miſſificatione flectenda: negociationes in cœmiteriis non eſſe faciendas: domus alienigenis uſurariis, ad exercendum fœnos, non eſſe locandas: cum aliis ejus generis infinitis, quæ ab Antonino tertia parte hiſtoriarum, tit. 20. capitulo 2. referuntur) rétanti momeoti ſilentio prætermiſerint. Id quod mihi tamen veriſimile noo eſt: maximè cum pontifices de hac inſtitutiooe Electorũ, æquè atq; de Tranſlatiooe Imperii, in omne ævum gloriari potuiſſent.

Tertiò, qois Rudolphum permiſſurum fuiſſe putabit, ut Othocarus rex Bohemiæ, qui ejus electionem ſummis virib. impedire annixus erat, Electoratus dignitate inſigniretur? (taceo bellum ab Othocaro contra Rodulphum motum, quòd id poſt inſtiturionem Electorum accidiſſe neceſſe ſit.) Hoſtis honoribus privari, non augeri vel condecorari conſuevit. argumento l. naturalem. §. fio. ff. de acquir. rer. dom. & facit l. libertas. ff. de ſtat. hom. & Inſtit. de his qui ſunt ſui vel al. iur. §. 2. & l. ex hoc iure. ff. de juſticia & iure.

Quartò, cum tempore concilii Lugdunenſis, in quo hanc inſtitutioné Onuphrius confirmarã putat, Rodulphus jam Imperator fuerit: & tantã rem ejus cõſilio adhibito, haud dubiè geri & confici oportuerit: cui veriſimile erit, eum extrãneos filiis propriis præpoſituros fuiſſe in dignitate longe ampliſſima? Certè ut ducarũ Auſtriæ vacanté filio Alberto, non magno téporis ſpacio pòſt interiecto, contulit: ſic eum haud dubiè ad dignitaté Electoratus eve- A ctorus fuiſſet. Unuſquiſq; etenim filios magis quàm alieoos diligere præſumitur. l. iſti qoidé. ff quod metus cauſa l. ii pupillorum. §. ſi pater. ff. de reb. eorũ. l. nec ei. ff de adopt. §. fio. Inſtit. de noxal. Et pater ſemper præſumitur capere ſalubrius conſilium in favorem filiorũ l. nec in ea. ff. de adult. Et dilectio dicitur eſſe inter patré & filiũ 3. q. 5. c. non omnis. & nor per. Ioh. Andr. de reg. jur. c nõ eſt ſine culpa. lib 6.

Non addo hiſce, quòd cum Auſtria jam inde à temporib Friderici ſecundi, qui eam cor ac clypeum Romani Imperii appellavit, eius potentiæ ac autoritatis, oſq; ad tépora Rodolphi fuiſſet, ut nulli alii ducatui cederet. Rodolph⁹ non minorem eius, quam alterius ducatus ſtationem in diſtributione electoratuum veriſimiliter habiturus fuiſſet.

Cui deniq; perſuadebitur, Gallos, qui iam inde ab Hogone Capeto quàm graviſſimè tulerant, maieſtaté imperii apud Germanos manſiſſe omnemq; lapidem quàm ſæpiſſimè moverant, de ea per quoddam Senatuſconſultum in Gallias reducenda, eo temporé quo pontificé tali præſidio circumſeptum, iisq; locis incluſũ tenebant, ut neutiquam ipſorum manibus elabi poſſet, permiſſuros fuiſſe, Lugduni talé cõ- B ſtitutionem condi ac promulgari, qua omnis aditus Imperii recuperandi, ipſis quodãmodo in perpetuũ præſcinderetur? Ita Gallorum animos Imperii cupidos eſſe conſtat. ut quis citius cnocilium hoc nunquam Lugduni celebratum, quàm tale quid præſentibus Gallis decretum fuiſſe, crediturus ſit.

Ultimò, Onuphrius hac Electorum inſtitutione, pontifici Romano jus electionis, quod in Imperatoribns eligendis habuerit, è maou ereptum, atq; in ſeptem tantum hominũ poteſtatem collatum eſſe conqueritur: cũ admiratione incredibilis, huius ſeculi, ignaviæ, quæ id tam patiéter ferat. At pontifici Romano. vel eius legato, iam temporibus Philippi Suevi & Innocentii tertii, nullum ius in electiooe competebat, nec etiam id pontifex ſibi arrogabat: ut clare liquet in roties iam allegata decretali. Venerabilem. ſtatim poſt principiom: quomodo ergo iure eligendi Imperaroris, témporibus Philippi Suevi, pontifici ooo competente, id temporibus Rodolphi ei adimi potuit? vel eius ademptio ad ea tépora referri? Privatio ſiquidem præſupponit habitum l. decé. & ibi Bartolus & doctores ootant, ff. de verbor. oblig cum aliis ſimilibus.

Verùm qoid plures coojecturationes, ad evertendas Ouuphrii, conquiri neceſſe eſt, cũ eæ ſua infirmirare vix cõſiſtentes facili momento corruant? Nam quale hoc ſit argumentum,

A quòd poſt tempora Rodolphi multa Electorũ mentio, nulla verò antea fiat: ſuprà capite ſexto eſt declaratum.

Alterum ut debilius, ſic ridiculum quoque nonnihil eſt, quo coniicit. errorẽ eorũ q hos ſeptem Electores à Gregorio v. inſtitutos fuiſſe exiſtimant, ex ſimilitudine nominũ ſubortũ, v pro x ponentium. Si enim cõtra manifeſtam Chronographorum atq; aliorũ ſcriptorũ autoritatem ita coniicere licet, quis mihi vitio verterit, ſi Electores tẽpore Gregorii ii inſtitutos eſſe dixerim: quòd is Germanos è tenebris opera Bonifacii Angli monachi erutos, recepta veritatis luce ornare voluerit apoſtolo Germanorum Bonifacio præ cæteris primatum inter Electores conceſſo: aliis per errorẽ pro ii. quæ linea recta ſcribenda ſunt, v flexu incurvato ſcribentibus? Vel ſi dixero. Electores à Gregorio nono inſtitutos, quò Fridericũ ſecundum ab eo excommunicatũ deponerẽt, aliumq; Imperatorem crearent, an malè conjecturaſſe videbor? Nec tertium quod adfert, majoris momenti eſt arbitrans, cum in eo cõcilio novo pontificis Romani electio inſtituta fuerit, fieri potuiſſe, ut de epiſcoporũ Germaniæ cõſenſu, idem de Imperatoriis comitiis factum fuerit. Nam initio, ut prætermittam omnes rationes contrarias ſuperius poſitas, itidem conjecturas præcedentes, cum pontifices Imperii formam cum papatus ordinatione cõformare voluerint, quare non totidem Electores, quot cardinales, conſtituerunt: maximè B cum quæ dignitas eſt cardinalium, eadẽ quoq; Electorum eſſe feratur; & tanta ne principes Germaniæ pontificis Romani mancipia fuiſſe exiſtimabũtur, ut quicquid ipſe ſtatuerit. paucis epiſcopis conſentientibus, id, ipſis abſentibus & non conſentientibus, ratum habendum fuerit? Id verò minimè mihi probabile videtur. nam quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. c. quod omnes. de reg. jur. in 6. cum multis ſimilibus. Nec præſumitur princeps vel papa velle auferre jus alterius contra juſticiam. l. 2. §. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico. & eſt text. in c. ex tuarum. de uſu & authoritate pallii. Felinus in c. cauſam quæ. in verbo Interpretario, de reſcriptis. Jaſon in l. 1. & in l. fin. in 4. col. ff. de conſtit. princip.

Quandoquidem itaq; ex præcedentibus ſatis manifeſtè apparet, novã Onuphrii ſententiam de electorum inſtitutione, rationib. perquam infirmis ſuffultam, ita ut contra eas cõmunis opinio hiſtoricorum. inſtitutionem Electorum Ottoni tribuentium. inconcuſſa ſubſiſtat: ego inſtituto meo ad exitum (Dei favore) perducto, finem huic opellæ impono. Cætera, quæ de Electorũ numero & privilegiis, aliisq; ad hos pertinentibus dici poſſent, in alium locum reſervans: ac hæc qualiacunq; ſint. judicio æqui lectoris permittens. Neq; etenim adeò mihi mea arridẽt, ut ea potius inſtar Suffeni ipſemet mirari atq; extollere. quàm aliorum cenſuræ ſubiicere malim: memor dicti Platonici, quod lib. 5. de Legibus extat. τὸ δ᾽ ἀληθείᾳ γε πάντων ἁμαρτημάτων διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτοῦ φιλίαν αἴτιον ἑκάστῳ γίγνεται ἑκάστοτε, τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν· ὥστε τὰ δίκαια καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ κακῶς κρίνει, τὸ αὑτοῦ πρὸ τοῦ ἀληθοῦς ἀεὶ τιμᾶν δεῖν ἡγούμενος, οὔτε γὰρ ἑαυτὸν, οὔτε τὰ ἑαυτοῦ χρὴ τόν γε μέγαν ἄνδρα ἐσόμενον στέργειν, ἀλλὰ τὰ δίκαια ἐάν τε παρ᾽ αὑτῷ ἐάν τε παρ᾽ ἄλλῳ μᾶλλον τυγχάνῃ πραττόμενα. A Ac ut à viris bonis omnia æqua mihi polliceor, ſic ut Onuph. ſtatuat velim, hoc qualecunq; ſit, nõ eo animo à me ſuſceptũ, ut laudib⁹ eius, q ei ob multarũ rerũ utiliſſimarũ inveſtigationẽ debentur, detraherẽ: ſed ut veritas rei tã nobilis, ac nõ ſolũ dignæ. ſed & neceſſariæ cognitu, erueretur. Cognita eſt Germãis pleriſq; eius, in antiquitatib. indagãdis induſtria. & probata eruditio. At ſi quis eius ſentẽtiæ in rebus patriis, quarũ fortè æquè ac ille ſtudioſus eſt, minimè ſubſcribat, ac ut ex tripode profectã veneretur: id nõ tã ex invidia vel obtrectatione laudũ eius quàm amore veritatis fieri exiſtimet: nec uſq; adeò graviter atq; moleſtè ferat, pluſculũ diligentiæ ac veritatis in Italis ſcriptoribus à Germanis interdũ requiri, videntibus æquè ac aliis exteris, quàm frequẽter ipſi falſa & à fide hiſtorica penitus aliena ſcribant Ac etſi Onuphrius Italos hoc excuſatos putet, quòd rebus Germanicis tradendis minimè vacent: quàm tamẽ hoc dictũ indignũ hiſtorico ſit, nõ dubito quin ipſe videat. Nam cum prima lex hiſtoriæ ſit (teſte Cicerone) ne quid falſi dicere audeat: deinde, ne quid verè non audeat: ne qua ſuſpicio ſit gratię in ſcribẽdo. nec qua ſimultatis: anne hiſtorias vel fabulas ſcribere videbuntur, qui falſa pro veris, B incomperta pro compertis referre non erubeſcunt? Imò dum ſe hiſtorias ſcripturos pollicẽtur: hoc ipſo ſe ad veritatis indagationẽ, & mẽdaciorum fugam ſive res ſint patrię, ſive exoticæ, aſtringunt In quo latius oratio excurrere geſtiret: ſed eam intra metas hoc tempore contineo, quò id quod in initio pollicitus ſũ, præſtem, & ad finem exoptatũ eo maturius perveniam. Hoc tamen præterire nõ poſſum, cũ Onuphrius Germanis allegata religionis mutatione, magnã rerũ novandarum ambitionẽ exprobrarit: cupere me, ut quod in bis reprehendit, ipſemet vitare ſtuduiſſet: neutiquã tunc eũ ſcripturũ fuiſſe, ſe vehemẽter mirari incredibilem hui⁹ ſeculi ignaviã, atq; in primis Romãi pontificis: pòſt Italiæ, deinde cæterorũ principũ inertiam, q omnes comitiis Imperii intereſſe ſoliti, jus tãtę electionis ſibi è manib. eripi, atq; in ſeptẽ tantũ hominũ poteſtatẽ collocari, pmiſerint. Ut etenim Germanis injuriã inſignẽ facit, qui neutiq religiõem mutarũt: ſed vitia, quæ pontificũ Romanorũ ignavia & impietate in Eccleſiã irrepſerãt, mandato Dei, ſuã vocem omnib. rebus humanis anteferre jubentis correxerunt: ſic ipſe, qui pręſentẽ Reipub. formã mutatam cupit, nõ ſolum in reprehenſionẽ innovationis ſed & ſuſpitionẽ ſeditiõis incidit. De quo plura dici poſsẽt, nec immeritò: ſed hæc admõuiſſe, nõ exaggeraſſe volui: ſperãs Onuphriũ hæc nõ tãtũ amicè accepturum, ſed & de Germãis in poſterũ æqui⁹ ſenſurũ eſſe.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, IN QVO PAGINA NVMERIS, PRIOR

autem paginæ columna unico, poſterior duobus notatur punctis.

A

ABbates monaſteriorum quales eſſe deceat 26.a.b
Abigabil fœmina prudens 49.. b
abſolutio præſidentis quando vera 71..b
acconenſes qui fuerint 281.. a
actus juriſdictionis in quem cadat 131. a
actus poteſtatis ordinis in quem cadat. ibid
accuſatorem abſente adverſario non eſſe audiendum 6..b
adalbero regis Rudolphi electionis particeps 45.b
adalbero relicto ſuo grege aufugit 45.. b
adalbero quando mortuus 46..b
adalbergus Meierus, conſul Baſilienſis 901. a
adalbertus Heinrici regis adverſarius 52. a. in carcere detentus quo cibo uſus 52 a
adalbertus Vuormacienſ. epiſcopus fugiens prælium Saxonum, capitur ibid.
Adalberti obſtinatus animus ibid.
admonis de Pipini ſublimatione locus 157.. b
adolphus Anaxone Comarchus à quibus electus 452. a
adrianus papa Carolo jus eligendi Imperatores cõcedit 249. a. legatum ad Carolum ejus auxilium imploratum miſit. 158..a
advocatio Eccleſiæ 188.a
Aeneas & Phryges fratres in Phrygia regnant 170. b
Aeneæ nobilitas 88 a ad Evandrum verba 88..b
Aenea Sylvii ad Frider. Rom. Imp. epiſtola 391. a
æquitatis definitio 15. a
Aeſchinis locus 448. a
Aioth Judæus 150.b
Alaricus in Dei eccleſiam qualis fuerit 69.b
Albertus primus quando Imperator declaratus 452. a
Alexander aliàs Vuitoldus, Lituaniæ dux 284. a Macedo 93. a
Alexandria quatenus Epheſo præferatur 304.b..a
Alipii ad Generoſum ſcriptum 300. b
allegoria ad probationem quatenus ſufficiat 143. b de Petro & ejus baculo 112. a ſolis & lunæ 247. a
alpais Pipini concubina 164.a 508.. a Pipino filium parit ibid.
altivinus Anglus in omni doctrinarum genere exercitatiſſimus 214. a
ambitio quid procuret 381. a. b
ambitiones eſſe fugiendas 9.. a
ambitus inveſtiturarum taxatur
Ambroſius pro Eccleſiæ unitate quid facere dignatus 8. a pro aliorum ſalute quid fecerit ibid.
Ambroſii doctrina qua 8. a in libro Officiorum locus 49..b 51.. b
Ambroſii locus 124. a. 140..b
de Amiſſione terræ ſanctæ 275.
Amos prophetæ locus 50.. b
Anaſtaſii epiſcopi ad Anaſtaſium Imperatorem verba 2.. b. Imperatoris mors 3. a
Anathoth quid ſignificet 134.. b
Ancile de cœlo lapſum 89.. a
Angeli Eccleſiis præſunt 299.. b. item principibus & Reſpub. ibid. Dei ad quid deſtinati 8. a
Angli ad fidem per quem converſi 259.. b. vultu nitent ut angeli ibid.
Anglos per Bedam etiam Saxones dici 258. a
Anglici in ſuis factis Saxonibus providentiores 259 a
anima in capite reſidens cui æquiparetur 300. b
animæ conſideratio 328. b & ſacerdotii ſimile ibid.
animi modus qui 61. a
antenor Troianorum dux 147.. b
antenoridæ ab Antenore ibid.
antenoridæ Romano imperio infenſi 148. a à Valentiniano Imperatore quare Sicambria expulſi ibid.
antenoridæ Gallos ſibi ſubiicientes, eos Francos appellant 148. a
antenoridæ Germaniam & Galliam ſuo Imperio ſubjugant 148. a. Pannoniæ partibus egreſſi, juxta ripam Rheni in Germaniæ confinio habitant ibid.
antenoridæ à Valentiniano quare Franci, id eſt, feroces dicti ibid.
antichriſtum non venturum, donec Imper. Rom. ſteterit 393. a
antiochena ſedes Romanæ ceſſit 323. a b
antiſſiodorus, pagus 171.. a
apoſtaſia 58. b
apoſtolatus poteſtatem ubi Dominus tradat 130.. b
appellatio ab Imperatore nulla eſt 397. a
appellatio à Synodo ad papam non admiſſa 318. a b.
appellationes lites pariunt 397.. a
appellationes Papæ variæ 323. a
appellans à Cæſare dupliciter majeſtatis læſæ fit reus 397.. a
appellantes ab Imperatore puniendi ibid.
appellare à legibus non licet 397. a
appellare à quibus liceat 319.. a
approbatio perſonæ electæ quò pertineat 196. b
approbatorum ab Eccleſia firmitas 340.. a
aquiſgranum caput regni Romani 109.. b
arabum exercitus quorũ ope multiplicatus 156.. b
aratoris ſubdiaconi verſus 36. b
arcadius ab Innocentio papa excõmunicatus 8.. a
arcadius eccleſiæ perutilis 9.. b
arcadii privilegia & ſtatuta quæ recipit eccleſia recenſentur 8.. b. 9. a. b.
arduum omne epiſcopis reſervatur 116.. a
archiepiſcopus qualis dicatur 153.. a
archiepiſcopi juriſdictio ubi ibid.
ariſtocratia quid 115. a
Ariſtotelis locus 353. b. 447. a
Arnolfus ex quo natus 17. a
Arnulphus Imp. ultim. de genere Caroli Magni qualis 160. a filius eius à quo victus ibid.
Arnulphus filius Caroli Magni 172. a
Arriana impietas quorũ præſidiis ſuffulta 209.. b

Arrius quomodo ſacrarum literarum teſtimoniis uſus 55..a
Arrii de Trinitate error 210. a. *mors* 55.. a
ars quatenus naturam ſequatur 247. b
Arturus Britanniæ rex à filio Mamerto lethaliter vulneratus 258. a
Aſiani & Africani papam abhorrent 130. a
Aſſinorum damnatio 382.. b
Aſſyriorum regnum primum 118. b. *quando inceperit* 117.. a
Athanaſius Conſtantinum fugiens, à Maximino Treverorum epiſcopo recipitur 210. a *ſymbolum componit* ibid.
Atlas 88.. b
avaritia idolorum ſervitus 48.. a
Auguſtus quaſi avium guſtus 423.. a
Auguſta Rauracorum quando deſtructa 359. b
Auguſtini locus 16. a. 81. a. 19. a. 39. b. 47. b. 52.. b 52. b. 59. a. 60.. b. 63. a. 63. a. b. 114. a. 117.. a. b 120. b. 134. b. 140. a. 143. a. 149.. a. 300.. a. 332. a. 356. b
auctoritas à Deo papæ non conceſſa qua 121. a. *imperii an ab Eccleſiæ autoritate dependeat* 97. a. *regalis ad confirmandas ſynodos neceſſaria* 36.. a *ſynodalis quib. & unde firmetur* 314.. a
Auſtria cor & clypeus Imperii 457.. a
Averrois de anima locus 82.. b

B

BAbel 58. b
baculus S. Petri in tres partes diviſus 111.. b *qualiter miſſus eſt ad Almaniam ex inſpiratione Spiritus ſancti* 111.. a
Babylon quid ſignificet 18.. b
Bambergenſis eccleſiæ fundator 180. a
Baſilii in conſilio peroratio 374.. a *inde. in regula de inſtitutione monachorum locus* 60.. a. 61. b *in docendo Dei verbo ſedulitas* 62. b.
Baſilea quando condita 359. b
Baſilienſe concilium per quem convocatum 359. b
Baſilienſis concilii decreta 525.. a. *firmitas* 332.. b
Baſina 508. a
Belus Aſſyriorum primus rex 117.. b
Beelphegor & Beelſebut idolis ſacrificia per flamines oblata 118. b
Beelphegor, item Beelſebut unde dicantur 118. b
belli indictio, quam diffidationem vocant 381.. b
de Bello inter Frid. 1. & Alexandrum papã 278.. a
Benedictus monachorum pater 59.. b. *v. à diabolo quomodò appellatus* 53. b
Benedictus IX. *quare à ſede depoſitus* 149. b
Benedictus quomodo ſuos alumnos informaverit 57. a
Berengarius Longobardorum, & ultimus Italiæ rex 262. a. *inde. tyrannus eccleſiam Rom. impugnat* 160. b
Bernardus Pipini filius, Italiæ rex deſignatus 171. b
Bernardi locus 118.. b 120. b 122.. b 125. b 128.. a 132. b 134.. b 141. b 142.. b 356. b
Bergia oppidum ubi ſitum 273. b
Boethius excellens Romanus philoſophus 271.. b *quo tempore vixerit, & ubi docuerit* 214. a
Boethii locus 321. a 83.. a 93. b *oſſa in tumba marmorea ſuper terram exaltata* 271.. b *item, quandiu in terra jacuerint* ibid.
contra Bohemos pauca 340. a
bona Eccleſiaſtica quibus collata 117. a *quatenus ſint papæ* 120.. a *cum communitatibus eccleſiarum collata* 119.. a
Bonifacius IV. *papa* 177. b
Bonifacius martyr 259.. a
Bonifacii Romani antiſtitis ad Honoriũ ſcriptum 9. b
bonitatis divinæ perfectio 83. a
Burcardus beneficii ab Imperatore accepti immemor 47.. b *Halberſtadienſis epiſcopus* 47.. b *ubi & à quibus occiſus* 47.. b *quare ad papam miſſus* 1.. b

C

CAdelus Portuenſis epiſcopus quare à ſede depoſitus 149. b
Cadiga vidua à Machometo quomodo decepta 157. a
Cæſaris eſſe, condere, ſolvere, interpretarique leges 396. a *appellatio quatenus in corporalibus reliquos antecellat* 357. a
Cæſari obtemperare recuſans, quibus carere debeat 69. a
Cæſarem & malis & bonis bona temporalia auferre poſſe 395.. a
Cæſares uſque ad Conſtantinum magnum quot 161.. a
Calliſti locus 38. b 38.. b
Calogeri quales 156. b
Cama quid deſignet 60. b
camiſia quale veſtimenti genus ibid.
camiſiis quando utendum ibid.
canon duplex 329.. a b.
canon ex quibus approbetur 320. a *regula judicantis* ibid.
canonis temperandi cauſa 333.. a. b
canones in conciliis quomodo edantur 320. a. *conciliorum quomodo tolli nequeant* 335.. b *ſacri quomodo conditi* 6. b *univerſalium conciliorum cur editi* 329. a.
Contra Canones facientes jam ſunt judicati 55.. b
canonum ſacrorum neglectio, multorum malorum genitrix 42. a
capitanei principales in urbis ſanctæ captione recenſentur 275. b
Capitolium anſeris voce ſervatum 89.. a
de Capitolio Colonienſi 508. b
capitula ab Imperatore in Chalcedonenſi concilio propoſita recenſentur inde
de Captione Hieroſolymæ verſus 275.. a
captivorum redemptio, ſacramentorum ornatus 51.. b
Cardinales quando dignitatis titulos receperint 155.. b *quo nomine olim appellati* 155.. b. 162. a. *tempore Sylveſtri dignitatis titulo dotati* ibid.
Cardinalium officia 155.. b *appellatio quæ* 155.. b *quot & eorum officia quæ* 162. a
Carlinga 184.. b
Carolomannus rex Bavariæ 172. a *Francorum dux quando monachus effectus ſit* 214.. a *ſubditos ſuos fugiens moritur* ibid.

Carolus

Carolus M. certis decretis patricius Rom. vocatur 359.a
Carolus Magnus qua ratione ad Imperium evectus 175.. a cum ſuis ſucceſſoribus in Imperio, nō eſt ſubjectus Græcis Imperatoribus 176..a b
Carolus Magnus duodecim menſibus anni Germanica nomina impoſuit 173.. a clericorum patronus 178. a. nunquam ſe Imperatorem appellavit 175..b. 177.a natione Germanus, ab Ingelheim oriundus 173.. a b Auguſtus Imperii 176.. a Romæ à Leone papa III. Imperator conſtituitur 178. a b magno populi Romani applauſu à Leone tertio coronatus Cæſar & Auguſtus appellatur 175.. b. patri in regno ſuccedit 164.a
Carolus Magnus regno Francorum, Saxoniam, Britanniam, Gaſconiam, Pannoniam, &c. ſubjugat 170. a b. à Leone tertio papa, Romæ coronatur, & nomine Imperatoris & Auguſti inſignitur 171. a à virtutum magnitudine Magnus dicitur 164.. a
Carolus Marsellus 177..b 178.a
Carolus I. rex Siciliæ quare ſe ipſum laqueo ſtrangulaverit 282..a
Carolus Ludovici Pii filius, rex Alemanniæ, Rhetiæ & Burgundiæ 171. b
Carolus rex conſcriptis militibus in Lombardiam tendit 158.. a Aquiſgrani ſepultus 109. a. cujus autoritate Deſiderium regno privaverit 30.. a ex Francorum regibus primus Imperator 1.. b qualiter inſtituit ut Imp. Rom. remaneret perpetuò apud electionem principum Germanorum 109. b
Carolus Pipini filius à virtutū magnitudine Magnus dictus, patri in regno ſuccedit 158. b..a
Carolus II. Imperator 172. a
Carolus III. 171..b 172.a erga religionem qualis 215. a.
Caroli in Eccleſiam Dei beneficia 164..a b. *hoſtes miſerabiliter extincti* 3.. b. *Imperium quando cœperit* 214. b.
Caroli Magni donatio 357..a genus in perſona Cūradi primi defecit 172. b. magnanimitas & bella quæ 165..a b. 166.a
Caroli Magni præceptor quis 214.a erga religionem zelus 215.a
Caroli quarti electio 452.a
Carolo Magno corona Imperialis à papa imponitur 166.a
Carolo à papa jus eligendi Rom. pont. committitur 165. a.
in Carolum Magnū jus & poteſtas omnis, de Græcis Imperatorib. eſt tranſlata 176..b. 177.a
Caſpii montes 156.. b
Caſſiani ad Caſtorem epiſcopum de regulis monachorum locus 62. b. de Inſtitutis monachorum locus 59.. b
Caſtellarex 84.b
caſtra ad Rhenum qui primum inſtituit 507. a.
cathedra una tantum vera 301..b
cathedra fides quæ 302. b. veritas 299 .b
cathedram S. Petri qui expetit, qualem eſſe oporteat 37..a
catholica fides qualis & quandoin Septentrionalibus partibus creverit 282..b
catholicus quis non ſit 31..a
Caucaſus 256.. b
cauſa univerſalis jungenda cum particularibus 116. a
cauſa religionis quomodo tractanda 307. a.
cenſura Eccleſiaſtica quomodo tota ſpiritualis 134.a
certamen inter monachos de veſte monachica quale 59. b
certare unde dictum 92. b.
charitas cupiditati maximè contraria 84. b. quò pertineat 55..b
Childericus Francorum rex quare per papam à regno depoſitus 157..b
Chriſtianus quis non ſit 31.. a
Chriſtiani per quos oppreſſi 282..b
Chriſtianorum rex inter omnes reges maximus 362.. b
Chriſtianitas qua de cauſa deficere cœperit 282..b
Chriſtianitatis prima ſedes quæ 304. a
chriſma & corpus & ſanguis quare ſacramenta appellentur 63.. à
Chriſtus Chriſtiano principi imitandus 356. b
diſcipulos ſuos quid docuerit 19.a
Chriſtus non unctus materiali unguento 122.. a
oſtium principatus 356. b.
paupertatis noſtræ, ſicut & cæterorum defectuum factus particeps 122. b.
plebem ſuam quo vocabulo appellet 46.. a
propter quid venerit 19.b
quare rex dicatur 116.a
quatenus non habuerit poteſtatem in bonis laicorum 122. a
ſecundum quid dignatus deſcribi civis Romanus 3.b
Chriſt. appellationem tripliti modo accipi 122.a
ſub Chriſti corpore quid intelligatur 15.. b
ſine Chriſti juſtitia nulla eſt Reſpublica 140.b
Chriſti milites quales eſſe debeant 45..a
nomen induere, & viam ejus non pergere, quid 46..a
tunica quid prætendebat 21..b
in Chriſto multos unum eſſe 8. b
Chriſtum conſtitutionis ſuæ regulam exemplo confirmaſſe 3. b. non omnem ſuam poteſtatem in quantum homo, Petro contuliſſe 124. a. ſecundum carnem non dedignatum Romanū imperium honorare 104..a b
Chronicorum Hugonis Floriacenſ locus 147.a
Chryſoſtomi locus 114. a 122.. a 123.b 134. a
Ciceronis locus 90. a
Cicinnatus 90. b
Circumcelliones qui dicantur 57.b
civilitatis humanæ quis finis 81. b
civitas cœleſtis qua pace fruatur 13. a ſummi regis quæ 4.. a. terrena quid appellat 12.. b.
civitates ſe imperio pontificis dedunt 359.a
per Civitates duas in ſcriptura quid intelligatur 8..a
clades militiæ Heraclii quæ 156..b
clariſſimi in conciliis qui dicantur 378.. a
Clemens Petro adhuc vivente in papam ordinatur 151. a
Clementis papæ erga Chriſtianos zelus 27.a omnium eccleſiarum ſollicitudo 33. b
clerici & militis diſputatio 75. a b. *inde*
clerus crimine contaminatus non poteſt præ-

moveri ad Eccleſiaſticam dignitatem 188..ab.
clodovens filius Pharamundi, rex Francorū, ſubjugat ſibi Galliam 170..a
clalia 89..a
collegium Cardinalium ad depoſitionem ſufficit 151..b
collatio qnatenus ſit licita 101. b
communicatio graduum 298..b
communio olim lapſis aegata 339..b
compellationes papa varia 323. ab
complementū ſacerdotalis dignitatis quod 130.. a
compoſitio corporis concors 389..ab
concilium Nicanum quid conſtituit 34.a
execrantes imagiaes Dei & ſanctorum anathematizat 177..a
conciliū publicum quare inſtitui ſolitam 47..b
concilium quando rectè univerſale dicatur 305.. a
quaado aullam cenſeri debeat 305..b
univerſale habet poteſtatem ſuper papam 238.a
concilium univerſale propriè captum ſupra papā eſt 323. a. quibus regulis dirigendum 308. a. utrum ſit ſupra papam 322. b quomodo rectius appellari poſſit 305.. a. quatenus in Papam poteſtatem habeat 324..a
concilii judicium infallibilius judicio papa 322.. b. 323. a plenarii autoritas & efficacia 309..b
concilii Veneti modus 386. a
coacilio univerſali papa ſubeſt 331. a
in Concilio univerſalis Eccleſiæ repraſentatio quādo abſit 306..a
concilia abſq; ſedis Apoſtolicæ auctoritate celebrata vana 310.a
conciliorum principalium utilitas 379.a
coaciliorum univerſalium de pontificis cōſenſu celebratorum ceremonia 308..ab
utilitas 336.b.
coacilia localia 310.a. provincialia 309..b
concilia regni aat proviaciæ magna qaa. 337.b
in Conciliis quis preſidere, & qaid facere debeat 383.b
ad Concilia qui admittendi 321.. a
concordantia ſumma in Deo 292.b
concordia ante omaia eſt conſervanda 4.. a quid 86..a aade dependeat 86.. b
condendi poteſtatem quis habeat 318..a
conferens quare voluerit poteſtates in Eccleſia eſſe diſtinctas 124..b
coagregationum ſynodicarum differentia 305..b
connexio trium ordinum 297.b
coaſecrare ſecundum papā qaid ſignificet 140..a
coaſecrationis & ſacrameatorū adminiſtrationis poteſtas in quibus conveniāt & differant 130..a. poteſtas alio nomine quo modo dicatur ibid. poteſtatem ubi Dominus nobis conferat ibid.
coaſenſus & autoritas Rom. pont. ad creandos reges neceſſaria 1..b
ſine Conſenſu papæ nihil de fide conſtituendū 321.b
conſilium noſtrum & fortitudo Chriſtus 23.. b
coaſors quis dicatur 25..b
Conſtantinopolis Imperatoriæ dignitatis ſedes 1..a
nova Roma ibid.
Conſtantinus Imperator cujus Papa tempore vixerit 358. b
Conſtantinus Magnus ſedem mutat, camq; Byſantium transfert 155..a.162..a
Conſtantinus Magnus papæ occidentem diſponere concedit. ibid.
Conſtantenus pontifici ejusq; ſucceſſoribus Romā diſponendam committit 155..b. quomodo & quandiu dominium Orientis tenuerit 156. a. quot annis pacificè regnum Orientis tenuerit 162. a
Conſtantinus II per principes depoſitus, & oculo privatus 134..b quare à ſede depoſitus 149. a. ubi & à quo baptizatus 147. a in Arrianum dogma declinat 147..a
à quo baptizatus 357.a
Coaſtantinus V Leoni III. in regno ſuccedit 163..a
ejuſdem impietas ibid.
Conſtantini donatio nulla legitur 357. ab
epiſtola ad Agricolam 383.b
de Coaſtantini donatione 357. a
conſtitutio omais à jure aaturali 319. b
conſtitutionis cujaſq; firmitas unde 320.a
conſtitutionem Chriſtianam qua em eſſe oporteat 305. b ſacrorum canonum excedens inter quot reputandus 6.b
conſuet a relinquere durum 267. b
conſuetudo jus abſq; lege 58.. b. ſermonis conſeaſus eraditorum ibid.
contentio inter Vuezelianm epiſcopum, & Vuideradum abbatem quanta 48..b
coatemneatis obedire ſanctis canoaib. qua pœna 11. b.
contra conturbatores ſynodi 363..b
coronatio & unctionib. l addunt Imperio 361. a regam uade 390.. a Vuilhelmi Holandiæ comitis 446.a
coroaationis regis Rom. Aquiſgrani, & in villa Modicenſi 190.. b
corpus myſticum eccleſia 356..ab
corporis compoſitio coacors 389..ab
coaventus anuus Imperialium 382.b
creantis quaiatentio 81.b..a.
crucis ſignum qaid denotet 60..a
cuculla quare veſtis cucullata dicatur 60.a
ſacramenti quadam virtus ibid. talaris tunica ibid. unde dicta ibid b.
cuculle qua ſignificatio 60. b
cultores perverſorum dogmatum quales 57..b
cultus divians gentilis qaò ſpectarit 119.a.
Cunradinus adoleſcens annorum XVII. Neapoli detruncatur 352..b
Cunradus comes in prælio publico occiſus 34.b. Cūradini pater ultimus regn Hieruſalem poſſeſſor 252..b Frācia orientalis dux ubi ſepultus 264.. a de eodem metrum ibid.
Cunradus I. Cunradini detrancati pater 252..b ex quibus parentibus aatus ibid. regnum Germaniæ obtinet 172. b
Cunradus qaa via in ſubſidium terræ ſanctæ profectus 278.a
Cūradus IV. ad Alemanniā reverſus moritur 278.. a Damaſcum obſidet 278. a Friderici I. conſanguineus ibid..a. ſucceſſor quis 278..a
caria à crudelitate vel cruore. 12.a 48..a
curia Rom. acceſſio pernicioſa 387.a
Cypriani locus 1.b. 6..b. 44.a..a 45..a. 46. b.. b. 51.b. 52.. a. 59. a 300. b
Cyriacus papa cum Urſula, & 11. millibus virginum

ginum martyrizatus 151. b
Cyriacus in catalogo paparum non enumeratur 151. b.
Cyrus Perſarum rex 93. a

D

DAgoberti regis conſilium 378.. b
damnati in ſynodo quomodo per papam reſtitui poſſint 320.. a
Dani gens ſtolida 266.. a
bella gerentes Suevonis ſui regis corpus quare ſecum portare ſoliti 266.. b
Dardanus unde originem duxerit 88.. b
Decalogi tria prima præcepta quo pertineãt 68. a.
decreta Baſilienſis concilii 325.. a Lugdunenſis concilii 457. b
decretalis Innocentii tertii 339. a inde delicias carnales ſpiritualibus qui præferant 59. a
apud Delphos quibus gladii fiebant 124.. a
democratia quid 115. a
deploratio Romani Imperii 274.. a
depoſitio Dioſcori 313. a.
Deſiderius Aſtulphi filius eccleſiam Dei qualiter vexaverit 164.. b à Carolo Magno capitur 165. a
Deſiderius Lombardorum rex cum uxore & filiis capitur à Carolo 158.. a. b. patri Aſtulpho defuncto in regno ſuccedit 158.. a temporibus eccleſiam Romanam privat ibid. propter tyrannidem à Carolo Magno capitur 170.. b
Deſiderius rex contra quem pugnaverit 3.. a
deſtructio Hieroſolymæ unde orta 282.. b
deſtructionis Imperii Rom. quæ cauſa 117.. a.
Deus cui concedit, benedicat & Petrus, proverb. 92.. b. fœlicitatis dator & autor 13. a. in neceſſariis non deficit 83.. a nil ocioſum facit 81.. a quem percutit, non perſequendus 66. b. quomodo utatur animis hominum 65.. a quomodo diligendus 8. a. ut aliquid à viro juſto auferatur, non vult 121. b
Dei & diaboli filii quomodo diſcernantur, 57.. b
nomine abuti non licere 4. b
Deum ſui juramenti quare non pœniteat 67.. b
Diedo epiſcopus 43.. a
dilectio ubi habitet 16. b.
Dionyſii locus 141. a
Dioſcorus perpetuò per generale concilium quare condemnatus 148.. b
diſcordia tranſlationis de Græcis ad Francos primitiva quæ 157. b
diſcordiæ Eccleſiaſticæ fomes qui 1. a.
diſcretio inter Apoſtolos quæ 317.. b. omnium virtutum mater 8. a
diſpenſandi cauſæ 334. a.
diſpenſatio quid 334. a
diſpenſare contra canones quid 335.. a
in Diſpenſatore bonorum communitatis, quid requiratur 120.. b
diſpoſitio miniſtrorum quibus & ubi conferatur 131. a
diverſitas ligandi & ſolvendi 4. a
doctrina Chriſtiana qualis eſſe debeat 305. b
dominia Othoni per papam ſubjecta recenſentur 251. a. b.. a
Domini crux quæ dicatur 60.. a præceptum per quem Iſraelitis relatum 4. a. ſententia indiſſolubilis ibid.
domus Dei quid 8.. a
domus ducum Sueviæ olim excellens & glorioſa 253. a quævis quando non perfecta 124.. a
donatio Caroli Magni 357.. a
de Donatione Conſtantini 357. a
de Donatione Imperii Conſtantini deſiderantur teſtimonia 357. a
Druydes qui dicti 119. b
Ducatus Vueſtphaliæ & Angariæ quomodo Colonienſi eccleſiæ ſit adiectus 110.. b
duces Sueviæ unde deſcenderint 253.. a
Dudo Ardennæ dux 508.. a Lambertum ſanctum Dei quare interfecerit ibid.
Duellum quid appellemus 93.. a
duello partum, jure partum videri 93.. a
Dyplois 59. b

E

EBronius 17. a
Eccleſia catholica quid comprobet 22.. b. quid defendat 11. b. Chriſti quid 119.. a. b. univerſaliſque 21.. b fidelium omnium una 116.. a militanti cui ſimilis 396.. a quibus autoribus diviſa 20.. b. 44.. b quibus uniatur 28. a
eccleſia Rom. quibus cauſis adducta fieri tranſlationem Imperii 196. a. quot modis perſecutionem patiatur 27. b.
Romana libera 1. b
Eccleſia Romana omnium eccleſiarum mater ibid.
eccleſiæ vera quæ 301. a ſupra Petrum 326. b triplex 296.. a unde conſtituatur 295.. b univerſalis quæ catholica, quid 5.. a
ab Eccleſia ſe ſegregare, per quos ab eccleſiæ beneficiis ſegregandum 64.. a
de Eccleſia Romana judicare, nulli fas 54. a
eccleſiæ bonæ cujus 120. b.. a Carnotenſis proprietas & dominium 119.. a caput quis 1. a & imperii non dem fundamentum 100.. a. forma, vita Chriſti 103. a gladius qui 26. a miniſtri, quare ſacerdotes dicantur 116. b. Romanæ varia acceptio 303. b. 304.. a Romanæ quæ poteſtas 11. b. triplex ordo 294.. a unitas quibus commendetur. 1. a. unitatem non tenens, qualis præſumatur 20.. b.
eccleſiam Dei ſpargens quomodo tractandus 6.. b
fidelium qui conſtituant 302.. b
Eccleſiaſtæ locus 60. a
Eccleſiaſticæ perſonæ Imperatori tributum ſolvunt 248. a.
eccleſiaſticis ſecularis poteſtas cur & quatenus data 380. a b
effectus diminutæ dignitatis Imper. 247.. b
Egbertus fidei pactum inſtinctu pſeudoepiſcoporũ frangit 49. b.
Egbertus marchio Imperatori ſupplicat 49. b
quando occiſus 50.. b
Egberti ſenioris filii crudelitas 49. a
Egyaleus primus Sicyoniorum rex 117.. b
electi officium 355.. a
electio Imperatoris pertinet ad Electores, non ut ad ſingulares 181.. b
electio melior ſucceſſione 355. b principis Othonis Saxoniæ 180.. a. ſummorum fideli populo data 329. a

electio-

eliſtionis ſignum quod 28. a
electione Rudolphi peracta, quid acciderit 25. b.
electores Germani qui dicantur, & eorum officia qua 506. a Imperatores quot, quales, & quando inſtituti 160.. a b. Imperii ſeptem 173. a
electores Imperii 360. a divina prudentia denunciatores 104. b
electores per quem primum inſtituti 360. b
ſeptem Friderici ſecundi tempore 449.. a
electorum electio ut generalis cenſenda 182. a
electorum nomen temporibus Friderici ſecundi 449.. a
eligendi Imperatoris ratio 384.. a
Epanagnoſticum 376 a inde
Epheſus quatenus Alexandriæ præferatur 304. a
ἐπιείκεια 333. b. 396.. b
ἐπιεικείας commendatio 68. a
Epiſcopatus quale nomen 47. a. ſuper ſacerdotium principatus 317.. a
Epiſcopus quorum bonorum habeat diſpenſationẽ 119.. a Romanus quem præſidentiæ gradum habeat 303. a ſacerdos magnus 153.. a. Sutrinus natione Teutonicus Philippum abſolvit 441. a quare depoſitus ibid. totius communitatis caput & princeps 119.. b ubi abſolvendi poteſtatem habeat 131.. a
Epiſcopi diſcordes quales dicantur 40. b
Hildebrandi papa partium quales 19.. b
Joannem deponentes, quales 8.. a
Epiſcopi nõ omnes ſucceſſores Petri 317.. a ordinis ſui habitum ſervent 345. a qui functiones ſuas deſeruerant, & ob hoc damnati, quales. 36. a. b. qui in bello fugati capti & occiſi. 32. a. b. qui Moguntina ſynodo interfuerant quales 34.. a. ſacerdotes magni & perfecti. 116.. a quando à nemine conſecrandi 249. a
Epiſcopo characteris perfectio confertur 153.. a
Epiſcoporum omnium poteſtas una 317. b
partium Hildebrandi doctrina quæ 24. a ſeceſſionem in partem Hildebrandi quàm multa mala ſecuta 32.. a. b. 33. a
Epiſcopis eadem juriſdictio 317. a
epiſtola Ambroſii ad Theophilum 326.. a
Friderici ad univerſos mundi principes. 276.. a
inde Hildebrãdi papa defenſoria unde orta. 52.. b. papa Ambroſianis inſerta 326.. b
epiſtola contra Bohemos 340. b
error eorum qui ita ſe exemptos adſerunt, ut nihil imperio debeant. 394. a qui ſe ſuis virtutibus ab imperio exemptionem meruiſſe ferũt 394.. b
de Errore eorum qui inſtitutionem Electorum ſoli Greg. tribuunt. 436.. a inde
Eſaiæ prophetæ dictum 55. a
Evaldi qui fuerint, & ubi ſepulti 258. b
Euchariſtia quibus olim negata 340. b
Euripidis locus 456.. b
Europa populoſiſſima 362.. a
Euryalus 92.. a
Euſebii locus 122.. a. 135.. b
Euſtochius virgo ſacra 61.. a
exaltatio ſuperbiæ genus 56
exam natio cleri & regis 188.. a b. perſona duplex 188.. a regis electi duplex 388.. b Rom. pertinet ad eccleſiam Rom. 188. b
excellentia poteſtas à theologis, qua vocetur 124. b
excommunicatis quare non cõmunicandum 40. a
exercitus publicè alendus 386. b
exhortatio ad Sigiſmundum 378. a
de expeditione Hieroſolymitana 275. b. 279. b
extraneus ab eccleſia Dei qui dicatur 29.. a

F

Facilius inveniri quod à pluribus quæritur. proverb. 326.. a
faciens contra pacem, contra quid faciat 11 a de factis Imperatoris eſſe bene præſumendum 395. b
familiaritas hominis peccatoris quare fugienda 5. b
facultas condendi leges hodie Romanis adempta 195.. a
Fauſtinus cui præfuerit 29.. b
Federici III. electio 452.. a
felicitatem Deus quibus det 13. a
Fenthanith locus 171.. a
fermentum phariſæorum, hypocriſis 59. a
feudalia ſtatuta 320.. a b
fides catholica Chriſtianæ religionis initiũ. 209.. b ſacerdotum 289. b vera quid confiteatur 24. b.. a.
fidei opus quod 16. a.
fidem catholicam profitentes ad quid præcipuè aſtringantur 214.. a
fidelium in Chriſto corpus unum 126. b. 292. a
filii Dei ſpecialiter qui 20. a
firmitas approbatorum ab Eccleſia 341. a
Baſilienſis concilii 332. b cujuſque conſtitutionis unde 320. a
finis ſupernaturalis qui 115.. b
fœdus inter Carolum Magnum & Nicephorum 178. b
forma Apoſtolica qua 125. b celebrandi concilii generalis 336.. b
fortuna, divina providentia 93.. b
Francia duplex 184.. a
Francia Germanica gens valida 174. a
Franci à lege Salica, ſalici dicti 170. a à libertate fortitudine & ferocitate dicti 169.. a b à Valentiniano fugati è Sicambria in Germaniã venium. 169.. a debellando Romanos, totam Galliam & Germaniam, ab Aquitania uſque in Bavariam ſibi ſubjiciunt 170. a
Frãci & Francigenæ 173.. b quomodo differant 170. a ex Trojanis oriundi 174. a
Franci Gallici a Francis Germanis in quibus differant 507.. b ex Trojanis profugis oriundi 169.. b Germanici fideles 174. b in Germaniam delati, Salagaſti legibus vivunt 170. a Mæotidas paludes incolentes & Pannoniam, civitatem Sicambram condiderunt. 169.. a. orientali cujuſmodi ſtatura homines. 109.. b primum Sicãbri dicti ſunt 169. a quare liberi vocati 507.. a
Francigenia 184.. a.
Francigenæ occidentales quales 509.. b
Francio rex Phrygum 170. b
de Franci qui Gallici dicantur 507.. b
Franciſci de Zarabellis de ſchiſmatibus pontificum tractatus 235. b
Francofordia locus annui conventus 383. b
Francorum originis hiſtoria 169.. a
Francorum reges Merovingi unde dicti 170.. a

regnum

regnum quouſq; ſe protendat 170..a regni diviſio 171.a 171..b regni fines 177..b origo 169..a
de Francorum origine variæ opiniones Chronographorum 170. a b
de Francorũ regni translatione ad Carolum Magnum diverſæ opiniones 173. ab
Fridericus I. benedictionem populi Romæ recipit 279. b Henricum Superbum titulo Electoris privat & omnibus divitiis exautorizat 278..b
in profectione ad Terram ſanctam quæ fecerit 380.a terras Henrici Superbi obſidet 278..b verſus terram ſanctam ire parat 279.b
Fridericus II. quibus parentibus ortus 252..a Pariſiis doctores & ſcholares primus privilegio donavit 214.b regnum Siciliæ ab Apoſtolico ereptum recuperat 276..a Othoni quarto ſuccedit 281. b. ejuſdem in profectione terra ſancta geſta ibid.
Fridericus Iſabella in uxorem ducta regno Hieruſalem potitur 252.. a cum Soldano fœliciter pugnat 276. a b
fur & hæreticus quis dicatur 22..b

G

GAlli falſam monetam inveniunt 278.b optimi proprietates. 506. b unde & quare ſic dicantur 506..b reſpectu Hiſpanorum Saxonum quales. ibi. pecunia corrupti ab obſidione Damaſci recedunt 278.b
Gallia Belgica 171.. a à nomine Lotharii Imperatoris, Lotharingia dicta eſt ibid. Occidentale regnum Francorum. 171..b Togata 508.b
Gallia Belgica terminus 171.. a b diviſio & ſitus 506..a trifariè dividitur ibid.
Gallici Comati 507..a
Gebhardus. Salezburgenſis archiepiſcopus accepta digna factorum remuneratione abiit 48.b
Gandina 184 .a
Gelaſius erga Henricum regem qualis 37.a
Gelaſii apoſtolici doctoris locus 54..b 63.b papa ad ſenatum Rom. locus 37..a 39..a de excommunicato Henrico rege ſententia 37. a de utriuſq; poteſtatis diſcretione locus 20. b. contra fautores Agathi locus 8.. a. 53. b
Gentilibus nulli veri ſacerdotes 117.. b
genus humanum quomodo optimè ſe habeat 83.a
Germani quare liberi vocati 507..a virtutibus promeruerunt Imperium 147. a.b
Germania fuit regnum per ſe 180..b nunquam ſub uno rege gubernata 254.b Orientale regnum Francorum 171..a
Germaniæ reges de genere Caroli magni, & poſt hos ex ducibus Saxoniæ oriundi 179. ab. terminus 171..b
gladius Delphicus ad quid utilis 124..b ſpiritus qui 2..b verbum Dei 65.b (145.a
gladii ſpiritualis abuſum repellere, principi licitum
Gigantes unde proceſſerint 307.a
gradus inter Petrum & petram 326.b
graduum communicatio 298..b
gratia prima, item ſecunda quæ 46.a
gratiam priorem contemnens, poſterioris non fit particeps 46.a
Græci quomodo reliquias exercitus Conradi ab obſidione Damaſci revertentis, extinguere conati 278. b
Græcis nulla veri falſique diſcretio 41.a
Græculus Imperator 268..a
Gregorianum officium quando publicatum 214..b
Gregorius papa omnium primus ſervum ſervorum ſe appellat 38.b qualis 11.a
Gregorius tertius 157. b ejuſdem de ſanctis venerandis præceptum. ibid. congregata Synodo imaginum cultum confirmat 163.b erga Leonem tertium qualis 157.b Rom. eccleſiæ præſul imagines venerari præcipit 163..a
Gregorius V. de parentela Othonis in ſummum pontificem aſſumitur 160.b
Gregorii ad Hildebertum regem Francorum exhortatio 366.a de Anglis ſententia 259.b de ſchiſmatibus locus 8. a de reformanda eccleſiæ libertate verba 1..a in Homeliis locus 40..a
locus 15. a. 38. a 48. b 55..b papa ad Secundinum Dei ſervum ſcriptum 53.a.. b de abſolvendi poteſtate verba 2.b
Gntheri ex Ligurino locus 451..b

H

HAgna Burgundia Imperatrix 32..a
Harthuig Chriſti & Eccleſiæ adverſarius 44.a evertendæ regiæ poteſtatis avidus 43. a cum Imperatore gratiam init 50.b juſtè damnatus 41..b quorum autoritate damnatus 39.. b
Harthuigi eccleſiæ Magdaburgenſis epiſcopi induſtria & ſapiens ingenium 43.a inita jam cũ Imperatore pace perfidia 41.a
hæreſes in Pariſienſi ſtudio per quos extirpatæ, & adhuc extirpandæ ſint 214.b
hæreticum non fieri poſſe Imperatorem 363.b
hæretici Deum defendere nitentes quid faciant 28. a Montani 25..a quibus Job vexatus quales 7.a
Hibionita 156. b
S. Helena, filia regis Croci 255.a ubi ſepulta ibid.
Henricus Imperator duos de papatu altercantes qua autoritate depoſuerit 133..a dimiſſo exercitu Saxonia expulſus 43.. a victor victus. 50..b Leo Superbus Saxoniæ elector 445..b Lucelburgenſis quando Imperator declaratus 452..a
Henricus I. cujas fuerit 215.a erga orphanos & viduas qualis ibid. dux Saxoniæ rex Germanorum 179.b quomodo rex conſtitutus 360.a b Saxo regnat in Germania 172.b
Henricus Saxoniæ dux cujus ſuaſu in regem electus 359.. a Saxoniæ rex 259..b ejus res geſtæ inde
Henricus II. fundator eccleſiæ Bambergenſis 180. a in regem electus 180.b ubi ſepultus 289.a ejus epitaphio carmen inſcriptum ibid.
Henricus VI. regnum Siciliæ ſibi ſubjugat 280..b rex Romanorum eligitur ibid.
Henricus quare Romam profectus 23.a rex quorum autoritate ſecundò excommunicatus 36..b Sueviæ dux cujus filiam in uxorẽ duxerit 279.b Superbus, Saxoniæ dux 278..a partes papæ fovit ibid.
Henrici ſtemmate nemo pietate devotior 271..b laudes illius ſtemmatis innumerabiles ibid.

de Heinrico VI. 280..b

Heracl·us contra Nabatheos exercitum reparat 156..b præ animi triſticia in morbum incidit. ibid. Eutycetis errore commaculatur ibid. Imp. cum Nabatheis prælium init. 162.a tota ejus militia cæditur ibid.

Herbipolis metropolis Franconiæ 173

Heriberdus à quo excommunicatus 30..b

rex proprias ſorores in uxores duxit. ibid.

Herimannus à quovis contemptus 31..b

ob quid perturbatus 3..b quãdo vita defunctus 47.a rex Eccleſiaſticæ pacis hoſtis 43. b

Hermophrodita 124..a

Hierarchia 298..a. Eccleſiaſtica uno monarcha ſummo eget 141.a

Hieremiæ locus 17..b. 51..b. 54. b. 55.. a 57. b. 116. a. 122. a.

Hieremiæ quæ ſignificatio 134.b

Hieronymi de Conſtantino verba 147..a locus 15..a 49..b. 36..a. 59..a. 60. a. 61. a.. a.

Hieroſolyma quando capta 275..b

Hieroſolymæ ſitus 285.a

Hieruſalem per quos capta 277..a b quare & unde Aelia dicta 285.b quid ſit & ſignificet 6. b

Hilarii locus 122..b

Hildebrandus alterius exemplo ſuas partes confirmat 3..b Colonienſem eccleſiam ſuis privilegiis ſpoliavit 37..b papa quid ſolvere tentaverit 17..a propriæ accuſationis teſtis & judex 11. a regem Francorum cujus rei accuſet 11.a

Hildebrandus, & ſuarum partium epiſcopi quid ſibi vendicarint 31..a papa quare ab eccleſia Romana aufugerit 24..a populum Chriſtianum & ſacerdotia dividit 10.a

Hildegardis de ſchiſmatib. vaticinium 273.a

ſcripta qualia. ibid ſtella matutina cõparatur 274. b

de Hildegarde fundatrice monaſterii Bing enſis 273. a.

Hilderichus ad quam rem aptior 3.. a culpam deprecaturus Romã venit 5.. a in monachũ quare conſecratus 164. a poſtremus antiquorum regum Franciæ à regno deponitur 170..a quomodo à papa diſceſſit 5..b. quare non conferendus cum Carolo 3.. a

Hilderícho nulla regia dignitas 3..a

Hilderichum communionem ſacram de manu põtificis accepiſſe 5..a

hiſtoriæ leges 286 a

Horatii locus 447. a.

homo ad quod bonum ordinatus 115..b

animal politicum 353..b Chriſtianus quatenus in corpore Chriſti vivat 39.a

hominis duplex medium 103.a

homini poſt lapſum quid reliquum mãſerit 24.. a

homines ex natura faciles ſunt ad diſſentiendum 182..a

homicidium Sampſonis 149..a

Honorius III. Frider. II. cur inimicus 276.b regni Sicil. occupandi gratia legatos ablegat 276.b

Honorii ad Bonifacium reſponſum 9. b odium erga Fridericum Chriſtianitati damnoſum 276. b

Hormiſda papa 328..b

Hoſtienſis cardinalis Henricus de Seguſia dictus 445. a

hoſti ſervanda fides 67..b

hoſtium Heraclii in captivos humanitas 156..b

Hugonis interitus 51. a locus 118. a.. b 128. a.. a 386..b

hypotheca 133.b

I

I *Acobita* 156. b

Jacobus de Ardizone, Azonis diſcipulus 444.b

Jacobi apoſtoli locus 57. a

Iba epiſcopus 374. a

idololatria nullum ſchiſma gravius 1. a 52.. b

quomodo punita 52..b

Jeſaiæ prophetæ locus 58..b

ignorantia perículoſa 149.b

imago trinitatis in homine 295..a

imagines venerari, idolatriæ ſpecies 163. b

imaginum veneratio non idolatria, ſed latriæ dicenda 163..a

Imengarde uxor Ludovici Pii 329b

Imperator à Deo immediatè tenet temporalia 157.a Dei miniſter 247.. a b. executionem unde habeat 125..b. 226. a imperium non tenet à papa in feudum 187.. a b in ſua præſidentia Chriſti vicarius 362. a legum dominus 396..b mundi dominus, non tamen totius 362. a olim qui dicebatur 359..a poſt Deum in temporalib. ſupremus 397..b quatenus eccleſiæ conferre poſſit 101.. a ſuper omnes reges major 247. a b. tenetur eccleſiam Romanam defendere 175. b unde imperium tenrat 200. a

Imperatoris eligendi ratio 384.. a eſſe, condere, ſolvere, interpretariq́, leges 396. b eſt pro ratione leges mutare, non pro libidine 396..b nomen 361..a officium 100.. a

Imperatori electo mox omnia cedunt jura imperii 178.. a quæ vitia ſint exterminanda 387 .b ſcindere imperium non licet 101. a

Imperatorem bifariam offendi ab eo, qui ab ejus appellat ſententia 397..a conſenſus eligentium non papa facit 360.. a b. non obligari ad reddendam rationem ſuorum factorum 395. b

Imperatore neminem eſſe ſuperiorem in omnibus rebus temporalibus 398. a

in Imperatore eligendo requiritur idoneitas perſonæ 189..b ſumma poteſtas 397.. a

Imperatores concilia univerſalia convocant 366..b fœlices qui dicantur 13.b nova Roma à matre repudiati 1..a degenerare incipiunt ibid. non eſſe legibus ſubjectos, oportere tamen illos juxta leges judicare 396..a ſtatim poſt electionem, Imperialem conſequuntur poteſtatẽ 194..b uſq; ad Cõſtantinum Magnũ quot 161..a

Imperialis cura prima quæ eſſe debeat 362..b

majeſtatis excellentia 361..a

Imperiale concilium 378..a

Imperialium ſedium ordinatio 382..a

Imperium adhuc eſt Francorum 174..a an per Adrianum in Germanos translatum 358..b cui æquiparetur 361. a electione non ſucceſſione conſtat 88. b, non à papa, ſed à Deo 388. a populo Rom. jure partum 90..a.b quare habeat quatuor ſedes 109..b quomodo ad domum ducum Saxoniæ pervenerit 110..b item Sueviæ ibid.

Imperium Romanum à quo verius inchoatum 161 ..a in una ſui ſignificatione quinq; ſignificat 155. a miraculis divinitus ſtabilitum 89. a b quare à Græcis ad Germanos translatum 393..a

Imperium vel regnum ortum ſuum unde capiat 360. a de Græcis translatum, Cuſanus ſe nuſquā legiſſe fatetur 359 b

Imperii caſus 381. a deſtructio 381. b. fundamentum quod 100..b priſca majeſtas 379.. b. proprium legibus vivere 396..b Romani duplex ſignificatio 161.b translatio tempore Leonis papa III. facta 173. a translationis cauſa 177. b.. a. b effectus 176. a..a b.

Imperio Romano nil majus ab initio 161.a

de Imperio inquirendum 356..b

ſub Imperio eſſe quid veniat appellatione, 394..b

indictio belli quam diffidationem vocant. 381..b

induciæ inter Fridericū II. & Soldanum per quos interrupta 281..a

infimi quomodo ad ſupremos reducendi. 541..a

inferiori non licere ſe ſuperiorem accuſare 12.a

Ingelheim natale ſolum Caroli Magni 173..a

de Ingenii habilitandi modo ad diſcurſum in dubiis tractatus 386.a

inimico benevolens, cui ſimilis 24..a

Innocentius papa de inſtitutis obſervandis 10.a

Innocentii de myſteriis poteſtatum locus 10.b

inſtitutio, electi in regem approbatio 196.b

inſtitutorum obſervatio ad quid conducat 10.a

Inſula fortunata 88..b

de Inſtitutione regis 109..a

inveſtiturarum ambitus taxatur 381.a

invitis nullus præficiendus 346.a

Joachimi abbatis ſuper Apocal. locus 329.a.

Jobi locus 63..a

Joelis locus 116..b

Johannes XII. papa cur depoſitus 267..b item ſucceſſor ejus qui ibid.

Johannes papa qualiter ob ſchiſma à ſe ſub Othone III. motum punitus 271..a b.

rex Hieruſalem homo imbellis & vecors 161..b

Stabius comes Numarius 874.b

Joannis apoſtoli locus 52..a 57..b. Damaſceni locus 122.b de Cremona locus 128..b Evangeliſtæ locus 116..b

Johannis X. dictum 149 a. XII. ſucceſſor Leo papa venator & lubricus exiſtens deponitur 133..b. 134.a

iracundia conſilio inimica 271..b

Irene imperatrix in monaſterium ab imperio repulſa, detruditur 178.b

Iſabella regis Hieruſalem filia 252..a

Iſidori locus 21..b 45.b 52..b 58..b 60.b 135.a. 359.a

Italia Carolo Magno ſubjicitur 170..a b deficit à regno Germaniæ 172.b

intellectus practici finis 82..b ſpeculativus quomodo & quando fiat practicus ibid.

Judæi à Machometo quomodo decepti 156..b

judex ad juriſdictionem ordinatus 101.a

judicata in concilio univerſali per papam iterum diſcuſſa 324.b

judicium concilii infallibilius judicio papæ 327.a Dei occultum pluribus modis revelari 87.b divinum 396.b..a. divinum quatenus hominibus manifeſtum 92. a angelicum ibid. humanum quale ibid. nullum abſque ſedis Apoſtolicæ autoritate firmum 320..a ſynodorum unde ſuum ſumat firmitatem 307..b

judicii definitio 15..b

ad Judicium quodlibet, quot perſonæ requirantur 11..b..a

judicia eccleſiaſtica quas perſonas recipiant 12.a

Judith ſecunda uxor Ludovici Pii 171.b

Julianus apoſtata quo deviaverit 210.a.

Julius Cæſar non imperator, ſed Reipublicæ violator 155..a quare non recenſeatur inter principes Romanos ibid.

jus cujuſmodi proportio 690.b divinæ voluntatis ſimilitudo 88.a humanū infinitum 396..a non extendi ultra poſſe. 92.b. quodlibet quibus conſtet 58..b 59.a

juris uſurpationem non facere jus 101..a

jure duelli Rom. pop. orbis imperio potitus 94..a

jura à papatu condita quot modis diſtinguant eccleſiaſtica bona 119..b. 120.a

juramentum ab Elector. b. præſtandum 384.a b.

Juramentum Homagii quale 198..b Imperatoris de non revocandis donationibus, 381.. a quod jurat papa, non eſt juramentum homagii 187.a rei contra teſtes non admittendum 384.b. Sedechia dominus, cujus autoritate comprobet 4..a ſolvens quid ſolvat 14..a

juramenta quibus reddenda 26.a

juſiurandum quot habeat comites 14.b

in Jurando quid conſiderandum 67..b

jurare prohibitum 4.b.

juriſdictio in Rom. pontifice quomodo & ex quibus conſtituatur 317.b..a omnis prior ſuo judice 101.a

iuriſdictione amota papa definit eſſe papa 153..a

juſticia phariſæorum quæ 16.. a. quæ ad regnum requiritur ſine rectore Chriſto vera & perfecta 140..a. quæ 118.b vera ubi non ſit 128..a

in Juſticiam agentibus quid concipiatur 14..b

juſticia defectus 13..a definitio 84.a & pacis vinculum 26..a maximè contraria cupiditas 83..a nomen quid ſub ſe contineat 14..b

propter juſticiæ defenſionem quid faciendū 26..a

Juſtinianus I. Imp. qua hæreſi pollutus 210.b à quo à ſuo errore revocatus ibid.

Juvenalis de nobilitate verſus 87..b

K

KAril Germanica lingua quid ſignificet. 508..a

L

LAdiſlaus Siciliæ rex 253.a

laicus ſemper ovis, non paſtor 375..b

laici quòd ad unam ſupremam hierarchiam reducantur, unde habeant 117.a, in conciliis ſacerdotum quid poſſint 365..a non interſint electioni epiſcopi 345. a qualiter in conciliis ſe ſubſcribant 322.a quod uni ſupremo in temporalibus ſubſint, unde habeant 116..b. ſuarum rerum domini 117.a

laicorum bona quibus collata, & quomodo acquiſita 121.b..a

Laicos exemplo principum non vereri crudelia agere 32.a

Laurentii martyris locus 19..a *Vallenſis declamatio de ementita donatione Conſtantini* 401.a
Lectio geſtorum Romanorum quid conducat 155..a
legatus papæ non ſolitus adhiberi in electionibus Imperatorus 449..b
legati ab Apoſtolico Honorio miſſi, qualiter regnum Siciliæ occuparint 276.b *ab Honorio III. miſſi regnum Siciliæ occupant.* ibid.
legata ad cauſas pias ſpectantia, quò pertineant 138.b
Leo papa ſe legibus canonum ſubmittit 330..ab.
Leo tertius 157.b *anathemate condemnatur* 163..a *Imperium de Græcis in Francos quando, & ſub cuius perſona transtulerit* 163..a *a ſeditioſis Romanis amputata lingua & oculis erutis capitur* 170..b. *contra Leonem imperatorem venerationem imaginum confirmat* 177..a
Leo III. & Conſtantinus V. filius eius, imagines Chriſti & ſanctorum deponunt, & incendunt 177.b..a *à quodam apoſtata fides ſeducitur* 210..b *imagines & picturas in eccleſia comburit ibid. imagines minimè venerandas præcipit* 163.b *in ſummum pontificem ſublimatur* 155.b *ejuſdem in pontificatu varii caſus recenſentur.* ibid 157..a, 159.b 163.b
Leonis papæ de regia & ſacerdotali autoritate verba 2.b *locus* 45..a 54..a 122..a.
Leoni tertio papæ oculis & lingua orbato, viſus reſtituitur 170..b
Leonigildus filium ſuum interfici procurat 211.b
Leodienſes præpoſitis ſuis ſubjecti 67.a
Levi & Judas an diverſi regiminis typi fuerint 98.a b
Levitici locus explicatus 92.a.b
lex à Machometo fixa qualis 157.a *à papa regi Henrico impoſita quæ* 31.a *de non occupandis alienis ſtatuenda* 382..b *etiam dura ferenda eſt* 397.b *per unum facta, per ſucceſſorem revocari poteſt* 147..a *quibus potiſſimum convenire debeat* 314..a *quid* 58..b *regula judicantis* 320.a *Salica quæ* 170.a 379.a *Theodoſii quæ fuerit* 137..b *vera ſermo rectus* 354.b 379.b. 380.a
legis definitio 86.a *Imperialis obſervatio* 380.a
legem juſtam neminem, niſi altera parte audita, judicare 67..a
leges humanæ ſunt mutabiles 396..a *quatenus Imperatori obſervandæ* 389..b *quomodo firmentur* 314..a
legum latio per quos fieri debeat 354.a
legum præſtantia 354..a b
leges humanas quandoque mutari, & abrogari poſſe 396..a
liberi quis ſint 354.b.a
liberum quid potiſſimùm 84..b
libertatis principium arbitrii libertas 84..b
ligandi vigor in quibus conſiſtat 320.a
Linus in catalogo Pontificū reponi meritus 151.a
litium incommoda 386..b
Livii de bello Punico locus 89..b
loca ab Romanis inacceſſa 362.b
Longobardi eccleſiæ perſecutores 11..b *regem Carolum detinent* 248.b
Lotharingia à Lothario imperatore dicta. 171..a.b. *ejus terminus* ibid.
Lotharius adulterii accuſatus 30..a *contra Ludovicum & Carolum fratres ſuos bellum ſuſcipit, atq; ab iiſdem vincitur* 171..a *Imperio renunciat* 215.a *monachus efficitur,* ibid. *vitam ubi finierit.* ibidem. *Ludovici Pii primogenitus ſuccedit patri in imperio* 171.b *Ludovico filio ſuo Italiam, Lothario regnum Lotharienſe, Carolo provinciam tradit* 171..b. *proprio judicio condemnatus* 30..b *rex Alemanniæ* 172.a.
Lucani locus 59..a. 89..a. 93.a b. 94.b
Lucii papæ mandatum 51.b
Ludovicus filius Beſonis à papa Imperator coronatus 172.a b. *Ludovici Pii filius, rex Bavariæ* 171.b. *Caroli Magni filius, rex Aquitaniæ, Imperator conſtituitur.* ibid. *Ludovicus rex Oſterfranciæ* 172.a *ejus tres filii* 171..b
Ludovicus ſecundus ibid. tertius 172.a
Ludovici Bavari electio 452.b
Lugdunenſis concilii decreta 457.b
Luidolfus dux Carentinorum quando mortuus 51.a *Othonis primi filius* 253..b *ejus uxor quæ,* ibid. *ejus magnanimitas quanta.* ibid.
Luitprandi Ticinenſis eccleſiæ diaconi hiſtoria 359..b
luminaria duo an duo regimina ſignificent. 97..b 98.a.
lunam non dependere à ſole 98.a
Lupoldi ad Balduvinum epiſtola. 167.a

M

MAchometus magicis artibus inſtructus Imperium auget 156..b. *populum multiplici arte deludit, & à vera fide avertit.* 157.a
majeſtas imperialis unde inſtituta 392.b
majeſtatem Imp. à viri tùs approbatam eſſe 392..a
Magdeburga à quo extructa 261.a *Parthenope dicta* ibid.
magiſter qui dicatur 18..b 19.a
Magorum oblatio 98..b
magiſtratuum inſtitutio 380..a
Mahometus magicus 163.a *Neſtorianos commendat, & honorare præcipit* 162..a
Mahometi præceptor quis 156.b..a
Mahometana ſecta rex quæ ſtatuta veneretur 362..a
mala temporalium eccleſiæ datorum 381.a b
Malachiæ prophetæ dictum 55.b *locus* 47..a
Manfredus princeps Tarentinorum 282..a
Manichæorum hæreſis unde 45.a
Marcellinus ob ſcelus idolatriæ ſemetipſum condemnat 151.b
Marcomedes filius Priami, dux Francor. 169 a b.
per Mare deſertum quid ſignificetur 64.a
Mars a Saxonibus cultus 256.a
materia monarchiæ temporalis fons & principiū rectarum politiarum 81.a
Maternus à S. Petro ad prædicandum ordinatus, ubi mortuus. 111..a
Mathilda Hildebrandi papæ fautrix 51.a
Marchioniſſa 71.b

Maxi-

Maximii de Chriſto in ſermone Epiphania dictum 136..a

Maximiliani Imperat. de antiquis Germanorum principum titulis judicium 449.a

de hiſtoricis Germanicis querela 451..a

Melchiſedech ſine & initio caret 118.b *ſecundum Hebraeos quando genuerit Arphaxat* 118..b

rex Salem 117..b 118.a

Melchiſedeci ſacerdotium perfectius & præſtantius Levitico ſacerdotio 118.a

Merlinus Britannorum vates 258.b

Meroveus rex Francorum 170..a

Michaelis Coccinii de translatione Imperii opuſculum 426..b

militis & clerici diſputatio 75.a inde

militis legitimi officium quod 64..a

milites Chriſti quales eſſe conveniat 45..a

militia imperatoris Heraclii per quos caſa, & numerus ejuſdem 156..b

miniſtri Sacramenta miniſtrantes quibus opus habeant 130.a b

miniſtrorũ ordo quatenus à papa depẽdeat 141.a b

miraculum 89.b

Modus optimus qui dicatur 60..b

monachus quoddam myſterii vocabulum 59..b 60..b

monachi de Hirſaugia quales 52..b *quo tempore ad honoris gradus promovendi* 57.a.b *vocabulum quid deſignet* 52..b

monachorum genera quatuor 59..a *vita qualis eſſe debeat* 53.a b

monarcha mundi immediatè à Deo dependet 104.a

omnium miniſter 85.b

monarcha quod optet, non habet 84.b *ſupremus in angelica hierarchia quis* 141.b

monarchæ maximã charitatem ineſſe debere 84.a *item quæ inſit monarchæ cura* ibid. *officiũ qualiter à Deo dependeat immediatè* 95..a b

monarchia quare inſtituta 315.b *temporalis quid dicatur* 81.a *utrum neceſſaria* 83.b

monarchiæ præſtantia 355.a *temporalis notitia utilis* 81.a

monarchiam vel ſolam pacis univerſalis eſſe cauſſam, quam & illa conſervet 394.b

ad Monarchiam qui potiſſ. aſpirârint 92..a b

moneta à Gallis inventa, ex quib. fabricata 278.b

Mons Argentarum ubi ſitus 251..a

Montaniſta 67.b

Mæotida paludes 147..b

Mæotidarum paludum ſitus 170.b

mos conſuetudinis, vim legis habet 318..b *primitiva Eccleſiæ in adminiſtrandis Sacramentis qui* 130.b *ſacra Scriptura qualis* 140..b

mores reprobi papa ſubditis toleranda 322..a

in multitudine vivere homini utile 115..a

mundus ager 125.b

mundus quibus regatur 28.b

mundi conſtitutio optima quæ 83..b

mundum diligens, quid affectet 10..b

munitiones ad Rhenum quis primitùs inſtituerit 107.a

mutatio Imperii per Conſtantinum facta, à Deo non comprobata 147..a b

mutationem Imperii à Conſtantino factam omnis generis mala ſecuta ibid.

myſteria diverſa uni in eccleſia committi, inconvẽniens 124..a

N

N*Abathea qualis gens, & unde nomen habeat* 156..a b

Nabathæorum exercitus quorum auxilio multiplicatus 156..b

Nabuchodonoſor quare Dei ſervus dicatur 14.b

Nabuchodonoſori qui reſtitit, quomodo punitus 14.b

Narſes patricius Longobardos in Italiam introducit 176.a

nationes per papam Othoni ſubjecta ordine recenſentur 251.a b..a

natura in neceſſariis non deficit 83..a *nihil ocioſum facit* 82..a b

natura finem Deum velle 92.b *intentioni quod repugnat, Deum nolle* 96.a *organum quod* 87..b 88.a *triplex gradus* 87..b

neceſſitatem legem non habere 22..b

negligere deturbare perverſos quis dicatur 26.b..a

neminem ſalvari extra eccleſiæ unitatem 6.b

Neſtoriani mandato Mahometi honorati 156.b

Nicenum concilium 177..a

Nicephorus Imperator Græcorum 178.b

Nicolai papæ dicentis Chriſtum Petro jura cœleſtis terreniq́; imperii conceſſiſſe, ſententia quot modis admittenda 136.b *locus* 120..a

N*inus Aſſyriorum rex* 92..b *Belo patre defuncto Bel idolum extruxit* 118.b *patri in regno ſuccedit* 117..b *ubi & quo tempore regnavit* ibid.

nobilitatis definitio 87..b

nomen regium ad Pipinum transferendum neceſſarium 2.a

nominis Petri mutatio 325..b

nominatio perſonæ electæ quò pertineat 196.b

Norici qui dicti 264..a

Normanni homines crudeliſſimi Hildebrando adhærentes 51.b

Nyemi ſententia de inſtitutione electorum 436.a

O

O*Bitus ſanctorum cujus juſſu in unum volumen redacti* 215.a

ocioſitas inimica animæ 61.a b

de occupatione terræ ſanctæ 275.b

offenſio papæ adverſus regem unitatis diviſio 5.b

officiales Imperii electores conſtituti 435..b *quò* 450.a 453.a

officium Ambroſianum quando dimiſſum 214..b *monarchæ qualiter dependeat à Deo immediatè* 95..a *Spirituale laico nõ competere.* 145..a b

officiati Imperii 173.a

Oligarchia quæ 114..b 115.a

Onuphrius Panuinius Auguſtinianæ ſectæ frater 438.a

operatio univerſitatis humanæ aliqua propria 82..a

opus humani generis proprium 82..b *juſticia quod* 20..a

opera diaboli quæ 20..b *virtutis Dei quæ* 15.a

in operibus creatoris nihil inordinatum 112..b

oratio ſacerdotis 300.a

ordinatio ſedium imperialium 382..a

ordo miniſtrorum ad unum ſummum qui 116.b

ordinis poteſtas & perfectio ejus indelebilis 153..b
ordines eccleſiæ 299. a religionis ibid.
Oriëtales à dominio imperii quare receſſerint 162.b conſilio Mahometis diverſum cultum aſſumant 156. ab cujus exemplo diverſum cultũ aſſumpſerint ibid. quare à dominio Imperii Romani receſſeriat ibid. ut rebellio eorum perſeveret, ſeminant ſchiſmata 162. b..a à Chriſtianiſmo recedunt ibid.
de origine & inſtitutione principum electorum in Germania 335. b inde
Oroſii locus 113..a
os in cœlum ponere quid 132..b
Ottho Conſtantienſis epiſcopus, quare ab eccleſia expulſus 37..b
Ottho Magnus Saxo, rex Germaniæ, Italiã à tyrãnide Berẽgarii liberat, & in fidẽ reducit 172..a b
Ottho Oſſiæ epiſcopus erga Moguntinam eccleſiam qualis 37.. b in damnando Rege qualis extiterit 36..b
Ottho I. Cæſar 261. a à Francis quoq; electus 361. a.b. archiepiſcopum Moguntinenſem tanquam proditorem ſuum capit 264. a pater & liberator patriæ totius populi applauſu dictus 265. b quot annis imperium tenuerit 269. b. juſtitiæ amans. ibidem. ejus leges de tollendis latronibus ubi deſcripta 269.. a Saxo primus Imperium in Germania obtinuit 173. b ſecundus, tertius 172.. a b.
Otthonis primi pietas & religio 215.b
Otthoni I. Auguſto jus eligendi pontificem conceditur 249..b Briſacum Alſatiæ oppidum obſidenti quæ acciderint 269..a
Ottho ſecundus 380. a per quos acceperit poteſtatem eligendi ſibi ſucceſſorem 360.b
Ottho tertius erga viros doctos qualis 271.. b mirabiliũ mundi dictus 435.. a oſſa Boetii de terra exhumari curãt 271.. b ſchiſma ſub ſe ortũ vindicat 271. b ſine filio moritur 160. b
Ottho IV. Auguſtus ubi & ex quo genitus 279. a quibus parentibus progenitus 253.. a in Imperatorem coronatur ibid.
Ottho Saxonum dux in Italiam pugnatum adverſus Berengarium abit, tyrannum capit, ejuſq; exercitum in exilium mittit 160. b de Otthone ſecundo & tertio 268.. b

P

PAgani Imperatores quare Pontifices maximi dicantur 362..b
palatia ad quem pertineant 8.a
Palatinorũ non familiæ, ſed officii olim nomẽ 450..a
Pandulphus de Columna ad Lambertum de Caſtello epiſtola 161. a
Papa ad bona exteriora Eccleſiaſticarum perſonarum quomodo ſe habeat 119..a laicorum quomodo ſe habeat 121. b ad quid ordinatus 6. a. canones abolere negatur 329. a conſtitutionibus generalis Concilii contradicens non auditur 332. b..a cui Concilio præferatur, & cui non 329. a b Eccleſiam Dei ſcandalizans, quomodo commodè deponi poſſit 121. a Eccleſiarum bona diſtrahens, deponendus. ibid. Eccleſiaſticorum bonorum generalis diſpenſator 119. a
Papa & Imperator relativa 102..a exigente neceſſitate quid [illegible] quantum à bonis laicorum petere poſſit 121. b fidelis à concilio judicari nequit 322. b..a in quantum habeat dominium in bonis temporalibus 113..a in temporalibus quatenus ſit caput 141. a juriſdictionem temporalem unde & ſecundum quid habeat 125..b 126. a nullam autoritatem habere poteſt in Imperatores 102.. a non hæreticus deponi poteſt 327. a non poteſt contra canones judicare, nec illos condere per ſe 319.. a b. nõ poteſt impedire Conciliũ 333. a nõ ſolus, ſed & Epiſcopi à Deo judicantur, & plenitudinem poteſtatis accipiũt 318 a ob hæreſim nondũ damnatã non eſt rejiciendus 322.. a infideliũ generale caput 121..a b. propter hæreſim poteſt deponi 189. b qualis eſſe debeat 267. b quando deponi poſſit 153. a b. ratione delicti ab Imperatore corrigendus 133.. a Romanus ſummus epiſcopus 116. b ſolus verus dominus temporalium 113.. b tempore electionis diſcordis poteſt perſonam unius electi in regem approbare, reliquo reprobato 192.. b non eſt univerſalis epiſcopus, ſed primus 319. b unde dicatur 449. b utrum aliquam juriſdictionem habeat in bonis laicorum 122. a
Papæ autoritas 446..b & regis contentionem quæ malè ſecuta 21..b fidelis corpus ex quibus conſtituatur 303. b juriſdictio ubi 153..b mores reprobi tolerandi ſubditis 322..a non licet ſe intromittere de temporalibus, in alterius præjudiciũ 187. b nõ licere Eccleſiaſtica bona pro ſuo lubito detrahere vel diſtrahere 120.. b offenſio adverſus regem, unitatis diviſio 5. b poteſtas 340..b variæ compellationes 323. b..a
ſine Papæ conſenſu nihil de fide conſtituendum 321 b
Papam à regibus poſſe auferri collationem præbendarum 129.. b judicari & deponi poſſe 324.. b renunciare poſſe, & deponi 150. b ſine Cardinalibus in re ſumma nihil poſſe 335. b
Papatus à ſolo Deo 152. a ſumma virtus creata 152..b
Papia regni ſedes 170.. b
par in parem imperium non habet 147..a
parem habeas in domo proverb. 82. a
Paſchalis epiſcopi ſcriptum 65.. a
Paſchaſio varia Leodienſ. appellatio 68. b
paterini qui 63.. a.b.
patria noſtra quæ vocetur 6. b 12..a 25..b
patriarchæ in cathedra Petri qui primi ſederunt, quales 302. a
patriarchale Concilium quomodo alio nomine dicatur 310. a
patricii Rom. cujus rei curã habuerint 359. b unde dicti ibid.
Paulus Guarnefridus 388..a
Pauli locus 60.. b 116. a 120..b
pax noſtra quæ 6. b 12.. a ſub Auguſto Cæſare 87. a univerſalis 82. a
pacis finis 25.. b principium quod ſit 362.. b
pacẽ & concordiã rumpens in quid peccet 6.. b. 7. a
peccare quid 86..a
peccatum in temporalibus duplex 132.. a quod nõ ſit ex Domini mandato 4..a b
perfidorum contagia voluntariè ſectans, à quibus ſeparetur 37. b conventus vitandus 37. a
ex perfidis nulla ſynodus provenit 37. a
perfectio Evangelica quid non recipiat 4.. a

Pelagii

Pelagii decretalis 334.b
perjurium grande peccatum 67..b
perjurii quæ pœna 4..a
perſonæ ſingulari in eccleſia quod dominium 119..a
petentibus ſuccurrendum 249..a
M. Petrus Beneventanus Innocentii III. ſubdiaconus 438..b
Petrus in quo major reliquis 317..a *quare per Babylonem Romam ſignare voluerit* 64.b *quare Romæ principatum divini epiſcopatus ordinaverit* 303..b *unde dicatur* 6..a
petra unde Petrus, quid ſit 6..a
Petri de Vineis locus 447..b
Petri nominis mutatio 59 a. *prælatio* 297..b *principatus unde dependeat* 317..a
Petro nihil quod non aliis dictum 316..b
Pharamundus primus rex Francorum, anno Domini CCCCXX. *eligitur* 170.b
Philippus Heinrici VI. frater rex Rom. eligitur 281.a
Babenbergæ interimitur ibid.
Philippus primus Chriſtianorum Imperatorum 363.a
Philippus ſecundus à quodam monacho deceptus, imagines Eccleſiaſticas auferri præcipit 210..b
Phocas Imperator conſtituit eccleſiam Rom. caput omnium eccleſiarum 177.b
Photius qui 63..a
phylacteria 59.a
Pipinus à quo in regem Francorum ordinatus 1..b 135..a *à Zacharia papa in regem ſublimatus* 163..b *Aiſtulphum in Papia obſedit* 164..a *Caroli Magni filius, præponitur Italiæ* 170..b *contra Aiſtulphum regem Lombardiæ Italiam ingreditur* 175..b *ex quorum ſuffragio rex factus* 2.a. *filius Ludovici Pii, rex Aquitaniæ* 171..a *Groſſus.* 108.b *Nanus* 108..b *pater Caroli Magni, ſubſtituitur Hilderico in regnum Francorum* 170..a *quando vita defunctus* 158.b *rex Aquitaniæ* 171..b *vir bellicoſus & magnanimus in regni Francorum excellentiam ſublimatur* 157..b
Pipini domicilium principale ubi fuerit 108.b *hiſtoria obiter recitatur* 158.a.b
Platonis locus 145.b
Plectrudes Pipini conjunx 108.b
de Pluribus regnis Germaniæ 107..b
polycratia 115.a
pontifex epiſcoporum princeps 303.a *ſi ſit alicui offenſus, cæteros quid deceat* 6..b *ne ſe immodicè extollat* 389.a.b
pontificem Rom. de ſtudio Pariſienſi, Imperio & ſacerdotio curam habere debere 112..a
pontificem Romanum dicta Chriſti confirmaſſe 5.a
Pontifices erga ſuppliciter veniam petentes, quales 40.a *Romani auctores amiſſæ Hieruſalem* 282.b
pœnitentem eſſe culpabilem culpabiliorem facere quid 5..b
populus Rom. quomodo & an de jure ſibi aſciverit officium monarchiæ 91..a *natura ad imperandum ordinatus ibid. unde jus eligendi Imperatorem nactus* 360.b
populi definitio Auguſtini 18.a
Orientales à Latinorum regno recedunt 162.b. *quando à Latinorum dominio receſſerint* 156.a
principales per quos Rom. imperii mutatio & diſſenſio facta qui 156..a *Rom. pietas & juris ſtudium* 90.a
populos & potentatus omnes ſub Rom. Imp. eſſe in ſecularibus 393..b
poſteritatis ratio omnibus hominibus habenda 80..b
poteſtas à Deo conceſſa omni reprehenſione indigna 11.b *ordinata in quibus locis judicanda* 11..b *clavium & juriſdictionis omnibus æqualiter collata* 131. a *omnibus Apoſtolis ex æquo data* 99. a *Dei miniſtra* 2..a *Eccleſiaſtica à Chriſto conſtituta* 392..b *eligendi Imperatorem unde electoribus* 194..a b *Imperatoris duplex* 182.. ab. *in foro ſpirituali Petro promiſſa quæ* 130..a *judiciaria quæ & ubi conferatur* 130..b *ligandi & ſolvendi* 325..a *omnium à Chriſto æqualis* 126.b *pontificum inferiorum à Deo mediante papa* 126..a *præſidentialis unde oriatur* 328..a *quam Chriſtus Petro in ſpiritualibus non contulit, quæ* 124. a *Regalis & epiſcopalis quomodo diſtinguantur* 124.a *regia prius papali* 126.a *Romana quare inſtituta* 392.a *regia unde & qua ratione cœperit* 391.b *ſacerdotalis dignitate major regali poteſtate* 118..a *ſecularis quatenus ſpirituali minor* 118..b *quid intendat* 128..a *item ſpiritualis quare dicatur regale ſacerdotium* 128..a *quid intendat ibid. verbalis* 117.a
poteſtatem deſuper dari quid notet 105.a b.
poteſtate ligandi quomodo ſe quis privet 6.a. 70..a
juriſdictionis ſive clavium quomodo, & in quæ quis poſſit uti 131.a *permiſſa abutens quid mereatur amittere* 37..b
poteſtates in Evangelio Eccleſiæ miniſtris ablatæ quæ & quot. 130.b
præcepta divina omnes ligant 185.b
præclara diſcere prohibent monachi 58..a
prædeſtinati & præſciti 295.b
prædia divinis uſibus tradita quibus applicanda 120.b
prælatus ob quid eligatur 327.b
prælatorũ & reliquorum principum in eccleſia jus & dominium 120.a.b.
prælium contra Saxones ubi & quando geſtum 32..a
præpoſitus cæteris, cujus vicem agat 70..a
præſidentis abſolutio quando vera 71..a
præſidere quis & quid agere debeat 383.b.
præſul Romanus, angelus Domini 65.a
precans pro eccleſiæ pace, quo officio fungatur 12.b
Priamus & Antenor Francorum principes 169..b
Francorum princeps in prælio ſuccumbit ibid.
Priami exercitus 107.a
primatus juriſdictio ubi 153..a
princeps illuminationẽ & informationẽ ſuam unde habeat 135..b
principem papæ eſſe miniſtrum inconveniens 126.a
in Principe quid clarius reſplendeat 135.b
principes Alemaniæ quare ceſſaverint Imperatorem eligere de regno Franciæ 110..a *electores qui* 109.b

Principum excellentia 362.. a in conciliis officia 364.b ordines tres 378..ab. pluralitatem nil valere 257. a
Principanti tria neceſſaria 355.a:.a
Principatus à conſenſu eſt 318..b intemperatis 355.a omnis unde exurgat 356.b papalis qualis 135.a unius ſecundum virtutem optimus 115.b
Principatuum genera 353.b
Principium mediorum aſſumendorum radix 69.a
Priſcillianm epiſcopm pro hæreſi damnatus. 66..a
Priſcillianiſta heretici quales, eorundemq́ doctrinaqua 24.b
Privilegia ab Imperatore data quibus de cauſis revocari poſſint 395.a
Profeſſores fidei catholicæ ad quid poteſt. aſtringãtur 214..a
Promiſſio prima Abrahæ quando facta 118.b
Promulgare quid 331:.b
Proprietates quæ bona 106..b
Provocatio ab epiſcopo ad metropolitam. 344.b
Pruteni quomodo omni libertate exuti 283.b
Prutenorum querela de ſuis oppreſſoribus. 283.a inde.
Ptolomæus Lucenſis 457.a
de Pugna Germanorum contra Alanos 107..a
pugna quinta adverſus Heinricbum Imperatorem ubi & quando commiſſa 43..a b
punitio quatenus vel injuria vel pœna 95.a
purpura quid faciat 7..a.
pyrrhi apud Ennium verba 93..b

Q

QVæſtio circa Monarchiam temporalem triplex 81.a.b 82. a. b
querela de præſenti rerum ſtatu 282..a
qui relativum reſtrict vè poſitum 443.a
Quidelingeburg qualis locus 36..a
quod homines, tot ſententia, prover. 19..b

R

RAtio omnis & ſermo quibus contineatur 58..a
Rationes, Chriſtum habuiſſe juriſdictionem in bonis laicorum 123.a 123..a b dicentium papam habere juriſdictionem in temporalibus bonis exteriorib. 128 uſq; 130
rebellio 136.a b
Recaredus 364..a
Recaredi regis in conciliis concio 364.:.b inde.
rectori ſine univerſitate ſtatuere non licet. 318:.à
regentis ſtudium quale eſſe debeat 366.b
regimẽ eccleſiæ quando optimum 143..b deſtruere contra jus humanum 100:.b Rom. non eſſe eccleſia 100..a. in firmamento terra duo 247.b
Regniberus clericus captus 44.a
regnum ad quid ordinatum 118..a 140..a Chriſti non eſſe de hoc mundo 103.a Chriſtianorum no ſit diviſum curandum 387..b multitudini quãdo utilius 115.b primum Germania à Julio occupatur 107..a. prius ſacerdotio 117.:a temporale, quatenus à ſpirituali dependeat 98.a
regni propriè accepti definitio 114:.b
de Regno Siciliæ & Hieruſalem 252..a
regna ad imperium redacta quæ 379..a quibus Deus largiatur 13.á
regulæ univerſaliter conciliorum curedita 329..a
religio vera apud quos quærenda 39.b
religionis ordines 299.a
de Reliquiis militum Hieroſolymitanorum 281..b
remedia in morbis Imperii 382.b
Remigii locus 123..b. 332.b
repræſentatio univerſalis eccleſiæ in concilio quando abſit 306..a b
res tutaqua 31..b
rerum inverſio 38.b ordo duplex 82..b ordo & diſpoſitio. 293..a
reſignatio papæ non prohibita 152..a
reſponſa prudentum quid vocetur 115.a
reſpublica etiam flagitioſiſſima toleranda 20.a quando eſſe dicatur 18.b unde dicta 18.a
remp. ab omnibus eſſe privata res, utilicatiq; præponendam 395..b
de Republica qui ſcripſerint 366..b
rex Francorum cum Saxonibus qualiter bella geſſerit 256..a b
rex neq; legem tollere neq; condere poteſt abſq; concilio 366..a
rex Rom. an eandem habeat cum Imperatore poteſtatem 191..a cur bis ungatur ante coronationem Imperialem 190..a poſt electionem concordem, eandem habet poteſtatem cum Imperatore 182.b unde appellatus. 180..b an ab eccleſia Romana tentatur regiam recipere nominationem, & approbationem 192..a 195..a an poſſit ante unctionem & coronationem privilegia concedere 191.ab.
regis & pontificis veri officium 31.b
regem culpabilem facere, quid 5..a
regem Rom. in Imperatorem eligendi poteſtas, an ab eccleſia Rom. pendeat 194.a qui eligere debeant 454..b
reges, ante Chriſtum qui regnârunt, qui fuerint 118.a b. cur Græcè Βασιλεῖς 360.:a & Imperatores minimè excommunicandi 68..a Francorum quare ſic dicantur 100..b. gentiles Germanorum & Gallicorum 108.a gentium & Reipublicæ quid differant 1..a omnes ſecundum quod divini aliquid habeant 362.a quid potiſſimum deceat 391..b quibus Paulus orari obſecrabat, quales 69..b
regum & principum officia 177..ab.
regum ſucceſſio quomodo deficere cœperit. 359..a
Richardi de ſancto Victore locus 124.b
Robertus ab Apoſtolico ad diſpergendos omnes populos miſſus 69.:a Franciæ rex cur religioni adhæſerit. 215.a
Rodulphus Cornubiæ comes à quibus, & ubi electus 452. à Habſpurgicus per electores electus 446..a
Roma cujus teſtimonio urbs ſervilis dicatur 357..à nova filiis ſuis deficientibus alios populos in filios ſibi acquirit 1..a quæ mala à Longobardis perpeſſa 11.a quibus olim magiſtratibus regi cœperit 392.b vetus & nova quibus dignoſcantur 1..à
Romæ ortus, patria & ſtructura 115. b
Romanum imperium per perſonam Caroli Magni translatum eſt ad Germanos 173.a à Græcis

Imperatoribus ad reges Francorum, non per Stephanum papam ſecundum, ſed per Leonem tertium tranſlatum 173.a quandiu ſine mutatione permanſerit 155..b unde initium ſumpſerit 155..a
Romani imperii tranſlatio in Carolum Magnum 169..a nominis dignitas caput populorum 1..a
Romani ab initio quales 155..a omnibus virtutum generibus clari 161.b. quomodo ſuum imperiũ militando ampliârint 161.b..a
Romanorum virtutis exempla 90.b..a
Romanos monarchiam omnibus aliis præripuiſſe 93.a.b
Romana eccleſia ex quibus conſtituatur 320.a
Rudolphus à quo, & quomodo ordinatus in regem 25.a quarta pugna vitam cũ regno amiſit 32.b rex fugatus 32.a quoto ſui imperii anno occiſus 25.b
Rupertus Bavariæ dux quando Imperator electus 452.b
Rutherius Arriana hæreſi maculatus 211..b

S

Sarabatta 59..a 61.b
Sabillicus 437..b
Sabini ſententiarum dictatores 380..b
ſacerdotium cui æquiparetur 361.a. & dignitate & cauſalitate regno prius 119..a impropriè acceptum ſimul cum regno cadit 118.a in veteri lege quid promiſerit 119.a in veteri teſtamento minus perfectum 124.b quomodo diſtinguebatur ibid. quando inſtitutum 128..a quare habeat unam ſedem 209..b quid 115..b 130.a unde ortum 115..b 116.a unde regale dictum 140.a
ſacerdos in ſpiritualibus principe major 119.a
ſacerdotes a temporali regimine remoti 102..b quot & quibus actibus habeant perfectam poteſtatem hierarchiſandi fidelium populum 130..ab nova legis habere poteſtatem regnandi in utriſq; 129..a quare dicantur reges 140.a ſub lege quales & quomodo dicti fuêre 117..b
ſacerdotum fides 299.b
ſacra canonum ſtatuta tranſgrediens, qualiter peccet 11.a
contra Sacra ſtatuta aliquid eligere, quid 15.a b.
ſacramentum baptiſmi inviolabile apud ſchiſmaticos quid valeat 21..a. pœnitentiæ, clavium poteſtas 130..ab veteris teſtamenti quale 13.a unde dictum 15.a
ſacramẽta eccleſiaſtica quatenus ſpiritualia 145.a ex parte fidelium quibus miniſtrentur. 130.b unde dicta 63..b
ſacramentorum adminiſtrationis poteſtas in quibus conſiſtat 130.b..a
ſal in ſacris quid deſignet 48.b ſine virtute damnationis argumentum ibid
Salica lex 170.a
ſalutis ſubſtantiam amittit, qui ab unitate diſcedit 46..b via quomodo incipienda 6.b
Samogeta ex qua gente orti 284.b
Sapiens Suevia dux 253..b.
ſapientia deſurſum quæ eſt, qualis 22.b
Sanlis in regem electio & depoſitio 98..a
Saxones ab Arturo Britanniæ rege victi 258.a conſtantia laude celebres 257..b cujus operà victi 32.b fidem catholicam recipere nolentes quò declinarint 257..a forma & ſtatura quales 259.a multarum gentium patres dicti 258..b qui 450..b quomodo & quando in Germaniam ingreſſi 259.a ubi Martem pro Deo coluerint 256.a unde orti 259.a
Saxonum & Thuringorum perfidia quanta. 43..ab
Saxonibus ceremoniæ & leges propriæ. 257..b
de Saxonia, Saxonibus, & eorum gubernatoribus 256..ab
ſcapulare apud veteres quomodo quis ſibi paraverit 61.b quale veſtimenti genus ibid.
ſchiſma gravius ſcelus idololatria 52..b inter Frid.I. & papam ubi ſedatum 278..a quomodo punitum 1.b.52..b
ſchiſmatis mala 396.a
ſchiſmata conſervantes quales 156.b
ſchiſmata quomodo fiant 32..b
ſchiſmata unde dicantur 1.b
ſchiſmaticum alumni quid vocent catholicum 39.b
ſchola monachorum de Hyrſaugia omnium malorum inventrix 52..b ſervitii Dominici qualis 56..b
ſcriptura cum eccleſia quæ 96..b ante eccleſiam quæ. ibid. poſt eccleſiam quæ 96..b
per Scrutinium quid intelligatur 25.a
ſcrutiniorum ordo quis ibid.
Sebaſtia unde vocata 423..a
Sebaſtiani Munſteri locus 454..b
ſedes apoſtolica in cognoſcendo ſupereminet omnibus ſynodis 320..a apoſtolica ſuperioritatem quatenus contineat 320.b Imperiales Heraclio mortuo ubi manſerit. 157. b.163.a Petri in quibus fundata 311.a Romana ſuper quot & quas ſedes principatum obtineat 136.a
ſedem apoſtolicam interdum pro ipſa Roma ſumi 304..a
Sedulii de Chriſtianis rectorib. verſus 356.a
Semiramis Nini uxor 355.a
ſenatorius gradus, conventus ſacer dictus. 252.a
per ſeptem ſpiritus malos quid deſignetur 56..a
circa Senſum myſticum dupliciter errari. 97.b..a
ſententia papæ injuſta per quos examinanda. 331..a
Sergius omnium hæreſum & ſchiſmatum Hildebrandi reſuſcitator 32..b
Sergius quàm periculoſa morte perierit. ibid.
Sergius quo pacto vitam finierit 55.b
ſerpentum omnium princeps diabolus 48..a
ſervitus duplex 354.b
ſervus nemo natura ibid.
Sicambri contra Alanos 169..a
Sicambria civitas à quibus ædificata 147..a b
Sicyoniorum regnum quando incœperit. 117..a
Sigefridus epiſcopus juxta altare Dei captus. 51..b
Sigefridus quando ex hoſtili cuſtodia ſolutus. 51..b
Sigiſmundus quando & à quo Imperiali diademate inſignitus 452.a
Sigiſmundus quãdo ſit Imperator creatus. 452.b
Simoniaci 67.b
Snoyma Moraviæ oppidum 452.b
Soldanus Turcarum Imperator adverſus Fridericum

dericum exercitum congregat 380.b
ſolis & lunæ allegoria 97.a..b
ſolutiones dicentium, papam non habere iuriſdictionem in bonis temporalib. exterioribus 130.a
Sozomenis ex hiſtoria Tripartita locus 135..b
ſpectabiles in conciliis qui dicantur 378..a
ſpiritus in homine quid efficiat 58.a
Spiritus ſancti intentione abuti, ingens ſcelus 97..a
ſpirituali annexum quid dicatur 145..a
Stephanus papa ſecundus 157..a
huius tempore trãslatio Imp. Rom. ordinata ad Francos fuit. ibid. Pipinum, & eius filios in reges Francorum unxit 175.b in papam Zachariæ mortuo ſublimatur 164.b eius mors 164..a
Stobæi locus 434.b
ſtudium Pariſienſe multarum olim hæreſum fomes 214.b per quem Roma Pariſios translatum 214.a quare habeat unam ſedem. 109.a quomodo Pariſios ſit translatum. ibid.
ſtulto expedit ſervire ſapienti 354.a
ſubiacentia noſtræ poteſtati qua 81.a item qua non ibidem.
ſubiectum papæ quod 310.b
ad Subſcriptiones qui admittendi 321..b
Suevi quales 259.b
Suevo Daniæ rex 266.b..a eius res geſta. ibid.
Suevonis regis defuncti corpus ad bella ſpe vincendi portatum 266..b
Suno filius Antenoris, dux Francorum. 169..b
Sylveſter tertius cuius nationis fuerit 271..a papa qualis 271.b à Romanis pro mago habitus 271..a Othonis tertii pædagogus. ibidem.
ſyllogiſmus 333.a
Symmachi papæ locus 37..a
ſynodus Chalcedonenſis de monachis quid conſtituerit 53.a Moguntiæ habita qualis 34..a
Nicæna prima quid conſtituat 146..a
perfecta ex quibus colligatur 306..b ſupra papam 326..b. 327.a
ſynodi definitio 305.a expoſitio 305.a
contra Synodi conturbatores 364.b.
ſynodorum iudicium unde ſuam capiat firmitatem 307..a.
Syricii papæ in Decretis locus 57.b

T

TAncredus princeps Antiochenus ſe heredem regni Siciliæ dicit 280..b. eius res geſta. inde.
Tartarorum rex quare minimus dicatur. 362..a
telonicus quæſtus utrum iuſtus 386..a
temerator à malo non reſipiſcens, quomodo puniendus 249.b contra S. ſynodum faciens quomodo puniendus ibid.
templarii qui fuerint 281..a
tempus antiquum 445..a
temporalia eccleſiæ Rom. reſtituuntur 158..b
eccleſiarum nil prodeſſe Reipub. 33..b
terminos patrum ſuorum egrediens adverſum quid peccet 6.b
terra elementorum fex 329.a ſancta à Saracenis violenter recuperata 275..b
teſtes qui in concilio Romæ in Lateranenſe celebrato ſe ſubſcripſerint 252.a
Teutonia quare Germania dicatur 107.b
Theobeſia 63..a
Theodoricus rex Gothorum 255..a
Theodoſii erga Ambroſium obedientia 7..a b
Theodoſii Imperatoris reſcripta 374.a ſtatutum 127..b
Theologia myſtica quæ 135.b
theorema 80..b.
Thetberga 180..b
Thiderichus comes in concilio cur occiſus 34.b
Thuringiæ olim rex proprius 255..b
de Thuringia 255..b
totum parte præſtantius 82..b
tractatus de modo habilitandi ingenium ad diſcurſum in dubiis 386.a
traditionibus ab Eccleſia accedat autoritas, non contrà 96..b
translatio de Græcis in Francos quamdiu duravit 160.a imperii à Græcis ad Germanos quomodo facta 147.a
translatio imperii ad Carolum 109.a de Græcis ad Francos facta, quando inchoata 157.b in Germanos facta Chriſtianitati neceſſaria 271.a
Trebas Treviris conditor 255.b
de Treviri 254.b
Trevirenſe regnum quamdiu duraverit 255.b
quando cœperit. ibid.
Treverenſis civitas quando & a quo fundata 255.b
Triburium 173..b
Troja minor quæ hodie dicatur 107.a
Tully locus 58..b. 115..a 353.b
turbines ab Africo qui ſint, quomodo diſcamus 64.b
Turci Chriſtianos trucidant 380.b
Tyconii quæ regula 140.a
tyrannus quid potiſſimum intendat 115..a
tyranni dominiorum invaſores 360..a
tyronis ſignificatio propria quæ ibid.

V

VAlent Imperator, Chriſtianorum perſecutor 210.a
Valentiniani edictum in Alanos 169..b
ad concilium Epheſinum reſcripta 374.a
Valentinianos contra Francos 169..b
Vandalorum regio quouſq; ſe protendat 257..ab.
Vaſallus quot modis obligatus ſit domino 137.b
Udo Hildini, Hemenſis epiſcopus, à quo vinculatus 34.b
vectigalia à conſuetudine temporis, cujus memoria non exſtat, licitè recipi poſſunt 183..b
Veneti concilii modus 386.a
verbum Dei non eſſe alligatum 4.a. 15..b
verba geminata 443.b
veritas Cathedra 299..b cœli civis 447.a
quæ non eſt principium, unde manifeſtetur 81.a
veritatis diabolus expers 15.b definitio 25.a b
veritati qui reluctentur 96.b
verſus de ſanctis à Saxonib. trucidatis 258..a
electorum officia & nomina cõtinentes. 260..a b.
Veſoges Aegypti rex 92..b
veſtimenti duplicis autor quis 60.b..a
vexillum, quo in bello uſus Ottho, quomodo dictum 265.b

Vladis-

Vladislaus Poloniæ rex, qui & qualis 284. a
vicariatus principali autoritati non æquivalet 99. a
victoria Heinrici utilitas 32. b
Vigilantii error 113.. b.
vigor ligandi in quibus conſiſtat 820 b
vinculum ſpirituale cur carnali fortius 152.. a
Vindicianus medicus 356. a
violator autoritatis papæ quomodo puniendus 251.. b
viri ad prædicandum à S. Petro deſtinati, qui 111. b
Eccleſiaſtici quatenus habeant conſtituere judices in ſecularibus judiciis 126.. b
Virgilii Æneæ nobilitatem deſcribentis locus 88.. a b *aureum ſeculum commendantis verſus* 23 a *clypeum Æneæ deſcribentis locus* 89.. a
Virgilii locus 91.. b. 93. b
virtus intellectiva 163.. a *regitiva* 299. *volitiva* 86.. a
virtutis præmium honor 79.. b
virtutes morales ſine Theologicis perfectæ. 140.. a
virtutibus promeruerunt reges Imperium 180.. a
vita civilis quomodo & qua cauſa cœperit 291. a
vitæ præſentis latitudo per quid ſignificetur. 61. a
vitam æternam quomodo homo conſequatur 115.. b
vitis vera quæ 376.. b
Vitus martyr ubi ſepultus 257. b
unctio & coronatio nihil addunt Imperio 361. a
regia per quem fieri ſolita 140. a b.
unctionum Imperatoris cauſa 190. a b.
Vngari ad devaſtandā Germaniam profecti 259.. b
unitas & pax quomodo ſervetur 103 a. *in perverſis quid efficiat* 43. b
unitatis ſocietatem deſerens qualis æſtimandus 32.. a b.
univerſalia quæ propriè dicantur 305. b
unus ad dominandum toti mundo in temporalibus, ut in ſpiritualibus, quare non ſufficiat 117. a
volunt as divina per ſigna quærenda 88. a
Urbani papæ locus 40.. a. 123. a
uſus rerum temporalium & cæleſtium quò referatur 15. a
utilitas conciliorum principalium 336. a b. 379. a
Vualdenſium error qualis 113. b.
Vuelf Bavariæ dux, Eccleſiæ Dei perſecutor. 51.. b
Vuenceslai confirmatio 452. b
Vuidekindus primus Saxonum rex 256.. a
Chriſtianus efficitur. ibid.
Vuifridus ante Epiſcopatum quomodo dictus 259.. a
Vuigbertus, angelus lucis appellari voluit. 55.. a
excommunicatus Papa eligitur 54.. b
Vuigoltus magno tormento vitam finit 51.. a
manibus multorum ſanguine contaminatis menſam Domini accedit 51.. a *ubi & à quibus ordinatus.* Ibid.
Vuilhelmi Holandiæ comitis coronatio 446. a
Vuoldemarus Daniæ rex, Friderici I. in obſidendo Heinrico Superbo adjutor 278.. b

X

X *Erxes Darii filius Perſarum rex* 93. a

Y

Y *Snardus monachus cuius autoritate obitus ſanctorum in unum volumen redegerit* 215. a.

Z

Z *Achariæ prophetæ locus* 49. b 51. a. 53.. b.
Zangor villa ubi ſita 251.. a
zelus erga catholicam fidem veterum Germanorū principum quis 219.. a
Zeno Imperator quando regnare cœperit. 214. a
Zozimi papæ locus 329. a b.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google